# BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE ZARAGOZA

SIGNATURA: I – 196


*Casiano, Jean. De imtitutis coenobiorum. Collationes Santorum Patrum. Basileae. 1485.*

21-6º A 13

56 I 206
596

Cassianus, Joannes
De institutis coenobiorum

illud apoſtoli preceptum ſtudentes om
ni virtute complere. Quia non ſolū mi
hi. ſed etiam his qui mecum ſunt mini-
niſtrauerunt manus iſte. neqꝫ gratis pa
nem ab aliquo manducauimus. ſed in
labore et fatigatione nocte ac die operā
tes. ne quem veſtrum grauaremus. Et
ſi quis non vult operari: nec manducet

## De maſortibus eorū. Cap̄. vij.

Oſt hec anguſto palliolo tam
amictus humilitatem qꝫ vilita
tem precij cōpendiumqꝫ ſectā-
tes. colla pariter atqꝫ humeros tegunt.
que maſortes tam noſtro qꝫ ipſorū nun-
cupantur eloquio. ⁊ ita planeticarū at-
qꝫ birrorum precia ſimul ambitionemqꝫ
declinant.

## De melote et pelle caprina. Capitulū. viij.

Ltimus eſt habitus eorum pel
v lis caprina que melotes vł pe-
ra appellat᷑. ⁊ baculus. q̄ geſtāt
ad imitationem eoꝝ qui ꝓfeſſionis hui⁹
prefigurauere lineas in veteri teſtamen-
to. De quibꝫ apl̄us. Circūierūt inquit
in melotꝭ ⁊ in pellibꝫ caprinis. egētes. āgu
ſtiati. afflicti. q̄bꝫ dign⁹ nō erat mūdus.
in ſolitudinibus errantes. ⁊ in montibꝫ
⁊ in ſpeluncis ⁊ in cauernis terre. Qui
tamen habitus pellis caprine ſignificat
mortificata omni petulantia carnaliū
paſſionū debere eos in ſumma virtutū
grauitate conſiſtere. nec quicqꝫ petulcū
vel calidum iuuentutis ac mobilitatis
antique in eorum corpore reſidere

## De baculo. Cap̄. ix.

Am et baculum geſtaſſe eoſdē
n viros etiā heliſeus qui vn⁹ ex
ipſis eſt docet. cū dicit ad gieci
puerū ſuum mittens eū ad ſuſcitandū
filiū mulieris. Tolle baculū meū. et cur-
rens vade pone eū ſup faciē pueri vt vi
uat. Quē vtiqꝫ nō dediſſet ei ꝓpheta ge
ſtandum. niſi eū māu ſua ſolitus eſſꝫ iu
giter circūferre. Cui⁹ geſtatio ſpiritaliter
monet nūqꝫ debere eos inter tot oblatrā
tes vicioꝝ canes. ⁊ inuiſibiles nequitia-
rum ſpiritaliū beſtias inermes incede-
re. de quibꝫ beatus dauid liberari poſtu
lans dicit. ne tradas dn̄e beſtijs aīaꝫ cō
fitentem tibi. ſꝫ irruentes eas retundere
crucꝭ ſignaculo ac longi⁹ ꝓpulſare. atqꝫ
aduſum ſe ſeuientes iugi memoria dn̄i-
ce paſſionis. ⁊ imitatiōe illius mortifica
tionis extinguere.

## De calciamentis eorū. Cap̄. x.

Alciamenta vo velut int'dicta
c euangelico p̄cepto recuſantes.
cū infirmitas corporꝭ vel matu
tinus hyemis rigor ſeu meridiani eſtus
feruor exegerit. tm̄mō caligis ſuos mu-
niunt pedes. hoc interp̄tantes vſu earū
vel dn̄ica ꝑmiſſione ſignari. vt ſi i h᷑ mū-
do conſtituti cura ⁊ ſollicitudine carnis
huius omīmodis exuti eſſe nō poſſum⁹.
nec ab ea penitus ꝑualem⁹ abſolui. ſal-
tem occupatione leui ⁊ implicatione te-
nui neceſſitatē corporꝭ explicem⁹. ne vel
anime nr̄e pedes; qui expediti ad ſpirita
lem curſum. ⁊ p̄dicandā euangelij pacē
ſp̄ eſſe debent parati. quibꝫ poſt odorem
vnguctorum chriſti currim⁹. ⁊ de quibꝫ
dauid. cucurri in ſiti. et hieremias. ego
aūt non laboraui te ſequens. morticinis
hui⁹ ſecli curꝭ patiam̄ inuolui. de his ſcꝫ
cogitātes q̄ nō ad ſupplendā neceſſitatē
nature. ſed ad ſupfluā noxiamqꝫ ꝑtinēt
voluptatē. Quod ita implebim⁹ ſi ſm̄
apl̄m carnis curā non fecerim⁹ in deſide
rijs. Quibus tn̄ caligis quamqꝫ licito
vtant᷑ vtpote dn̄i mandato ꝯceſſis. neq̄
qꝫ tn̄ pedibꝫ eas inherere ꝑmittunt cū ac
cedunt ad celebranda ſeu ꝑcipienda ſa-
croſancta myſteria. illud eſtimātes etiāꝫ
ſm̄ lr̄am cuſtodiri debere. qd̄ dī ad moy
ſen vel ad ieſum filiū naue. Solue corri-
giam calciamenti tui. locus enim in quo
ſtas terra ſancta eſt.

## De tempamento obſeruātie q̄ ſcd̄m aerū q̄litatem vel vſū p̄uintie ſit tenenda. Cap̄. xi.

Ec dicta ſint. ne q̄d p̄t'miſiſſe
b de egyptioꝝ habitu videamur
Ceteꝝ a nob̄ tenenda ſunt illa



UNIVERSIDAD Y PROV. BIBLIOTECA DE ZARAGOZA
21.474

tm̄mō ꝙ̄ vel locoꝝ ſitus vel ꝓuīcie vſus admittit. Nā neqꝫ caliginos neqꝫ colobiꝭ ſeu vna tunica eſſe ꝯtentos hiemis ꝑmittit aſꝑitas· ⁊ paruiſſimi cucullī velamen vel melotꝭ geſtatio deriſum poti⁹ qꝫ edificationē vllā videntibꝫ comparabit. Quapꝓpt̄ illa tm̄ ꝙ̄ ſuperi⁹ cōmemorauim⁹ ꝗ qꝫ ſunt ⁊ hūilitati ꝓfeſſionis nr̄e ⁊ q̄litati aerū congruentia a nob qꝫ affectāda cenſem⁹· vt oīs ſumma noſtri veſtitus non in nouitate habit⁹ ꝙ poſſit offendiculū hoīibꝫ ſeculi hui⁹ inferre· ſed honeſta in vilitate conſiſtat

## De cingulo ſpirituali et ſacramēto ipſius. Cap. xij.

b Is itaqꝫ veſtimētꝭ chriſti miles indut⁹· nouerit ꝑus ob id ſe cinguli cōſtrictiōe munitū· vt ad cunctos vſus ⁊ opa monaſterij nō ſolū mēte ꝓmptus ſꝫ etiā ipō habitu ſꝑ expeditus incedat. Tāto nāqꝫ feruentioꝛ circa ſpiritalē ꝓfectū ac diuinaꝝ reꝝ ſciāꝫ ⁊ cordis puritatē ꝓbabit· qꝫto fuerit erga obedientie ſtudiūꝫ operiſqꝫ deuotioꝛ. Scd̄o cognoſcat etiā in ipō habitu cinguli ieſſe nō paruū qd̄ a ſe expetit̄ ſacrm̄. Accinctio eni lūboꝝ ⁊ ambit⁹ pell' emortue ſignificat eū mortificationē circūferre mēbroꝝ· in quibꝫ libidīs atqꝫ luxurie ſeminaria cōtinent̄· euangelicū illd̄ mādatum qd̄ dr̄· ſint lūbi veſtri precincti. apl̄ica interp̄tatione ingeri ſibi ſꝑ intelligēs· mortificate ſcꝫ mēbra vr̄a ꝙ̄ ſūt ſuꝑ terrā· fornicationē: imūdiciā: libidīem· ꝯcupiāꝫ malā. Ideoqꝫ illos tm̄mō legimus in ſcripturꝭ ſanctꝭ cingulo fuiſſe ꝑcinctos· in ꝗbꝫ ſeminaria coit⁹ inueniūt̄ extincta· ꝗqꝫ illud beati dauid eloquiūꝫ ope atqꝫ v̄tute decantāt. quia fact⁹ ſum ſicut vter in pruina· eo ꝙ erasa medullit⁹ carne vicioꝝ emortuā exteriorꝭ hoīs cutē ſpūs virtute diſtendant. Et idcirco in pruina ſignificant̄ adiecit· qd̄ ſcꝫ neqꝫ qꝫ fuerint ſola cordis mortificatiōe ꝯtēti. verūetiam exteriorꝭ hoīs mot⁹ ⁊ ipius nature incentiua ꝯtinentie pruina extrīſecus accedēte habuerint ꝯgelata· nullū iam dūtaxat ſꝫm aplm̄ regnūꝫ peccati in ſuo mortali corpore ſuſtinētes· nec geſtātes carnem ſpūi repugnantem.

## Explicit de habitu monachi liber primus. Incipiūt capitula libri ſecūdi de canonico nocturnarū orationū ⁊ pſalmoꝝ mō.

Proemium. Ca. primū
ij De diuſitate numeri ꝙ ad decantandos pſalmos ꝑ vniuſas prouincias ſit ſtatutus.
iij De vniformis regule ꝑ totā egyptuꝫ cuſtodia. ⁊ de electōe eoꝝ qui fratribꝫ preponant̄
iiij Qr ꝑ egyptū ⁊ thebayden duodenarius pſalmoꝝ numerus obſeruetur
v De duodenario pſalmoꝝ numero angeli traditione ſuſcepto
vi De ꝯſuetudine. xij. orationum.
vij De diſciplina orandi.
viij De ſubſeq̄nte oratiōe p⁹ pſalmū.
ix De orationis ſtatu ſuper quo in collatione ſenioꝝ plenioꝛ referuetur inſtructio
x Cū qꝫto ſilentio ⁊ breuitate orōnes apud egyptios colligant̄.
xi Qua diſciplina apud egyptios pſalmi dicantur.
xij Cur vno pſallēte ceteri in ſynaxi ſedeāt· vel quali poſt h̄ ſtudio per cellulas ſuas vſqꝫ ad lucem vigilias extendant
xiij Quare poſt miſſam nocturnam dormire non oporteat
xiiij Quemadmoduꝫ in cellulis ſuis opus manuum ⁊ orationes pariter exerceāt
xv Qua lege modeſtie p⁹ orationuꝫ miſſam vnuſq̄ſqꝫ ad ſuā cellulam redeat. ⁊ cui ſubdatur increpationi is qui aliter fecerit.
xvi Qr nulli orare cuꝫ illo ꝙ fuerit ab oratione ſuſpenſus liceat
xvij Qr is ꝙ ad orationē frēs exuſcitat hora ſolita d̄beat eos cōmonere
xviij Qr a veſꝑa ſabbati vſqꝫ ad veſperā diei dn̄ice genua nō flectāt̄

Expliciunt capitula



## Incipit liber ſecūdus de canonico nocturnarū orationum et pſalmorū modo. Ca. primū.

Vplici igitur hoc qd̄ diuimus cingulo chriſti miles accinct⁹ interim ꝙ modus canonicarum orationum pſalmoꝝ qꝫ ſit in partibꝫ orientꝭ a ſanctis patribus antiquitus ſtatutus agnoſcat. De qualitate v̄o eaꝝ vel quēadmodum orare ſꝫm apl̄i ſententiā ſine intermiſſione poſſim⁹. ſuis in locꝭ cum ſeniorum collationes ceperimus exponere quantum dn̄s dederit proferemus

## De diuerſitate numeri qui ad decantandos pſalmos per vniuerſas prouintias ſit ſtatutus. Capitulū. ij.

m Ultos nanqꝫ comperim⁹ ꝑ alias regiones ꝓ mentis ſue capacitate. habentes quidem vt ait apl̄s zelū dei ſꝫ nō ſꝫm ſciam· ſuꝑ hac rediuſos typos ac regulas ſibimet conſtituiſſe. Quidā eni vicenos ſeu tricenos pſalmos· ⁊ hos ipōs antiphonaꝝ ꝓtelatos melodijs· ⁊ adiunctione quarundā modulationū· debere dici ſingul' noctibus cenſuerūt· alij hūc modū etiā excedere temptauerūt· nōnulli decem ⁊ octo· atqꝫ in hūc modū diuerſis in locis diuſum canonē agnouimus inſtitutuꝫ. totqꝫ ꝓpemodū typos ac regulas vidimus vſurpatas· q̊t etiam mōaſteria cellaſqꝫ conſpexim⁹. Sunt quibꝫ in ipis qꝫ diurnis orationū officijs. i. t'tia ſexta nonaqꝫ id viſum eſt· vt ſꝫm horarū modū in ꝗbꝫ hec dn̄o reddunt̄ obſequia· pſalmoruꝫ etiā ⁊ orationū putarēt numerū coequādum. nonnullis placuit ſenariū numerum ſingul' diei conuentibus deputari. Quapꝓpter neceſſarium reoꝛ antiquiſſimam patrū ꝓferre in mediū ꝯſtitutionē· que nunc vſqꝫ ꝑ totam egyptū a dei famulis cuſtodit̄· qua nouelli monaſterij in chriſto rudis infantia antiquiſſimoꝝ potius patrū vetuſtiſſimis inſtitutiōibꝫ imbuatur.

## De vniformis regule ꝑ totā egyptū cuſtodia· et de electione eoruꝫ qui fratribus preponantur. Cap. iij.

i Taqꝫ ꝑ vniuſam egyptū ⁊ thebayden· vbi monaſteria non ꝓ vniuſcuiuſqꝫ renunciantꝭ inſtituūtur arbitrio· ſꝫ ꝑ ſucceſſiones ac traditiones maiorū vſqꝫ in hodiernū diem vel ꝑmanent vel manſura fundant̄· legitimum orationuꝫ modum in veſꝑtinis conuentibꝫ ſeu nocturnis vigilijs vidimus retentari. Non eni quiſqꝫ cōuenticulo fratrū· ſꝫ ne ſibi ꝗdem ipi p̄eſſe conceditur· ꝑuſqꝫ nō ſolū vniuſis facultatibꝫ ſuis reddat̄ extern⁹· ſꝫ ne ſui ꝗdē ipi⁹ ſe eſſe dn̄m vel ꝑtātēꝫ habere cognoſcat. Ita nanqꝫ renunciantē huic mūdo quibuſlibet facultatibꝫ ac diuitijs ꝑditum. neceſſe eſt cenobij cōmorationem expetere· vt in nullo ſibi ex his que reliquit aut intulit monaſterio blandiat̄· ſic obedire cunctis vt redeundum ſibi ſꝫm ſentētiaꝫ dn̄i ad infantiā priſtinam nouerit· nihil ſibi conſideratiōe eui vel annoꝝ numeroſitate p̄ſumens· qꝫ in ſeculo inanit̄ cōſumptam ſe reputat ꝑdidiſſe· ſꝫ ꝓ rudimentoꝝ merito ⁊ tyrocinij nouitate quā ſe gerere in chriſti militia recognoſcit· ſb dere ſe etiā iunioribꝫ nō moret̄. Operis qꝫ ac ſudorꝭ aſſuetudinē ita ſubire compellit̄· vt ꝓprijs manibꝫ iuxta apl̄i preceptum quotidianū victū vel ſuis vſibus vel aduenientiū neceſſitatibꝫ preparās· faſtus vite preterite poſſit ⁊ delitias obliuiſci· ⁊ humilitatē cordis contritiōe laboris acquirere. Ideoqꝫ nullus congregationi fratꝝ ꝓfuturus eligitur· priuſqꝫ idem qui p̄ficiendus eſt· quid obtemperaturis oporteat impari obediēdo didicerit· ⁊ quid iunioribus tradere debeat inſtitutis ſeniorum fuerit aſſecutus. Bene enim regere vel regi ſapientis eſſe pronunciāt· ſummūqꝫ donū ⁊ grām ſancti

ſpũs eſſe definiũt. Nam neq̧ ſalutaria
precepta quempiam poſſe obtemperan-
tibus ꝯſtituere niſi cum q̄ prius vniuer
ſis ꝟtutũ diſciplinis fuerit inſtruct⁹. nec
obedire queq̄ ſeniori poſſe niſi eũ q̄ con
ſũmatus timore dei ⁊ humilitatis fue-
rit ꝟtute perfect⁹. Ideoq̧ diuſitates ty-
porum ac regulaꝝ p ceteras ꝓuĩcias cer
nimus vſurpatas qđ plerũq̧ ſeniorũ
inſtitutionis expertes monaſterijs pẽſſe
audemus ⁊ abbates nos anq̄ diſcipu-
los ꝓfeſſi quod libitum fuerit ſtatuim⁹.
ꝓmptiores noſtroꝝ inuentoꝝ exigere cu
ſtodiam quã examinatã maiorũ ſerua-
re doctrinã. Sed dum orationũ modũ
qui potiſſimũ debeat cuſtodiri volumus
explicare inſtitutis patrũ auidius pro
uocati narrationem quã ſuis reſuaba-
mus locis propero exceſſu preuenimus.
Nunc itaq̧ ad ꝓpoſitum reuertamur.

**Q̃ p egyptũ et thebayden duo-
denarius pſalmorũ numerus
obſeruetur. Cap. iiij.**

**I**gitur p vniuerſam vt dixim⁹
egyptũ ⁊ thebayden duodena
rius pſalmorũ numer⁹ tam in
veſptinis q̄ in nocturnis ſolennitatibꝫ
cuſtodit̃ ita dumtaxat vt poſt hunc nu
merũ due lectiões veteris ſcꝫ ac noui te
ſtamenti ſingule ſubſequant̃. Qui mo
dus antiquitus ꝯſtitut⁹ idcirco p tot
ſecula penes cuncta illarũ ꝓuinciarum
monaſteria intemeratus nunc vſq̧ per-
durat q̄r nõ humana adinuentione ſta
tutus a ſenioribꝫ affirmat̃ ſed celit⁹ an
geli magiſterio patribꝫ fuiſſe delatus

**De duodenario pſalmorũ nu
mero angeli traditiõe ſuſcepto
Cap. v.**

**N**am cũ in ꝑmordijs fidei pau-
ci quidem ſꝫ ꝓbatiſſimi mona-
chorum noĩe cenſerent̃ q̄ ſicut
a beate memorie euangeliſta marco qui
ꝑmus alexandrine vrbi pontifex prefuit
normã ſuſcepere viuendi nõ ſolum illa
magnifica retinebãt q̄ primit⁹ eccleſiaꝫ
vel credenũ turbas in actibꝫ apl̃orum
legimus celebraſſe multitudĩs ſcꝫ credẽ
tium erat cor vnũ ⁊ anima vna nec q̄ſ-
q̄ eorũ q̄ poſſidebat aliq̄d ſuũ eẽ dice-
bat ſed erãt illis omĩa cõmunia quot-
q̄t enĩ poſſeſſores agroꝝ aut domorum
erant vendentes afferebant p̃cia eorũ q̄
vendebant et ponebant añ pedes apl̃o
rum diuidebat̃ autem ſingul̃ ꝓut cui-
q̧ opus erat verũ etiam his multo ſub-
limiora cumulauerant. Et enĩ ſeceden-
tes in ſecretiora ſuburbioꝝ loca agebãt
vitam tanto abſtinẽtie rigore diſtrictã
vt etiam his qui erant religionis exter-
ni ſtupori eſſet tam ardua cõuſationis
eorũ ꝓfeſſio. Eo enim feruore ſcriptura-
rum diuinaꝝ lectionibus orationiq̧ ⁊
operi manuũ diebus ac noctibꝫ incuba
bant vt nec eſcarũ quidem appetit⁹ vel
memoria niſi alio tertio ve die corporis
interpellaret inedia cibumq̧ ac potum
non tam deſideratũ q̄ neceſſariũ ſume-
rent. et ne hũc q̄dẽ añ ſol̃ occaſum vt
tpus lucis cum ſpiritaliũ meditationũ
ſtudijs. curam ꝟo corporis cũ nocte ſocia
rent alia q̧ his multo ſublimiora pficẽ-
rent. De quibꝫ etiã is q̄ minus indige-
narum relatione cognouit eccleſiaſtica
hiſtoria poterit edoceri. Ea igit̃ tẽpeſta
te cũ eccleſie illius ꝑmitiue pfectio penes
ſucceſſores ſuos adhuc recenti memoria
inuiolata duraret feruenſq̧ paucorũ fi
des nec dũ in multitudinem diſperſa te
puiſſet venerabiles patres puigili cura
poſteris conſulẽtes qui nam modus q̄ti-
diano cultui p vniuerſum fraternitatis
corpus decerni deberet tractaturi cõue-
niunt vt hereditatẽ pietatis ac pacis etiã
ſucceſſoribꝫ ſuis abſolutã ab omĩ diſſen
ſionis lite tranſmitterent verentes ſcili-
cet ne qua in quotidianis ſolennitati-
bus inter viros eiuſdem culture conſor
tes diſſonãtia vel varietas exorta quã
doq̧ in poſterũ erroris vel emulationis
ſeu ſciſmatis noxium germen emitteret.
Cũq̧ p ſuo vnuſq̄ſq̧ feruore infirmita
tis immemor aliene id ſtatui debere cẽſe
ret quod contẽplatione fidei ac roboris



ſui faciliimũ indicabat paꝝ diſcutiens
q̄d generalit̃ plenitudini fratrum poſſi
bile eſſꝫ in q̄ neceſſe eſſꝫ infirmoꝝ q̄ꝫ par
tem maximã repiri diuſoq̧ mõ enormẽ
pſalmoꝝ numerũ inſtituere ꝓ animi ſui
ꝟtute certarent ⁊ alij q̄nquagenos alij
ſexagenos pſalmos nõnulli ꝟo ne h̄ q̄-
dẽ numero ꝯtenti excedi eũ debere cẽſe-
rent eſſetq̧ inter eos ꝓ religionis regl̃a
pie contentionis ſancta diuſitas ita vt
tps ſolennitatis veſptine ſacratiſſime ſuc
cederet queſtioni q̄tidianos orationũ
ritus volentibꝫ celebrare vn⁹ in mediũ
pſalmos dño cantatur⁹ exurgit. Cũq̧
ſedentibꝫ cunctis (vt eſt moris nunc vſq̧
in egypti partibꝫ) ⁊ in pſallẽtis ꝟba om-
ni cordis intentiõe defixis vndecĩ pſal-
mos orationũ interiectiõe diſtinctos cõ
tinuis ꝟſibꝫ parili ꝓnunciatione cãtaſ-
ſet duodecimũ ſub alleluie reſpõſiõe cõ
ſummãs. ab vniuſoꝝ oculis repẽte ſꝫ-
tractus. queſtioni parit̃ ⁊ cerimonijs fi-
nem impoſuit.

**De conſuetudine
duodeci orationum.
Cap. vi.**

**E**xin venerabilis patrũ ſenat⁹
intelligẽs angeli magiſterio cõ
gregationibꝫ fratrũ generalẽ canonem
non ſine diſpenſatione dñi ꝯſtitutũ de-
creuit hunc numerũ tam in veſptinis q̄
in nocturnis ꝯuenticul̃ cuſtodiri. qui-
bus lectiones gemĩas adiũgẽtes. i. vnã
veteris ⁊ aliã noui teſtamenti tanq̄ a ſe
eas traditas ⁊ velut extraordinarias
volentibꝫ tm̃ ac diuinaꝝ ſcripturarũ
memoriã poſſidere aſſidua meditatione
ſtudentibꝫ addiderãt. In die ꝟo ſabba
ti vel dñico vtraſq̧ de nouo recitant te
ſtamento i. vnã de apl̃o vel actibꝫ apl̃o-
rum ⁊ aliã de euãgelijs. Qđ etiã totis
q̄nq̄geſime diebꝫ faciunt hi quibꝫ lectio
cure eſt ſeu memoria ſcripturarum.

**De diſciplina orandi. Ca. vij.**

**B**as igit̃ p̃dictas oratiões h̄ mõ
incipiũt atq̧ ꝯſummãt vt fini
to pſalmo nõ ſtatĩ ad ĩcurua-
tionẽ genuũ corruãt quẽadmodũ faci-
mus in hac regiõe nõnulli q̄ ne dũ hũ fi
nito pſalmo in oratiõꝫ ꝓcũbere feſtinã⁹
ad celeritatẽ miſſe q̄ toti⁹ ꝓperãtes. Cu
ius dũ volum⁹ excedere modũ q̄ antiq̄-
tus a maioribꝫ ſtatut⁹ eſt ſuppputãtes re
ſiduoꝝ pſalmoꝝ numeꝝ ad finẽ tẽdere
purgem̃ de refectione poti⁹ laſſi corporis
cogitãtes quã oratiõiſ vtilitatẽ ⁊ cõmo
da reqrentes. Apđ illos ergo nõ ita eſt
ſꝫ anq̄ flectãt genua pauliſꝑ orãt ⁊ ſtã
tes in ſupplicatione maiorẽ temporis par
tem expendũt. Itaq̧ poſt h̄ puncto bre-
uiſſimo ꝓcidentes humi velut adorãtes
tm̃ diuinã clementiã ſumma velocitate
cõſurgũt ac rurſus erecti expãſis mani-
bus eodẽ mõ quo ꝑus ſtãtes orauerãt.
ſuis p̃cibꝫ intentius immorant̃. Humi
nãq̧ diutius ꝓcũbentes. nõ ſolũ cogita
tionibꝫ aiũt verũetiã ſomno g̃uius im-
pugnari. Qđ etiã nos veꝝ eſſe vtinam
nõ expimentis ⁊ q̄tidiana ꝯſuetudine no
ſcerem⁹ q̄ ſepe numero hãc eandẽ incur
uationẽ mẽbroꝝ nõ tã oĩois q̄ refectio
nis obtẽtu ĩ t̃rã ꝓſtrati optam⁹ diuti⁹
ꝓlõgari. Cũ aũt is q̄ orõnẽ collectur⁹ ẽ
e terra ſurrexerit omẽs pit̃ ſurgũt ita vt
nullus nec anq̄ incline illẽ genu flecte
re nec cũ e terra ſurrexerit remorari pſu-
mat ne nõ tam ſecutus fuiſſe illius con-
cluſionem qui precem colligit q̄ ſuam
celebraſſe credatur.

**De ſubſequen-
te oratione poſt pſalmũ. C. viij.**

**I**llud etiã qđ in hac ꝓuĩcia vi
dim⁹ vt vno cantãte in clauſu
la pſalmi oẽs aſtantes ꝯcinant
cũ clamore gl̃a pr̃i ⁊ filio ⁊ ſpũiſcõ nuſ-
q̄ p oẽm oriẽtẽ audiuim⁹. ſꝫ cũ oĩm ſilẽ
tio ab eo q̄ cãtat finito pſalmo orationẽ
ſuccedere hanc ꝟo glorificationẽ trini-
tatis tm̃mõ ſolere antiphona terminari.

**De orationis ſtatu ſup quo in
collatione ſeniorum plenior re
ſeruetur inſtructio. Cap. ix.**

**E**t q̄r nos ad orationũ canoni-
carũ modum conſequẽter inſti
tutorũ ordo ꝑuexit q̄ꝝ plenio
rem t̃ctatũ licet ĩ collatiões ſenioꝝ reſ̄ue

mus ibidẽ plenius digeſturi· cum de ea-
rum qualitate ſeu iugitate verbis eorũ
diſſerere ceperimꝰ·neceſſariũ tñ reor pro
opportunitate loci ac narrationis ipſius·
qm̃ ita obtulit ſeſe occaſio·etiã in p̃ſenti
pauca ꝑſtringere· vt formantes interim
exterioris hoĩs motus· ⁊ velut q̃dã nũc
orationis fundamenta iaciẽtes· minore
poſt h̃ labore cũ ceperimꝰ de ſtatu interio
ris hoĩs diſputare·orationũ q̃ꝫ eiꝰ faſti-
gia conſtruamꝰ. Illud añ omĩa ꝓuidẽ-
tes· vt ſi nos ab illa narratione quaꝫ ce-
pimꝰ oportune deo volente digerere· p̃-
ueniẽs vite noſtre finis excluſerit· vł ini-
tia vob̃ rei preſertim tã neceſſarie h̃ ope-
re relinquamꝰ·quibꝰ ꝓ ardore deſiderij
totum tardũ eſt· vt dũ nobis huius com
morationis tribuunť indutie· ſaltem q̃ſ
dam tãtiſper orationũ vobis lineas pre
ſignemꝰ·quibꝰ hi vel maxime q̇ in ceno-
bijs cõmoranť valeant aliq̃tenus infor
mari. Simul etiã ꝓſpicientes his q̇ for-
ſitan huic tm̃mõ occurſuri ſunt libro·
⁊ ad illũ ꝑuenire nõ potuerit· vt iſtructi
one huius erga orationis q̃litatẽ vel ex
parte reperianť imbuti· vt queẽadmodũ
ſunt de habitu ⁊ amictu exterioris hoĩs
inſtituti·ita etiã qualiter eum ad offerẽ-
da ſpiritalia ſacrificia debeant exhibere
non neſciãt. Siquideꝫ hi libelli quos in
preſenti cudere dño adiuuante diſponi
mus·ad exterioris hoĩs obſeruantiã ⁊ iſti
tutionem cenobiorũ cõpetentius apta-
buntur. illi v̾o ad diſciplinã interioris
ac perfectionem cordis. ⁊ anachoretaruꝫ
vitã atqꝫ doctrinã potius pertinebunt.

## Cũ quãto ſilentio et breuitate orationes apud egyptios colligantur. Cap̃.x.

CUm igitur predictas ſolẽnita-
tes quas illi ſynaxis vocãt cele
braturi cõueniunt· tm̃ a cũctis-
ſilentiũ prebeť· vt cũ in vnũ tã innume-
roſa fratrum multitudo cõueniat· preter
illũ q̇ conſurgẽs pſalmũ decãtat in me-
dio·nullus hoĩm penitus adeſſe credať·
ac precipue cũ conſũmať oratio. in qua

non ſputũ emittiť· non excreatio obſtre
pit·nõ tuſſis inťſonat·nõ oſcitatio ſom
nolenta diſſutis malis ⁊ hiãtibꝰ trahiť·
nulli gemitus nulla ſuſpiria etiã aſtan-
tes impeditura ꝓmunť. nulla vox abſ-
qꝫ ſacerdotis precem concludentis audi
tur·niſi forte hec que ꝑ exceſſum mentis
clauſtra oris effugerit· q̃qꝫ ĩſenſibiliter
cordi obrepſerit· immoderato ſcꝫ atqꝫ ĩ
tolerabili ſpũs feruore ſuccẽſo· dum ea
que ignita mens in ſemetipſa non ꝙua-
let continere ꝑ ineffabilem quendam ge
mitum ex intimis pectoris ſui cõclauibꝰ
euaporare conatur. Illum vero qui con
ſtitutus in tepore mentis cũ clamore ſup
plicat· aut aliquid horũ q̃ prediximus e
faucibus ſuis emittit. aut p̃cipue oſcita
tionibus preuenitur·dupliciť peccare ꝓ
nunciant. Primo q̃d orationis ſue reꝰ
ſit· q: eam videlicet negligenter offerat
deo· Sc̃do q: indiſciplinato ſtrepitu·al
terius q̃ꝫ qui forſitan ardentiꝰ orare po
tuit intercipit ſenſum. Ideoqꝫ p̃cipiunt
eã celeri fine concludi·ne forte immoran
tibus nob̃ in ea· redundantia q̃daꝫ ſpu
ti ſeu flegmatis interrũpat noſtre oratio
nis exceſſum. Et idcirco dum adhuc fer
uet· velut e faucibus inimici velociter ra
pienda eſt. Qui proculdubio cum ſit no
bis ſemper infeſtus· tũc maxime adſiſtit
infeſtior·cum contra ſe offerre nos pre-
ces domino velle peruiderit· cogitationi
bus ſeu diuerſis humoribus excitarẽ ab
ducere mentem noſtram a ſupplicatio-
nis intentione feſtinans· ⁊ per hoc eaꝫ te
pefacere a cepto feruore contendens. Q̃
obrem vtilius cenſent breues quidẽ ora-
tiones· ſed creberrimas fieri· illud quidẽ
vt frequentius dominũ deprecantes iu-
giter eidem coherere poſſimus. Hec ve-
ro vt inſidiantis diaboli iacula que in-
fligere nobis tunc precipue cuꝫ oramus
inſiſtit· ſuccincta breuitate vitemus.

## Qua diſcipliña apud egyptios pſalmi dicantur. Ca.xi

ET idcirco ne pſalmos
quidem ip̃os quos in ꝯgrega-
tione decantãt. cõtinuata ſtudent ꝓnũ-
ciatione cõcludere· ſed eos pro numero
v̾ſuũ duabꝰ vel tribꝰ interciſionibꝰ cum
orationũ interiectiõe diuiſos diſtinctim
particulatiqꝫ ꝯſummãt. Nõ eñ multi-
tudine v̾ſuum ſꝫ mentꝭ intelligentia de-
lectanť·illud tota v̾tute ſectãtes. Pſal
lam ſpũ· pſallã et mente Ideoqꝫ vtilius
habẽt decem v̾ſus cũ rationabili aſſig-
tione cantari·q̃ꝫ totũ pſalmũ cũ ꝯfuſiõe
mentꝭ effundi. Que nonnũqꝫ ꝓnunciã-
tis feſtinatione generať· dũ reſiduorum
pſalmoꝝ q̇ decãtãdi ſunt· modũ nume-
rũqꝫ cõſiderans·nõ diſtinctionẽ ſenſuũ
audientibus ſtudet pandere· ſed ad fi-
nem ſynaxeos ꝓ̾perat ꝑuenire. Deniqꝫ
ſi quiſpiã iunioꝝ vel ꝓ feruore ſpũs vel
ꝓ eo q̃d nec dũ inſtitutꝰ eſt cepit modũ
decãtationis excedere· pſallentꝭ ꝓgreſſio
ſeniorꝭ iterdiciť plauſu· queꝫ dãs manu
ſua in ſedili q̊ ſedet· cũctos facit ad ora-
tionẽ ꝯſurgere. illud oĩbꝰ modis proui-
dens. ne q̃d ſedentibꝰ tediũ genereť ꝓlixi
tate pſalmoꝝ· q̃ is qui decantat·nõ mõ
ꝑ ſcip̃m intelligentie fructũ amittat. ſed
etiã ꝑ illos incidat detrimentuꝫ q̊s faſti
dium ſynaxeos nimietate ſua fecit incur
rere. Illd̃ q̊ꝫ apud eos oĩ obſeruãtia cu
ſtodiť· vt in r̃nſione alleluye nullꝰ dicať
pſalmꝰ. niſi is q̇ in titulo ſuo alleluye in
ſcriptione p̃notať Predictũ v̾o duode
nariũ pſalmoꝝ numeꝝ ita diuidũt· vt ſi
duo fuerint fr̃es· ſenos pſallant· ſi tres· q̃
ternos. ſi q̃ttuor· ternos Quo nũero nũ
q̃ꝫ minus in cõgregatione decantant. ac
ꝓinde q̃ꝫtalibet multitudo ꝯuenerit· nũ-
q̃ꝫ amplꝰ pſallãt i ſynaxi q̃ꝫ q̃ttuor fr̃es

## Cur vno pſallente ceteri in ſynaxi ſedeant vel quali poſt hoc ſtudio ꝑ cellulas ſuas vſqꝫ ad lucem vigilias extendãt. Ca.xij.

HUnc ſane canonicũ quẽ p̃dixi
mus duodenariũ pſalmoꝝ nu
meꝝ tali corporꝭ q̇ete releuant.
vt has eaſdẽ ꝯgregationũ ſolennitates
ex more celebrãtes· abſqꝫ eo q̇ dicturꝰ in
mediũ pſalmos ſurrexerit· cũcti ſedilibꝰ
humillimis inſidẽtes. ad vocẽ pſallentꝭ
oĩ cordis intentiõe dependeãt Ita nãqꝫ
ieiunijs ⁊ op̾atiõe totiꝰ diei nocteqꝫ laſ-
ſaſcunt· vt niſi huiuſcemõi refectiõe ad
iuuenť·ne hũc q̇deꝫ numeꝝ ſtãtes iple-
re valeãt. Nullũ etei tp̃s ab op̾is exerci-
tatione vacuũ tranſire ꝯcedunt· q: non
ſolũ ea q̃ diei ſplẽdor admittit oĩ inſtan
tia manibꝰ exercere ꝯtendũt· ſꝫ etiaꝫ illa
op̾ationũ genera ſollicita mẽte ꝑq̇runt·
q̃ ne ip̃ius q̇deꝫ noctꝭ denſiſſime tenebre
valeãt ĩpedire· credẽtes ſe tãto ſublimiorẽ
ſpiritaliũ ꝯtemplationũ puritatẽ mentꝭ
intuitu q̃ſituros· q̃ꝫto deuotius fuerint
erga op̾ꝭ ſtudiũ ac laborꝭ intenti. Et id
circo mediocrẽ canonicaꝝ orationũ nu
meꝝ indicant diuinitꝰ moderatũ· vt ar-
dentioribꝰ fide ſpaciũ quo ſe v̾tutꝭ eorũ
infatigabił curſus extenderet ſ̾uareť· et
nihilominꝰ feſſis egriſqꝫ corporibꝰ mini
me gigneret de nimietate faſtidiũ. Iõ qꝫ
cũ fuerint orationũ canonicaꝝ functio-
nes ex more finite· vnuſq̇ſqꝫ ad ſuam re
currens cellulã·quã aut ſolꝰ aut cũ alio
tm̃ inhabitare ꝑmittiť· quẽ ſcꝫ ſocietas
operationis vel diſcipulatꝰ· ⁊ diſcipli-
ne imbutio copulauit. vel certe quẽ ſimi
litudo v̾tutũ ꝯparem fecit·idem rurſus
orationũ officiuꝫ velut peculiare ſacrifi-
cium ſtudioſius celebrant· nec vlterius
q̇ſqꝫ eoꝝ in requie ſomni reſoluitur. do-
nec ſupueniente diei ſplẽdore·nocturno
op̾i ac meditationi op̾ano diurna ſuc
cedat.

## Quare poſt miſſaꝫ nocturnã dormire nõ oporteat. C.xiij.

QUem laborẽ p̃ter illam ratiõeꝫ
qua tota induſtria annitentes
ſacrificiũ deo de fructu manuũ
ſuaꝝ offerre ſe credunt· duabꝰ ex cauſis
cum oĩ obſ̾uantia cuſtodiũt. Q̃d nos
q̊ꝫ ſi ꝑfectioni ſtudemꝰ eadem diligẽtia
ꝯuenit obſ̾uare. Priã ne forte purifica
tionẽ nr̃aꝫ in nocťniſ pſalmis ⁊ orõnibꝰ
acq̇ſitã· inidꝰ inimicꝰ liuẽs puritati nr̃e
cui maxime inſidiať ſp̃ ⁊ indeſinenť infe
ſtus eſt· q̃dam ſomni illuſione ꝯtamĩet.
Qui poſt illã ſatiſfactionẽ quã ꝓ negli

gentijs ſeu ignorationib⁹ nr̄is obtulim⁹.
⁊ ꝯfeſſionis nr̄e veniam ꝓfuſis gemitib⁹
imploratā. ſollicitius nos ſi tp̄s quietis
īuenerit maculare feſtinat. tūc p̄cipue fi
duciā nr̄a3 dijcere atq3 eneruare ꝯtēdēſ
cū feruentius nos ad deū tēdere oratio
num nr̄aꝝ puritate ꝓuiderit. ita vt non
nunq̄3 q̊s per totū noctꝭ ſpacium ſaucia
re nō potuit. ſub illi⁹ hore breuiſſimo tē
pore dehoneſtare conetur. Scd̄a v̄o qꝫ
tam ⁊ ſi nulla tal' verenda diaboli emer
gat illuſio. intercedēs etiā pur⁹ ſopor in
ertiam mōacho mox euigilaturo partu
riat. ſegnemq3 torporē inferēs menti. per
totū diei ſpaciū vigorem eius obtūdat.
illāq3 hebetet perſpicaciā ſēſus. ⁊ pigue
dinem cordis exhauriat. q̄ nos poſſit ꝑ
totu3 diem aduſus oēs inſidias inimici
cautiores robuſtioreſq3 ſuare. Quobre3
canonicꝭ vigilijs ꝑuate ab eis ſubiūgun
tur excubie ac maiore illis obſuātia ſuc
cedūt. vt ⁊ illa purificatio q̄ pſalmis et
orationib⁹ eſt acquiſita non ꝑeat. ⁊ intē
tior ſollicitudo diligenti⁹ nos ꝑ die3 cu
ſtoditura ꝓparet meditatiōe nocturna.

**Quemadmodū in cellulis ſuis opus manuū et orationes pariter exerceāt. Cap. xiiij.**

Idcirco eas cū adiectiōe ope
e ris exequunt'. ne velut ocioſ va
leat ſomnus irrepere. Sicut eī
nullū ferme ab eis ocij tp̄us excipitur. ita
nec meditationi q̄dem ſpirituali finis im
ponitur. Nam parit' exercentes corporꝭ
aīmeq3 v̄tutes. exterioris hoīs ſtipendia
cū emolumentꝭ interioris exequāt. lubri
cis motib⁹ cordis ⁊ fluctuationi cogita
tionum inſtabili operu3 pondera velut
quandā tenacē atq3 immobilē anchorā
ꝓfigentes. cui volubilitas ac ꝑuagatio
cordis innexa intra celle clauſtra velut ī
portu fidiſſimo valeat cōtineri. atq3 ita
ſpirituali meditatiōi tm̄ ⁊ cuſtodie cogi
tationum intenta. nō modo ad ꝯſenſu3
praue cuiuſq3 ſuggeſtionis ꝑuigilē men
tem corruere nō ſinat. v̄ūetiam ab omī
ſuperflua ocioſaq3 cogitatiōe cuſtodiat

ita vt q̇d ex quo pēdeat haud facile poſ
ſit a quoquā diſcerni. id eſt vtrū ꝓpt' me
ditationem ſpiritalē inceſſabile manuū
opus exerceant. an ꝓpter operꝭ iugitatē
tam p̄clarum ſpūs ꝓfectum ſciētieq3 lu
men acquirant.

**Qua lege modeſtie poſt orationum miſſam vnuſquiſq3 ad ſuam cellulam redeat. et cui ſubdatur increpationi is qui aliter fecerit. Cap. xv.**

Initis itaq3 pſalmis. ⁊ q̊tidia
f na congregatione ſicut ſuꝑius
cōmemorauim⁹ abſoluta. nul
lus eorū vel ad modicum ſubſiſtere aut
ſermocinari audet cū altero. ſ3 ne q̇dē ꝑ
totū diei ſpaciū a cella ſua ꝓgredi. aut
deſerere opus qd̄ in ea ſolitus eſt exerce
re p̄ſumit. niſi forte cū fuerint ad officiū
neceſſarij cuiuſq3 operis euocati. Quod
ita explent foras egreſſi. vt nulla int' eos
ſermocinatio penit⁹ cōferat'. S3 ſic vn⁹
quiſq3 opus exequitur iniūctū. vt pſal
mum vel ſcripturā quālibet memoriter
recenſendo. nō ſolum ꝯſpirationi noxie
vel conſilijs prauis. ſed nec ocioſis q̇de3
colloquijs. vllā copiam vel tp̄s imparti
at. oris parit' ⁊ cordis officio in medita
tione ſpiritali iugit' occupato. Summa
nanq3 obſeruātia cuſtodit'. ne q̇ſq̄3 cu3
alio ac precipue iuniores vel ad pūctu3
tp̄is pariter ſubſtitiſſe. aut vſpiam ſeceſ
ſiſſe. vel manus ſuas inuicē tenuiſſe dep̄
hendāt'. Si qui v̄o ꝯtra hui⁹ regule di
ſciplinā reperti fuerit aliq̇d ex his q̄ int'
dicta ſunt admiſiſſe. vt ꝯtumaces ac p̄
uaricatores mandatoꝝ non leuis culpe
rei ꝓnūciati. ſuſpitione etiā ꝯiuratiōis
prauiq3 ꝯſilij carere nō poterūt. Quam
culpā niſi in vnū cunctꝭ fratrib⁹ ꝯgrega
tis publica diluerit p̄nīa. oratiōi fratꝝ
nullus eorum intereſſe permittitur.

**Quod nulli orare cū illo qui fuerit ab oratiōe ſuſpēſus liceat. Capitulū. xvi.**

Ane ſi quis pro admiſſo quoli
ſ bet delicto fuerit ab oratione
ſuſpenſus. nullus cum eo prorſus oran
di habet licentiam. anteq̄3 ſubmiſſa in
terram penitentia. reconciliatio eius et
admiſſi venia coram fratribus cunctis
publice fuerit ab abbate conceſſa. Ob h̄
nanq3 tali obſeruātia ſemetip̄os ab ora
tionis eius conſortio ſegregant atq3 ſe
cernunt. quod credunt eum qui ab ora
tione ſuſpenditur. ſcd̄m apoſtoli ſenten
tiam tradi ſathane. ⁊ ſi quis orationi
eius anq̄3 recipiat' a ſeniore. incōſidera
ta pietate permotus cōmunicare ꝓſum
pſerit. complicē ſe damnationis ei⁹ effi
ciat. tradens ſc3 ſemetip̄m volūtarie ſa
thane. cui ille ꝓ ſui reatus emendatione
fuerat deputat⁹. in eo vel maxime ḡuius
crimē incurrēs. qd̄ cū illo ſe vel confabu
lationis vel orationis cōmunione miſcē
do. maiorē illi generet inſolentie fomitē.
⁊ contumaciā delinquentꝭ in peius enu
triat. Pernitioſum nāq3 ſolatiū tribu
ens. cor eius magis ac magꝭ faciet indu
rari. nec humiliari eum ſinet ob qd̄ fue
rat ſegregatus. ⁊ per h̄ vel increpationē
ſenioris nō magnipendere. vel diſſimu
lanter de ſatiſfactione ⁊ venia cogitare.

**Quod is qui ad orationem fratres exuſcitat hora ſolita debeat eoſ commonere Cap. xvij.**

S aūt cui religioſi cōuent⁹ cō
i monitio. vl' ſinaxeos cura com
mittit'. non paſſim vt libitū eſt.
nec pro vt nocte fuerit ex pergefact⁹. aut
opportunitas eum ſomni proprij ſeu in
ſomnij coartat. fratres etiam ad quoti
dianas vigilias exuſcitare ꝓſumit. Sed
q̄3uis eum cōſuetudo diurna hora ſoli
ta euigilare compellat. tamē ſollicite fre
quenterq3 ſtellarum curſu preſtitutum
congregationis tempus explorans. ad
orationum eos inuitat officiū. ne ī vtro
q3 inueniat' incaut⁹. ſi vel oppreſſ⁹ ſom
no ſtatuta3 noctis tranſgrediat' horam.
vel eandem dormiturus atq3 feſtin⁹ ad
ſomnū anticipet. ⁊ non tam officio ſpiri
tali vel quieti omniu3 deſeruiſſe. quā re
quiei ſue ſatiſfeciſſe credatur.

**Quod a veſpera ſabbati vſq3 ad veſperam diei dn̄ice genua nō flectantur Cap. xviij.**

Oc q̊3 noſſe debem⁹ a veſpera
b ſabbati que luceſcit in diem do
minicū. vſq3 in veſperā ſequen
tem apud egyptios genua non curuari.
ſed nec totis quidem quīquageſime die
bus. nec cuſtodiri in eis ieiuniorū regu
lam. Quaꝝ rerū ratio ſuo loco in colla
tionib⁹ ſeniorū cum dn̄s iuſſerit expone t'.
Nūc ꝓpoſitum eſt nobis cauſas tm̄ mō
breui narratione ꝑcurrere. ne ſtatutum
modū volumen excedēs. aut faſtidio le
gentē oneret aut laborare faciat

**Explicit de canonico nocturnarū orationum et pſalmoru3 modo liber ſecundus**

**Incipiūt capitula libri tertij de canonico diurnaru3 orationum et pſalmorū modo**

**Capi. primū**

Roemium.
ij Qꝫ apud egyptios ſine horarum diſcretione ꝑ tota3 diem cum operis adiectione et orationibus iugiter inſiſtat' et pſalmis
iij Qꝫ per omnem orientē ſolennitas tertie ſexte vel none trinis tātū pſalmis ⁊ orationibus finiat'. ⁊ cur ſpecialius iſtis horis hec ſpiritalia ſint officia deputanda.
iiij Qꝫ matutina ſolennitas non antiqua traditione ſtatuta ſit. ſ3 noſtro tēpore pro cauſa ſit adīuenta.
v Qꝫ poſt matutīas orationes ad ſomnum reuerti non oporteat.
vi Qꝫ nihil ſit a ſenioribus immutatum de antiquo ordine pſalmorum cum matutina ſtatueretur ſolennitas.

vij Qz ei qui ad diurnã orationẽ an/
teqꝫ primus finiatur pſalmus
non occurrerit· oratoriũ introi/
re non liceat· in nocturnis autẽ
vſqꝫ ad finem ſecũdi pſalmi ve
niabilis mora ſit.

viij Uigilie q̄ a veſpa illuceſcẽte ſab
bato celebrant̃, quẽ tp̄is modũ
teneãt vel quo ordine celebrẽt̃.

ix Quare illuſcente die ſabbati vi·
gilie ſtatute ſint· ⁊ quare p̄ oẽm
orientẽ abſolutio ieiunij in die
ſabbato preſumatur.

x Und̄ factũ ſit vt in vrbe die ſab
bato ieiunetur

xi In quo dñice diei ſolennitas ab
aliorum dierũ cõſuetudine di/
uerſa teneatur

xij Quibꝫ diebꝫ cuꝫ cena fratribꝫ ex
bibet̃ accedentibꝫ ad refectiõeꝫ
pſalmus nõ dicat̃ ſicut fieri in
prandijs ſolet.

Expliciunt capitula.

## Incipit liber tertius de canonico diurnarũ orationum et pſalmorum modo. Cap̄. primũ.

De nocturno orationuꝫ ⁊ pſal·
morũ mõ qui nam p̄
egyptum habeat̃· do
nante deo q̄ꝫtum te·
nuitas ingenij nr̄i p̄
ualuit arbitror expeditũ· nũc de ſolenni·
tate tertie ſexte noneqꝫ ſm̄ regulam mo·
naſteriorũ paleſtine vel meſopotamie no
bis eſt differendũ· vt p̄fati ſumꝰ in prolo
go· p̄fectionẽ egyptiorũ· ⁊ imitabilẽ diſci
pline rigorẽ horũ inſtitutis moderãtes.

## Q apud egyptios ſine horarũ diſcretiõe p̄ totam diem cũ operis adiectiõe et orationibus iugiter inſiſtatur et pſalmis. C. ij.

a Pud illos etenĩ h̄ officia que
dño ſoluere p̄ diſtinctiones ho
rarum ⁊ tempor̄ interualla cuꝫ
ammonitione cõpulſoris adigim̃· p̄ to·
tum diei ſpaciũ iugit̃ cũ oper̄ adiectiõe
ſpõtanee celebrãt̃ Ita nanqꝫ ab eis iceſ
ſant̃ operatio manuũ p̄uati p̄ cellulas ex·
ercetur· vt pſalmorũ q̄ꝫ vel ceterarũ ſcri
pturarũ meditatio nunq̄ꝫ penitꝰ omitta
tur. Cui preces ⁊ orationes p̄ ſingl̃a mo
menta miſcẽtes, in his officijs que nos
ſtatuto tp̄e celebramus· totũ diei tp̄s ab·
ſumunt. Qobrem exceptis veſptinis ho
ris ac nocturnis congregationibꝫ· nulla
apud eos p̄ diem publica ſolẽnitas abſ
q̄ꝫ die ſabbati vel dñica celebrat̃· in qui
bus hora tertia ſacre cõmunionis obtẽ
tu cõueniunt. Plus ei eſt id qđ iceſſan·
ter offert̃· q̄ꝫ quod p̄ tempor̄ intuualla p̄·
ſoluit̃. et gratius voluntariuꝫ munus·
q̄ꝫ functiones q̄ canonica cõpulſiõe red
duntur· ꝓ hoc q̄ꝫ dauid glorioſiꝰ aliq̄d
exultante cũ dicit. Uoluntarie ſacrifica
bo tibi· ⁊ voluntaria oris mei beneplaci
ta ſint tibi domine.

## Q per omnem orientem ſolennitas tertie· ſexte· vel none· trinis tm̄ pſalmis et orationibus finiatur. et cur ſpecialius iſtis horis hec ſpiritalia ſint officia deputanda. Cap̄. iij.

i Lacqꝫ in paleſtine vel meſopo/
tamie monaſterijs ac totiꝰ oriẽ·
tis· ſupradictarũ horarũ ſolẽni·
tates trinis pſalmis quotidie finiuntur·
vt et orationũ aſſiduitas ſtatutis tp̄ibꝫ
deo offerat̃. ⁊ neceſſaria operationis offi·
cia conſummat̄ iuſto moderamĩe ſpiri·
talibꝫ obſequijs nullatenꝰ valeãt impe·
diri. His enĩ tribꝫ temporibꝫ etiã danie
lem ꝓphetã q̄tidie feneſtris apert̄ ĩ cena
culo p̄ces dño fudiſſe cognoſcimꝰ. Nec
immerito h̄ ſpecialiꝰ tempora religioſis
ſunt officijs deputata. In his ſiquideꝫ
ꝓmiſſionũ p̄fectio· ⁊ ſumma nr̄e ſalutis
eſt adimpleta. Hora nanqꝫ tertia rep·
miſſus olim p̄ ꝓphetas ſpũſſanctꝰ ſuper
apl̃os in orationuꝫ officio cõſtitutos de
ſcendiſſe p̄mitꝰ cõꝓbat̃. Nã cũ ꝓ elocu
tione linguarũ q̄ ab eis infuſione ſpũſſã
cti profluebat· gens incredula iudeoruꝫ
obſtupeſcẽs parit̃ ⁊ irridens diceret eos
muſto repletos· ſtãs petrus in medio eo
rum ait. Uiri iſrahelite ⁊ qui habitatis
hierl̃m vniuerſi· h̄ vobis notũ ſit· ⁊ auri
bus p̄cipite v̄ba mea. Non enĩ ſic̃ vos
exiſtimatis hi ebrij ſunt· cuꝫ ſit hora diei
tertia· ſꝫ hoc eſt quod dictũ eſt p̄ ꝓphetaꝫ
iohel. Et erit in nouiſſimis diebus dicit
dñs· effundam de ſpũ meo ſup̄ oẽm car·
nem· ⁊ ꝓphetabunt filij veſtri ⁊ filię vr̄ę.
⁊ iuuenes veſtri viſiones videbunt· ⁊ ſe
nes veſtri ſomnia ſomniabũt. Et q̄dem
ſup̄ ſeruos meos ⁊ ſuper ancillas meas
in diebꝫ illis effundam de ſpũ meo et ꝓ·
phetabunt. Quę oĩa hora tertia videmꝰ
impleta· ſanctiqꝫ ſpũs vaticinatũ per ꝓ
phetas aduentũ eodem tp̄e ſuper apl̃os
cõmeaſſe. Hora autẽ ſexta immaculata
hoſtia dñs noſter atqꝫ ſaluator oblatus
eſt patri· crucemqꝫ ꝓ totius mundi ſalu
te cõſcendens· humani generis peccata
diluit· ⁊ expolians p̄ncipatꝰ ac ptãtes
traduxit palam· vniu̾ſoſqꝫ nos obnox/
ios atqꝫ conſtrictos inſolubil̃ cyrog̃phi
debito liberauit· tollens illud de medio
⁊ crucis ſuę affigens tropheo. Eadem
q̊ꝫ petro hora in exceſſu mentis vocatio
gentiũ omniũ p̄ ſubmiſſionẽ vaſis euan
gelici delati celitus· ⁊ purificatio om·
nigenum animantiuꝫ in eodem ꝯſiſten
tium· delata ad eum voce diuinitus re·
uelatur· dicente ei. Surge petre· occide
⁊ mãduca. Quod vas quattuor initijs
de cęlo ſummiſſum· nõ aliud q̄ꝫ euange
lium deſignare manifeſte cognoſcit̃. Li
cet enim quadriformi euangeliſtarũ nar·
ratione diſtinctũ q̄ttuor videat̃ habere
p̄ncipia· vnum tñ euangelij corpus eſt·
eiuſdẽ ſcꝫ chriſti natiuitatẽ parit̃ ac dei·
tateꝫ· miracula q̊ꝫ paſſionẽqꝫ cõplectẽs
Pulchre aũt nõ ait linteum· ſed q̄ſi lin
teum. Linteũ quippe mortificatõnis in·
diciũ eſt. Qm̄ igit̃ mors dñicę paſſiõis
nõ hũane nature lege· ſꝫ ꝓprie volũtat̄
ſubit̃ arbitrio· q̄ſi linteum dĩ. Mortuꝰ
enĩ ſm̄ carnẽ· nõ eſt ſm̄ ſpũm mortuꝰ· q̄r
nec derelicta eſt aĩa eiꝰ in inferno· nec ca·
ro eius vidit corruptionem. Et rurſus.
Nemo inq̄t tollit a me aĩam meam· ſed
ego pono eã a meip̄o. Poteſtatẽ habeo
ponere eã· ⁊ ptãtem iterũ hẽo ſumere eã.
In h̄ itaqꝫ euangeliorũ vaſe celitꝰ deſti·
nato. i. a ſpũſancto p̄ſcripto· oẽs gẽtes
q̄ quondam ex legis obſeruantiã poſite
habebant̃ immũde. p̄ credulitatem fidei
ꝯfluentes· vt ab ydolorũ cultu ſalubrit̃ ĩ
molent̃· atqꝫ ad ſalutarẽ eſcam ꝓficiãt·
petro purificãte voce dñica deferuntur.
Hora v̄o nona inferna penetrãs· ĩextri
cabiles tartari tenebras chorruſcatione
ſui ſplendoris extinxit· portaſqꝫ eius ere·
as effringens. ac ſeras ferreas cõterens·
captiuitatem ſanctorũ quę clauſa tene/
bris immitis tenebat̃ inferni· ſalubriter
captam ſecũ trãſuexit ad cęlos. igneaqꝫ
romphea ſummota antiquũ incolã pa
radiſo pia confeſſione reſtituit. Eadem
q̊ꝫ hora cornelius centurio in p̄cibꝫ ſoli
ta deuotione p̄ſiſtens· cõmemorationeꝫ
orationũ ⁊ elemoſinarũ ſuarũ ante do·
minum factã angelo ſibi colloquẽte co·
gnoſcit· palaꝫqꝫ ei hora nona vocatiõis
gentium ſacramẽta pandunt̃· quę Pe
tro in exceſſu mentis hora ſexta fuerãt re
uelata. Alio q̊ꝫ loco de eodem tempore ĩ
actibus apl̃orum ita narratur. Petrus
aũt ⁊ iohannes aſcendebant in tẽpluꝫ
ad horam orationis nonam. Quibꝫ liq̇
do comꝓbatur. nõ immerito a ſanctis ⁊
apoſtolicis viris has horas religioſis ob
ſequijs ꝯſecratas· a nobꝫ q̊ꝫ obſeruari ſi·
militer oportere· qui niſi velut lege qua
dam ſoluere hec pietatis officia ſaltem
ſtatutis temporibꝫ adigamur· totũ diei
ſpacium obliuione aut deſidia vel occu
pationibus ĩuoluti· abſqꝫ orationis in
terpellatione conſumimus. De veſperti
nis autẽ ſacrificijs quid dicenduꝫ eſt· q̄
iugiter offerri etiam in veteri teſtamen·
to lege moſayca ſanciuntur. Holocau·
ſta enim matutina ⁊ ſacrificia veſperti·
na cunctis diebus in templo licet figura
libꝫ hoſtijs etiã ex coꝓbare poſſumꝰ ĩde
ſinenter oblata· quod a dauid canitur.

Dirigatur oratio mea ſicut incenſuȝ in
conſpectu tuo· eleuatio manuū mearuȝ
ſacrificiū veſpertinū. Quo in loco de il‑
lo qȝ vero ſacrificio veſpertino ſacrati⁹
intelligi poteſt· quod vel veſpere a domi
no ſaluatore cenantibꝫ apl'is tradit'· cū
initiaret eccleſię ſacroſācta myſteria· vł
q ipe die poſtero ſacrificiū veſpertinum
in fine ſcȝ ſeculoꝝ eleuatione manuum
ſuaꝝ ꝓ ſalute totius mundi oblatus eſt
patri. Que extenſio manuū eius in pati
bulo· ſatis ꝓprie eleuatio nūcupat'. Om
nes enī nos in inferno iacentes eleuauit
ad celos. ſm ꝓmiſſionis eius ſententiaȝ
dicentis. Cū exaltatus fuero a terra· oīa
trabam ad meipm̄. De matutina vero ſo
lennitate etiā illud nos inſtruit qꝺ in ip
ſa quotidie decantari ſolet. Deus deus
meus ad te de luce vigilo· et In matuti‑
nis meditabor in te. ⁊ Preueni in matu‑
ritate ⁊ clamaui· Et rurſum. Preuene‑
runt oculi mei ad te diluculo. vt medi‑
tarer eloq̇a tua. In his qȝ horis etiā ille
euāgelic⁹ paterfamilias operarios cōdux
it in vineam ſuā. Ita enī ⁊ ille p̄mo ma‑
ne conduxiſſe deſcribit'. quod temp⁹ de‑
ſignat matutinā noſtram ſolennitatem.
deinde tertia· inde ſexta· poſt hec nona·
ad extremū vndecima· in qua lucerna‑
ris hora ſignatur.

## Q matutina ſolennitas nō antiqua traditione ſtatuta ſit. ſed noſtro tempore ꝓ cauſa ſit adinuenta. Cap. iiij.

Sciendū tamen hāc matutinaȝ
que nunc obſeruat' in occiduis
vel maxime regionibus canoni
cam functionē noſtro tempore in noſtro
qȝ monaſterio p̄mitus inſtitutā· vbi do
min⁹ noſter ieſus chriſtus natus ex vgi
ne humane infantie ſuſcipe incrementa
dignatus· noſtram qȝ adhuc in religiōe
teneram ⁊ lactentem infantiam ſua gra‑
tia confirmauit. Vſqȝ ad illud enī tpus
hac ſolēnitate matutina· que expletiſ no‑
cturnis pſalmis ⁊ orationibꝫ poſt modi
cum tempori interuallum ſolet in gallię
monaſterijs celebrari· cum quotidianis
vigilijs parit' cōſummata· reliquas ho‑
ras refectioni corporū deputatas a ma‑
ioribꝫ noſtris inuenimus. Vez cum hac
abutentes indulgentia· negligentiores
quiqȝ inducias ſomni lōgius ꝓtelarēt·
quippe quos vel cellas ꝓgredi vł de ſu‑
is ſtratis conſurgere ante horā tertiam
nulla cōuentus vllius neceſſitas inuita
ret· ⁊ cū operationis iactura tempore qȝ
diei quo nonnullis oportebat officijs in
herere· ſoporis nimietate torperēt· in his
preſertim diebꝫ quibꝫ a veſpertinis horiſ
excubias vſqȝ ad aurore viciniam cele‑
brātibus naſcebat' oneroſior laſſitudo·
quorūdam illic fratrū feruentium ſpiri‑
tu quibꝫ hoc negligentie genus haud le
niter diſpliceret· ad ſeniores querela de‑
lata· decretum eſt ab eis diutino tracta‑
tu ⁊ cōſultatione ſollicita· vt vſqȝ ad ſo
lis ortum quo iam ſine offenſione vel le‑
ctio parari· vel opus manuū poſſet aſſu‑
mi. feſſis corporibꝫ refectione ꝯceſſa· inui
tati poſt hec religionis huius obſeruan
tia cūcti pariter e ſuis ſtratis conſurgerēt.
ac tribꝫ pſalmis ⁊ orationibꝫ celebratis.
ſm modū qui antiquitus in obſeruatio
ne tertie ſexte vel none trine confeſſionis
exemplo ſtatutus eſt· ⁊ ſomno deinceps fi
nem· ⁊ inicium operationi equali ſimul
moderamīe facerent. Qui typus licȝ ex
occaſione videat' inuentus· ⁊ recēti me‑
moria ꝓ cauſa quā diximus ſtatut⁹ ap‑
pareat· tamē illū numeruȝ quē deſignat
beat⁹ dauid quāqȝ ſpiritaleȝ qȝ habeat
intellectum· ſm litteram manifeſtiſſime
ſupplet. Septies in die laudem dixi tibi
ſup iudicia iuſticię tuę. Hac enī adiecta
ſolennitate· ſepties ſine dubio ſpiritales
hos conuentus in die facientes· ſepties
in ea laudes dn̄o dicere comprobamur.
Deniqȝ cum hic idem typus de oriēte ꝓ
cedens huc uſqȝ fuerit vtiliſſime ꝓpaga‑
tus· in nonnullis nunc vſqȝ p orientem
antiquiſſimis mōaſterijs que nequaqȝ
vetuſtiſſimas regulas patrū violari pa
tiuntur minime videtur admiſſus



## Q poſt matutinas orationes ad ſomnū reuerti nō oporteat Vnus ſolennitatis Ca. v.

Cauſa cur ſtatuta ſit vel inuēta
in hac ꝓuincia· nonnulli igno
rātes· expletiſ matutinalibꝫ hymnis iterū
reuertunt' ad ſomnum· in illam cauſam
nihilominus incidentes ob qȝ cōpeſcen
dam hec a ſenioribꝫ noſtris ſolēnitas in
ſtituta eſt. Illa nanqȝ hora eam cōſum‑
mare feſtinant· qua negligentioribꝫ mi‑
nuſqȝ ſollicitis rurſum dormiēdi redda
tur occaſio. Qꝺ omnimodis fieri non
oportet ſicut in libello ſupiori deſcriben‑
tes egyptioꝝ ſynaxim pleni⁹ expoſuim⁹.
ne purificationem noſtrā confeſſiōe ſup
plici et antelucanis orationibꝫ acquiſi‑
tam· vel emergens quedam redundan
tia humoꝝ naturaliū polluat· vel illuſio
corrumpat inimici. vel certe intercedens
etiā puri ac ſimplicis ſomni refectio int'‑
rūpat ſpūs noſtri feruorē. ac tepefactos
ſomni torpore p totum diei ſpaciū mer‑
tes deinceps ignauoſqȝ traducat. Qꝺ
egiptij ne incurrant equidem cuȝ ſoleāt
certis tpibꝫ etiā ante galloꝝ cātū cōſur
gere· miſſa canonica celebrata vſqȝ ad
lucem poſt hec vigilias extendūt· vt eos
ſupueniens lux matutina in hoc feruore
ſpūs repiat conſtitutos· ac p totum diei
tpus feruentiores ſollicitioreſqȝ cuſtodi
at· ꝑparatos eos ſuſcipiens ad ꝯflictuȝ
et contra diurnam diaboli colluctatiōȝ
nocturnarū exercitio vigiliaruȝ ac ſpiri
tali meditatione firmatos

## Q nihil ſit a ſenioribus immutatum de antiquo ordine pſalmorum cum matutina ſtatueretur ſolennitas. Cap. vi.

Illud qȝ noſſe debem⁹ nichil a
ſenioribꝫ noſtris qui hanc ean
dem matutinam ſolennitatem
addi debere cenſuerūt· de antiqua pſal‑
morum ꝯſuetudine immutatū. ſȝ eodeȝ
ordine miſſam quo prius in nocturnis
ꝯuentibꝫ ꝑpetuo celebratā· Eteni hym
nos quos in hac regione ad matutinaȝ
excepere ſolennitatē· in fine nocturnarū
vigiliarū quas poſt galloꝝ cantum an̄
aurorā finire ſolent ſimiliter hodieqȝ de‑
cantant· id ē centeſimū quadrageſimū
octauū pſalmum· cuius initiū eſt· Lau‑
date dn̄m de celis· ⁊ reliquos qui ſequū‑
tur· qnquageſimum vero pſalmū ⁊ ſexa
geſimum ſcꝺm ⁊ octogeſimum nonum
huic nouelle ſolennitati nouimus fuiſſe
deputatos. Deniqȝ p italiā hodieqȝ cō‑
ſummatis matutinalibꝫ hymnis quīq̄‑
geſimus pſalmus in vniūſis eccleſijs ca
nitur· qꝺ nō aliūde quam exinde tractū
eſſe nō dubito

## Q ei qui ad diurnā orationeȝ anteq̄ȝ primus finiatur pſalm⁹ nō occurrerit· oratoriū introire nō liceat. in nocturnis aūt vſqȝ ad finem ſecundi pſalmi veniabilis mora ſit. Cap. vij.

Si vero qui in tertia ſexta vł no
na p̄uſqȝ pſalmus cept⁹ finiat'
ad orationē non occurrerit· vl
terius oratoriū introire nō audet· nec ſe‑
metipm̄ admiſcere pſallentibꝫ. ſȝ cōgre‑
gationis miſſam ſtans ꝓ foribꝫ ꝑſtolat'
donec egredientibꝫ cunctis ſubmiſſa in
terram penitentia negligētię ſuę vł tar‑
ditatis impetret veniam· ſciēs nequaqȝ
ſe poſſe deſidie ſuę noxaȝ aliter expiare·
ſed ne in ea quidem que poſt tres horas
erit ſecutura ſolennitas admittendum·
niſi ꝓ negligentia pn̄ti confeſtim vera hu
militate ſubnixius ſatiſfacere feſtinaue‑
rit. In nocturnis vero conuenticul' vſqȝ
ad ſcꝺm pſalmū prebet' tardāti dilatio·
ita dumtaxat vt anteqȝ finito eodē pſal
mo fratres in oratione ꝓcumbāt· ſemet‑
ipm̄ ꝯgregationi inſerere atqȝ admiſce‑
re feſtinet· eideȝ ꝓculdubio increpatiōi
ac penitentie quā prediximus ſubijciēdus
ſi vltra preſtitutā dilationis horam vel
modicum tardauerit.

## Vigilie que a veſpa illuceſcēte ſabbato celebrantur queȝ tpis modum teneāt vel quo ordine celebrentur. Cap. viij.

r Ane vigilias quę ſingulis hebdomadibus a veſpera illuſcente ſabbato celebrantur· idcirco ſeniores hyemali tempe quo noctes ſūt longiores vſq̃ ad quartū gallorū cantum ꝑ monaſteria moderant̄· vt poſt excubias totius noctis reliquis duab⁹ fer me horis reficiētes corpora ſua· nequaq̃ ꝑ totum diei ſpaciū ſomni torpore marceſcant· requie breuis huius temporis ꝓ totius noctis refectione cōtenti. Quod nos q̃z cum omni obſeruatione cuſtodire cōuenit· vt ſcʒ contenti ſomno qui nobis poſt vigiliarū miſſam vſq̃ ad lucis indulgetur aduētum id eſt vſq̃ ad matutinos pſalmos· totū deinceps diem in opere ac neceſſarijs ducamus officijs· ne ſomnū quem nocti ſubtraximus reſumere ꝑ diem vigiliarū laſſitudine ⁊ inanitate compulſi· non tam requiem corporis ſubtraxiſſe quā quietis tēpus ⁊ refectionem nocturnam cōmutaſſe videamur. Nullatenus enim poteſt fragil' caro ita totius noctis quiete fraudari vt per cōſequentē diem ſine dormitatione mētis animiq̃ torpore inconcuſſam poſſit ſeruare vigilātiā· Quę impedietur ex hoc potius q̃ iuuabitur· niſi poſt vigiliarum miſſam ſomni quantulumcūq̃ guſtauerit· Et idcirco ſaltim vnius horę ſopor quemadmodum diximus ante lucis aduētū ſi fuerit impartitus· lucrabimꝰ omnes vigiliarum horas quas tota nocte ī oratione conſumpſimus· impartientes naturę quod ſuum eſt· nec habentes neceſſitatem reſumēdi ꝑ diem quod nocti ſubtraximus. Totum enim carni huic ꝓculdubio reddet. quiſquis ei nō rationabiliter partem ſubtrahere· ſed totum temptauerit denegare· ⁊ vt veriꝰ dixerī· nō ſuperflua ſed neceſſaria voluerit amputare. Propter quod maiore ſenore neceſſe eſt vigilias cōpenſari· ſi fuerit vſq̃ ad lucem inconſiderata atq̃ irrationabili nimietate ꝓtracte· Ideoq̃ eas tripertitis diſtinguūt officijs· vt labor hac diuerſitatę diuiſus· delectatione quadam defectionem corporis releuet. Nam cū ſtantes antiphona tria cōcinuerint· humi poſt hec vel ſedilibus humillimis inſidentes· tres pſalmos vno modulante reſpondent. qui tamen ſinguli a ſingulis fratrib⁹ viciſſim ſuccedētib⁹ ſibi ꝓbētur· atq̃ his ſub eadem quiete reſidentibus ternas adijciunt lectiones. Itaq̃ fit vt corporeum minuentes laborē vigilias ſuas maiore intentione mentis excerceant

## Quare illuſcente die ſabbati vigilie ſtatute ſint ⁊ quare ꝑ omnem orietem abſolutio ieiunij in die ſabbato ꝓſumatur. Ca. ix.

q Uas a tempore predicationis apoſtolice quo religio ac fides chriſtiana fundata eſt per vniuerſum orientē. idcirco ſtatutum eſt illuceſcēte ſabbato debere celebrari· ꝙ dn̄o ⁊ ſaluatore noſtro ſexta ſabbati crucifixo· diſcipuli adhuc recēti eius paſſione percuſſi peruigiles tota nocte manſerunt· nullatenus quietis ſomnum ocul' ſuis indulgētes. Quobrem ex illo tempore huic nocti deputata vigiliarum ſolēnitas vſq̃ in hodiernum diem per vniuerſum orientem ſimiliter obſeruatur. Ideoq̃ ⁊ abſolutio ieiunij poſt vigiliarum laborem· totidem apoſtolicis viris in die ſabbati ſtatuta· nō immerito preſumitur ꝑ vniuerſas orientis eccleſias· ſm illam quoq̃ eccleſiaſtes ſentētiā· quę licet habeat ⁊ alium miſticū ſenſum· tamē ab hoc quoq̃ non abhorret. quo vtriq̃ diei. i. hebdomadi parit' ⁊ ogdoadi eandem partem ſolennitatis impartire precipimur· ita dicentis. Da partem his ſeptem· ⁊ quidem his octo. Non enim ad cōmunionem feſtiuitatis iudaice abſolutio iſta ieiunij reputanda eſt. his ꝓſertim qui omni iudaica ſupſtitione alieni monſtrantur· ſed ad refectionem quā diximus laſſi corporis ꝑtinere· quod per totas anni ſeptimanas iugiter quinis diebus ieiunans. niſi duobus ſaltem interpoſitis refocillatū fuerit· facile laſſaſcit ac deficit.

## Unū factū ſit vt in vrbe die ſabbato ieiunetur Cap. x.

c Uius moderaminis cauſam nonnulli in quibuſdam occidentalibus ciuitatibus ignorantes· ⁊ maxime in vrbe· idcirco putāt abſolutionem ſabbati minime debere ꝓſumi· ꝙ apoſtolum Petrum in eodem die contra ſymonem cōflictaturum aſſerunt ieiunaſſe. Ex quo magis apparet ꝙ eum non cōſuetudine canonica feciſſe· ſed preſenti potius neceſſitate conflictus. Siquidem ⁊ ibi ꝓ hac eadem re non generale ſed ſpeciale videt' petrus diſcipulis ſuis ieiunium indixiſſe. Quod vtiq̃ non feciſſet ſi ſciſſet illud canonica cōſuetudine ſolere ſeruari. idem proculdubio etiam dn̄ico die paratus indicere ſi certaminis ipſius in eum compegiſſet occaſio· nec tamen ex hoc ſtatim canonica fuiſſʒ ieiunij regula ꝓmulganda. quod non generalis obſeruatio ſtatuerat· ſed vt ſemel fieret ratio neceſſitatis extorſerat.

## In quo dominice diei ſolennitas ab aliorum dierum conſuetudine diuerſa teneatur. Ca. xi.

v Erum ne hoc quidem ignorandum· die dn̄ico vnam tantummodo miſſam ante prandium celebrari. in qua pſalmorum atq̃ orationum ſeu lectionū ꝓ ipſius collecte v' cōmunionis dominice reuerētia ſolennius aliquid ac ꝓpenſius impendentes· in ipſa tertiam ſextamq̃ pariter conſummatam reputant. Itaq̃ fit vt de orationū obſequijs nihil imminuat' adiectiōe ſcʒ lectionum. ⁊ nihilominus differentia q̄dam vel remiſſio videatur fratribus indulgeri ꝓ reuerentia dn̄ice reſurrectionis pre cetero tempore· quę ⁊ totiꝰ ſeptimane videatur obſeruantiā relaxare· et pro hac ipſa quę intermiſcet' quadā differentia eundem diem velut feſtiuū prouocet rurſum ſolenniꝰ expectari· minꝰq̃ faciat hebdomadis venture ieiunia huius expectatione ſentiri. Semper enim equanimius quęlibet fatigatio ſuſtinet'. ⁊ ſine faſtidio labor impenditur· ſi interiecta ei viciſſitudo quędā vel operis immutatio qualiſcunq̃ ſuccedat.

## Quibus diebus cum cena fratribus exhibetur· accedētibus ad refectionem pſalmus nō dicatur ſicut fieri in prādijs ſolet. Cap. xij.

d Enique etiam in ipſis diebus· id eſt ſabbato vel dominica ſeu feriatis temporibus quibus pariter prādium ⁊ cena ſolet fratribus exhiberi· pſalmus ad veſperam non dicitur· id eſt nec cum accedunt ad cenā· nec cū ab ea conſurgūt· vt ſolet fieri in ſolennibus prandijs· vel canonica ieiuniorū refectione· quam et precedere conſuetudinarij pſalmi ſolent ⁊ ſubſequi. ſed tātūmodo ſimplici oratione facta accedunt ad cenam· eamq̃ rurſum conſurgentes ab ipſa ſola oratione concludunt· quod ſcʒ extraordinaria ſit inter monachos iſta refectio· nec omnes ad eam conuenire cogantur. niſi aut peregrini qui ſuperuenerit fratres· aut hi quos infirmitas corporis aut ꝓpria inuitat voluntas

## Explicit de canonico diurnarum orationum ⁊ pſalmorum modo liber tertius

## Incipiunt capitula libri quarti de inſtitutis renunciantium. Cap. primū

Roemium.

ij Qua ratione vſq̃ ad vltimam ſenectutem apud eos in cenobijs perſeuerent

iij Quo examine probetur qui in cenobio ſuſcipiendus eſt.

iiij Quare qui in monaſterio recipiuntur.
v Cur hi qui renunciant ſuſcepti ī monaſterijs propria veſtimēta deponant· ⁊ ab abbate alijs induantur
vi Qua cauſa veſtimenta renunciantium cū quibus ingreſſi ſūt monaſteriuꝫ a diſpenſatore ſeruentur
vij Cur in monaſterio ſuſcepti non permittantur ſtatim congregationi fratrum commiſceri· ſed xenodochio ante tradantur
viij Quibus primum inſtitutis iuniores exerceantur vt ad ſuperandas omnes concupiſcentias ꝓficiant
ix Quare iunioribus imperetur· vt ſeniori ſuo nihil de cogitationibus ſuis ſubtrahant
x Quanta obedientia iunioribus etiam in naturali neceſſitate tribuatur.
xi Cuiuſmodi cibus apud eos deliſſimus habeatur
xij Qꝫ ad ſonitum pulſantis oſtium nihil operis non omittant ſtudio celeriter accurrendi.
xiij Qꝫ criminoſuꝫ habeatur ſi aliqd vel viliſſimum quiſpiam ſuuꝫ dixerit
xiiij Qꝫ licet multa pecunia de vniuſcuiuſqꝫ opere congeratur· nullus tamē preſumat excedere ſtatute ſufficientie parcitatem
xv De immodico apud nos ſtudio habendi
xvi De regulis diuerſarū correptionum.
xvij Quibus autoribus ſit inuentū vt reficiētibus fratribus ſacre lectiones in cenobijs recitentur ⁊ quantum apud egyptios ꝑ⁊beatur ſilentium.
xviij Qꝫ illicitum ſit extra menſam cōmuneꝫ quicqꝫ cibi potuſve guſtare.
xix Quemadmodum per paleſtinaꝫ vel meſopotamiam quotidiana fratribus exhibeantur obſequia.
xx De tribus lēticule granis ab economo repertis.
xxi De ſpontaneo quorundā fratrū miniſterio
xxij De egyptiorum typō qui eſt ſuꝑ quotidianis fratrum ſtatutus obſequijs.
xxiij De obedientia abbatis iohānis per quam vſqꝫ ad prophetie ꝓfectus eſt gratiam.
xxiiij De ligno itaqꝫ arido quod ideꝫ abbas iohannes ad arbitriuꝫ ſenioris ſui quaſi adolendū rigare non deſtitit.
xxv De proiecto ab abbate iohanne vaſe vnico olei ad ſenioris imperium.
xxvi Quemadmodū abbas iohānes ſuo obedierit ſeniori ad aduoluendum ſaxum quod ne a multis quidem poſſibile erat moueri.
xxvij De humilitate et obedientia abbatis mucij quam ī proijciēdo in fluuium paruulo filio ex precepto ſenioris non heſitauit implere.
xxviij Quemadmodum reuelatum ſit abbati de patre mucio opꝰ euꝫ abrahe feciſſe· ⁊ qꝫ defuncto eidem abbati idem pater mucꝰ in monaſterij adminiſtratione ſucceſſerit
xxix De obedientia fratris qui decem ſportas circūferens publice diſtraxit ad abbatis imperium.
xxx De abbatis pynufij humilitate qui relicto cenobio celeberrimo cui preſbiter ꝑerat longinquū monaſterium in quo velut incipiens ſuſciperet deſiderio ſubiectionis expetijt.
xxxi Quemadmodum abbas pynuſius reductus in monaſterium ſuum modico tempore commoratus iterum fugerit in partes ſyrie.
xxxij Que precepta dedit ideꝫ abbas pynuſius fratri queꝫ in ſuo monaſterio ſub noſtra recipiebat preſentia.
xxxiij Qꝫ ſicut magna rmuneratio monacho debetur ſcdm inſtitutionem patrum laborāti· ita ⁊ pena ſimiliter tribuatur· et idcirco nō debeat quis facile admitti in monaſterio
xxxiiij Qꝫ abrenūciatio noſtra nihil ſit aliud qꝫ mortificatio et imago crucifixi.
xxxv Qꝫ crux noſtra timor domini ſit.
xxxvi Qꝫ renunciatio noſtra nihil proſit ſi iiſdē quibus renūciauimꝰ implicemur.
xxxvij Qꝫ diabolus noſtro fini ſemper inſidietur· et nos eius caput iugiter obſeruare debeamus
xxxviij De renunciantis preparatione aduerſum temptationes. et de paucis imitandis.
xxxix Quo ordine quis ad perfectiōeꝫ valeat peruenire· per quam de timore dei ad charitatem conſequenter aſcendat
xl Qꝫ non debeat monachus exempla perfectionis a multis expetere. ſed ab vno vel a pauc
xli Quarum debilitatum ſimilitudineꝫ ſuſcipere debeat qui in cenobio cōmoratur.
xlij Qꝫ bonum patientie ſue nō debeat monachus de aliorum ſperare virtute· ſed de ſua longanimitate
xliij Recapitulatio expoſitionis per quam monachus ad perfectionem poſſit aſcendere

Expliciunt capitula



## Incipit liber quartus de inſtitutis renunciantium. Capitulū primum

D E canōico mō pſalmorū atqꝫ orationum q̇ debeat in diurnis ꝯuenticul' ꝑ mōaſteria cuſtodiri· ad inſtitutionem eius q̇ renunciat huic mundo· narrationis nos ordine prouocante tranſimus· conditiones in primis quibus hi qui ad dominū conuerti cupiunt recipiantur in cenobijs· breui quantuꝫ poſſumus ſtudentes ſermone complecti· quedam ſcilicet de egyptiorum· quedam de tabenenſiotarum regulis admiſcentes· quorum ī thebayde ē cenobiū· quanto numero populoſius cunctis· tanto conuerſationis rigore diſtrictius. Siquidem in eo pluſqꝫ quiqꝫ milia fratrum ſub vno abbate reguntur· tantaqꝫ ſit obedientia hic tam prolixus monachorum numerus omni euo ſeniori ſuo ſubditus· quanta nō poteſt apud nos vnus vni vel obedire per modico tempore vel preeſſe.

## Qua ratione vſqꝫ ad vltimam ſenectutē apud eos in cenobijs perſeuerent. Cap̄.ij.

Q Uorum tam longa perſeuerātia ⁊ humilitas atqꝫ ſubiectio quemadmodum tam diuturna perduret· qua ve inſtitutione formet̄· per quam vſqꝫ ad incuruam ſenectā in

cenobio perſeuerent· opinor nos añ om
nia debere perſtringere. Tāta nanqꝫ eſt.
quātā neminē in monaſterijs nr̄is īgreſ
ſum ne anno q̇dē integro tenuiſſe memi
nimus· vt cum renunciationis eorū pri,
mordia viderimus· cōſequens fuiſſe in
telligamus vt ī tam ſublimia perfectio
nis faſtigia talium virorū fundamenta
conſurgerent.

## Quo examine probetur qui in cenobio ſuſcipiendus eſt. Cap. iij.

Gitur ambiens quis intra ce
i nobij recipi diſciplinam. non
ante prorſus admittitur· quā
diebus decem vel eo amplius pro forib⁹
excubans· indicium perſeuerantie ac de
ſiderij ſui pariterqꝫ humilitatis ac paci
entie demonſtrauerit. Cunctorumqꝫ omniū pre
tereuntium fratrum genibus prouolu,
tus· ⁊ ab vniuerſis de induſtria refuta,
tus atqꝫ deſpectus· tanq̄ꝫ qui nō religio
nis ſed neceſſitatis obtentu monaſteriū
optet intrare· iniurijs quoqꝫ et exprobra
tionibus multis affectus· experimentū
dederit conſtātie ſue· qualiſqꝫ futurus
ſit in temptatōnibus opprobriorum to
lerantia declarauerit· atqꝫ ita fuerit ex,
plorato mentis ardore ſuſceptus. diligē
tia ſumma perquiritur ne de priſtinis fa
cultatib⁹ ſuis inheſerit ei vel vnius nū,
mi contagio. Sciunt enim eum ſub mo
naſterij diſciplina diuturnum eſſe non
poſſe. ſed ne humilitatis quidē aut obe,
dientie apprehenſurum eſſe virtutē· nec
vlla cenobij paupertate ac diſtrictione
contentum fore· ſi in conſcientia eius pe
cunie quātulumcūqꝫ latitauerit. ſꝫ vbi
primum exorta fuerit qualibet occaſiōe
commotio· fiducia ſtipis illius animatū
continuo de monaſterio velut funda ro
tante fugiturum.

## Quare qui in monaſterio reci,piuntur. Cap. iiij.

Tidcirco ne vſibus quidem
e cenobij profuturas ſuſcipere
ab eo pecunias acquieſcunt.
Primum ne cōfidentia huius oblatio,
nis inflatus· nequaqꝫ ſe pauperioribus
fratribus coequare dignetur· tum ne per
hanc elationem nullatenus ad humili,
tatem chriſti deſcendēs· cum in diſcipli.
na cenobij non poſſit perdurare· egreſ,
ſuſqꝫ exinde ea que in principio renun,
ciationis ſue ſpiritali feruore ſuccenſus
intulerat· tepefactus poſtea non ſine in,
iuria monaſterij ſacrilego ſpiritu recipe
re atqꝫ exigere moliatur. Quod omni,
modis obſeruari debere, multis ſunt ex,
perimentis frequenter edocti. Nam per
alia minus cauta monaſteria ſimpliciť
quidam ſuſcepti· de eis q̄ intulerāt q̄ꝫ
in dei opere fuerant diſpēſata· cum in,
gēti poſt blaſphemia redibitionem po,
ſcere temptauerunt.

## Cur hi qui renunciant ſuſcepti in monaſterijs ꝓpria veſtimenta deponant. ⁊ ab abbate alijs induantur. Capitulū .v.

Uamobrem ita nudatur quiſqꝫ
q cum receptus fuerit omni pſti,
na facultate· vt ne ipm̄ quidē
quo opertus eſt indumentum habere ꝑ,
mittatur vlterius· ſed in concilio fratrū
productus in mediū exuatur proprijs·
ac per manus abbatis induatur mona,
ſterij veſtimentis· vt per hoc ſe non ſolū
vniuerſis rebus ſuis antiquis nouerit
ſpoliatum· verumetiam omni faſtu de,
poſito mundiali· ad chriſti paupertatē
⁊ inopiam deſcēdiſſe· iamqꝫ opibus ſu,
ſtentandum non ſeculi arte queſitis, nec
de infidelitate priſtina reſeruatis. ſed de
ſanctis ac pijs monaſterij largitionibuſ
militie ſue ſtipendia percepturū· atqꝫ in,
de ſe deinceps veſtiendum alendumqꝫ
cognoſcēs· ⁊ nihil habere ⁊ nihilomin⁹
de craſtino non eſſe ſollicitū ſcd̄m euan,
gelij diſcat ſententiā· nec erubeſcat pau,
peribus id eſt corpori fraternitatꝫ equari·
quibus connumerari chriſtus ⁊ quorū
ſe fratrē nō erubuit nūcupare. q̇n poti⁹
gloriet᷑ domeſticis eius factū ſe eē ꝯſortē

## Qua cauſa veſtimenta renunciantium cum quibus ingreſſi ſunt monaſteriū a diſpenſatore ſeruentur. Cap. vi.

Lla vero que depoſuit veſtimē
i ta economo cōſignata tamdiu
reſeruantur· donec profect⁹ et
conuerſationis eius ac tolerantie virtu,
tem diuerſis temptationibus ac proba,
tionibus euidenter agnoſcant. Et ſi qui
dem poſſe eum inibi ꝑdurare tempore ꝓ,
cedēte perſpexerint· ⁊ ī eodem quo cepit
feruore ꝑſiſtere· indigentibus eadem lar
giuntur. Sin vero quoddam ex eo mur
murationis vitium· vel parue cuiuſlibet
inobediētie culpā ꝓceſſiſſe deꝓhēderit·
exuētes eū mōaſterij q̇b⁹ indutus fuerat
veſtimētꝫ· ⁊ antiq̇s reueſtitū veſtimētꝫ q̄
fuerāt ſeq̄ſtrata depellūt. Nullū eteni
fas eſt cum illis que accepit abſcedere.
nec quēq̄ꝫ patiuntur illis adhuc indui.
quem ſemel ab inſtitutiōis ſue regula te
puiſſe peruiderint. Unde etiam copia
nulli penitus palam diſcedendi ꝯcedit᷑·
niſi aut in morem ſerui fugacis captans
denſiſſimas tenebras nocte diffugiat.
aut certe hoc ordine et profeſſione indi,
catus indignus. cum confuſione ⁊ nota
coram cunctis fratribus depoſita veſte
monaſterij expellatur

## Cur in monaſterio ſuſcepti nō ꝑmittātur ſtatī congregationi fratrū cōmiſceri. ſꝫ xenodochio ante tradantur. Cap. vij.

Um igitur quis ſuſceptus et
c hac perſeuerantia quam dixi
mus comprobatus ac depōſi
tis ꝓprijs veſtimentis habitu monaſte,
riali fuerit accinctus, non ſtatim congre
gationi fratrū commiſceri permittitur.
ſed deputatur ſeniori qui ſeorſū haud
longe a veſtibulo monaſteri cōmanens.
habet curam peregrinorum ⁊ aduenien
tium deputatam· eiſqꝫ omnem diligen,
tiam ſuſceptionis ⁊ humanitatis impē
dit· Cunqꝫ ibidem integro anno deſer,
uiens abſqꝫ vlla querela ſuum circa pe,
grinos exhibuerit famulatum· imbutuſ
per hoc prima inſtitutiōe humilitatꝫ ac
patientie atqꝫ in ea longa exercitatiōe ꝓ
cognitus· admiſcendus ex hoc cōgrega,
tioni fratrum. alij traditur ſeniori q̇ de
cem iunioribꝫ preeſt· quos ſibi creditos
ab abbate inſtituit pariter ⁊ gubernat.
ſcd̄m illud ſcꝫ quod ordinatū in exodo
legimus ꝑ moyſen.

## Quibus primum inſtitutis iuniores exerceantur. vt ad ſupādas oēs cōcupiſcentias ꝓficiāt. C. viij

Uius hec erit ſollicitudo ⁊ eru
c ditio principalis· per quam iu
nior introductus aſcendere cō,
ſequenter etiā culmina perfectiōis ſum,
ma preualeat· vt doceat eum primitus
ſuas vincere voluntates· quem ſtudioſe
in his ac diligenter exercens· hec illi ſem,
per imperare de induſtria curabit· que
ſenſerit animo eius eſſe contraria. Mul
tis ſiquidem experimentis edocti· t̄dunt
monachum et maxime iuniores ne vo,
luptatem quidem concupiſcentie ſue re,
frenare poſſe· niſi prius mortificare per
obedientiam ſuas didicerit voluntates
Ideoqꝫ pronunciant nullatenus preua
lere vel iram vel triſticiam vel ſpiritū for
nicationis extinguere· ſed nec humilita,
tem cordis veram· nec cum fratribꝫ vni,
tatem perpetuā· nec firmā diuturnāqꝫ
poſſe retinere concordiam. ſed nec ī ceno
bio quidē diutius perdurare eum. qui
pri⁹ voluntates ſuas n̄ didicerit ſuꝑare

## Quare iunioribus imperetur vt ſeniori ſuo nihil de cogitationibus ſuis ſubtrahant. Ca. ix.

Is igitur inſtitutis eos quos
b initiant velut elemētis quibuſ,
dam ac ſillabis imbuere ad ꝑ,
fectionem atqꝫ informare feſtinant· per
hec ad liquidum diſcernentes· vtrum fi
cta ⁊ imaginaria an vera ſint humilita,

te fundati. Ad quod vt facile valeant ꝑ
uenire· conſequenter inſtituũtur nullas
penitus cogitationes prurientes in cor
de pernicioſa confuſione celare· ſed con
feſtim vt exorte fuerint· eas ſuo pateface
re ſeniori. nec ſuper earum iudicio q̇cq̃
ſue diſcretioni committere· ſed illud cre
dere malum eſſe vel bonũ quod diſcuſſe
rit ac pronunciauerit ſenioris examen.
Itaqꝫ fit vt in nullo circũuenire iuuenẽ
callidus inimicus velut inexpertũ igna
rumqꝫ preualeat· nec vlla fraude decipe
quẽ ꝓuidet non ſua ſꝫ ſeniorꝭ diſcretiõe
muniri· ⁊ ſuggeſtiones ſuas velut ignĩ
ta iacula quecunqꝫ in cor eius iniecerit.
vt ſeniorem celet non poſſe ſuaderi. Ali
ter quippe ſubtiliſſimus diabolus illu
dere vel deijcere iuniorem nõ poterit· ni
ſi cum eum ſeu per arrogantiã ſiue ꝑ ve
recundiam ad cogitationum ſuarũ ve
lamen illexerit. Generale nãqꝫ ⁊ euidẽs
indicium diabolice cogitationis eſſe pro
nunciant· ſi eam ſeniori confundamur
aperire·

## Quanta obedientia iuniorbꝰ etiam in naturali neceſſitate tribuatur. Cap̄. x.

p Oſt hec tanta obſeruantia obe
dientie regula cuſtoditur· vt iu
niores abſqꝫ prepoſiti ſui ſcien
cia vel ꝑmiſſu non ſolum non audeant
cellam ꝓgredi· ſed ne ipſi quidem cõmu
ni ac naturali neceſſitati ſatiſfacere ſua
auctoritate preſumant Sicqꝫ vniuerſa
complere que qucunqꝫ fuerint ab eo prece
pta· tanq̃ ſi a deo ſint celitus edita ſine
vlla diſcuſſione feſtinant· vt nonnunq̃
etiam impoſſibilia ſibimet imꝑata ea fi
de ac deuotione ſuſcipiant. vt tota ꝟtu
te ac ſine vlla cordis heſitatione perfice
re ea aut conſummare nitantᷣ· ⁊ nec ĩpoſ
ſibilitatẽ quidẽ precepti pro ſeniorꝭ ſui
reuerentia metiantur. De quorũ obediẽ
tia ſpeciatim nũc dicere pretermitto. Ex
emplis enim eam ipſis paulo poſt trade
re ſuo loco diſponimꝰ. ſi dñs nobis ora
tionibus veſtris dederit cõmeatũ. Nũc
inſtituta cetera proſequamur· ꝑtermittẽ
tes illa contexere que in hac regione vel
tradi monaſterijs vľ ab ipſis nequeũt cu
ſtodiri· ſicut in prefaciuncula noſtra fa
cturos nos eſſe promiſimus· quod ſcili
cet nec laneis indumentis vtantur ſed li
neis tantũ· ⁊ ne ipſis quidẽ duplicibus
quibus vicaria prepoſitus vnuſquiſqꝫ
ſue decanie ſubminiſtrat cum illa quibꝫ
veſtiti ſunt ſorduiſſe conſpexerit

## Cuiuſmodi cibus apud eos delicatiſſimus habeatur. Cap̄. xi.

i Llud quoqꝫ arduum atqꝫ ſub
lime genus continentie ſimiliť
pretermittẽtes· in qua ſumme re
putanť delitie ſi herba ſale condita quã
lapſaniũ vocãt aqua diluta ad refectio
nem fratribꝫ apponatur· aliaqꝫ complu
ra his ſimilia que in hac prouincia nec
aerũ temperies· nec qualitas noſtre fra
gilitatis admittit· illa tantummõ proſe
quar que nulla carnis infirmitas non ſi
tus loci poterit impedire. ſi ea non fragi
litas anime ac tepor mentis ademerit.

## Quod ad ſonitum pulſantis oſtiũ nihil operis nõ omittãt ſtudio celeriter accurrendi· Cap̄. xij.

i Taqꝫ ꝯſidẽtes inť cubilia ſua
⁊ operi ac meditationi ſtudiũ
pariter impendentes· cum ſoni
tum pulſantis oſtiũ ac diuerſorum cellu
las ꝑcutientis audierint. ad orationem
eos ſcꝫ ſeu ad opus aliquod inuitantis·
certatim e cubilibus ſuis vnuſquiſqꝫ ꝓ
rumpit· ita vt is qui opus ſcriptoris ex
ercet· quã repertꝰ fuerit incboaſſe litterã
finire non audeat· ſed in eodem puncto
quo ad aures eius ſonitus pulſantꝭ ad
uenerit· ſumma velocitate ꝓſiliẽs· ne tã
tum quidem more interponat quantũ
cepti apicis conſummet effigiem· ſꝫ im
perfectam lineam littere derelinquens·
nõ tam operis compendia lucra ve ſecte
tur· q̃ obedientie virtutem exequi toto
ſtudio atqꝫ emulatione feſtinet. Quam
non ſolum operi manuũ ſeu lectioni vel
ſilentio ⁊ quieti celle· verumetiã cunctis



virtutibꝫ ita preferunt· vt huic iudicent
omnia poſtponenda· ⁊ vniuerſa diſpen
dia ſubire contenti ſint· dum modo hoc
bonum in nullo violare videantur

## Quod criminoſum habeatur ſi aliquid vel viliſſimum quiſpiam ſuum dixerit Cap̄. xiij.

i Llam ſane virtutem inter cete
ras eorũ inſtitutiones vel com
memorare ſuperfluũ puto· qꝺ
ſcilicet nulli ciſtellam· nulli peculiarem
ſportellaꝫ liceat poſſidere· nec tale aliq̇d
quod velut ꝓprium retinens ſuo debeat
cõmunire ſignaculo. Quos ita nouimꝰ
omni ex parte nudos exiſtere· vt preter
colobium· maforteꝫ· caligas· melotem·
ac pſiathium· nichil amplius habeant·
cum in alijs q̊ꝫ monaſterijs in quibꝫ aliq̃
remiſſius indulgentᷣ· hanc regulam vi
deamus ſtrictiſſime nunc vſqꝫ ſeruari·
vt ne verbo quidem audeat quis dice
re aliquid ſuum. magnumqꝫ ſit crimen
ex ore monachi ꝓceſſiſſe· codicem meũ.
tabulas meas· grafium meum. tunicam
meam· caligas meas· ꝓ qꝫ hoc digna pe
nitentia ſatiſfacturus ſit· ſi caſu aliquo
ꝑ ſubreptionem vel ignorantiã huiuſ
modi ꝟbum de ore eius effugerit.

## Quod licet multa pecunia de vnīꝰ cuiuſqꝫ opere congeratur. nullꝰ tamẽ preſumat excedere ſtatute ſufficientie parcitatẽ. Ca· xiiij.

e T cum tantos vnuſquiſqꝫ eo
rum quotidie de opere ac ſudo
dore ꝓprio redditus ꝯferat mo
naſterio· vt ex his ſuſtentare non ſolum
ſuã valeat parcitatem verumetiam vſi
bus poſſit exuberare multorum. in nullo
tamen inflatur· nec ſibi de tanto operis
ſui queſtu ac ſudore blanditur· ſed preť
duo paximacia que tribus vix denarijs
ibidem diſtrahuntur. nihil ſibimet am
plius vnuſquiſqꝫ preſumit Inter quos
nullum peculiare opus. quod pudet di
cere· quodqꝫ in nr̃is monaſterijs vtinaꝫ
fieri neſciremus· non dicam effectu· ſed
ne cogitatione quidem ab aliquo peni
tus affectatur. Cunqꝫ totam enthecam
cenobij ſuam credat eſſe ſubſtantiã· cũ
ctiſqꝫ rebus vt omniũ dñs omneꝫ curã
ſollicitudinemqꝫ impendat· ad retinen
dam nihilominus arrepte nuditatꝭ vir
tutem· quã ſtudet ad finem vſqꝫ perfecte
atqꝫ inuiolabiliter cuſtodire. ita ſemetip
ſum a cunctis extraneum ⁊ ex omnibus
iudicat alienum· vt tanq̃ peregrinuꝫ ſe
gerat· ⁊ ĩcolã iſtius mũdi· alumnumqꝫ
ſe potius monaſterij reputet ac miniſtrũ
q̃ dñm cuiuſcunqꝫ rei preſumat

## De immodico apud nos ſtudio habendi· Ca. xv.

a D hec nos miſerabiles quid di
cemus· qui in cenobijs commo
rantes: ac ſub abbatis cura et
ſollicitudine conſtituti· peculiares circũ
ferimus claues· omniqꝫ profeſſionis no
ſtre verecundia ⁊ confuſione calcata. eti
am anulos quibus recondita preſigne
mus in digitis palam geſtare nos non
pudet· quibus non ſolum ciſtelle vľ ſpor
te· ſed ne arce q̇dem vel armaria. ad ea
que cõgerimus vel que egreſſi de ſeculo
reſeruauimus condenda ſufficiũt. Qui
qꝫ ita nõnunq̃ ꝓ viliſſimis nullꝭqꝫ rebꝫ
accẽdimur· eas dumtaxat velut ꝓprias
vendicantes· vt ſi quis vel digito q̇cq̃
ex his contrectare ꝓ̄ſumpſerit· tanta con
tra eum iracũdia ſuppleam̃· vt commo
tionẽ cordis nr̃i a labijs ac tota q̇dẽ cor
poris indignatiõe reuocare nõ poſſimus
Sꝫ ꝑtermiſſis nr̃is vicijs· ⁊ his q̃ nec cõ
mẽorari q̇deꝫ dignũ eſt ſilẽtio ť diũ· ſm
illud eloq̃ũ· nõ loq̃ť os meũ opa hoĩm.
ꝟtutes potius q̃ apud illos ſunt· ⁊ h̃ que
nos q̊ꝫ oĩ ſtudio debemꝰ a ꝓpetere· cepto
narrationis ordie ꝓſequam̃· ipaſqꝫ iam
regulas ac typos curſim breuiťqꝫ pona
mus· vt ꝑueniẽtes poſt h̃ ad q̇ſdã actus
⁊ opa ſeniorũ q̃ ſtudioſe mẽorie mãdare
diſponimꝰ· h̃ q̃ nr̃a expoſitione digeſta
ſũt velut teſtimonijs validiſſimis robo
remus· vniũſa q̃ diximꝰ exẽplis eorꝫ po
tius ac vite auctoritate firmantes.

## De regulis diuerſarum corre

ptionum Ca·xvi.

Siquis igitur gillonem fictilē
quē bancalē nuncupant. aut
huiuſmōi aliud caſu aliq̄ frege
rit· aut pdiderit aliquid· nō aliter negli
gentiam ſuam quā publica diluet peni
tentia. cunctiſqꝫ in ſynaxi fratribus con
gregatis. tamdiu proſtratus in terrā ve
niam poſtulabit· donec orationum con
ſummetur ſolennitas· impetraturus eā
cum iuſſus fuerit abbatis iudicio de ſo
lo ſurgere. Eodem modo ſatiſfaciet q̇ ſi
quis ad opus aliquod accerſitus vł ad
congregationem ſolitā tardius occurre
rit. aut ſi decantans pſalmum vł modi
cū titubauerit. Similiter ſi ſuperfluo
ſi durius. ſi contumacius reſpōderit· ſi
negligentius obſequia iniūcta comple
uerit· ſi vel leuit̄ murmurauerit· ſi lectio
nem operi vel obedientie preferens offi
cia ſtatuta ſegnius fuerit executus· ſi di
miſſa ſynaxi non concitus ad cellam re
currere feſtinauerit. ſi cum aliquo vel ad
modicum ſubſtiterit· vel ſi ad punctū tē
poris vſpiam receſſerit. ſi alterius tenue
rit manum· ſi cum illo qui cellule ſue co
habitator non eſt confabulari quantu
lumcūqꝫ preſumpſerit· ſi orauerit cum il
lo qui eſt ab oratione ſuſpenſus· ſi parē
tum quempiam vel amicorū ſecularium
viderit· vł collocutus eis ſine ſuo fuerit
ſeniore. ſi epiſtolā cuiuſcūqꝫ ſuſcipere·
ſi reſcribere ſine abbate ſuo temptauerit.
Huculqꝫ ⁊ in huiuſmodi ac ſimilibus
admiſſis· pcedit animaduerſio ſpiritał.
Reſidua vero que apud nos indifferen
ter admiſſa· a nobis quoqꝫ reprehenſibi
lius ſuſtinent̄· id eſt apta conuicia· mani
feſti contemptus. cōtradictiones tumi
de. libera ⁊ effrenata proceſſio· familiari
tas apud feminas. ire· rixe· ſimultates ⁊
iurgia· operis peculiar̄ preſumptio· phi
largyrie cōtagio· affectus atqꝫ poſſeſſio
rerū ſupfluarum que a ceteris fratribꝫ
nō habentur· extraordinaria ac furtiua
cibi refectio· ⁊ his ſimilia· non illa īcrepa
tione quā diximus ſpiritali. ſed vel pla
gis emendant̄· vel expulſione purgant̄.

## Quibus autoribus ſit inuētū vt reficiētibus fratribus ſacre lectiones in cenobijs recitētur ⁊ quantū apud egyptios ꝓhbeatur ſilentium Cap̄. xvij.

Illud autē vt reficientibus fra
tribꝫ ſacre lectiones in cenobijs
recitent̄. non de typo egyptior̄
pceſſiſſe· ſed de cappadocum nouerimꝰ.
Quos nulli dubium eſt non tam ſpi
ritalis exercitationis cauſa qꝫ compe
ſcende ſuperflue ocioſeqꝫ confabulatio
nis gratia· ⁊ maxime contentionū q̄ ple
rumqꝫ ſolent in cōuiuijs generari· hꝰ ſta
tuere voluiſſe· videntes eas aliter apud
ſe non poſſe cohiberi. Apud egyptios eñ
vel maxime tabenneſiotas tantū ſilentiū
ab omnibus exhibet̄· vt cum in vnū tan
ta numeroſitas fratrum refectionis ob
tentu cōſederit· nullus nec mutire q̇dē
audeat p̄ter eum qui ſue decanie preeſt.
Qui tamen ſi quid menſe ſupinferri vł
auferri neceſſariū eſſe peruiderit. ſonitu
potius qꝫ voce ſignificat. Tantaqꝫ ve
ſcentibꝫ eis ſilentij huius diſciplina ſua
tur· vt cucullis vltra oculor̄ palpebras
demiſſis· ne ſcꝫ liber aſpectus habeat cu
rioſius copiam euagandi· nihil ampliꝰ
intueātur qꝫ menſam. ⁊ appoſitos in ea
vel quos ex ea capiunt cibos· ita vt quē
admodum vel quātum reficiat aliꝰ nul
lus inuicem notet.

## Quod illicitum ſit extra menſā cōmunem quicq̄ cibi potuſve guſtare. Cap̄. xviij.

Ateqꝫ vel poſtqꝫ legitimā cō
munem qꝫ refectionem percipi
ant ſumma cautione ſeruatur
ne extra menſam quicqꝫ cibi penitus ori
ſuo quiſquā indulgere preſumat· vt in
cedentibus p hortos ⁊ pomaria· cū paſ
ſim blandeqꝫ per arbores poma penden
tia nō ſolū obijciant ſe pectoribꝫ trāſeū
tium· verumetiam ſtrata per terram con
culcāda pedibus offerant· atqꝫ ad colli
gendum parata facile ad conſenſum cō
cupiſcentie illicere valeant intuentes· et



oportunitate vel copia qꝫuis diſtrictos
atqꝫ abſtinentiſſimos ad ſui deſiderium
prouocare· ſacrilegū ducatur non mo
do quicqꝫ ex his deguſtare· verumetiam
manu contingere· abſqꝫ eo quod palā
cunctis in cōmune reficientibus exhibe
tur· ⁊ ad percipiendū economi diſpenſa
tione per fratrum obſequia publice mi
niſtratur

## Quemadmodum per paleſtinam vel meſopotamiam quotidiana fratribꝰ exhibeantur obſequia Cap̄. xix.

Nequid ſane de inſtitutis ceno
biorū pretermiſiſſe videamur·
quemadmodū quotidiana fra
tribꝫ etiā p alias regiones exhibeant̄ ob
ſequia· cōmemorandum breuiter puto
Per cunctam nanqꝫ meſopotamiā· pa
leſtinam ⁊ capadociam ac totum orien
tem· ſingulis hebdomadibꝫ viciſſim fra
tres ad hec officia ſibi reddenda ſucce
dunt· ita vt ſcd̄m cenobij multitudinē·
miniſtrorū quoqꝫ numerus deputetur.
Que explere tanta deuotione ⁊ humi
litate properant· quanta nullus ſeruo
rum ditiſſimo dn̄o ac prepotēti exhibet
ſuum famulatū· ita vt ne iſtis quidē ſo
lis contenti obſequijs que canonico iu
re ſoluunt̄· etiam nocte ſurgentes illos
quibꝫ ſpecialiter hec manet cura ſtudio
ſuo releuent· et ea que ab ipſis perficiēda
ſunt furtim ꝑuenientes implere ꝯtēdāt.
Has autē ſeptimanas vnuſquiſqꝫ ſuſ
cipiens· vſqꝫ ad cenā dominici diei mi
niſtraturus obſeruat. Qua peracta mi
niſterium totius hebdomadis ita cōclu
ditur· vt hi quibus ſuccedēdum eſt· cō
uenientibus in vnum fratribꝫ ad conci
nēdos pſalmos q̊s q̇turi ex more decā
tant. omnibus in ordine pedes lauent·
hanc ſcꝫ ab eis pro labore totiꝰ ſeptima
ne benedictionis mercedē fideliter expe
tentes· vt eos explentes mandatum chri
ſti emiſſa generaliter ab omnibus fratri
bus oratio proſequat̄. que vel p ignora
tionibus intercedat vel p admiſſis hu
mana fragilitate peccatis· ⁊ commēdet
deo velut ſacrificiū pingue conſumma
ta cor̄ deuotionis obſequia· Itaqꝫ ſecū
da ſabbati poſt matutinos hymnos alijs
rurſum ſuccedentibus vtenſilia in qui
bus miniſtrauerāt ac vaſa conſignant.
que tanta ſollicitudine curaqꝫ ſuſcipi
entes cuſtodiūt· ne quid ex eis imminua
tur vel pereat. vt credāt ſe etiam pro mi
nimis quibuſqꝫ vaſis tanqꝫ p ſacroſan
ctis rationem non ſolū diſpenſatori p̄
ſenti ſed etiam dn̄o reddituros· ſi forte
aliquid ex eis negligentia eorū fuerit im
minutū. Cuius diſcipline qui modus
ſit vel quāta fide ⁊ cautione ſeruet̄. vno
teſtimonio qđ exempli gratia ponā pote
ritis agnoſcere. Sicut enim ſtudemꝰ ſa
tiſfacere veſtro feruori. quo plenā vniū
ſorum cognitionem deſiderātes· etiā ea
que optime noſtis hoc libello vobis cu
pitis iterari· ita veremur menſuram bre
uitatis excedere

## De tribus lenticule granis ab economo repertis. Cap̄. xx.

In ſeptimana cuiuſdam fratr̄
cum preteriens economus tria
lenticule grana vidiſſet iacere ī
terra· que hebdomadario feſtinanti dū
ea preparat coctioni inter manus cū aq̄
qua diluebant̄ elapſa ſunt· confeſtim ſu
per hoc abbatē ꝯſuluit. A quo velut int̄
uerſor neglectorqꝫ ſacri peculij iudica
tus· ab oratione ſuſpenſus eſt. Cuiꝰ ne
gligentie reatus nō aliter ei remiſſus eſt.
niſi eum publica penitētia diluiſſꝫ. Nō
ſolum enim ſeipſos nō eſſe ſuos· ſꝫ etiā
omnia que ſua ſunt credunt dn̄o conſe
crata. Propter quod ſi q̇d fuerit in mo
naſterio ſemel illatum· vt ſacroſanctum
cū omni decernūt reuerentia debere tra
ctari. Tantaqꝫ fide vniuerſa procurant
atqꝫ diſpenſant· vt etiam ea q̄ deſpectui
habent̄ paruaqꝫ reputāt̄ ac vilia· ſi vel
loco mouerit vł cōpetentiꝰ collocauerit·

ſigillonem aqua impleuerit·ſi ex eo cuiqꝫ obtulerint ad bibendum·ſi tenuem feſtucam de oratorio cella ve ſubmouerit. mercedem ſe conſecuturos a domino tota credulitate confidant.

## De ſpontaneo quorundã fratrum miniſterio
### Cap̃.xxi.

Nouimus fratres in quorum ſeptimana cum accidiſſet tanta lignorum penuria vt non eſſet penitus vnde ſoliti cibi fratribus pararentur·⁊ donec poſſent coempta deferri vt xerofagia cõtenti eſſent abbatis fuiſſet auctoritate preceptum·eſſetqꝫ h̄ vniuerſis placitum· nec quiſqꝫ poſſet vllũ coctionis ſperare pulmẽtũ· illos velut q̃ fructu ac mercede ſui laboris ⁊ obſequij fraudarẽtur·ſi in ordine vicis ſue cibos fratribus non ſcd̃m conſuetudinem parauiſſent· tantum ſibi ſpontanei operis ac ſollicitudinis indixiſſe· vt in illis aridis ac ſterilibus locis in quibus ligna niſi de fructiferis arboribus excidantur omnimodis nequeunt inueniri·nec eniȝ vt apud nos vlla reperiũtur frutecta ſilueſtria. per extenta auia diſcurrentes· et heremum que verſus mare mortuũ tenditur obeuntes. feſtucas tenues ac ſpinulas quas ventus huc illucqꝫ diſperſerat·ſuo ſinu ⁊ gremijs colligẽtes. cunctam ſolennitatem ciborum ſpontaneis obſequijs prepararent· ita vt de ſolita prebitione nihil paterent᷑ imminui· tanta fide hec ſua munia fratribus exhibentes· vt etiam cum illos honeſte poſſet vel lignorum excuſare penuria vel abbatis imperium· pro fructu ſuo atqꝫ mercede noluerint hac abuti licentia

## De egyptiorum typo qui eſt ſuper quotidianis fratrum ſtatutus obſequijs.
### Capitulũ.xxij.

Hec dicta ſint ſcd̃m typum vt prefati ſumus totius orientis. quem etiam in partibus noſtri neceſſario dicimus debere ſeruari. Ceterum apud egyptios quibus maxima cura eſt operis·non eſt hebdomadarũ mutua viciſſitudo·ne ſub occaſione huius officij omnes ab operis canone impediantur. ſed vni probatiſſimo fratrum cellarij vel coquine cura committitur · qui perpetuo donec vires eius vl' etas admittit·iugiter opus iſtud exerceat. Nõ enim magno labore corporis fatigatur· qꝛ nec tanta cura inter eos parandorum ciborum vel coctionis impenditur· quippe q̃ maxime xerofagijs vl' homofagijs vtũt᷑· ⁊ apud quos ſecta ſingulis menſibꝫ porrorum folia·labſania· ſalfrictum oliue. piſciculi minuti ſalliti. quos illi menominia vocant. ſumma voluptas eſt

## De obedientia abbatis iohannis per quam vſqꝫ ad prophetie profectus eſt gratiam.
### Cap̃.xxiij.

Et quoniam hic liber de inſtitutione eſt eiꝰ qui renunciat huic mundo·per quam ſciliȝ introductus ad humilitatem veram ⁊ obedientiam perfectam ceterarum quoqꝫ virtutum culmina poſſit aſcendere· neceſſarium reor quedam ſenioꝝ geſta quibus per hãc enituere virtutem · exempli gratia ſicut promiſimus explicare · de multis admodum pauca carpentes· vt ſtudentibus ſublimiora ſectari·non ſolum incitamentum ex his vite perfecte·ſed etiam ꝓpoſiti forma procedat. Quobrem duos vel tres pro libelli huius compendio de tam innumera patrum multitudine ꝑferentes ponimus. Primum abbatẽ iohannem qui commoratus eſt iuxta lico quod eſt opidũ thebaydis. qui ꝓpter obedientie virtutẽ vſqꝫ ad ꝓphetie grãm ſublimatꝰ· ſic vniuerſo claruit orbi· vt etiã regibus mundi huius merito ſuo redderetur illuſtris. Nam cum in extremis vt diximus thebayde partibus commaneret·nõ ante preſumebat theodoſius imperator ad prepotentium bella tyrannorum ꝓcedere· quã oraculis illius animaretur atqꝫ reſponſis. Quibus cõfidens velut celitus ſibi delatis. trophea de bellis deſperatis atqꝫ hoſtibus reportabat



## De ligno itaqꝫ arido quod idẽ abbas iohannes ad arbitriuȝ ſenioris ſui quaſi adolendum rigare non deſtitit.
### Cap̃.xxiiij.

Hic itaqꝫ beatus iohannes ab adoleſcentia ſua vſqꝫ ad perfectam ac virilem etatem ſeniori deſeruiens·donec ille in huius vite conuerſatione durauit·tanta humilitate inheſit eiꝰ obſequijs· vt ipi quoqꝫ ſeni ſtuporem ſummum obedientia eius incuteret. Cuius hãc virtutẽ vtrum de vera fide ac profunda cordis ſimplicitate deſcenderet·an affectaticia eſſet·et quodãmodo coacticia. atȝ ad imperãtis faciẽ preberet᷑· volens manifeſtius explorare· quã plura ei etiã ſuperflua minuſqꝫ neceſſaria vel impoſſibilia frequentius iniungebat. Ex quibus tria ponam. ꝑ que manifeſtari poſſit volẽtibus ſcire·vl' mẽtis eius vel ſubiectionis integritas. Sũpſit itaqꝫ de lignario ſuo ſenex virgultũ· quod olim exciſum vſibus foci fuerat ꝑparatum. dumqꝫ coctionis retardaret occaſio. non modo aridum· ſed ꝓpe putre iacebat temporis vetuſtate. Cumqꝫ hoc coram ipo fixiſſȝ in terram · precepit aduecta aqua quotidie bis rigari· vt ſcilicet diurnis humoribꝫ radicatum· atqꝫ per aquaȝ ĩ arborem diffuſis ramis reuiuiſcens· amenitatem oculis atqꝫ vmbraculum in eſtu feruenti ſubter reſidentibꝫ exhiberet. Quod p̃ceptum veneratione ſolita ſine vlla impoſſibilitatis conſideratione ſuſcipiens adoleſcens·ita quotidianis diebus expleuit· vt aquaȝ ꝑ duo ferme milia indeſinenter apportans·nullatenus lignum rigare ceſſaret· atqꝫ per totum anni ſpacium nõ infirmitas corporis· non feſtiuitas ſolennitatis·nõ occupatio neceſſitatis vllius que illũ etiam honeſte excuſaret ab executione mandati·non deniqꝫ hyemis aſperitas intercedens ab huius obſeruatione precepti potuerit impedire. Cumqꝫ eius hanc ſedulitatem tacitus ſenex latẽter diebus ſingulis exploraret· ⁊ videret euȝ ſimplici cordis affectu mãdatum ſuum velut diuinitꝰ emiſſum ſine vlla permutatiõe vultus vel rationis diſcuſſione ſeruare· ſinceram humilitatis eius obedientiam comprobans· pariter etiam miſerãs tã longum laborem quem per totum anni ſpaciuȝ ſtudio deuotionis impenderat· ad virgultum aridum accedens·o inq̃t iohannes miſit ne radices hec arbor an nõ? Cũqꝫ ille ſe neſcire dixiſſet· ſenex velut inquirens rei veritatem· ⁊ tanq̃ꝫ temptans vtrum iam ſuis radicibus niteretur·euulſit coram ipo leui commotione virgultum·ſicqꝫ ꝓijciens illud·precepit vt deinceps rigare deſineret

## De proiecto ab abbate iohãne vaſe vnico olei ad ſenioris imperium.
### Cap̃.xxv.

Itaqꝫ cũ huiuſmodi exercitijs eruditus quotidie iuuenis in hac parendi virtute ſuccreſceret· ⁊ humilitatis eius eniteſceret gratia· atqꝫ obẽdiẽtie ſue ſuauis odor ꝑ monaſteria vniuerſa fragraret· quidam fratꝝ probationis immo edificationis obtentu venientes ad ſenem·cum ſubiectionẽ eius quam audierant mirarent᷑· vocãs eum repente ſenex·aſcende ait· ⁊ ſumens lenticulam olei. que ſola in heremo ſuis vel aduenientium vſibus liquorem pinguedinis tenuiſſimum miniſtrabat· deorſum proijce per feneſtram. Quam ille cum ad ſuperiora concitus peruolaſſet·per feneſtram proferens comminuendam dimiſit ad terram· parum cogitãs

vel retractans precepti ineptiam· diur/
nam neceſſitatem·infirmitatem corporiſ·
penuriam ſumptuum·heremi ſqualenciū
anguſtias ac difficultates· in qua etiaꝫ
ſi pecunia ſuppeditaret·nihilominꝰ per
dita ſpecies inueniri reparariqꝫ nō poſ/
ſet.

## Queādmodū abbas iohānes ſuo obedierit ſeniori ad aduol uēdū ſaxum quod ne a multis quidem poſſibile erat moueri Cap̄. xxvi·

Lijs rurſum edificari cupienti
a bus obediētie huius exemplo·
vocās eum ſenior· curre inquit
iohannes·ſaxum illud huc aduolue q̄ꝫ/
totius. Qui confeſtim ſaxum immane
quod turbe multe hominum vel mouere
non poſſent·applicita nunc ceruice· nūc
toto pectore·tanto niſu atqꝫ conatu pro
uoluere contendebat·vt ſudore omniuꝫ
membrorum ſuorū non ſolum totum in
funderet veſtimentum· ſed etiam ſaxum
ipm̄ ſuis ceruicibus humectaret. in hoc
quoqꝫ parum metiens impoſſibilitateꝫ
precepti vel facti ꝓ reuerentia ſenioris ⁊
obſequij ſimplicitate ſincera· qua crede
bat ſenē tota fide nihil poſſe incaſſuꝫ ac
ſine ratione precipere.

## De humilitate ⁊ obediētia abbatis mucij quam in proijciendo in fluuium paruulo filio ex p̄cepto ſenioris non heſitauit īplere.

Cap̄. xxvij.

Vniuſqꝫ abbatis iohannis pau
b ca dixiſſe de multis ſufficiat·nūc
abbatis mucij factuꝫ memoria
dignum comprehendam. Hic nāqꝫ ab
renunciare deſiderans huic mūdo· tam
diu pro foribus monaſterij excubans ꝑ
durauit· donec immobili perſeuerātia
ſua contra omnem cōſuetudinem ceno·
biorum cum filio ſuo paruulo qui octo
circiter erat annorum vt ſuſciperetᷣ di·
ceret. Cumqꝫ tandem recepti fuiſſent· cō
feſtim non ſolum diuerſis prepoſitis tra
diti· verumetiam celle habitatione ſeiū·
cti ſunt·ne ſcilicet iugi viſione paruuli
reminiſceretur pater ex omni ſua quam
renuncians abiecerat facultate atqꝫ af·
fectione carnali ſaltem ſibi filium ſuper
eſſe. et quemadmodū ſe iaꝫ diuitem non
eſſe ſciebat. ita etiā patrem ſe eſſe neſciret
Quod vt plenius probaretur vtruꝫ vi·
delicet plus faceret affectionem ſangui·
nis ac ſuorū viſcerū charitatem· an obe·
diētiā ⁊ mortificationē chriſti quā renū·
cians quiſqꝫ pro eius debet amore prefer
re· de induſtria negligebatur paruulus·
pannis potius q̄ꝫ veſtimentis indutus.
ſordibus quoqꝫ ita obſitus ac fedatus.
vt offendere potius q̄ꝫ delectare pater·
nos oculos poſſet quotiēs ab eo fuiſſet
aſpectus. ſed etiam colaphis atqꝫ ala·
pis expoſitꝰ diuerſorum. quas plerūqꝫ
ſub obtutibus ſuis innocenti paruulo
etiam gratis cernebat inferri·ita vt nun/
q̄ꝫ genas eius niſi lachrymarum ſorden
tibus veſtigijs videret infectas Cumqꝫ
taliᷣ infans ſub oculꝭ eiꝰ ꝑ dies ſingulos
ageretᷣ· pro amore nichilominꝰ chriſti ⁊
obediētie virtute rigida ſemper atqꝫ im·
mobilia patris viſcera permanſerunt.
Non enim iam reputabat ſuum filium
quem ſecum pariter obtulerat chriſto.
nec curabat de preſentibꝫ eius iniurijs.
ſed potius exultabat quod eas nequa·
q̄ꝫ infructuoſe cernebat tolerari·parum
cogitans de lachrymis eius·ſed de pro·
pria humilitate ac perfectione ſollicitus
Quam diſtrictionem mentis illius atqꝫ
immobilem rigorem peruidens cenobij
ſenior·ad comprobandam penitus ani·
mi eius conſtantiam·cum plorare qua·
dam die vidiſſet infantem· ſimulans ſe
aduerſus eum commotum precepit pa·
tri vt tollens eum iactaret in flumen.
Tunc ille velut a domino ſibi hoc pre
ceptum eſſet· confeſtim celeri curſu ra·



piens filiuꝫ· vlnis proprijs vſqꝫ ad orā
fluminis aduexit iactaturus. Quod ꝑ/
fecto feruore fidei ⁊ obediētie eius fuiſſet
opere conſummatuꝫ· niſi procurati fuiſ
ſent de induſtria fratres·qui ſolliciteri/
pam fluminis obſiderent· proiectumqꝫ
iaꝫ ⁊ quodammodo de fluminis alueo
paruulum rapuiſſent. ⁊ conſummatio·
nem precepti obſequio patris ac deuo·
tione completam· ab effectu operis atqꝫ
ab ipo fine reuocaſſent.

## Quemadmodū reuelatum ſit abbati de patre mucio opus eū abrahe feciſſe. ⁊ ꝙ defūcto eidē abbati ideꝫ pater mucius ī monaſterij adminiſtratione ſucceſſerit Cap̄. xxviij.

Uius fides atqꝫ deuotio intan
c tum deo fuit accepta· vt diuīo
ſtatim teſtimonio comprobata
ſit. Reuelatum nanqꝫ eſt cōtinuo ſenio·
ri· hac eum obediētia abrahe patriarche
opus impleſſe. Cūqꝫ breui tēꝑe tranſ·
acto idem abbas cenobij de mūdi huiꝰ
cōmoratione migraret ad dn̄m. hūc pre
ponens cunctis fratribus ſucceſſorem ſi
bi atqꝫ abbatem monaſterio dereliquit

## De obedientia fratris qui decē ſportas circūferēs publice diſtraxit ad abbatis impium.

On tacebimus Cap̄. xxix.
n etiam nobis cognitum fratrem
ſcd̄m ſeculi huius ordinem ſum/
me familie. Nam patre comite ac ditiſſi
mo oriundus fuit· ſtudijs quoqꝫ liberali
bus non mediocriter inſtitutus. Qui re
lictis parentibꝫ cum ad monaſteriū per·
uolaſſet·ad comprobandā mentꝭ humi/
litatem vel fidei eius ardorem·confeſtim
eiꝰa ſeniore p̄ceptum eſt· vt deceꝫ ſportas
quas neceſſe nō erat publice vendicari.
ceruicibꝫ ſuis onerans diſtrahendas ꝑ
plateas circūferret·adiecta conditōne q̄
diutius in hoc officio retineretᷣ. vt ſi for/
te eas vnus pariter coemere voluiſſꝫ nō
cederet·ſed ſingillatim eas querentibus
venundaret. Quod ille tota deuotione
compleuit· ⁊ omni confuſionis verecun
dia pro nomīe ac deſiderio chriſti calca
ta·ſportas humeris ſuis imponens pre·
cio ſtatuto diſtraxit·ac pecuniaꝫ ad mo
naſteriuꝫ reportauit·nequaq̄ꝫ perterritꝰ
tam vilis ⁊ īſueti officij nouitate· nec cō
ſiderās indignitatem rei·nataliūqꝫ ſplē
dorem·ac venditionis iniuriam· dum il
lam chriſti humilitatem que eſt vera no
bilitas· ꝑ obedientie gratiam deſiderat
obtinere

## De abbatis pynufij humilitate qui relicto cenobio celeberrimo cui preſbiter p̄erat. longinquum monaſterium in quo velut incipiens ſuſciperetur deſiderio ſubiectionis expetijt.

Cap̄. xxx.

Artat nos libelli modus ad fi
c nem tendere·ſed obedientie bo·
num que inter ceteras virtutes
primatum tenet. non patiᷣ nos eorū ge·
ſta qui per hanc claruerūt penitus ſilen·
tio preterire. Propter quod vtrūqꝫ con
grue temꝑātes· id eſt tam breuitati q̄ꝫ
ſtudioſorū deſiderijs atqꝫ vtilitatibus
ſeruiētes. vnum adhuc ponemus humi
litatis exemplum· quod nō ab incipiēte
ſed a ꝑfecto atqꝫ abbate completuꝫ· nō
ſolum iuniores inſtruere· ſed etiaꝫ ſenio
res ad ꝑfectam humilitatis virtutem le
ctione ſua poterit incitare. Vidimꝰ ita
qꝫ abbatem pynufium·qui cum eſſet im
manis cenobij preſbiter· quod eſt in egy
pto non longe a paneſiſi ciuitate· et pro
ipa reuerentia·vel vite ſue·vel etatis·vᷣl
ſacerdotij. cunctꝭ honorabilis ac venerā
dus exiſteret· videns ſe pro hoc ipſo hu
militatem illam quam ſcd̄m ſue mentis
ardorem concupierat exercere nō poſſe·
nec habere quo virtutem deſiderate ſb·
iectionis extenderet· clam fugiens de
cenobio receſſit ſolus in thebaidos vlti·
mas partes. Ibiqꝫ depoſito habitu mo
nachorum· aſſumpta ſeculari veſte ceno
bium tabenenſiotarū expetijt·quod ſcie
bat cunctis eſſe diſtrictius. ⁊ in quo ſe vᷣl

ꝑ longitudine regionis credidit ignorā-
dum. vel pro magnitudine mōaſterij ac
multitudine fratrum facile poſſe celari.
Ubi diutiſſime pro foribꝫ pſeuerās· cun-
ctorum fratrū genibꝫ ꝓuolutus vt ſuſci-
peretur ſummis p̄cibꝫ exorabat. Cumqꝫ
multo deſpectu tādem fuiſſꝫ admiſſus·
quod ſcꝫ decrepitus ſenex ⁊ qui omnē
ſuam ꝑnixiſſet etatem ingredi cenobiū
poſtularet· quo tempore iam ne deſerui-
re quidem ſuis voluptatibus preuale-
ret. ac ne hoc quidem ipm̄ cauſa religio-
nis expetere eum aſſererent· ſed famis et
inopie neceſſitate conſtrictū· vt ſeni nul-
liqꝫ operi penitus apto horti cura dilige-
tiaqꝫ mandatur. Quā ſub alio fratre iu-
niore qui eum ſibi creditum retinebat ex-
ercens· ſic eidem ſubdebat̄ tantaqꝫ obe-
dientia deſideratam humilitatis excole-
bat virtutē· vt non ſolū ea que ad horti
curam diligentiamqꝫ ꝑtinebant· verū
etiam vniuerſa officia que cunctis erāt
aſpera vel indigna· atqꝫ ab omnibꝫ du-
cebantur horrori· tota quotidie ſedulita-
te compleret. Quamplura etiam nocte
conſurgens ita furtim nullo teſte vl' con-
ſcio tenebris occulentibus efficiebat. vt
penitus auctorem operis nemo deprehē-
deret. Cūqꝫ ibidem triennio deliteſcēs
diſperſis ꝑ vniuerſam egyptum vbiqꝫ
fratribꝫ quereret̄. a quodam tandem vi-
ſus qui de egypti partibꝫ cōmearat. vix
potuit pro humilitate habitus ſui ac vi-
litate officij quod gerebat agnoſci. Nā
ſarculo deorſum incuruus laxabat ole-
ribus terram· deinde ſtercus humeri ſu-
is aduectans eorū radicibus ingerebat.
Cūqꝫ h' intuēs frat' ſuꝑ agnitione eius
diutiſſima fuiſſet heſitatione detentus·
ꝓpius tandem accedēs· ⁊ non ſolū vul-
tum ſed etiam ſonum vocis diligent' ex-
plorans· ad pedes eius cōmin' ꝓcidens
primo quidem ſuper hoc ſtuporem ſum-
mum videntibꝫ cūctis incuſſit· cur vide-
licet iſtud feceriteí qui apud ipos velut
nouicius ac de ſeculo nuper egreſſus ha-
bebatur extremus. poſt vero miraculo
ſunt maiore ꝑculſi: cum eius nomen qđ
apud ipos q̊ꝫ magna fuerat opiniōe cō-
pertum protinus ꝓdidiſſet. A quo vni-
uerſi fratres prioris ignorantie veniam
poſtulantes· quod eum videlicet tanto
tempore inter iuniores ac paruulos de-
putaſſent· inuitum ac flentem quod in-
uidia diaboli digna ſibi fuiſſet conuer-
ſatione atqꝫ humilitate fraudatus. quā
diutiſſime requiſitā tandem aliqn̄ ſe in-
uenisse gaudebat· nec meruiſſꝫ vitā ſuā
in illa quā arripuerat ſubiectione fini-
re ad ꝓprium cenobiū reduxerūt· cuſto-
dientes eum ſumma diligētia· ne ab eis
quoqꝫ ſimiliter quoqꝫ dilapſus aufu-
geret

## Quemadmodū abbas pynu-ſius reductus in monaſterium ſuū modico tempore cōmora-tus iterū fugerit in ꝑtes ſyrie

Bi cum fuiſſet Cap. xxxi.
v modico tempore demorat' · eo-
dem rurſus humilitatis deſide-
rio atqꝫ ardore ſuccenſus. captās noct̄-
na ſilentia ita diffugit· vt iam ꝓuinciā
non vicinam ſed ignotas ⁊ alienas lon-
geqꝫ diuiſas regiones expeteret. Nā cō-
ſcendens nauem in paleſtine partes cō-
meare feſtinauit· credēs ſe tuti' latitatu-
rum· ſi ad illa ſemetipm̄ aſportaret lo-
ca. in quibus ne nomen quidem ſuum
fuiſſet auditum. Quo cum aduenisſet.
noſtrū monaſterium ꝓtinus expetiuit.
quod non longe fuit a ſpeleo in quo do-
minus noſter ieſus chriſtus ex ꝟgine na-
ſci dignatus eſt· In quo ꝑmodico tē-
pore deliteſcens· ſcđm ſententiam domi-
ni tanqꝫ ciuitas ſuꝑ mōtem poſita diu-
tius abſcondi non potuit. Nam conti-
nuo quidam fratrū qui ad loca ſancta
de egypti partibꝫ orationis cauſa cōue-
nerant· agnitum eū ſumma vi precū ad
cenobium ſuum reuocarunt.

## Que precepta dedit idem ab-bas Pynuſius fratri quem in ſuo monaſterio ſub noſtra reci-piebat preſentia. Cap. xxxii.



Hunc igitur ſenem pro illa que
b nobis fuerat apud ipm̄ in mo-
naſterio nr̄o familiaritas· cum
poſt hec in egypto ſtudioſiſſime requiſiſ-
ſemus· exhortationē quam dedit fratri
quē ſub noſtra p̄ſentia in cenobio ſuo
recipiebat. q2 puto ex hac poſſe aliquid
īſtructionis accidere· anim' eſt opuſcu-
lo huic intexere. Noſti ait quot diebꝫ ꝓ
foribꝫ excubās. hodie ſis receptus· Cui'
difficultatis cauſam primitus debes a-
gnoſcere. Poterit enim tibi in hac via
quā ingredi concupiſcis multū confer-
re · ſi ratione eius agnita ad chriſti ſerui-
tium conſequēter ac ſicut oportet acceſ-
ſeris.

## Qꝫ ſicut magna remuneratio monacho debetur ſcđm inſtitu-tionem patrum laboranti. ita ⁊ pena ſimiliter tribuatur. ⁊ idcir-co nō debeat quis facile admit-ti in monaſterio. Ca. xxxiij.

Icut nanqꝫ immenſa gl'a fide-
ſ liter ſeruientibꝫ deo ac ſm̄ regu-
le inſtitutionem ei coherētibus
repromittitur in futurum· ita pene gra-
uiſſime preparant̄ his qui tepide eā ne-
gligenterqꝫ fuerint executi · ⁊ ſcđm hoc
ꝙ profeſſi ſunt vel quod ab hominibus
eſſe creduntur· fructus etiam congruos
ſanctitatis eidem exhibere neglexerint.
Melius eſt ei ſcđm ſcripture ſentētiam
non vouere quenqꝫ· qꝫ vouere ⁊ nō red-
dere· ⁊ maledictus qui facit opus dei ne-
gligenter· Ideo igitur a nobis diutiſſi-
me refutatus es· non q2 tuam vel omniū
ſalutem non toto deſiderio cupiamus
amplecti· ⁊ his qui ad chriſtū cupiunt ꝑ-
uenire etiā ꝓcul occurrere nō optemus·
ſed ne temere recipientes· ⁊ nos apđ deū
leuitatis· ⁊ temetipm̄ reum grauiori ſup-
plicij faceremus· ſi ad preſens facile ſu-
ſceptus· nec pondus profeſſionis huius
intelligens· vel deſtitutor poſt hec vel te-
pidus extitiſſes. Quāobrē ipſā cauſā
abrenunciationis debes in primis agno-
ſcere. Qua pſpecta· quid te ꝯueniat age-
re ex eius ratione manifeſtius inſtruari.

## Qꝫ abrenunciatio noſtra nihil ſit aliud q̊ꝫ mortificatio ⁊ ima-go crucifixi.

Ca. xxxiiij

Brenunciatio nihil eſt aliđ qꝫ
a crucis ac mortificationis indi-
cium. Ideoqꝫ noueris hodier-
no die te huic mundo ⁊ actibus eius ac
deſiderijs eſſe defunctum. teqꝫ ſm̄ apl'm
mundo huic eſſe crucifixum · tibiqꝫ hūc
mundum. Conſidera ergo conditiones
crucis ſub cuius te deinceps ſacramēto
oportet in hac luce verſari · quia iam tu
non viuis· ſed ille viuit in te qui eſt cru-
cifixus pro te. Eo ergo habitu ac figura
qua pro nobis in patibulo fuit ille ſuſpē-
ſus· nos q̊ꝫ neceſſe eſt in hac vita degere
vt ſcꝫ ſm̄ dauid affigētes timore dn̄i car-
nes nr̄as· vniūſas volūtates nr̄as ac de-
ſideria non noſtre concupiſcentie ſeruiē-
tia· ſꝫ mortificationi eius habeamus af-
fixa· Sic enim dn̄i p̄ceptum implebim'
dicentis. qui non accipit crucem ſuam ⁊
ſequit̄ me· non eſt me dignus. Sed forte
dicas. Quomō poteſt homo crucē ſuā
iugiter portare· vel quemadmodum vi-
uēs quis poſſit eſſe crucifixus: Audi ra-
tionem breuiter

## Qꝫ crux noſtra timor domiſit.

Cap. xxxv.

Rux noſtra timor dn̄i eſt. Sic
c ergo crucifixus quis iam nō ꝓ
animi ſui motu membra ſua q̊-
qꝫ mouendi vel conuertendi habꝫ pote-
ſtatem· ita ⁊ nos voluntates noſtras ac
deſideria non ſm̄ id quod nobis ſuaue
eſt ac delectat ad preſens· ſed ſcđm legē
dn̄i quo nos illa ꝯſtrinxerit applicare de-
bemus · Et ſicut is qui patibulo crucis
affigitur· non iam preſentia cōtemplat̄.
nec de ſuis affectationibus cogitat· non
pro die craſtino ſollicitudine curaqꝫ diſ-
tenditur. nulla poſſidendi cōcupiſcētia
ꝑmouet̄· nulla ſuperbia· nulla cōtētiōe·
nulla emulatione ſuccendit̄· non de pre-
ſentibus dolet iniurijs· non preteritarū

C

iam recordat᷑· ſecꝫ cum adhuc ſpirat in corpore cunctis elementis credit eſſe defunctum· illuc premittens ſui cordis itui tum· quo ſe nõ dubitat ilico tranſiturũ· ita nos q̊ꝫ timore dñi crucifixos oportet his omnibꝰ id eſt non ſolũ carnalibꝰ viciis verũetiam ipis elementis mortuos eſſe· illuc habentes oculos anime noſtre defixos quo nos ſperare debemꝰ momentis ſingulis migraturos. Hoc enim mõ mortificatas poterimꝰ vniuꝰſas concupiſcẽtias nr̃as ⁊ affectus habere carnales·

## Q̃ renũciatio noſtra nihil proſit ſi iiſdem quibus renunciauimus implicemur Ca. xxxvi.

Caue ergo ne quid aliqñ eorꝫ reſumas que renuncians abiecisti· ⁊ contra dñi interdictum de agro euãgelice operatiõis reuerſus· inueniaris tunica tua qua te expoliaueras reueſtiri· necꝫ ad humiles terrenaſcꝫ mundi huius concupiſcentias ac ſtudia reuolnaris· ⁊ contra euãgelii mãdatum de perfectionis tecto deſcendẽs· tollere aliquid preſumas ex his que abrenuncians abdicaſti. Caue ne parentum· ne affectionis priſtine recorderis· ⁊ ad curas huius ſeculi ſollicitudineſcꝫ reuocatus· ſm ſaluatoris ſententiã ponens manum tuã ſuꝑ aratrũ ⁊ aſpiciẽs retro· regno celorũ aptus eſſe non poſſis. Caue necqñ ſuꝑbiam quam nũc incipiens ardore fidei ac pia humilitate calcaſti· cum ceperis pſalmorũ vel profeſſiõis huius quãdam noticiã degustare· paulatim elatus reſuſcitare mediteri· ac ſm apli ſententiam que deſtruxiſti iterũ reedificans preuaricatorẽ ꝯſtituas temetipſum· ſed potiꝰ vt in hac nuditate quã coram deo ⁊ angelis eius profeſſus es ad finem vſcꝫ ꝑdures. In hac q̊ꝫ humilitate ac patientia· qua vt ſuſciperis in monaſterio decem diebus pro foribus perſeuerans multis lachrymis imploraſti· non ſolũmodo ꝑſiſtas· verumetiam ꝓficias atcꝫ ſuccreſcas. Satis enim miſerꝫ eſt vt cum debeas a rudimentis ac primordiis tuis ꝓuehi ⁊ ad ꝑfectionẽ tendere· etiam ab ipis incipias ad inferiora decidere. Non eĩ qui ceperit hec. ſed q̇ ꝑſeuerauerit in his vſcꝫ in finẽ· h̓ ſaluus erit.

## Q̃ diabolus noſtro fini ſemꝑ inſidietur. ⁊ nos eius caput iugiter obſeruare debeamus. Cap̃. xxxvii.

Verſutus enĩ ſerpens calcanea noſtra ſemꝑ obſeruat· id eſt inſidiatur exitui noſtro. ⁊ vſcꝫ in finem vite noſtre nos ſupplantare conatur. Et idcirco bene cepiſſe nihil ꝓderit. nec pleno feruore renunciationis arripuiſſe principia· ſi hec congruus etiam finis ſimiliter nõ cõmendauerit atcꝫ cõcluſerit. chriſticꝫ humilitas atcꝫ pauꝑtas quam nunc coram ipo profeſſus es vſcꝫ ad extremum vite quemadmodũ arrepta eſt a te nõ fuerit cuſtodita. Q̃õ vt poſſis implere tu eius capita· id eſt cogitationum principia ſemper obſerua. ad ſeniorem ſcꝫ mox ea deferens. Ita enĩ diſces pernicioſa eius initia conterere. ſi nihil ex eis ſeniori tuo erubueris reuelare.

## De renunciãtis preparatiõe aduerſum temptationes. ⁊ de paucis imitandis. Cap̃. xxxviii.

Quapropter ſcd̃m ſcripture ſententiam egreſſus ad ſeruiẽdũ dño· ſta in timore dei· et ꝓpara aĩam tuam nõ ad requiem· nõ ad ſecuritatem· nõ ad delitias· ſed ad temptationes ⁊ anguſtias. Per multas enim tribulationes oportet nos introire ĩ regnũ dei. Anguſta nãcꝫ eſt porta ⁊ arta via q̃ ducit ad vitã· ⁊ pauci ſunt q̇ inueniunt eã. Cõſidera ergo te de paucis ⁊ electis effectum· ⁊ ne exẽplo ac tepore mltitudinis refrigeſcas. ſꝫ viue vt pauci· vt cũ paucis inueniri merearis in regno dei. Mlti enĩ ſunt vocati· pauci ꝟo electi· ⁊ puſillꝰ eſt grex· cui cõplacuit patri hereditatẽ dare. Itacꝫ non leue noueris eſſe peccatũ. perfectionẽ ꝓfeſſum quempiam ea q̃ ſunt imꝑfecta ſectari. Ad quẽ ꝑfectiõis ſtatum his gͣdibꝰ atcꝫ hoc ordine peruenitur.



## Quo ordine quis ad ꝑfectionẽ valeat ꝑuenire. ꝑ quã de timore dei ad charitatem conſequẽter aſcendat Cap̃. xxxix.

Principiũ noſtre ſalutis eiuſdẽcꝫ cuſtodia· ſicut dixi timor domini eſt. Per hunc enĩ ⁊ initiũ conuerſionis ⁊ vitiorũ purgatio ⁊ ꝟtutum cuſtodia· his q̇ imbuunt᷑ ad viam ꝑfectionis acquirit᷑. Qui cũ penetrauerit hominis mentẽ· contemptũ ei rerũ oĩm parit· obliuionem parentũ· mũdicꝫ ipiꝰ gignit horrorẽ. Contemptu aũt ac priuatione facultatum oĩm· humilitas acquiritur. Hũilitas ꝟo his indiciis ꝯꝓbat᷑. primo ſi mortificatas in ſe ſe habeat oẽs voluntates· ſcd̃o ſi non ſolũ actuũ ſuorum verũetiam cogitationũ nihil ſuũ celauerit ſeniorẽ· tertio ſi nichil ſue diſcretioni ſed iudicio eiꝰ vniuꝰſa committat. ac monita eiꝰ ſitiens ac libent᷑ auſcultet. quarto ſi in oĩbꝰ ſeruet obẽdientiã. manſuetudinem· ⁊ patientie conſtantiã. quĩto ſi non ſolũ iniuriã inferat nulli. ſꝫ ne ab alio q̇dem ſibimet irrogatam doleat atcꝫ triſtet᷑· ſexto ſi nihil agat nihil preſumat quod nõ vel communis regula vel maiorum cohortant᷑ exempla· ſeptimo ſi omni vilitate ꝯtentus ſit. ⁊ ad omnia ſe que ſibi ꝓcipiunt᷑ velut operariũ malũ iudicauerit ⁊ indignum· octauo ſi ſemetipm cunctis inferiorẽ non ſuꝑficie ꝓnũciet labiorũ· ſed intimo cordis credat affectu. nono ſi linguã cohibeat· vel nõ ſit clamoſus in voce· decimo ſi non ſit facilis ac promptus in riſu. Talibꝰ nãcꝫ indiciis ⁊ his ſimilibꝰ humilitas vera dinoſcit᷑. Que cũ fuerit ĩ veritate poſſeſſa· confeſtim te ad charitatem que timorẽ nõ habet· gradu excellentiore ꝑducet· ꝑ quã vniuerſa q̃ prius nõ ſine pena formidinis obſeruabas· abſcꝫ vllo labore velut naturalit᷑ incipies cuſtodire. nõ iã contemplatione ſupplicii vel timoris vlliꝰ ſꝫ amore ipiꝰ boni ⁊ delectatione ꝟtutũ·

## Q̃ nõ debeat monachus exempla ꝑfectionis a multis expetere. ſꝫ ab vno vel paucis. Ca. xl.

Quod vt valeas faciliꝰ ꝑuenire· exempla tibi ſunt imitationis ac vite ꝑfecte in ꝯgregatione cõmoranti· a paucis immo ab vno vel a duobꝰ non a pluribꝰ expetenda. Nam preter id qd̓ examinata vita atcꝫ ad purum excocta reperit᷑ in paucis· etiã iſtud ex h̓ vtilitatis accidit. qd̓ ad perfectionẽ ꝓpoſiti huius id eſt cenobial᷑ vite diligẽtius q̇s vniꝰ imbuit᷑ ac format᷑ exẽplo

## Quarum debilitatũ ſimilitudinem ſuſciꝑe debeat qui in cenobio cõmoratur. Ca. xli.

Que oĩa vt poſſis conſeq. ⁊ ſub hac regula ſpiritali ꝑpetuo ꝑdurare· tria h̓ in cõgregatione neceſſario cuſtodienda ſunt tibi. vt ſcilicet ſm pſalmiſte ſententiã· ego aũt tãq̃ ſurdus non audiebã· ⁊ ſicut mutus qui nõ aꝑit os ſuũ· ⁊ factus ſum ſicut hõ nõ audiens· ⁊ nõ habens in ore ſuo ĩcrepationem· tu q̊ꝫ velut ſurdus ac mutꝰ et cecus incedas· vt abſcꝫ illiꝰ ꝯtemplatiõe q̇ tibi fuerit ad imitandum merito perfectionis electꝰ· vniuerſa quecuncꝫ videris minus edificationis habentia velut cecꝰ nõ videas· ne animatus eorꝫ qui h̓ agũt auctoritate vel forma· ad id qd̓ deterius eſt· ⁊ quod ante dãnaueras· traducaris· Si inobedientem. ſi ꝯtumacem. ſi detrahentem audieris· vel ſecus quã tibi traditum eſt aliquid admittentẽ· nõ offendaris. nec ad imitandũ eum tali ſubuertaris exẽplo· ſed vt ſurdus q̇ hec penitus nec audieris vniuꝰſa trãſmittas. Si tibi vel cuicꝫ ꝯuicia· ſi irrogant᷑ iniurie eſto immobilis· ⁊ ad reſponſionem talionis vt mutus auſculta· ſemper hunc pſalmiſte ꝟſiculum in corde tuo decantans. Dixi cuſtodiam vias meas. vt nõ delinquam in lingua mea. Poſui ori meo cuſtodiam cũ conſiſteret peccator aduerſum me· obmutui et humiliatus ſum. ⁊ ſilui a bonis. Verũ ⁊ quartũ hoc ꝑ omibus excole· quod hec que ſupra diximus tria ornet atcꝫ cõmendet. id eſt vt ſtultũ

te ſcd̃m apoſtoli ſententiã facias in hoc mũdo vt ſis ſapiens· nihil ſcꝫ diſcernẽs nihil diiudicans ex his que tibi fuerint imperata· ſed cum omni ſimplicitate ac fide obedientiam ſemper exhibeas· illud tantummodo ſanctum· illud vtile· illud ſapiẽs eẽ iudicãs· qcq̇d tibi vel lex dei· vel ſeniorũ examẽ indixerit. Tali ei inſtitutione fundat⁹· ſub hac diſciplina poteris durare ꝑpetuo· ⁊ de cenobio nullis temptationibus inimici nullis factionibus deuolueris.

## Q bonum patientie ſue nõ debeat monachus de aliorũ ſperare virtute· ſed de ſua longanimitate. Cap̃.xlij.

E  Rgo patientiam tuam non debes de alioꝝ ſperare virtute· id ẽ vt tunc eam tantummõ poſſideas cum a nemine fueris irritatus. qd̃ ne poſſit non euenire. tue nõ ſubiacet poteſtati· ſꝫ poti⁹ de humilitate tua ⁊ lõganimitate· que ĩ tuo pendet arbitrio.

## Recapitulatio expoſitionis ꝑ quam monachus ad perfectionem poſſit aſcẽdere Cap̃.xliij

E  T vt hec omnia que latiori ſermone digeſta ſunt cordi tuo facilius inculcentur· ac tenaciſſime tuis ſenſibus valeãt inherere· qd̃ dã ex his breuiariũ colligam· ꝑ quod poſſis breuitate ⁊ compendio mandatorũ memoriter vniuerſa complecti. Audi ergo paucis ordinem· ꝑ quem aſcendere ad ꝑfectionem ſummã ſine vllo labore ac difficultate valeas. Principium noſtre ſalutis ſapientieq́ꝫ ſcd̃m ſcripturas timor dñi eſt. De timore dñi naſcitur compunctio ſalutaris. De compunctione cordis procedit abrenunciatio id eſt nuditas ⁊ contemptus omnium facultatum. De nuditate humilitas ꝓcreatur. De humilitate mortificatio voluntatum generatur. Mortificatione voluntatum extirpantur atq́ꝫ marceſcunt vniuerſa vicia. Expulſione vitiorum virtutes fructificant atq́ꝫ ſuccreſcunt· Pullulatione virtutum puritas cordis acquiritur. Puritate cordis apoſtolice charitatis ꝑfectio poſſidetur.

## Explicit de inſtitutis renunciãtium liber quartus.

## Incipiunt capitula libri quinti de ſpiritu caſtrimargie Cap̃.primum


i  Trãſitus de inſtitutis cenobiorum ad colluctationẽ octo ꝑncipalium viciorum.
ij  Q cauſe viciorum ſicut in omnibus immorantur. ita ab omnibus ignorantur· ⁊ quia ad manifeſtãdas eas domini egeam⁹ auxilio
iij  Q prima nobis colluctatio ſit aduerſus ſpiritum caſtrimargie id eſt concupiſcentiam gule
iiij  Teſtimonium abbatis Antonij quo docet vnamquamq́ꝫ virtutem ab illo qui eam peculiari⁹ poſſidet expetendam
v  Q non poſſit ab omnib⁹ vniformis ieiuniorũ regula cuſtodiri
vi  Q non ſolo vino mens inebrietur.
vij  Qua ratione infirmitas carnis puritatem cordis nequeat impedire.
viij  Quo ꝑfecte cõtinentie fine eſca ſumenda ſit.
ix  De menſura caſtigationum aſſumendarum remedioq́ꝫ ieiunij.
x  Ad conſeruandam mentis ⁊ corporis puritatem abſtinentiam ciborũ non poſſe ſufficere
xi  Concupiſcentias cordis non extingui· niſi cum omni extirpatione viciorũ
xij  De agone carnali etiam ſpiritalis agonis imitatiõꝫ eſſe ſumẽdam.
xiij  Q niſi gule fuerimus vitio liberati nequaq́ꝫ poſſimus ad pugnas interioris hoĩs ꝑuenire.
xiiij  Quomõ poſſit gule concupiſcẽtia ſuꝑari.
xv  Quomõ ad cuſtodiendam cordis ſui puritatem monachus ſemper debet eſſe intentus.
xvi  Q monachus ſm̃ olympiaci certaminis morem non poſſit ſpiritales cõficere pugnas, niſi obtinuerit bella carnalia
xvij  Q fundamentũ ac baſis ſpiritalis agonis in caſtrimargie ſit certamine collocata
xviij  Per quot genera certaminũ atq́ꝫ palmarum beatus apoſtol⁹ ad coronam ſublimiſſimi agonis aſcenderit.
xix  Q athlete chriſti donec in corpore cõmoratur pugna non deſit
xx  Q nõ debeat monachus ſumendi cibi tempus excedere ſi vult ad pugnas interiorũ certaminum ꝑuenire
xxi  De interiori monachi pace et abſtinentia ſpiritali
xxij  Q idcirco nos oporteat exercere ꝯtinentiam corporalẽ vt per ipſam perueniamus ad ſpiritale ieiunium·
xxiij  Qualis eſſe monachi cib⁹ debeat
xxiiij  Q in egypto indifferenter vidimus ſub aduentu noſtro ſolui quotidiana ieiunia.
xxv  De continentia ſenis qui ita ſexies cibum ſumpſit vt ſeruaret eſuriem
xxvi  De eo ſene qui in cella ſua eſcam nunq́ꝫ ſolus accepit
xxvij  Quid de fructu ſtudij ꝓfeſſi ſint abbas peſius ⁊ iohannes.
xxviij  Quam exempli ſui profeſſionem abbas iohannes diſcipulis reliquerit diſceſſurus.
xxix  De abbate machete ĩter collationes ſpiritales nunq́ꝫ dormitante et ſemper inter terrenas fabulas obdormiente·
xxx  Eiuſdem ſenis de nemine iudicando
xxxi  Increpatio eiuſdem ſenis cũ fratres inter ſpiritales collatiões dormitantes· ad narrationem ocioſe fabule vidiſſet expergefactos
xxxij  De epiſtolis priuſq́ꝫ legerent incenſis.
xxxiij  De abſolutione queſtionis quã abbas theodorus orando promeruit
xxxiiij  De ſententia eiuſdem ſenis qua docuit quo ſtudio monachus poſſit aſſequi ſcientiam ſcripturarum.
xxxv  Increpatio eiuſdem ſenis cũ ad meam cellulam media nocte veniſſet
xxxvi  Deſcriptio heremi que eſt in diolco in qua anochorete commorantur
xxxvij  De traditis nobis ab abbate archebio cum inſtructu ſuo cellis
xxxviij  De debito quod abbas archebius manuum ſuarum labore ꝓ matre diſſoluit.
xxxix  Qua ſimulatione cuiuſdam ſenis abbati ſymeoni cum ocioſus eſſet opus manuum ſit prouiſum
xl  De pueris qui deferẽtes ad egrotantem ficus non deguſtatis eiſdem fame in heremo defecerũt.
xli  Sententia abbatis machari de obſeruantia monachi vel tanq́ꝫ diutiſſime victuri vel tanq́ꝫ quotidie morituri.


## Expliciunt capitula.

## Incipit liber quintus de ſpiritu caſtrimargie

### Tranſitus de inſtitutis cenobiorum ad colluctationē octo principaliū viciorū. Cap. primum

q
Uitus nob inuāte deo liber iſte ꝓcuditur. Nam poſt quattuor libellos qui ſuper inſtitutis monachorum digeſti ſunt· nūc arripe colluctationem aduerſus octo ꝑncipalia vicia veſtris orationib dño ꝯfortāte diſponimus· id eſt primum caſtrimargie que interpretatˀ gule concupiſcentia· ſecundū fornicationis. tertiū philargyrie qđ itelligitur auaricia· vel vt ꝓprius exprimatˀ amor pecunie. quartum ire· quintū triſticie. ſextum accidie quod eſt anxietas ſiue tedium cordis· ſeptimum cenodoxie· qđ ſonat vana ſeu inanis glīa· octauū ſuperbie. Quem ineuntes agonem tuis precib o beatiſſime papa caſtor nūc impenſius indigemus. vt primū naturas eorum tam minutas tam occultas tāq obſcuras inueſtigare condigne· Deinde cauſas eorundem ſufficienter exponere. tertio vt idoneas curationes eorū ac remedia poſſimus inferre.

### Q cauſe viciorū ſicut in omnibus immorātur ita ab omibus ignorantur. ⁊ q ad manifeſtandas eas dñi egeamus auxilio Cap. ij.

q
Uarū paſſionū cauſe quemadmodū cū patefacte fuerint traditionib ſeniorū ab omnib ꝓtinus agnoſcuntˀ· ita priuſq reuelentur cū ab ipis vniūſi vaſtemur ⁊ in cunctis hominibus immorentˀ. ab omnibus ignorantur. Uerū eas ita nos aliquatenˀ explicare poſſe confidimus· ſi interceſſionibus veſtris ad nos q illę qui ꝑ yſaiā ꝓlatus eſt ſermo dñi dirigatˀ· ego añ te ibo· ⁊ potentes terrę humiliabo· portas ereas cōfringam· ⁊ vectes ferreos conteram· ⁊ aperiam tibi theſauros abſcōditos ⁊ arcbana ſecretorū. vt nos q xpūs dei precedens· primum terrę noſtrę potētes humiliet· id eſt has eaſdē quas expugnare cupimus noxias paſſiones· dominationem ſibi ac tyrannidem ſeuiſſimā in noſtro mortali corpore vendicantes. eaſq faciat indagini noſtrę atq expoſitioni ſuccumbere· ⁊ ita noſtrę ignorationis portas effringens· ac vitiorū vectes excludentiū nos a vera ſcientia conterens· ad ſecretorū noſtrorū nos archana perducat. ac ſcđm apſtm illuminati nobis reuelet ea quę ſunt abſcondita tenebrarū· ⁊ manifeſtet conſilia cordiū· vt ſic ad tetras vicioꝝ tenebras puriſſimis oculis animę penetrātes patefacere eas ac producere poſſimus ad lucem. eaꝝ q cauſas atq naturas his vel qui caruerūt eis vel adhuc obligati ſunt pandere valeamus· ⁊ ita ſcđm ꝓphetam tranſeūtes per ignem vitiorū diriſſime nr̄as exurentium mentes· cōfeſtim per aquas q virtutum extinguentium ſcilicet ea tranſire poſſimus illeſi· ac ſpiritalibus remedijs irrigati ad refrigerium perfectiōis puritate cordis mereamur educi.

### Q prima nobis colluctatio ſit aduerſus ſpū caſtrimargie id eſt cōcupiſcentiam gulę. Ca. iij.

i
Taq primum nobis ineundū certamen eſt adūſus caſtrimargiam quam diximus gulę eſſe cuncupiſcentiam Et in primis de mō ieiuniorum ⁊ eſcarum qualitate dicturi· rurſus ad egyptiorū traditiones ac ſtatuta recurremus. quibus ſublimiorem continentię diſciplinam. ⁊ pfectā diſcretionis ineſſe rationem nullus ignorat.

### Teſtimonium abbatis antonij quo docet vnāquāq virtutem ab illo qui eā peculiariuſ poſſidet expetendam Cap. iiij.



v
Etus nanq eſt beati Antonij admirabilq ſententia· monachū qui poſt cenobiale propoſitum faſtigia nititur ſublimioris perfectionis attingere· ⁊ apprehenſo diſcretionis examie· ꝓprio iā potēs eſt ſtare iudicio· atq ad arcem anachoreſeos perueniremi minime debere ab vno q̄uis ſummo vniuerſa genera virtutū expetere. Aliˀ enim ſcientie floribus exornatur· altˀ diſcretionis ratiōe robuſtius communitˀ· alter patientię grauitate fundatur. aliˀ humilitatis· alius continentię virtute ꝑfertur. alius ſimplicitatis gratia decoratur Hic magnanimitati· ille miſicordię. iſte vigiliarum· hic taciturnitatis· ille laboris ſtudio ſupereminet ceteros. Et idcirco monachum ſpiritalia mella cōdere cupiētem. velut apem prudentiſſimā debere vnamquamq virtutem ab his qui eā familiarius poſſident deflorare. ⁊ in ſui pectoris vaſe diligenter recondere· ne quid minus aliquid habeat diſcutere· ſed hoc tātum quid virtutis habeat contemplari ſtudioſeq decerpere. Cunctas nanq ſi ab vno volumus mutuari· aut difficile aut certe nūq idonea ad imitandum nobis exempla poterunt reperiri. Quia licet nec dum chriſtum omnia factum ſcđm apoſtolū videamus in omnibus. tamen hoc modo poſſumˀ eū id eſt per partes in omnib inuenire. De ipō enim dicitur· qui factus eſt nobis ex deo ſapientia· iuſticia. ſanctitas ⁊ redemptio Dum ergo in alio ſapientia· in alio iuſticia. in alio ſanctitas· in alio māſuetudo· in alio caſtitas· in alio humilitas· in alio patientia reperitur· membratim chriſtus per vnumquēq nunc ſanctorū diuiſus eſt. Cōcurrentib vero vniūſis in vnitatē fidei ac virtutis· redditur ī virum perfectum· plenitudinem ſui corporis· in ſingulorum membrorum compageac ꝓprietate perficiēs. Donec ergo veniat illud tempus quo ſit deus omīa in omibus· in preſenti poteſt hoc quo diximus modo. id eſt per partes virtutū eſſe in omnibus deus· licet non dum per plenitudinem earum omnia ſit in omnib· Quia licet vnus religionis noſtrę ſit finis· profeſſiones tamen diuerſe quibus ad deū tēdimus. ſicut in collationibus ſeniorum plenius diſputādū eſt. Jōq diſcretionis ⁊ continentię forma ab his eſt nobis peculiarius expetenda· a quib virtutes has per gratiam ſpūſſancti vberius videmus effluere· non quod vllus quę in mltos diuiſa ſunt ſolus poſſit acquirere. ſed vt in his bonis quorum capaces eſſe poſſumus· ad eorum nos imitationem qui ea peculiarius obtinuere tendamus

### Q nō poſſit ab omibus vniformis ieiuniorū regula cuſtodiri· Cap. v.

i
Taq ſuper ieiuniorum modo haud poteſt facile vniformiſ regula cuſtodiri· quia nec robur vnū in cūctis corporibus ineſt· nec ſicut cetere virtutes animi ſoliˀ rigore patrātur. Et idcirco q̄a non in ſola fortitudie mentis animeq conſiſtunt· cum corpis enim poſſibilitate participant. talem ſuper his diffinitionem traditam nob accepimus· diuerſum eſſe refectionis quidem tempus ac modum ⁊ qualitatem· pro impari ſcilicet corporū ſtatu vel etate ac ſexu· vnam tamen eſſe omnibus ꝓ mentis cōtinentia ⁊ animi virtute caſtigationis regulam. Neq enim cunctis poſſibile eſt hebdomadib ꝓtelare ieiunia· ſed ne triduana quidē vel biduana iedia refectionē cibi differre. A mltī q̄ppe egritudine ⁊ maxime ſenio iam defeſſis. ne vſq ad occaſum quidem ſolis ieiunium ſine afflictione toleratur. Non omnib infuſorum leguminū eſus cōuenit eneruatus· nec cunctī puroꝝ olerum habilˀ eſt parſimonia· nec vniuerſis ſicci panis refectio caſtigata cōceditˀ. Aliˀ quantitate librarum duaꝝ ſaturitatem non ſentit· alius libre vnius ſiue vnciarum ſex edulio pregrauatur· attamen vnˀ in oībus his continentię finis eſt· ne

quis iuxta mēſuram capacitatis ſue ſa-
turitatis oneretur ingluuie. Non enim
qualitas ſola ſed etiam quantitas eſca-
rum aciem cordis obtundit· ac mēte cū
carne pariter impinguata noxium vicio
rum fomitem igneumqꝫ ſuccendit

## Quod nō ſolo vino mens inebrie-tur. Cap̄·vi.

Quibuſlibet eſcis refectus ven-
ter ſeminaria luxurię parit. nec q̄
ualet mens diſcretionū guber
nacula moderari. ciborum pondere pre-
focata. Non enim ſola crapula vini mē
tem inebriare conſueuit· verumetiā cun
ctarum eſcarum nimietas vacillantē eā
ac nutabundam reddit· omniqꝫ integri
tatis ac puritatis cōtemplatione diſpo-
liat. Sodomitis cauſa ſubuerſionis at
qꝫ luxurię nō vini crapula. ſꝫ ſaturitas
extitit panis. Audi dominū per ꝓphetā
hieruſalem increpantem. Quid enī pec
cauit ſoror tua ſodoma· niſi quia panē
ſuum in ſaturitate ⁊ abundantia come-
debat: Et quia per ſaturitatem panis
inextinguibili carnis fuerant ardore ſuc
cenſi· iudicio dei celitꝰ ſunt igne ſulphu
reo concremati. Quod ſi illos ſola nimie-
tas panis ad tam preruptum flagicioꝝ
precipitium vicio ſatietatis impegit·
quid cenſendum eſt de his qui vegeta-
to corpore perceptionem carnium ac vi-
ni immoderata vbertate preſumūt· nō
quantum expetit imbecillitas· ſed quan
tum animi libido ſuggerit vſurpantes:

## Qua ratiōe infirmitas carnis puritatem cordis nequeat im-pedire. Cap̄. vij.

Infirmitas carnis ad purita-
tem cordis non officit· ſi hꝫ tan-
tummodo quę fragilitas car-
nis non quę voluptas exigit vſurpent.
Facilius vidimus viros qui ab eſcꝭ cor
pulentioribus omnimodis temperarēt.
q̄ꝫ moderate vſos pro neceſſitate con-
ceſſis· ⁊ qui totum ſibi pro continentię
amore denegarent· q̄ꝫ qui eas ſub īfirmi
tatis occaſione ſumentes mēſuram ſuf-
ficientie cuſtodirēt. Habet etiam corpo
ris imbecillitas continentię ſuę palmā·
dummō eſcis defectioni carnis indulꝗ
adhuc indigentem ſe refectione defrau-
det. tantumqꝫ eſus indulgeat. quantū
ſufficere ad viuendi vſum temperantię
diſcretio rigida iudicauerit· nō quantū
deſiderij appetitꝰ expoſcit. Eſculētiores
cibi vt procurant corporis ſanitatē· ita
caſtitatis non adimunt puritatem· ſi cū
moderatione ſumantᷣ. Quicquid enim
fortitudinis cauſa eſu eorum percipitur
egritudinis labore ac defectione conſu-
mitur. Quobrem vt nulli ſtatui virtꝰ par
ſimonie adimitur· ita ne integritatꝭ qui-
dem conſummatio denegatur

## Quo ꝑfecte continentię fine eſca ſumēda ſit Cap̄. viij.

Veriſſima eſt itaqꝫ patrum pro-
batiſſimaqꝫ ſententia· ieiunio-
rum ⁊ continentie modū in mē
ſura parcitatis tantum ⁊ caſtigatiōe cō
ſiſtere· ⁊ hunc eſſe perfecte virtutis in cō-
mune omnibus finem· vt ab eſcis quas
ſumere ſuſtentandi corporis neceſſitate
compellimur· adhuc in appetitu earum
poſiti temperemus. Quāuis enim quis
corpore ſit infirmus· perfectam virtutē
quam robuſtus ac ſanus in omnibus
poſſidebit. ſi deſideria quę fragilitas car
nis non exigit· mētꝭ rigore caſtiget. Apo
ſtolus nanqꝫ ait· Et carnis curam ne fe
ceritis in deſiderijs. Non ergo curā eiꝰ
omnimodis interdixit. ſed vt in deſide-
rijs fieret denegauit. Voluptuoſam ad
emit diligentiam carnis· gubernationē
vite neceſſariam non excluſit· illud ne in
dulgentia carnis ad deſideriorum occu
pationes noxias deuoluamur· hoc vero
ne corruptum noſtro vicio corpus ſpiri
tales ac neceſſarias functiones implere
non poſſit.

## De mēſura caſtigationum aſſu mendarum remedioqꝫ ieiunij Cap̄. ix.

Summa igitur cōtinētię nō ſo-
la temporis ratione. nec eſcarū



qualitate tantummodo· ſed ante oīa
conſcientię iudicio colligenda eſt· Tan-
tum enim debet vnuſquiſqꝫ ſibi frugali
tatis indicere. quātum corporeę oblucta
tionis pugna depoſcit. Utilis quidem ⁊
omnimodis obſeruāda eſt canonica ie-
iuniorū cuſtodia· ſed niſi hanc frugi tē
peranter fuerit ciboꝝ refectio ſubſecuta·
ad integritatis calcem non poterit perueni
re. Longoꝝ nanqꝫ ieiunioꝝ inedia ſatu
ritate corporis ſubſequente· laſſitudinē
potius temporalem q̄ꝫ puritatem caſti-
tatis acquirit. Integritas mentis ventrꝭ
coheret inedię. Nō habet perpetuam ca
ſtimonie puritatem· quiſq̇s nō iugē tem
perantię equalitatem tenere contenꝰ eſt
Quis eī diſtricta ſint ieiunia· ſuccedēte
ſuꝑflua remiſſione vacuantᷣ· ⁊ in caſtri-
margie vicium ꝓtinus collabuntᷣ. Me-
lior eſt rationabilᷣ cū moderatione quo-
tidiana refectio· q̄ꝫ ꝑ interualla arduum
longumqꝫ ieiuniū. Nouit immoderata
inedia non mō mentis labefactare ꝯſtā
tiam· ſed etiam orationum efficaciā red
dere laſſitudine corporis eneruatam.

## Ad cōſeruandam mentis ⁊ corporis puritatem abſtinentiam ciborum non poſſe ſufficere Cap̄. x.

Ad integritatem mentis ⁊ corpo
ris conſeruandam· abſtinentia
ciboꝝ ſola nō ſufficit· niſi fuerit
cetere quoqꝫ virtutes anime coniugate.
Humilitas igitur ꝓmitus obediētię vir
tute· ⁊ cordis contritione. corporiſqꝫ fati
gatione diſcenda eſt. Pecuniaꝝ non ſo
lum vitanda eſt poſſeſſio· ſed etiā deſide
rium earū radicitus extirpandū. Non
enim eas ſufficit non habere. quod ple-
rūqꝫ ſolet etiā ex neceſſitate deſcendere.
ſed ne ipſam quidem ſi forte oblate fuerīt
habendi recipere voluntatem. Ire conte
rēdus eſt furor· triſticie ſuꝑāda deiectio.
cenodoxia id eſt vana gloria cōtemnen-
da. Superbię calcandus eſt faſtus· men
tis q̄ꝫ ipſius inſtabiles vagiqꝫ diſcurſus
aſſidua dei memoria refrenandi. Toti-
enſqꝫ nobis eſt ad contemplationē dei
lubrica cordis noſtri ꝑuagatio reducen
da· quotiens ſubtilis hoſtis ab hoc intui-
tu mentem captiuare pertemptās· receſ-
ſibus noſtri cordis irrepſerit.

## Concupiſcentias cordis non extingui niſi cum omni extirpatione viciorum. Cap̄. xi.

Impoſſibile nanqꝫ eſt extingui
ignita corporis incentiua· pri-
uſq̄ꝫ ceterorū quoqꝫ principa
lium viciorum fomites radicitꝰ excidan
tur. de quibus ſingillatim diſtinctis li-
bellis ſuo loco donante domino diſſere-
mus. Nunc vero ꝓpoſitū nobis eſt de
caſtrimargia· id eſt gulę cōcupiſcentia·
contra quam nobis primus conflictꝰ eſt
diſputare. Nunq̄ꝫ igitur poterit arden-
tis concupiſcentie ſtimulos inhibere· q̇ ſi
quis deſideria gulę refrenare nequiue-
rit. Interioris hoīs caſtitas· virtutꝭ huiꝰ
conſummatione diſcernitur. Nāqꝫ enī
robuſtioribus emulᷣ colluctari poſſe con
fidas· eum quem in leuiore conflictu cō
ſpexeris ab infirmioribus paruiſqꝫ ſupe
rari. Cunctarū nanqꝫ virtutum vna na
tura eſt· licet in multas diuidi ſpecies et
vocabula videatᷣ· ſicut auri q̊ꝫ vna ſub
ſtantia eſt. licet per multa variaqꝫ moni
lium genera pro artificum videatᷣ inge-
nio ac voluntate diſtincta. Itaqꝫ nullā
perfecte poſſidere probabitur· quiſqꝫ eli
ſus in earum parte dinoſcitur. Quo eī
modo flagrantes eſtꝰ concupiſcentię· q̄
non ſola inſtigatione corporis ſed ⁊ etiā
mentis vicio ſuccēdūtᷣ· extinxiſſe credēdꝰ
eſt. qui aculeos irę cordis ſolius intem-
perantia prumpentes mitigare non po
tuit: Aut quo nam modo putandus eſt
carnis aīeqꝫ laſciuientes ſtimulos retu-
diſſe· qui ſuperbię vitium ſimplex non
quiuit deuincere: Aut quemadmodum
credendus eſt inſertam carni luxuriā cō
culcaſſe. q̇ pecuniaꝝ ꝯcupiſcentiam foriſecus
ſitam atqꝫ a noſtra ſubſtantia alienam·

non valuit abdicare: Qua aũt ratione bellũ carnis ⁊ aīe triumphabit· qui idoneus non fuit morbum curare triſticie: Quantalibet vrbs ſublimitate muroꝝ ⁊ clauſarũ portaꝝ firmitate muniatur· poſterule vnius q̄muis paruiſſime prodicione vaſtabit. Quid enĩ differt vtrum ꝑ excelſa menia ⁊ ampla portarum ſpacia. an ꝑ anguſti cuniculi latibula perniciosus hoſtis penetralibus ciuitatis irrepat:

## De agone carnali etiam ſpiritalis agonis imitationem eſſe ſumendam. Cap̄. xij.

Qui in agone contendit· nõ coronabit̃ niſi legittime certauerit. Qui naturales appetitus carnis optat extinguere. extra naturam vicia collocata ꝑmitus ſuperare feſtinet Si enim apl̄ice ſententie vim volum⁹ experiri· q̄ ſint agonis mundani leges ac diſciplina ꝑmitus debem⁹ agnoſcere· vt ita demum harum compatione ſcire poſſimus quid nos ĩ ſpiritali agone certantes beatus apl̄us hoc exemplo voluerit edocere. In illis eniꝫ certaminibus q̄ ſm eundem apl̄um corruptibilem coronam vincentibus parant· mos iſte ſuatur· vt is q̇ ſe ad glorioſam coronam. et immunitatis priuilegio decoratam preparare contendit· ⁊ perfecta cupit agonis ſubire certamina· prius in olympiacis ac pithijs certamĩb⁹ indolem ſue iuuentutis ac rudimentorum robur oſtentet. In his ſiquidem iuniores q̇ has diſciplinas cupiunt ꝓfiteri· vtruꝫ mereãt̃ vel debeant ad eas admitti· tam e⁹ qui iſtis certamĩbus preſidet· q̄ꝫ totius populi indicio com ꝓbãtur. Cũq̄ꝫ diligenter examinatus quis primum rep̄t⁹ fuerit nulla vite reſperſus infamia. deinde non ſeruitutis iugo ignobilis. ⁊ ꝓb hoc indignus diſciplina hac. vel congreſſu eorum qui hanc profitentur fuerit iudicatus. tertio ſi artis· ſi fortitudĩs digna ꝓferat documenta. ⁊ iunioribꝫ coeuiſq̄ꝫ decertans peritiam pariter ac virtutem ſue demonſtrauerit iuuentutis· ac proficiens de ephebeorum luctamine· perfectis iam viris et experientia longa probatis congredi permiſſus fuerit preſidentĳ examine· ſecꝫ non ſolum parem ꝟtutis eorum aſſidua colluctatione ꝓbauerit· verumetiam frequenter inter hos quoq̄ꝫ victorie palmam fuerit conſecutus· tum demuꝫ ad agonis preclara certamĩa merebitur peruenire· in quibus non niſi victoribus tantum· et his qui multarũ coronarum ſtipendijs decorati ſunt facultas conceditur decertandi. Si intelleximus carnalis agonis exemplum· ſpiritalis quoq̄ꝫ certaminis q̄ diſciplina vel ordo ſit· compatione huius debemus agnoſcere.

## Q nisi gule fuerimus vitio liberati nequaq̄ꝫ poſſimus ad pugnas interioris hominis peruenire: Cap̄. xiij.

Oportet nos quoq̄ꝫ primum libertatẽ nr̃am carnis ſubiectiõe monſtrare· A quo enim q̇s vincitur· eius ⁊ ſeruus addicitur Et omnis qui facit peccatuꝫ ſeruus eſt peccati Cũq̄ꝫ nos nulla concupiſcentie turpis reſperſos infamia examen certamini preſidẽtis inuenerit· nec fuerimus ab eo vt ſerui carnis et ignobiles indigni q̄ꝫ olimpiacis viciorum colluctationibus iudicati· tunc poterimus contra coeuos noſtros· id eſt concupiſcentiã carnis et motus ac perturbationes anime inire certamen. Impoſſibile nanq̄ꝫ eſt ſaturum ventrem pugnas interioris hominis experiri. nec bellis robuſtioribꝫ attemptari dignum eſt eum qui poteſt deijci leuiore conflictu.

## Quomodo poſſit gule concupiſcentia ſuꝑari. Cap̄. xiiij.

Prima enim nobis calcanda eſt gule concupiſcentia· et eo vſq̄ꝫ extenuanda mens non ſolum ieiunijs· verum etiam vigilijs· lectione quoq̄ꝫ et crebra compunctione cordis· in quibꝫ ſe forſitã vel illuſam vel victam reminiſcitur· ingemiſcens nunc horrore viciorũ. nunc deſiderio ꝑfectionis ⁊ integritatis accenſa· donec eiuſmodi curis ac meditationibꝫ occupata pariter ac poſſeſſa· ipſius cibi refectionem non tam iocunditati conceſſaꝫ quã oneris vice ſibi impoſitam recognoſcat· magiſq̄ꝫ eam neceſſariaꝫ corpori q̄ꝫ deſiderabilem anime ſentiat attributã. Quo ſtudio mentis ⁊ iugi compũctiõe detenti· laſciuiam carnis que fotu eſcarum vehementius inſoleſcit· ⁊ aculeos eius noxios retundemus· atq̄ꝫ ita fornacem corporis noſtri que a rege babilonie occaſiones peccatoꝝ ⁊ vicia nobis iugiter ſubmĩſtrante ſuccendit̃· q̇bꝫ napte ⁊ picis vice acrius exuramur· vbertate lachrymarum ⁊ fletu cordis poterim⁹ extinguere· donec dei gratia ſpũ oris ſui in cordibus noſtris inſibilante eſtus carnalis concupiſcẽtie ꝑenit⁹ valeãt ꝯſopiri. Hec eſt igitur nobis prima cõtentio· hec noſtra velut ĩ olimpiacis certaminibus prima ꝓbatio· gule ventriſq̄ꝫ cõcupiſcentiam deſiderio perfectionis extinguere. Ob qđ ciborum non ſolum ſuperfluus appetitus ꝟtutuꝫ contemplatiõe calcandus· ſed etiã ipſi nature neceſſari⁹ tanq̄ꝫ caſtitati contrarius· non ſine cordis anxietate ſumẽdus eſt. Et ita demũ vite nr̃e inſtituendus eſt curſus· vt nullum magis ſit tempus quo ſentiamus nos a ſpiritalibꝫ ſtudijs r̃uocari· q̄ꝫ quo deſcendere ad neceſſariam corporis curam eius fragilitate compellimur. Cum q̄ꝫ ad hanc neceſſitatem ſubmittimur· vſui potius vite q̄ꝫ mentis deſiderio famulantes quãtotius ab ea velut a ſalutaribus nos ſtudijs retrahente ſubtrahi feſtinemus· Nequaq̄ꝫ enĩ poterim⁹ eſcarum p̄ſentium ſpernere voluptates. niſi mens cõtemplationi diuine defixa amore virtutum potius ⁊ pulchritudine celeſtium delectetur. Et ita quis velut caduca deſpiciet vniuerſa preſentia· cũ ad ea que immobilia ſunt ⁊ eterna· inſeparabiliter defixerit mentis obtutum· adhuc in carne poſitus future commorationis beatitudinem iam corde contemplans.

## Quomõ ad cuſtodiendam cordis ſui puritatem mõachus ſꝑ debet eſſe intentus Cap̄. xv.

Velut ſi quis immania virtutũ premia in ſublimi quibuſdam paruis indicijs deſignata. perſpicaciſſimis oculorum obtutibus cũ teli directione tendentibus ferire feſtinet. ſciens immẽſam glorie palmam ⁊ remunerationis premia in eorum confixione conſiſtere· oculorum aciem ab omni intuitu auertẽs· illuc dirigat neceſſe ẽ. vbi ſummam remunerationis ⁊ premij perſpicit collocataꝫ. amiſſurus ꝓculdubio ꝑitie palmam ⁊ remuneratioeꝫ virtutiſ. ſi quantulumcũq̄ꝫ contemplationis ei⁹ acies deuiauerit.

## Q monachus ſcd̄m olimpiaci certaminis morem non poſſit ſpiritales conficere pugnas. niſi obtinuerit bella carnalia. Cap̄ · xvi.

Iamq̄ꝫ ventris ⁊ gule ꝯcupiãbꝫ intuitu ſuꝑata· nec ꝟui carnis· nec infames viciorum nota ꝓnunciati· velut in olimpiacis diſciplinis iudicabimur ſuperiorũ quoq̄ꝫ certaminũ digni eſſe conflictu· premiſſiſq̄ꝫ huiuſcemodi documentis· ſpiritalibꝫ quoq̄ꝫ nequitijs cõgredi poſſe credemur· que nõ niſi victoribus tantum ⁊ his qui merẽtur in ſpiritali agone contendere· cõcertare dignantur. Illud enim eſt cunctorum luctaminum velut quoddam ſolidiſſimum fundamentum· vt primit⁹ carnalium deſideriorum incentiua perimãtur. Nam nullus carne propria nõ deuicta legitime decertare poterit. Et q̇ legitime non decertat· ſine dubio nec in agone confligere· nec corone gloriã victorie gratia poterit promereri. Qz ſi

hoc fuerimus vicio ſuperati· velut ſer-
ui carnalis concupiſcentie comproba-
ti· ⁊ per hoc nec libertatis nec roboris inſi
gnia preferentes· a ſpiritaliũ congreſſio
num conflictu· vt indigni ſerui nõ ſine
confuſionis nota ꝓtinus repellemĩ. Om
nis enim qui facit peccatũ ſeruus eſt pec
cati. Diceturq; nobis p beatum apl̃um
cum his inter quos fornicatio nominatᷣ
Temptatio vos non apprehendit· niſi
humana. Non enim merebimur mẽtis
robore conquiſito grauiores pugnas ne
quitiarum celeſtiũ experiri· qui carnem
fragilem reſiſtentem ſpũi noſtro ſubiu-
gare nequiuimus. Qd̃ apoſtoli teſtimo
nium nõ intelligentes quidam poſuerũt
ꝓ indicatiuo optatiuũ modũ· id eſt tem
ptatio vos non apprehendat, niſi huma
na. Quod ab ip̃o magis dici manifeſtũ
eſt· non optantis ſed pronunciantis vel
exprobrantis affectu.

## Q fundamentum ac baſis ſpi-
## ritalis agonis ĩ caſtrimargie ſit
## certamine collocata Cap̃. xvij.

Js audire verum athletã chri
v ſti legitio agonis iure certãtẽ:
Ego igitᷣ inquit ſic curro· non
quaſi in incertum· ſic pugno non quaſi
aerem verberans· ſed caſtigo corpꝰ meũ
et ſeruituti ſubijcio· ne alijs predicãs ip
ſe reprobus efficiar· Uides vt in ſemet-
ip̃o id eſt ĩ carne ſua colluctationũ ſum-
mam velut in baſe quadam firmiſſima
ſtatuerat· ⁊ ꝓuentum pugne in ſola ca-
ſtigatione carnis ⁊ in ſubiectiõe ſui cor-
poris collocarat. Ego itaq; ſic curro nõ
quaſi in incertum. Non currit in incer-
tum· qui celeſtem hieruſalem ꝯſpiciens
defixum habet quo ſibi cordis ſui inde-
flexibilis ſit dirigenda pernicitas Non
currit in incertum qui obliuiſcẽs poſte-
riora· ad ea que p̃ora ſunt extendit ſe ad
deſtinatum ꝓſequens brauium ſuperne
vocationis dei in chriſto ieſu· quo ſp̃ di
rigens ſue mentis obtutum· ⁊ ad eũ om
ni cordis preparatione feſtinans· cum fi
ducia proclamat. Bonum agonem cer
taui, curſum cõſummaui· fidez ſeruaui
Et quia ſe nouerat poſt odorem vnguẽ-
torum chriſti prepeti cõſcientie deuotio
ne infatigabiliter cucurriſſe· ⁊ ſpiritalis
agonis certamen carnis caſtigatione vi
ciſſe· cum fiducia infert ⁊ dicit. De cete-
ro repoſita eſt mihi corona iuſticie· quã
reddet mihi dñs in illa die iuſtus iudex
Et vt nobis q̊ȝ ſimilem ſpem retributio
nis ſpiraret· ſi in agone curſus iſtiꝰ imita-
ri eum velimus· adiecit· nõ ſolum autez
mihi ſed ⁊ omnib; qui diligunt aduen-
tum eius· participes nos corone ſue in
die iudicij fore ꝓnuncians· ſi diligentes
aduentum chriſti. non illuȝ tm̃ qui etiã
nolentibus apparebit. ſed etiam hũc q̃
quotidie ĩ ſanctis cõmeat aĩabus· vi-
ctoriam certaminis caſtigatione corpo-
ris acquiramus. De quo aduentu dñs
in euangelio. Ego inquit ⁊ pater meꝰ ve
niemus ad eum· ⁊ manſionem apud eũ
faciemus. Et iterũ Ecce ſto ad oſtium ⁊
pulſo· ſi quis audierit vocem meam et
aperuerit ianuam· introibo ad illũ et ce
nabo cum illo· ⁊ ipſe mecum

## Per quot genera certaminum
## atq; palmaruȝ beatus apoſto
## lus ad coronam ſublimiſſimi
## agonis aſcenderit La. xviij

Ec tamen agonem curſus tan
n tummõ ſe conſummaſſe deſcri-
bit cum dicit· ſic curro non q̃ſi
in incertum· quod ſpecialiter refertur ad
intentionem mentis ⁊ feruorem ſpiritus
ſui· quo toto chriſtum ſequebatᷣ ardore
cum ſponſa decantans· poſt te in odo-
re vnguentorũ tuorũ curremus· et iterũ·
adheſit anima mea poſt te· ſed etiã aliđ
colluctationis genus ſe viciſſe teſtatᷣ di
cens. Sic pugno non quaſi aerem ꝟbe-
rans. ſed caſtigo corpus meum et ſerui-
tuti ſubijcio. Quod ꝓprie ad continẽtie
dolores ⁊ corporale ieiunium atq; affli-
ctionem carnis pertinet· per hanc ſe pu-
gilẽ quẽdam ſtrenuũ ſue carnis eſſe de-
ſcribens· nec inuanum aduerſus eã ictꝰ
ꝯtinẽtie exercuiſſe deſignãs: ſȝ triũphũ



pugne mortificatione ſui corporis acq̇-
ſiſſe. quo verberib; continentie caſtiga-
to, ⁊ ieiuniorum ceſtibus eliſo· victori ſpũi
immortalitatis coronam ⁊ incorruptio
nis contulit palmam Uides legitimum
colluctationis ordinem· ⁊ ſpiritaliũ cer-
taminum cõtemplaris euentum· quẽad
moduȝ athleta chriſti adeptus de rebel-
latrice carne victoriam, ſbiecta illa quo-
dammõ pedibus ſuis· vt ſublimis triũ-
phator inuehitur Et idcirco non currit
in incertum· quia confidebat vrbem ſan
ctam hieruſalẽ celeſtem ſe ꝓtinus ingreſ
ſurum. Sic pugnat ieiunijs ſcilicet ⁊ af
flictione carnali· non quaſi aerem verbe
rans· id eſt inuanum ictus continentie
porrigens· ꝑ quos non aerem vacuũ ſed
illos ſpũs qui in eo verſantur caſtigatio
ne ſui corporis verberabat. Qui enĩ di-
cit· nõ quaſi aerem ꝟberans· oſtendit ſe
tam ⁊ ſi non aerem vacuum ⁊ inanem·
aliquos tamen in aere verberare. Et q̇a
hec certaminum genera ſuperarat. ⁊ dita-
tus multarum coronarum ſtipendijs ĩcede
bat· non immerito robuſtiorũ incipit ho
ſtium ſubire luctamina· ac prioribꝰ emu
lis triũphatis cũ fiducia ꝓclamat et di-
cit. Jam nõ nobis eſt colluctatio aduer
ſus carnem ⁊ ſanguinem. ſed aduerſus
p̀ncipatꝰ. aduerſus ptãtes· aduẽſus mũ
di rectores tenebrarum harum· contra
ſpiritalia nequitie in celeſtibus·

## Q athlete chriſti donec in cor
## pore commoratur pugna non
## deſit. Cap̃. xix.

Thlete chriſti in corpore cõmo
a ranti nunq; deſit colluctatio-
num palma· ſed quanto magis
triumphorũ ſucceſſibus creuerit· tãto ei
etiam colluctationuȝ robuſtior ordo ſuc
cedit. Subiugata etenim carne atq; de
uicta· quante aduerſariorum cohortes.
quanta hoſtiũ agmina aduerſum victo
rem militem chriſti triumphis eius inſti
gata cõſurgunt· ſcȝ ne pacis ocio miles
chriſti lenteſcẽs incipiat obliuiſci collu-
ctationum ſuarũ glorioſa certamina· ac
ſecuritatis inertia diſſolutus. premiorũ
ſtipendijs ac triumphorũ merito defrau-
detur. Jtaq; ſi ad hos triumphorũ gra-
dus cupimus creſcente virtute conſcen
dere, eodem nos q̊ȝ ordine oportet p̄lio-
rum inire certamina· ⁊ primũ cum apl̃o
dicere. Sic pugno non quaſi aerem ver
berans· ſed caſtigo corpus meum et ſui-
tuti ſubijcio· vt hoc cõflictu ſuꝑato· rur
ſus cum eo dicere poſſimus. Non eſt no
bis colluctatio aduerſus carnem et ſan-
guinem· ſed aduerſus p̀ncipatus. adũ-
ſus poteſtates, aduerſus mundi rectores
tenebrarum harũ· contra ſpiritalia neq̇
cie in celeſtibus. Aliter enĩ congredi cuȝ
illis nullo mõ poterimus. nec ſpiritales
pugnas merebimur expiri, carnali deie-
cti conflictu· ⁊ colluctatione ventris eli-
ſi· meritoq; nobis ab apoſtolo cũ expro-
bratione dicetᷣ· Temptatio vos non ap-
prehendit niſi humana.

## Q non debeat monachus ſu
## mendi cibi tempus excedere. ſi
## vult ad pugnas interiorum cer
## taminum peruenire
## Cap̃. xx

Gitur monachus ad pugnas
interiorũ certaminum cupiens
ꝑuenire. hanc in p̀mis cautionez ſibimet
indicat. vt nõ potus quicq;· non eſus vl
la oblectatione deuictus· ante ſtationez
legitimam cõmunemq; refectionis ho-
ram. extra menſam ꝑcipe ſibimet ꝓrſus
indulgeat. ſed ne refectione quidem trãſ
acta· ex his preſumere ſibi quãtulumcũ
q; permittat· ſimiliter q̊ȝ canonicũ ſom-
ni tempus menſuramq; cuſtodiat. Eo-
dem namq; ſtudio iſte ſunt menti ampu
tande laſciuie· quo meretricationis vi-
tium deſecandum. Qui enim gule ſuꝑ-
fluos appetitus ĩbibere nõ potuit· quo-
modo eſtus carnalis ꝯcupiſcentie vale-
bit extinguere: Et qui nõ quiuit paſſio-
nes in ꝓpatulo ſitas paruaſq; compeſce
re, quemadmodũ occultas· nulloq; ho-
minum teſte prurientes· moderatrice di-
ſcretione poterit debellare: Et idcirco ꝑ

ſingulos motus ⁊ in quolibet deſiderio
robur anime comprobatur. que ſi in
minimis apertiſqꝫ cupiditatibꝫ ſupat᷑·
quid in maximis ac fortioribꝫ occultiſqꝫ
ſuſtineat· vnicuiqꝫ ſua conſcientia teſtis
eſt.

## De interiori monachi pace et abſtinentia ſpiritali. Ca.xxi.

Non enim eſt nobis aduerſariꝰ
extrinſecus formidādus. in no
biſmetipſis hoſtis incluſus eſt.
Inteſtinum nobis quotidie ingerit bel
lum. deuicto eo omnia que forinſecus
ſunt reddentur infirma· ac militi chriſti
vniuerſa pacata erunt et ſubdita. Nō
habebimus aduerſariū nobis extrinſecꝰ
metuendum· ſi ea que intra nos ſunt ſpi
ritui deuicta ſubdant᷑. Nec ſolū nobis
iſtud ieiuniū viſibiliū ciborū ad pfectio
nem cordis ⁊ corporis puritatem ſuffice
re poſſe credamus· niſi fuerit huic aīme
quoqꝫ ieiuniū copulatum. Habet nāqꝫ ⁊ il
la ſuos noxios cibos· quibꝫ impinguata
etiam ſine eſcarū abundantia ad luxu
rie prerupta deuoluitur. Detractio cibꝫ
eius eſt et quidem perſuauis. Ira etiam
cibus eius eſt licet minime leuis. ad ho
ram tamen infelici eā eſu paſcens. ac pa
riter letali ſapore proſternens. Inuidia
cibus eſt mentis· virulentis eā ſucis cor
rumpens· ⁊ proſperitatis aliene ſucceſſi
bus iugiter miſeram excruciare non de
ſinens. Cenodoxia id eſt vana gloria ci
bus eius eſt. qui delectabili eam eſca per
mulcet ad tempꝰ· poſt vero vacuam om
niqꝫ virtute ſpoliatam reddet ac nudā·
cunctis eam ſpiritalibus fructibꝫ ſterilē
inanemqꝫ dimittens· ita vt non ſolum
immanium laborū faciat merita deperire.
verumetiā ſupplicia maiora conquirat.
Omnis concupiſcentia ⁊ puagatio cor
dis inſtabil᷑ paſtus quidā eſt aīe. noxijs
eſcis eam nutriens· expertem vero cele
ſtis panis ac ſolidi cibi in poſterum de
relinquens. Ab his itaqꝫ quanta nobis
eſt virtus ſacratiſſimo ieiunio continen
tes· vtilem habebimus cōmodiāqꝫ obſer
uantiam ieiunij corporalis. Labor nāqꝫ
carnalis ſpūs cōtritioni coniunctus· ac
ceptiſſimum deo ſacrificiū dignūqꝫ ſan
ctitatis habitaculū puris mundiſqꝫ re
ceſſibus exhibebit. Ceterū ſi corporaliter
ieiunātes pniciosiſſimis aīme vitijs im
plicemur· nihil nobis proderit carnalis
afflictio pcioſiore parte polluta· per eā
ſcꝫ ſubſtantiā delinquentibꝫ nobis qua
efficimur habitaculū ſpūſſancti. Nō eni
tam corruptibilis caro· qꝫ cor mundum
habitaculū deo templūqꝫ ſpūſſancti effi
citur. Oportet ergo exteriore hoīe ieiunā
te interiorem quoqꝫ ſimiliter a cibis noxijs tē
perare: quem pcipue exhiberi mundū in
deo· vt hoſpitē in ſe chriſtū recipe merea
tur· beatus apſus monet his verbis. in
teriorem inquiēs hominē habitare chri
ſtum per fidem in cordibus veſtris·

## Quod idcirco nos oporteat exerce re cōtinentiam corporalem. vt p ipſam perueniamus ad ſpiritale ieiunium Cap̄· xxij.

Nouerimꝰ itaqꝫ nos idcirco la
borem cōtinentie corporal᷑ im
pendere: vt ad puritatē cordis
hoc poſſimus ieiunio puenire. Ceterum
labor a nobis impendit᷑ incaſſum· ſi hūc
quidem contemplatione finis infatiga
biliter ſuſtētemus· finem vero ipſū quē
tolerauimus afflictiones tantas obtine
re nequeamus. melius qꝫ fuit interdictis
eſcis aīe temperaſſe· qꝫ voluntarijs mi
nuſqꝫ noxijs corporaliter ieiunaſſe. In
his enī ſimplex ⁊ innoxia creature dei p
ceptio eſt. nihil p ſemetipſam habēs pec
cati· in illa vero primitus fratꝝ pernicio
ſa deuoratio· de qua dicit᷑. Noli dilige
re detrahere. ne eradiceris. Et de ira atqꝫ
inuidia beatus iob dicit. Eteni ſtultum
interficit iracundia· ⁊ paruulum occidit
inuidia. Simulqꝫ notandum. qꝫ qui ira
ſcitur ſtultus· ⁊ qui inuidet paruulus iu
dicetur. Ille nanqꝫ non immerito ſtultꝰ
iudicatur. voluntarie ſibi mortem ire ſti
mulis incitatus inducens. ⁊ hic dum li
uet. paruulum minoremqꝫ ſe probat. Dū



enim inuidet· teſtatur maiorem eſſe eum
cuius proſperitate cruciatur.

## Qualis eſſe monachi cibus debeat Cap̄ .xxiij.

Igitur eſt cibus eligendus non
tantum qui concupiſcentie fla
grantis eſtus tempet· minuſqꝫ
ſuccendat· verum etiā qui ad parādum
ſit facil᷑· ⁊ quē ad coemēdū oportuniorē
viliori precij cōpendiū preſtet· quiqꝫ ſit
conuerſationi fratrū vſuiqꝫ communis
Triplex eī natura eſt caſtrimargie. Una
que canonicā refectionis horā preueni
re cōpellit· alia que tantūmodo ventri in
gluuie ⁊ ſaturitate quarūlibet gaudet
eſcarū· tertia que accuratioribꝫ epulis et
eſculētioribꝫ oblectat᷑. Ideoqꝫ aduerſus
eam neceſſe eſt monachum obſeruantiā
triplicem cuſtodire· id eſt vt primū legiti
mum tempus abſolutionis expectet· de
inde vt caſtiget ⁊ refrenet deſideriū carꝰ
nis· tertio vt qualibuſcunqꝫ eſcis vilio
ribuſqꝫ contentus ſit. Quicquid enī extra
conſuetudinem pſumitur vſum qꝫ com
munē· vt vanitatis ⁊ glorie atqꝫ oſtēta
tiōis morbo pollutū. antiquiſſima patꝝ
traditio notat· nec quenqꝫ ex his quos me
rito ſcientie ac diſcretionis enituiſſe per
uidimus. vel quos ad imitandum· gratia
chriſti velut ſplēdidiſſima lumiaria om
nibus ploceauit· eſu panis qui apud eos
vilis habetur ac facilis· abſtinuiſſe co
gnouimus· nec eorū quēpiam qui hanc re
gulam declinantes· pretermiſſo panis
vſu. leguminum vel olerum ſeu pomoꝝ
refectionem ſectati ſunt· inter probatiſſi
mos habitū aliquādo conſpeximus· ſed ne
diſcretionis quidem aut ſcientie gratiā
conſecutum. Non ſolum enī ceteras in
vſitatas eſcas expetere monachum non
debere decernunt· ne videlicet curſus eiꝰ
velut in ppatulo cunctis expoſitus· ina
nis factus ac vacuus cenodoxie morbo
depereat· ſed ne ipſam quoqꝫ ieiuniorū caſti
gationem cōmunem cuiqꝫ facile patefie
ri oportere pnunciant· verum quantum
fieri poteſt contegi pariter et abſcondi.
Aduentātibus aūt fratribus magis hu
manitatis ac dilectionis offerri debere v
tutem· quā cōtinentie diſtrictionem ⁊ quo
tidiani ppoſiti rigorem manifeſtari pba
bilius cenſuerūt· nec quid volūtas vti
litaſqꝫ noſtra ſeu deſiderij ardor expo
ſcat attendere· ſed quod aduenientis requi
es vel infirmitas exigit prepōnere ⁊ gra
tanter implere

## Quod in egypto indifferenter vidimus ſub aduentu noſtro ſolui quotidiana ieiunia. Ca. xxiiij.

Cum de ſyrie partibus ſeniorū
ſcita diſcere cupientes egypti
prouintiam petiſſemus· ibiqꝫ tā
ta cordis alacritate nos ſuſcipi mirare
mur. vt nulla prſus ſicut fueramꝰ in pa
leſtine monaſterijs inſtituti vſqꝫ ad pſti
tutam ieiunij horam refectionis regula
ſeruaret᷑· ſed abſqꝫ legitimis quarte ſex
teqꝫ ferie· quocunqꝫ pergebamus quoti
diana ſtatio ſolueretur. quidam ſenioꝝ
percunctantibꝫ nobis· cur ita indifferen
ter apud eos preterirent᷑ quotidiana ie
iunia· reſpondit. Ieiuniū ſemp eſt mecū
Uos aūt continuo dimiſſurus mecū iu
giter tenere non poſſum. Et ieiuniū qui
dem licet vtile ſit ac iugiter neceſſariū·
tamen voluntarij muneris eſt oblatio.
Opus autē charitatis impleri· exigit p
cepti neceſſitas. Itaqꝫ ſuſcipiens in vo
his chriſtum· reficere eum debeo· dedu
cens aūt vos humanitatem eius obtem
tu prebitā· diſtrictiore ieiunio in memet
ipſo potero compenſare. Non enim poſ
ſunt filij ſponſi ieiunare: donec cū in illis
eſt ſponſus. Cum autem diſceſſerit: tūc
illi ieiunabunt·

## De cōtinentia ſenis qui ita ſexies cibū ſumpſit vt ſeruaret eſuriem Cap̄.xxv.

Quidam ſeniorum cum refici
entem me vt adhuc paulūlum
quid ederem hortaretur· iamqꝫ
me dixiſſem non poſſe· reſpōdit. Ego iā

ſexties diuerſis aduenientibus fratribꝰ
menſam poſui· hortāſqꝫ ſingulos cū om
nibus cibum ſumpſi. ⁊ adhuc eſurio· et
tu primitus nūc reficiens·iam te dicis nō
poſſe.

**De eo ſene qui in cella ſua eſcā nūq̄ꝫ ſolus accepit Cap. xxvi**

Idimus alium in ſolitudie cō
v morantem qui nunq̄ꝫ ſe ſibi ſo
li indulſiſſe cibum teſtatus eſt·
ſed etiam ſi ꝑ totos quinqꝫ dies ad eius
cellulam nullus e fratribus aduenisset
refectionēꝫ iugiꝰ diſtuliſſe·donec ſabba
torum vel dñico die deuote cōgregatio
nis obtentu ꝓcedens ad eccl'aꝫ. ꝑegrino
rum quēpiam reppeꝛiſſet·quē exinde re
ducēs ad cellulā·conſorte eo refectionē
corporis non tam ſue neceſſitatis obtentu
q̄ꝫ humanitatis gratia cauſaqꝫ fratris aſ
ſumeret. Itaqꝫ vt norunt in aduētu fra
trum indifferēter ſoluere quotidiana ie
iunia·ita diſcedentibꝰ eis refectionēꝫ ob
illos indultam continentia maiore com
penſant· ꝑceptionēꝫ cibi parciſſimi· acri
ore caſtigatione non ſola panis ſꝫ etiaꝫ
ſomni ipius diminutione duriꝰ exigētes

**Quid ꝺ fructu ſtudij ꝓfeſſi ſint abbas peſius ⁊ iohānes. Ca. xxvij.**

Pud ſenem pe
a ſium in heremo vaſtiſſima cō
morātem· cū ſenex iohānes ma
gno cenobio ac multitudini fratrū pre
poſitus aduenisset· ⁊ ab eo velut antiq̄ſ
ſimo ſodale ꝑquireret· quidnaꝫ ꝑ oēs q̄
draginta annos quibus ab eodem ſepa
ratus in ſolitudine minime a fratribus
interpellatus egiſſet· nunq̄ꝫ me ait ſol re
ficientē vidit. et ille· nec me inquit iratū.

**Quam exempli ſui ꝓfeſſionem abbas iohannes diſcipulis reliquerit diſceſſurus Ca. xxviij**

Undem ſenem cū alacrem tan
e q̄ꝫ ad ꝓpria tranſmigrantē· in
extremo iam anhelitu poſitum
anxij fratres circumuallantes ſuppliciter
precarentꝰ· vt aliqꝺ eis memoriale man
datum velut hereditariū quoddaꝫ lega
tum relinqueret· ꝑ quod poſſent ad perfe
ctionis culmē precepti cōpendio faciliꝰ
ꝑuenire ingemiſcens ille· nunq̄ꝫ ait meā
feci volūtatem· nec quēq̄ꝫ docui qꝺ priꝰ
ipſe non feci.

**De abbate machete inter collationes ſpiritales nunq̄ꝫ dormitāte et ſemper inter terrenas fabulas obdormiente Ca. xxix.**

Idimus ſenem machetē nomi
v ne a turbis fratrū eminꝰ cōmo
rantem· hanc a dño gratiaꝫ di
uturnis ꝑcibꝰ impetraſſe. vt q̄tq̄t diebꝰ
ac noctibꝰ agitaretꝰ collatio ſpiritalꝰ· nun
q̄ꝫ ſomni torpore penitus laxaretꝰ. Si q̄s
vero detractionis verbum ſeu ocioſum
temptaſſet inferre· in ſomnuꝫ ꝓtinus cō
cidebat· ac ſic ne vſqꝫ ad aurium quidē
eius pollutionem virus obloquij pote
rat peruenire

**Eiuſdem ſenis de nemine iudicando. Ca. xxx.**

Ic idem ſenex cū īſtitueret nos
b neminem diiudicare debere· in
tulit tria fuiſſe in quibꝰ diſcuſ
ſerit vel reprehenderit fratres· qꝫ ſcilicet
vuam ſibi nonnulli paterentꝰ abſcidi· qꝫ
haberēt in cellis ſagū· qꝫ oleū bñdicētes
expoſcētibꝰ ſecularibꝰ darēt· ⁊ hec oīa
ſe incurriſſe dicebat. Nam egritudinēꝫ
vue contrahens· tamdiu inquit eius lā
guore diſtabui· donec tam doloris neceſ
ſitate q̄ꝫ ſeniorū omniū adhortatione cō
pulſus abſcidi eam ꝑmitterē. Cuiꝰ etiā
infirmitatis obtentu ſagum q̄ꝫ hr̄e coa
ctꝰ ſum. Oleum etiam benedicere ac ſup
plicantibus dare. quod pre omnibus ex
ecrabar· vtpote iudicans illꝺ ex magna
cordis preſumptione deſcendere· circū
dātibus me repente ſecularibus multis.
ita conſtrictus ſum· vt aliter eos nullate
nus euadere poſſem. niſi a me ſumma vi
⁊ obteſtatiōibus extorſiſſent· vt oblato
ab eis vaſculo manum meam impreſſo
crucis ſignaculo ſuppōnerē. itaqꝫ ſe cre
dentes benedictionis oleum conſecutos
tandem me aliq̄n relaxarunt. Quibꝰ ſic



manifeſte compertum eſt· iſdem cauſis
ac vicijs monachum obligari· in quibꝰ
de alijs iudicare preſumpſerit. Oportet
ergo vnumquēqꝫ ſemetip̄m iudicare tā
tummodo· ⁊ circū ſpecte cauteqꝫ cuſtodi
re in omnibꝰ. nō alioꝝ conuerſationem
vitamqꝫ diſcutere· ſcd̄m illꝺ apl'i prece
ptum. Tu aūt quid iudicas fratrē tuū:
ſuo dño ſtat aut cadit. Et nolite iudica
re ante tempus. Et illud. Nolite iudica
re vt non iudicemini. In quo enim iudi
cio iudicaueritis: iudicabimini· Preter
hanc enī quam diximus cauſam etiam
ob hoc iudicare de alijs periculoſum eſt.
quod ignorantes vel neceſſitatem vel ra
tionēꝫ qua illi hec in quibus offendimꝰ
aut recte coram deo aut venialiter agūt·
inuenimur eos temere iudicaſſe. et per
hoc admittimus non leue peccatū. ſecus
q̄ꝫ oportet de fratribus noſtris aliq̇d ſē
tientes.

**Increpatio eiuſdem ſenis cuꝫ fratres inter ſpiritales collationes dormitātes ad narrationē ocioſe fabule vidiſſet experge factos Ca. xxxi.**

Ic idem ſenex ocioſarum fabu
b larum diabolum eſſe fautorēꝫ·
ac ſpiritalium collationum im
pugnatorem ſemper exiſtere. his declara
uit indicijs. Nam cum fratribꝰ quibuſ
daꝫ de rebꝰ neceſſarijs ac ſpiritalibꝰ diſ
putaret· eoſqꝫ videret lethco quodaꝫ ſo
pore demergi· nec poſſe ab oculis ſuis pō
dus ſomni depellere· ocioſam repente fa
bulam introduxit. Ad cuius oblectatio
nem cum eos euigilaſſe confeſtī atqꝫ ere
ctas aures ſuas habere vidiſſet· ingemi
ſcens ait. Nunc vſqꝫ dū de ſpiritalibus
loquebamur· oīm veſtrū oculi letali dor
mitione dep̄mebantur. at cum ocioſa fa
bula intromiſſa eſt· omnes expergefacti
torporem ſomni dominantis excuſſimus·
Uel ex hoc ergo perpendite quiſnaꝫ col
lationis illius ſpiritalis fuerit impugna
tor· aut quis huius infructuoſe atqꝫ car
nalis inſinuator exiſtat. Ille etenim eſſe
mā-ifeſtiſſime deprehēditꝰ· qui malis ad
gaudens vel iſtaꝫ fouere vel illam impu
gnare nō deſinit

**De epiſtolis priuſq̄ꝫ legerētur incenſis Ca. xxxij.**

Ec minus q̊ꝫ hoc opus fratris
n erga puritatem ſui cordis intē
ti. ⁊ erga contemplationem di
uinam valde ſolliciti· cōmemorari neceſ
ſarium reor· qui cū ei poſt annos quīde
cim patris ac matris amicorūqꝫ multo
rum de ꝓuincia ponti complures epiſto
le delate fuiſſent· accipiens grandē faſci
culum literarū· diuqꝫ apud ſemetipſum
voluens· quantaꝝ inquit cogitationuꝫ
cauſa erit mihi haꝝ lectio· que me vel ad
inane gaudium vel ad triſticias īfructu
oſas impellēt. quot diebꝰ horū recorda
tione qui ſcripſerunt intentionē pectoris
mei a ꝓpoſita cōtemplatione reuocabūt
Poſt quantum temporis digerenda ē hꝫ
mentis concepta confuſio. quantoqꝫ la
bore rurſus iſte tranquillitatis reparan
dus eſt ſtatus· ſi ſemel animus literaruꝫ
permotus affectu· eorumqꝫ recenſendo
ſermones ac vultus quos tanto tempo
re dereliquit· iterum eos reuiſere· ipſiſqꝫ
cohabitare ⁊ animo ac mente ceperit in
tereſſe: Quos profecto corporaliter de
ſeruiſſe nihil ꝓderit. ſi corde eos incipi
at intueri· ac memoriaꝫ quā ſeculo huic
renuncians quiſqꝫ velut mortuus abdi
cauit· reuiuiſcens eandem rurſus admi
ſerit. Hec voluens in corde ſuo· nō ſolū
nullam reſoluere epiſtolam definiuit· ſꝫ
ne ip̄m quidem faſciculum reſignare· ne
ſcꝫ eorum qui ſcripſerant vel nomina re
cenſendo vel vultus recordando a ſpiri
tus ſui intentione ceſſaret. Itaqꝫ vt euꝫ
conſtrictum ſuſceperat. igni tradidit cō
burendum. Ite inq̄ēs cogitationes pa
trie pariter concremamini· ne me vlteriꝰ
ad illa que fugi reuocare temptetis

**De abſolutione queſtionis quam abbas theodorus orando promeruit Cap. xxxiij.**

v Idimus etiã abbatẽ theodoꝝ ſũma ſctitate ꝛ ꝑfecta ſciẽtia ꝑditũ nõ ſolũ in actuali vita · ſꝫ etiã noticia ſcripturaꝝ · quã ei non tam ſtudiũ lectionis vel literatura mũdi cõtulerat · ꝙ̃ ſola puritas cordis. ſiq̇dem vix ipſius q̃ꝫ grece lingue perpauca verba vel intelligere poſſet vel ꝓloqui Hic cum explanationem cuiuſdam obſcuriſſime queſtionis inquireret · ſepteꝫ dieb9 ac noctibus in oratione infatigabilis ꝑſtitit · donec ſolutionem ꝓpoſite queſtionis dño reuelante cognoſceret.

## De ſententia eiuſdem ſenis q̄ docuit quo ſtudio monachus poſſit aſſequi ſcientiã ſcripturarum. Cap. xxxiiij.

b Ic ẽ q̇buſdã fr̃ibus admirantibus tam preclarũ ſcientie ei9 lumen, et ab eodem quoſdam ſcripturarũ ſenſus inquirentib9 · ait monachũ ad ſcripturarũ noticiam ꝑtigere cupiẽtem, nequaq̃ debere labores ſuos erga cõmentariorum libros impendere · ſed potius omnem mentis induſtriam ꝛ intentionem cordis erga emẽdationem viciorum carnaliũ detinere. Quibus expulſis cõfeſtim cordis oculi ſublato velamine paſſionũ ſacramenta ſcripturarum velut naturalit' incipient ꝯtemplari. Siquideꝫ nobis nõ vt eſſent incognita vel obſcura ſanctiſpũs gratia ꝓmulgata ſunt · ſed nr̃o vicio velamine peccatorum cordis oculos obnubente reddãtur obſcura · quib9 rurſuꝫ naturali redditis ſanitati · ipſa ſcripturarũ ſanctarũ lectio ad contemplationem vere ſcientie abunde etiam ſola ſufficiat · nec eos cõmentariorũ inſtitutionibus indigere · ſicut oculi iſti carnales ad videndum nullius egent doctrina. ſi modo fuerint a ſuffuſione vel caligine cecitatis immunes. Idõ nãq̃ ꝛ tãta varietas erroreſq̃ inter tractatores ipſos exorti ſũt, ꝙ plerique minime erga purgationẽ mẽtiſ adhibita diligentia. ꝓſilientes ad interꝑtandũ eas pro pinguedine vel immundicia cordis ſui diuerſa atq̃ contraria vel fidei vel ſibimet ſentientes · veritatis lumen comprehendere nequiuerunt

## Increpatio eiuſdem ſenis cũ ad meam cellulam media nocte veniſſet Cap. xxxv.

b Ic idẽ theodor9 cũ inopinatus ad meã cellulã intempeſta nocte veniſſet · q̇dnaꝫ rudis adhuc anachoreta ſol9 agerẽ paterna curioſitate latenter explorãs · meq̃ ilico finita veſpertina ſolennitate incipientem feſſum corpus iam reficere ꝛ incubantem pſiathio reperiſſꝫ · ꝯtrahẽs imo corde ſuſpiria · meo q̃ me vocitãs noĩe · quanti inq̇t o iohẽs hora hac deo colloquũt' · eumq̃ in ſemetipſis amplectuntur ac retinent · ꝛ tu fraudaris tanto lumine · inerti ſopore reſolut9. Et quoniã nos ad huiuſcemodi narrationem diuertere patrũ v̾tutes ꝛ gratia ꝓuocarunt · neceſſariũ reor memorabile opus charitatis quã ſũmi viri archebij humanitate ſumus experti · i hoc volumine cõmendare · quo puritas continentie operi charitatis inſerta propenſius eniteſcat pulcra varietate diſtincta. Etenim tũc gratum deo ieiunij munus efficitur · cum hoc fructib9 charitatiſ fuerit conſummatum.

## Deſcriptio heremi que eſt in diolco in qua anachorete commorantur. Ca. xxxvi.

i Taq̃ cũ de paleſtine mõaſterijs ad opidum egypti qđ diolcos appellatur · rudes adhuc veniſſemus · ibiq̃ plurimam turbã cenobij diſciplina cõſtrictam · ꝛ optimo ordine monachorum qui etiam primus eſt inſtitutam mirifice videremus · aliuꝫ quoq̃ ordinem qui excellẽtior habetur id eſt anachoretarum cunctorum preconijs inſtigati ſagaciſſimo corde videre properauimus. Hi nanq̃ in cenobijs primum diutiſſime commorantes, omi patientie ac diſcretionis regula diligenter edocti · ꝛ humilitatis pariter ac nuditatiſ v̾tute poſſeſſa · atq̃ ad purꝫ vicioꝝ



vniuerſitate conſumpta. diriſſimis demonum prelijs congreſſuri · penetrãt heremi profunda ſecreta. Huius igitur ꝓpoſiti viros comperientes citra nili fluminis alueuꝫ commorari in loco q̇ vno latere eodem flumine, alio maris vaſtitate circũdatus inſulam reddit · nullis alijs q̃ monachis ſecreta expetentib9 habitabilem · nec enim cuiq̃ culture aptaꝫ eſſe eam ſalſitas ſoli ac ſterilitas patitur arenaruꝫ · ad hos inq̃ ſummo deſiderio feſtinantes vltra modũ ſumus labores eorũ quos contemplatione virtutum et amore ſolitudis tolerãt admirati. Naꝫ ipſius aque tanta penuria cõſtringunt' · vt tali eam diligentia ſcrupuloq̃ diſpẽſent, quali nemo frugaliſſimorũ ſpeciem precioſiſſimi vini cõſeruat ꝛ parcit. Tribus nanq̃ milibus vel eo amplius eã de predicti fluminis alueo neceſſarijs vſibus aduehunt · qđ tam̃ interuallum harenoſis diuiſum montib9 · laboris difficultate grauiſſima duplicatur.

## De traditis nobis ab abbate archebio cum inſtructu ſuo cellis. Cap. xxxvij.

b Is igitur viſis cum imitatiõis eorũ nos ardor accenderet · predict9q̃ archebius, ꝓbatiſſimus inter eos humanitatiſ gratia nos ad ſuã cellulam ꝯtraxiſſet · explorato deſiderio noſtro confinxit ſe de eodẽ loco velle diſcedere, ac nobis cellulam ſuã velut exinde migraturus offerre · ſeſe id facturum etiã ſi mĩme affuiſſem9 affirmãs. Quã rem nos ꝛ deſiderio cõmoratiõis accẽſi, ꝛ aſſertionibus tanti viri indubitatã accõmodantes fidem libenter amplexi · cellulam cuꝫ omni ſupellectili vtenſilib9q̃ ſuſcepimus. Itaq̃ religioſa potitus circũuentione · paucis dieb9 quib9 conſtruende celle pararet impendia de loco diſcedens · reuerſus poſt hec aliam ſibi ſummo labore cõſtruxit. Quam rurſum nõ longo poſt tempore alijs ſuꝑuenientib9 fratrib9 · eodẽq̃ deſiderio cupientib9 ibidem cõmorari · ſimili charitatis mendacio circũuentis, cum vniuerſo tradidit iſtrumento. Ipſe vero erga opus charitatis infatigabilis ꝑſeuerans · tertiam ſibi cellulam in qua cõmaneret extruxit.

## De debito quod abbas archebius manuum ſuarũ labore ꝓ matre diſſoluit. Ca. xxxviij.

o Pereprecium mihi videt' aliđ q̃ꝫ eiuſdem viri charitatiſ opus memorie tradere · quo noſtrarũ partium monachi non ſolum continẽtie rigorem · verumetiam ſinceriſſimum retinere dilectionis affectũ · vnius eiuſdẽq̃ viri inſtituantur exemplo Hic nãq̃ nõ ignobili oriundus familia · ad monaſterium quod a predicto opido ferme quatuor milibus diſtat · mundi huius ac parentum affectione contempta · a puerilibus annis aufugit Vbi ita vite ſue omnem exegit etatem, vt nunq̃ prorſus per totos quinquaginta annos non ſolum vicum ex quo egreſſus eſt nec fuerit ingreſſus nec viderit · ſed nec cuiuſq̃ q̇dem femine vel ipſius matris ſue conſpexerit vultum. Interea pater morte preuentus · centum ſolidoruꝫ debitum reliquit Cũq̃ hic eſſet omni inquietudine penitus alienus · vtpote qui vniuerſis paternis facultatibus eſſet extorris · a creditoribus tamen inquietari vehemẽter comperit matrem Tunc hic ab euangelico illo rigore quo ante hac inſiſtebat proſpero parentibus conſtitutis, nec patrẽ in terra ſe norat habuiſſe nec matrem · pietatis conſideratione mollitus, ita ſe habere credidit matrem · eiq̃ ſubuenire feſtinauit oppreſſe · vt nihil a propoſita diſtrictione laxaret. Intra monaſterij nanq̃ clauſtra perdurans, ſoliti operis penſum ſibimet triplicari popoſcit. Et ibi ꝑ totum anni ſpacium diebus pariter noctibuſq̃ deſudans · debiti modum operis ſudore partim creditoribus ſoluens

matrem omni inquietudinis iniuria li-
berauit· ita eruens eaʒ debiti ſarcina· vt
nihil de propoſiti rigore pie neceſſitatis
obtentu pateretur imminui. Ita diſtri
ctionem ſolitam cuſtodiuit. vt nequaq̄
pietatis opus maternis viſceribus de-
negaret· ⁊ quā pro chriſti charitate ꝑus
deſpexerat· ꝑ eius rurſus pietate cogno
ſceret

## Qua ſimulatione cuiuſdam ſenis abbati Simeoni cum ocioſus eſſet opus manuum ſit prouiſum

### Cap. xxxix

c Um frater nobis optime car⁹
nomine ſymeon· penitus greci
ſermonis ignarus· e partibꝫ ita
lie commeaſſet· quidam ſenioꝝ erga euʒ
vtpote peregrinum charitatis op⁹ quo-
dam redibitionis colore cupiens exhibe
re. inquirit ab eo cur ocioſus ſederet ī cel
la· per hoc conijciens euʒ tam ocij perua
gatione q̄ penuria neceſſarium reꝝ diu
tius in ea durare non poſſe· certus nemi
nem poſſe impugnationes ſolitudīs to-
lerare. niſi eum qui ꝓprijs manibꝫ victuʒ
ſibimet fuerit parare contentus. Quo re
ſpondente nihil ſe nec noſſe nec preuale-
re ex his que illic exercebantur a fratribꝫ
operari preter librariam manum· ſi tam̄
vllus in egypti regione latinum codicē
vſui eſſet habiturus· tunc ille tandē na-
ctus occaſionem qua poſſet deſideratuʒ
pietatis opus velut debiti colore merca
ri· ex deo hec inuenta eſt inquit occaſio.
Nam olim querebaʒ qui apoſtolū latīa
mihi mānu ꝑſcriberet. Eteni habeo fratrē
militie laqueis obligatum· ⁊ appme la-
tinis inſtructum· cui de ſcripturis ſanctꝭ
aliquid ad legendum edificationis eius
obtentu tranſmittere cupio. Itaq̄ Sy-
meone hanc occaſionem velut a deo ob-
latam ſibi gratāter ſuſcipiente· ſenex q̄z
colorem ſub cuius pretextu pietatꝭ opus
libere poſſet implere. libenti⁹ amplexus·
confeſtim nō ſolum vniuerſas ei neceſ-
ſitates ſub obtentu mercedum toti⁹ an-
ni conuexit. verumetiam membranas ⁊
vtenſilia que ad ſcribendum neceſſaria
erant comportans· recepit poſt codicem
ſcriptum nullis vſibus vel cōmodis ꝓ-
futurum· quippe vniuerſis in illa regiōe
noticia lingue huius penitus ignarꝭ· pre
ter id quod hac ſubtilitate ſumptu q̄z ꝓ
lixiore mercat⁹ eſt· quemadmoduʒ et ille
ſine confuſionis verecundia· merito la-
boris et operis ſui neceſſaria victus ali-
menta perciperet. ⁊ iſe munificentie ſue
pietateʒ tanq̄ debiti neceſſitate comple
ret· eo abundantius mercedem ſibi con
quirens· quo ambitu maiore peregrino
fratri non ſolum victus neceſſaria· verū
etiam operis inſtrumenta ⁊ operandi oc
caſionem pariter contuliſſet

## De pueris qui deferentes ad egrotantem ficus non deguſtatis eiſdeʒ fame in heremo defecerunt.

### Cap. xl.

ſ Ed quoniā in loco vbi de ieiu
nioꝝ et continentie rigore dice
re aliquid ꝓpoſuimus. affectio
⁊ opera charitatis videtur admixta· rur
ſum ad ꝓpoſitum reuertentes quoddaʒ
puerorū etate non ſenſu factum memo-
rabile opuſculo huic inſeremus. Nam
cum vltra omnem admirationem ficus
quidam de amareote libie partibꝫ velut
rem ante in loco non viſam abbati Jo-
hāni economo in heremo ſcythij detuliſ
ſet· qui diſpenſationem ipius eccl'ie tem-
poribꝫ beati paſuntij pſbiteri ab eodem
ſibi creditā gubernabat. hic confeſtī eas
ad ſenē quēdā qui in interioribus deſer
ti mala valitudine laborabat per duos
adoleſcentulos miſit. Siquidem decem
⁊ octo milibus longe ab eccleſia comma
nebat. Qui pomis acceptis· cum ad pre
dicti ſenis tenderent cellam· quod ibi ꝑ
facile ſolet etiaʒ ſenioribꝫ euenire· infuſa
repente denſiſſima nebula tramitē recti
itineris ꝑdiderunt. Cūq̄ tota die et no
cte diſcurrentes ꝑ auiam heremi vaſtita
tem. nequaq̄ potuiſſent egrotantꝭ cellu-
lām reperire· tam itineris laſſitudine q̄
inedia ſitiq̄ confecti· fixis genibus ī ora
tiōis officio ſpūm dño reddiderūt. Qui
poſt hec veſtigiorū ſuorum indicijs diu-
tiſſime perquiſiti. que in locis illis hare-
noſis tanq̄ niuibus impreſſa ſignātur.
donec ea vel leui ventoꝝ flatu tenuis ha
rena diſcurrens rurſus operiat· inuenti
ſunt ficus intactas vt acceperant reſer-
uaſſe· eligentes ſcʒ animam magis q̄ fi-
dem depoſiti ꝑdere. vitamq̄ potius a-
mittere temporalem q̄ ſenioris violare
mandatum

## Sententia abbatis macharij de obſeruantia monachi vel tāq̄ʒ diutiſſime victuri vel tanq̄ʒ quotidie morituri

### Cap. xli.

a Dhuc vnum beati macharij ꝓ
fertur nobis ſalutare manda-
tum· vt libellum ieiunioꝝ ⁊ con
tinentie tanti viri claudat ſentētia. Ita
inquit debere monachuʒ ieiunijs operā
dare vt centum annis in corpore cōmo-
raturuʒ· ita motus animi refrenare· ⁊ in
iuriarum obliuiſci· triſticiaſq̄ reſpuere.
dolores quoq̄ ac detrimenta contemne
re tanq̄ quotidie moriturum In illo nā
q̄ vtilis eſt prudenſq̄ diſcretio· eq̄li mo
nachum diſtrictione faciens ſemper īce-
dere· nec permittens ſub occaſione debi-
litati corporis de arduis ad pernicioſiſſi
ma ꝑrupta deuolui· in hoc vero magna
nimitas ſalutaris· que valeat non ſoluʒ
que videntur proſpera mundi preſentis
deſpicere· verumetiā aduerſis triſtibꝫq̄
non frangi· ⁊ ea velut parua nullaq̄ cō
temnere· illic habens iugiter fixum ſue
mentis intuituʒ· quo quotidie ſingulꝭq̄
momentis accerſiendum eſſe ſe credit.

## Explicit de ſpiritu caſtrimargie liber quintus.



## Incipiūt capitula libri ſexti de ſpiritu fornicationis.


Roemium
ij De principali correctione aduſus ſpiritum fornicatiōis.
iij Quantum ad ſuperandum fornicationis vitium remedij conferat continentie ſolitudo.
iiij Quid interſit inter continentiaʒ ⁊ caſtitatem· ⁊ an vtraq̄ ſimul ſemper habeatur
v Qz impugnatio fornicationis ſolo humano ſtudio non poſſit euinci
vi De peculiari gratia ī munere caſtitatis
vij Exemplum de agone mundiali ſcdm ſermonem apoſtoli.
viij De comparatione purificatiōis eorum qui in terreno agone certamen habituri ſunt
ix Quantam ſemper cordis puritatem parare dei oculis debeam⁹
x Quod ſit indicium ꝑfecte et integre puritatis
xi Quo vicio illuſio nocturna procedat
xij Qz carnis puritas ſine mundicia cordis nequeat obtineri.
xiij Que ſit purgationis carnalis prima cuſtodia
xiiij Qz non laudem ſtudeamus texere caſtitatis ſed effectum ei⁹ exponere
xv Qz ſpecialiter caſtitatꝭ virtus ab apoſtolo ſanctimonia nuncupetur.
xvi De alio apoſtoli teſtimonio ſuꝑ eadem ſanctimonia
xvij Qz ſpes ſublimioris premij debeat cuſtodiam caſtitatis augere
xviij Qz ſicut abſq̄ humilitate caſtitas obtineri non poteſt. ita ſine caſtitate ſcientia
xix Sententia ſancti Baſilij epiſcopi de qualitate virginitatꝭ ſue.

xx Qui finis vere integritatꝭ ac pu-
ritatis ſit.
xxi Quemadmodum ꝑfecte puri-
tatis ſtatum retinere poſſimus
xxii Uſqꝫ ad quem modum poſſit in-
tegritas corporis noſtri perdu-
ci. vel quod indicium ſit ad pu-
rum mentis excocte.
xxiii Remedia curationis quibus ꝑ-
fecta poſſit cordis et corporꝭ no-
ſtri puritas ꝑmanere.

## Expliciunt capitula

## Incipit liber ſextus de ſpiritu fornicationis.

### Cap̄. primum.

Ecundū nob̄ certamen eſt tra-
ditione patrum adu̇-
ſus ſpūm fornicatio-
nis· longum ꝑ ceterꝭ
ac diuturnū· ⁊ ꝑpau-
cis ad purum deuictum immane bellū·
⁊ qd̄ cum a primo tempore pubertatꝭ im-
pugnare incipiat hominū genus. nō ni-
ſi prius cetera vicia ſuꝑentur extinguit̄
Duplex nanqꝫ eſt oppugnatio gemino
armata vicio conſurgens ad prelīuꝫ· et
idcirco ſimliter ei gemīa eſt acie reſiſten-
dum. Siquidem vt morbo carniſ aīeqꝫ
cōcretū vires acq̇rit· ita niſi vtriſqꝫ pa-
riter dimicantibꝫ nequit debellari Nec
enim ſufficit ſolum corporale ieiunium
ad conquirendam vel poſſidendā ꝑfecte
caſtimonię puritatē. niſi ꝑceſſerit contri-
tio ſpūs ⁊ oratio cōtra hunc immundiſ-
ſimum ſpūm ꝑſeuerans· dein continua-
ta meditatio ſcripturaruꝫ· huicqꝫ fuerit
ſcientia ſpiritalis adiuncta· labor etiam
opuſqꝫ manuum inſtabiles cordis ꝑua-
gationes coercens ac reuocās· ⁊ añ om-
nia fundata fuerit humilitas vera· ſine
q̇ua nullius penitus vicij poterit vnq̄ꝫ
triumphus acquiri.

### De principali correctione aduerſus ſpūm fornicationis Cap̄. ij.

Rincipaliter enim vicij huius
correctio de cordis perfectione
deſcendit. ex quo etiā hui⁹ mor-
bi virus domini voce prodire ſignatur.
De corde inquit exeunt cogitatiōes ma-
le· homicidia· adulteria; fornicatiōeſ· fur-
ta. falſa teſtimonia ꝛc. Illud ergo eſt ꝓ-
mitus expiādum· vnde fons vite ⁊ mor-
tis manare cognoſcitur· dicente Salo-
mone. Omni cuſtodia ſerua cor tuum.
Ex his enim ſunt exitus vitę. Caro eniꝫ
eius arbitrio atqꝫ imperio famulatur· ⁊
idcirco ſummo ſtudio parſimonia ieiu-
niorum ſectanda eſt· ne eſcarum abūdā-
tia refecta caro· preceptis animę ſalutari-
bus aduerſata· rectorem ſuum ſpirituꝫ
deijciat inſoleſcens. Ceterum ſi omnem
ſummam in caſtigatione tantū corporis
collocemus· anima non ſimiliter a ceterꝭ
vicijs ieiunāte· nec meditatione diuina
et ſpiritalibus ſtudijs occupata· neq̄ q̄ꝫ
ad illud ſublimiſſimū vere integritatꝭ fa-
ſtigium poterimus aſcendere· illo quod
in nobis eſt principale. puritateꝫ corꝑis
noſtri infeſtante. Oportet ergo nos mun-
dare prius iuxta ſententiam domini· id
quod intus eſt calicis ⁊ parabſidis· vt fi-
at ⁊ id quod deforis eſt mundum.

### Quantum ad ſuꝑandum fornicatiōis vitium remedij cōferat continentie ſolitudo Cap̄. iij.

Eniqꝫ cetera vicia etiaꝫ vſu ho-
minum ⁊ exercitio quotidiano
purgari ſolent· et quodamm ō
ipſius lapſus offenſione curari. vt puta
irę. triſticię· impatientię languor· medi-
tatione cordis ac ꝑuigili ſollicitudine·
fratrum etiam frequentia et aſſidua pro-
uocatione ſanantur. Dumqꝫ commota
manifeſtantur ſepius et crebrius argu-
untur· quantocius ꝑueniunt ad ſalu-
tem. Hic vero morbus. cum corporis
afflictione ⁊ contritione cordis. ſolitudi-
ne quoqꝫ ac remotione indiget. vt poſſit
ad integrum ſanitatis ſtatum ꝑnicio-
ſa eſtuum febri depoſita peruenire. Sic̄
plerunqꝫ certa egritudine laborantibus
vtile eſt· vt cibi noxij ne oculorum q̇dem
ipſorum obtutibus offerantur· ne quod
aſpectus occaſione deſiderium eis leta-
le gignatur· ita plurimum confert ad de-
pellendum hunc ſpecialirer morbū qui-
es ac ſolitudo· vt mens egra minime di-
uerſis figuris interpellata ad puriorem
ꝑueniens contemplationis intuitum· fa-
cilius peſtiferum concupiſcentie fomitē
radicitus poſſit eruere.

### Quid interſit inter caſtitatem ⁊ cōtinentiā. et an vtraqꝫ ſimul ſemper habeatur Cap̄. iiij.

Emo tamen ex hoc negare noſ
putet etiam in congregatione
fratrū poſitos inueniri cōtinen-
tes· qd̄ perfacile fieri poſſe confitemur.
Aliud enim eſt continētem eſſe· id eſt eu-
kraten· aliud caſtum· ⁊ vt ita dicam in
affectum integritatis vel incorruptiōis
tranſire· quod dicitur acon. Quę ꝟtus
illꝭ ſolꝭ tribuitur maxīe qui virgines vel
mente vel carne perdurant. vt vterqꝫ io-
hannes in nouo teſtamento· in veteri q̊ꝫ
helias hieremias daniel fuiſſe noſcūtur
In quoꝝ gradu hi q̊ꝫ non immerito re-
putabūtur. qui poſt experimenta corru-
ptionis ad ſimilem puritatꝭ ſtatū per la-
borem longum ⁊ induſtriam integrita-
te mentis ⁊ corporis peruenerunt· ⁊ acu-
leos carnis non tam impugnatione con-
cupiſcētię turpis q̄ꝫ naturę tantummō
motu ſentiunt· Quē ſtatum dicim⁹ dif-
ficillime poſſe inter hominū turbas app̄-
hendi. vtꝝ vero ⁊ hoc poſſibile ſit vnuſ-
quiſqꝫ non nr̄a ſententia expectet agno-
ſcere. ſed conſcientię ſuę rimetꝰ examine.
Ceterum continētes multos exiſtere nō
dubitamus· qui impugnationē carnis.
quā vel raro vel quotidie ſuſtinent· ſeu
metu gehenne ſeu deſiderio regni celorū
extinguūt atqꝫ compeſcūt. Quos ſenio-
res ſicut pronunciant poſſe non penitus
incentiuis obrui vitiorum· ita ſecuros et
inſauciatos ſemper exiſtere non poſſe de-
finiunt. Neceſſe eſt enim vnumquemqꝫ
in colluctatione poſitum· q̄uis frequen-
ter aduerſarium vincat ac ſuꝑet. ⁊ ipm̄
tn̄ aliquando turbari

### Q impugnatio fornicationis ſolo humano ſtudio nō poſſit euinci. Cap̄. v.

Ua ꝓpter ſi nob̄ cordi eſt· ago-
nem ſpiritalem cum aplo legiti-
me decertare· hūc immundiſſi-
mum ſpūm ſuꝑare· omni mētꝭ intentiōe.
non noſtris viribus confidentes· hoc eī
induſtria humana perficere nō ꝑualet.
ſed opitulatione dn̄i feſtinem⁹· Tādiu
nanqꝫ hoc vicio aīam neceſſe eſt impug̃-
ri· donec ſe bellū gerere ſupra vires ſuas
agnoſcat· nec labore vel ſtudio ꝓpo vi-
ctoriam obtinere ſe poſſe· niſi dn̄i fuerit
auxilio ac protectione ſuffulta

### De peculiari gratia in munere caſtitatis.

### Cap̄. vi.

T reuera cum in omnibus vir-
tutum profectibus· ⁊ cunctorū
expugnatione viciorum. domi-
ni ſit gratia atqꝫ victoria. in hoc ꝑcipue
peculiare beneficium dei ac ſpeciale do-
num· ⁊ patrum ſententia ⁊ experimento
purgationis ipius maniſeſtiſſime decla-
ratur his· qui eam meruerint poſſidere.
Quodammodo enī exire de carne eſt· in
corpore cōmorantem· ⁊ vltra naturā eſt
fragili carne circūdatū· carnis aculeos
non ſentire. Et idcirco impoſſibile eſt ho-
minem ſuis (vt ita dixerim) pennis ad
tam preceſſum celeſteqꝫ premiuꝫ ſubuo-
lare· niſi euꝫ gratia domini de terre ceno
munere eduxerit caſtitatis. Nulla etenī
virtute tam proprie carnales hoīes ſpiri-
talibus angelis imitatione conuerſatio-
nis equantur; quā merito ⁊ gratia caſti-
tatis· per quā adhuc in terra degentes
habēt ſcḋm aplum municipatū in celꝭ· qd̄
depoſita corruptela carnali habituros

ſanctos ꝓmittit̕ in futurum·hic iam in
carne fragili poſſidentes

## Exemplum de agone mundiali ſcd̄m ſermonē apoſtoli. C. vij.

Audi quid dicat apoſtol⁹. Om
a nis q̇ in agone contendit:ab oī
bus ſe abſtinet. A quib⁹ omib⁹
dixerit inquiramus· vt poſſit nob̄ ſpiri⸗
talis agonis inſtructio cōparatione car
nal' acquiri. Illi eteni qui in hoc agone
viſibili ſtudent legitime decertare. vten⸗
di omnibus eſcis quas deſiderij libido
ſuggeſſerit non habent facultatem·ſed il
lis tm̄ quas eorundē certaminu ſtatuit
diſciplina. Et non ſolū interdictis eſcis
⁊ ebrietate omniq́ꝫ crapula eos neceſſe ē
abſtinere· verum etiam cuncta inertia et
ocio atq́ꝫ deſidia· vt quotidianis exerci
tijs iugiq́ꝫ meditatione virtus eorū poſ⸗
ſit accreſcere Et ita omni ſollicitudie ac
triſticia negocijſq́ꝫ ſecularib⁹ affectu eti
am ⁊ opere coniugali efficiuntur alieni.
vt preter exercitium diſcipline nihil alid̄
nouerint· nec vlli mundiali cure penit⁹
implicentur· ab eo tantu qui certamini
preſidet ſperantes quotidiani vict⁹ ſub
ſtantiam. ⁊ corone gloriam·cōdignaq́ꝫ
premia victorie laude conquirere. Atq́ꝫ
intantum ſe mundos ab omni coit⁹ pol
lutione cuſtodiunt. vt cū ſe preparāt ad
agonum certamina·ne qua forſitan per
ſomnum nocturna deluſi fallacia· vires
minuant multo tempore ꝯquiſitas·lami
nis plūbeis renum contegant loca· q̇ ſcꝫ
metalli rigore genitalib⁹ mēbris applici
to· obſcenos humores valeāt inhibere·
intelligentes ſe proculdubio eſſe vincen
dos·nec iam poſſe ꝓpoſitum certamē ad
empꝗ viribus adimplere·ſi ꝑuiſam pu⸗
dicicie ſoliditatem fallax noxie volupta
tis imago corruperit.

## De cōparatione purificatiōis eorū qui in terreno agone certamen habituri ſunt. Ca' viij.

Taq́ꝫ ſi agonis mundialis in⸗
i tellexímus diſciplinam· cui⁹ ex
emplo beatus apoſtolus nos voluit eru
dire docēs quanta in illa ſit obſeruatio·
quanta diligentia.quanta cuſtodia·q̇d
nos conueniet facere. qua puritate opor
tebit cuſtodire noſtri corporis atꝫ aīme
caſtitatem · q̄s neceſſe eſt quotidie ſacro
ſanctis agni carnibus veſci.quas nec ez
immundum contingere etiam veteris le
gis p̄cepta permittunt. In leuitico nan
q́ꝫ ita p̄cipitur. Omnis mundus mādu
cabit carnes. Et anima quecunq́ꝫ come
derit de carnibus ſacrificij ſalutaris qd̄ ē
domini·in qua eſt immundicia· ꝑibit co⸗
ram domino. Quantum igit̕ integrita⸗
tis eſt munus.ſine qua etiam illi q̇ erant
ſub veteri teſtamento· ſacrificijs typicis
non poterant intereſſe· ⁊ qui huius mun
di corruptibilem coronam cupiunt adi⸗
piſci nequeunt coronari:

## Quantam ſꝑ cordis puritatē parare dei oculis debeamus. Cap̄.ix.

Taq́ꝫ omi cuſtodia cordis no⸗
i ſtri ſunt latebre primitus expi⸗
ande. Quod enim illi in corpo
ris puritate cupiunt aſſequi· nos debe⸗
mus etiam in archanis conſcientie poſ⸗
ſidere·in qua dn̄s arbiter atq́ꝫ agonithe
ta reſidens·pugnam curſus ⁊ certamīs
noſtri iugiter expectat· vt ea q̄ in propa⸗
tulo horremus admittere·ne intrinſecus
quidem coaleſcere incauta cogitatione
patiamur· ⁊ in quibus humana cogni⸗
tione confundimur· ne occulta quidem
conhibentia polluamur Que licet poſſit
hominū preterire noticiam·ſanctoru tm̄
angelorum ipiuſq́ꝫ oīpotētis dei ſciam quā
nulla ſubterfugiūt ſecreta latere n̄ potīt

## Quod ſit indicium ꝑfecte ⁊ integre puritatis. Cap̄.x.

Huius puritatis hoc erit euidēs
c indicium ac plena probatio· ſi
vel nulla imago illiciens quieſ⸗
centibus nobis et in ſoporem laxatis oc⸗
currat· vl' certe int̕pellās nullos ꝯcupiſ
mot⁹ valeat excitare. Licꝫ ei ad plenam



pcti noxā tal' cōmotio mīme cōputet̕.tm̄
nec dum perfecte mentis indicium eſt.
nec ad puru excocti vicij manifeſtatio.
cū per fallaces imagines huiuſmōi ope⸗
ratur illuſio.

## Quo vicio illuſio nocturna ꝓcedat. Cap̄.xi.

Qualitas eni cogitationū q̄ diſ
q tentionibus diei negligentius
cuſtoditur· ꝓbatur quiete noct̕
na Et idcirco cum interceſſerit aliq̄ talis
illuſio·nō culpa ſomni credenda eſt·ſed
negligētia tp̄is p̄cedentis· ⁊ manifeſtatio
morbi latentis intrinſecus·quē nō primi⸗
tus noctis hora parturijt· ſꝫ intimis ani
me reconditū fibris ad cutis ſuperficie
ſomni refectione ꝓduxit. arguēs occul⸗
tas eſtuum febres quas ꝑ totu diei ſpa
cium noxijs cogitationibus paſti ꝯtraxi
mus· vt ſolent male q̄ꝫ valitudines cor⸗
poru nō ea colligi tempeſtate q̄ vident̕
emergere.ſed negligētia ſunt p̄teriti tem
poris acquiſite· quo paſtus q̄s impudē
ter eſcis ſaluti contrarijs noxios humo⸗
res ſibimet letaleſq́ꝫ contraxit.

## Q carnis puritas ſine mundicia cordis nequeat obtineri. Cap̄·xij.

Deoq́ꝫ humani
i generis creator ⁊ conditor de⁹.
opificij ſui naturā pre omnib⁹
emendationemq́ꝫ cognoſcens· illuc cu⸗
ram adhibuit medicine vn̄ cauſas mor
bi p̄ncipalit̕ nouerat emanare: quicūq́ꝫ
inquiens viderit mulierē ad ꝯcupiſcen⸗
dum eā.iam mechat⁹ eſt eā in corde ſuo
Petulantes oculos notās· nō tam eos
arguit q̄ꝫ illū interiorē ſenſum·q̇ officio
eorū male vtitur ad videndū. Cor nāq́ꝫ
eſt egrum ⁊ ſauciū libidinis telo qd̄ ad
concupiſcendū videt· bn̄ficium intuit⁹
recte ſibimet a creatore cōceſſum ſuo vi⸗
cio ad operū prauorum miniſteria contor⸗
quens· ⁊ in ſemetip̄o recōditū ꝯcupiſcē⸗
tie morbū contemplationis occaſiōe ꝓ⸗
ducens. Idcirco huic precipitur ſalu⸗
tare mandatu. cuius vicio peſſim⁹ lan
guor viſus occaſione ꝓcedit. Nō enim
dicit̕· omni cuſtodia ſerua oculos tuos·
quos vtiq́ꝫ oportuit p̄ncipalit̕ cuſtodiri
ſi ex ip̄is concupiſcentie ꝓdiret affectus·
nihil enī amplius oculi q̄ꝫ ſimplex aīme
prebent viſionis officiū.ſꝫ dicit· oī cuſto
dia ſerua cor tuū·illi potiſſimū impoſita
medicīa quod vbiq́ꝫ abuti poteſt ad vi⸗
dendum oculorum miniſterio.

## Que ſit purgationis carnalis prima cuſtodia. Cap̄. xiij.

Hec erit igit̕ purgatiōis h⁹ p̄ria
b cuſtodia. vt cū menti nr̄e meo⸗
ria ſexus feminei ꝑ ſubtilē ſug
geſtionem diabolice calliditatis obrepſe
rit· p̄mum recordatione p̄miſſa matris ſo⸗
rorum parentum ſeu certe feminarum
ſanctarū. quātotius eam de nr̄is receſſi
bus extrudere feſtinem⁹· ne ſi fuerim⁹ in
ea diutius immorati occaſione ſexus ſe⸗
mel indepti·illex malorum ad eas perſo⸗
nas exinde ſubtilit̕ deuoluat ac p̄cipitet
mentē·ꝑ quas noxias cogitationes poſ
ſit inſerere. Quobrem illius p̄cepti iugit̕
meminiſſe debem⁹· omni cuſtodia ſerua
cor tuū· ⁊ ſ̄m dei principale mandatum
ſollicite ſerpentis obſ̄uare noxiū caput .i.
cogitationū malarū p̄ncipia·quibus ſer
pere in aīam noſtra diabolus temptat·
nec ſinam⁹ ꝑ negligētia penetrare ī cor
noſtrum reliquū eius corpus.i.oblecta⸗
tionis aſſenſum. Qui ꝓculdubio ſi fue⸗
rit intromiſſus·morſu virulento mentē
interimet captiuatam Emergentes etiā
peccatores terre noſtre·id eſt ſenſus car⸗
nales in matutinis ſui ortus nos oport
extīguere· ⁊ dum adhuc paruuli ſunt al
lidere filios babylonis ad petra · Qui
niſi dū tenerrimi ſunt fuerint enecati·ad
ulti per cōhibentiam in perniciem no⸗
ſtram validiores inſurgent.aut certe nō
ſine magno gemitu ac labore vincentur.
Dum enim fortis ſcꝫ ſpiritus noſter do
mum ſuam cuſtodit armatus. receſſus
cordis ſui dei timore communiens·in
pace erit omnis ſubſtantia eius· Id eſt
emolumenta laborum ac virtutes lōgo

tempoꝛe conquiſite. Si aūt foꝛtioꝛ ſuper ueniēs vicerit eum·id eſt diabolus cogitationum conſenſu. arma eius diripiet in quibꝫ confidebat·id eſt memoriā ſcripturarum vel timoꝛem dei· ⁊ ſpolia eius diuidet· virtutum ſcꝫ merita per cōtraria vicia queqꝫ diſpergens

### Q non laudem ſtudeamus texere caſtitatis. ſed effectum eius exponere. Cap̄. xiiij.

T vt cuncta preteream que in ſanctis ſcripturis ob laudē virtutis huius inſerta ſunt· nō eī mihi ꝓpoſitum eſt laudem texere caſtitatis·ſed qualitatē ipſius vel quemadmodum acquiri vel cuſtodiri debeat· q̇ ve ſit finis eius. patrum traditionibꝫ explicare. vnam tantummō ponā beati apoſtoli ſententiam·qua pateat qualit' illā theſſalonicenſibus ſcribens· ⁊ virtutibꝫ pretulerit vniuerſis· tali eam verbi nobilitate cōmendans.

### Q ſpecialiter caſtitatis virtus ab apoſtolo ſanctimonia nuncupetur. Cap̄. xv.

b Ec eſt inquit voluntas dei ſanctificatio veſtra· Et ne foꝛte dubium nobis relinqueret vel obſcurū q̇d nam ſanctificationē voluerit appellare· vtrum iuſticiam· an charitatem·an humilitatem·an patientiam· in omnibꝫ eī iſtis virtutibꝫ creditur acquiri ſanctificatio·infert ⁊ manifeſte deſignat q̇d pꝛopꝛie ſanctificationem voluerit appellare Hec eſt voluntas dei ſanctificatio vr̄a. vt abſtineatis vos inq̇t a foꝛnicatione. vt ſciat vnuſquiſqꝫ veſtrū vas ſuum poſſidere in ſanctificatione ⁊ honoꝛe·nō ī paſſione deſiderij ſicut ⁊ gētes que ignoꝛāt deū. Vides quibꝫ eam laudibꝫ ꝓſequatur· honoꝛē vaſis id eſt coꝛpoꝛis noſtri·⁊ ſanctificationem eam appellans Igitur econtrario qui in paſſione deſiderij eſt. ī ignominia ⁊ in immundicia cōſiſtit·et alienus a ſanctificatione verſatur. Tertio q̄ꝫ poſt pauca infert·rurſus ſanctimoniam eam pꝛonuncians. Nō enim vocauit nos deus in ignominiā·ſed in ſanctificationē Itaqꝫ q̇ hec ſpernit· non hoīēꝫ ſpernit ſed deū·q̇ etiā dedit ſpūm ſuū ſanctum in nob̄. Auctoꝛitatē q̄ꝫ p̄cepto ſuo inuiolabilē iūxit. dicens. Qui h̄ ſpernit id eſt q̄ de ſanctimonia ꝓfat⁹ ſum· non hoīem ſpernit·hoc eſt·me q̇ h̄ p̄cipio·ſed deum q̇ in me loquit'·qui etiam ſpiritui ſuo ſancto coꝛ nr̄m habitaculū deputauit. Cernis ſimplicibꝫ verbis ac puris quibus eam preconijs quantiſqꝫ extulerit laudibꝫ. p̄mum virtuti huic ſanctificationem ꝓpꝛie tribuendo. deinde ꝑ hāc aſſerens vas nr̄i coꝛpoꝛis ab immūdicia liberandum·tertio q̄d abiecta ignominia et cōtumelia·in honoꝛe ſit ⁊ ſanctificatiōe manſurū. poſtremo q̄ ſumma eſt perfecti p̄remij ac beatitudinis remuneratio. ꝑ hanc habitatoꝛem pectoꝛis nr̄i ſanctū foꝛe ſpūm deſignauit.

### De alio apoſtoli teſtimonio ſuper eadem ſanctimonia. C. xvi.

e T licet ad finē libelli tēdat oratio: aliud adhuc ſile huic p̄termiſſum eiuſdē apl̄i teſtimoniū ponā. Ad hebꝛeos nāqꝫ ſcribens· Pacē inquit ſectamini cū oībꝫ ⁊ ſanctimoniā· ſine qua nemo videbit deū· Hic q̄ꝫ euidenter ſine ſanctimonia quā ſolet integritatem mentis vel puritatē coꝛpoꝛis appellare. ꝓnunciauit deū penitus videri non poſſe. Siq̇dem ⁊ hic ſimilit' infert·eūdē ſenſum explanans. Ne quis foꝛnicatoꝛ aut ꝓfanus vt eſau.

### Q ſpes ſublimioꝛis p̄remij debeat cuſtodiā caſtitatis augere Cap̄. xvij.

i Taqꝫ quātū ſublime celeſteqꝫ eſt p̄miū caſtitatis· tanto grauioꝛibus aduſarioꝝ inſidijs laceſſitur. Et idcirco ꝓpenſi⁹ nob̄ eſt· nō ſolū ꝯtinentia coꝛpoꝛis verūetiā contritio coꝛdis aſſiduis oꝛationū gemitibꝫ adhibenda· vt cliban⁹ carnis nr̄e quē rex babilonius incētiuis ſuggeſtionū carnaliū ſuccendere nō deſiſtit· deſcendente in coꝛda noſtra roꝛe ſancti ſpūs extinguatur.



### Q ſicut abſqꝫ humilitate caſtitas obtineri non poteſt·ita ſine caſtitate ſcientia. Cap̄. xviij

e T enim hanc ſenioꝛes aiūt appꝛehendi non poſſe·niſi pꝛi⁹ humilitatis in coꝛde fundamenta fuerint collocata· ita ne ad fontem q̇dē vere ſciētie peruenire poſſe definiunt· donec penetralibus anime noſtre radix vitij huius inſederit· et poſſibile quidem eſſe integritatē ſine ſciētie gratia ⁊ ſpiri· impoſſibile vero ſcientiam ſpiritalē ſine ītegritatis caſtimonia poſſideri. Quia ⁊ diuerſa ſunt dona ⁊ nō omnibꝫ vna gratia ſpūſſancti tribuit'· ſed ad quā ſe vn⁹ quiſqꝫ ſtudio vel induſtria ſua dignum aptumqꝫ pꝛebuerit. Deniqꝫ cū in omnibus apl̄is ſanctis virtus integritatis ꝑfecta fuiſſe credat'·abundantius tn̄ ſcientie donum exuberauit in paulo· q̇a ſe ad hāc aptum ſolerti ſtudio atqꝫ induſtria pꝛeparauit

### Sententia ſancti baſilij ep̄i de qualitate virginitatis ſue. Cap̄. xix

f Ertur ſancti Baſilij ceſarieſis ep̄i diſtricta ſententia. Et mulierem inquit ignoꝛo. ⁊ virgo nō ſum· Intantū intellexit incoꝛruptionem carnis. nō tam in mulieris eſſe abſtinentia q̄ꝫ in integritate coꝛdis· q̄ vere incoꝛruptam ꝑpetuo ſanctimoniā coꝛpoꝛis vl' timoꝛe dei vel amoꝛe caſtitatis cuſtodiat.

### Qui finis vere integritatis ac puritatis ſit Cap̄. xx

i Taqꝫ hic eſt integritatis finis ac ꝑfecta ꝓbatio· ſi quieſcētibꝫ nobis titillatio voluptatis nulla ſubrepſerit·ac ꝓ neceſſitate nature nobis inconſcijs concretiones egerant' obſcene. Quas ſicut abſcidere ꝑ oīa ⁊ in ꝑpetuū amputare ſuꝑ naturā eſt·ita reuocare ad ineuitabilē rariſſimāqꝫ nature neceſſitatē ſumme virtutis eſt· q̄ pulſare monachū duobꝫ interpoſitis mēſibꝫ ſolet Nō tn̄ dictum ſit ſm̄ noſtrā experientiā non ſm̄ ſniam ſenioꝛū. a quibꝫ etiam hememoꝛati tempoꝛis inductie admodum iudicabant' anguſte. quas ſi hoc mō q̇ ab ipſis percepimus voluerimus exponere· his foꝛte qui ꝓ negligentia ſua vl' remiſſioꝛe ſtudio puritatem hanc minus exꝑti ſunt· incredibilia vel impoſſibilia deſcripſiſſe credemur.

### Quemadmodū ꝑfecte puritatis ſtatū retinere poſſim⁹ C. xxi.

q Uem ſtatū ita tenere perpetuo poterim⁹· ac nunqꝫ naturalem modū nec tēpus excedere ſupi⁹ ꝯꝓhenſum. ſi deum non ſolū ſecretoꝛum actuū noſtroꝝ verumetiā cogitationū internarū diurnū parit' nocturnūqꝫ inſpectoꝛem eſſe ⁊ conſciū cogitem⁹. ac ꝓ omnibꝫ que in noſtro coꝛde verſant' ſicut ꝓ factis ⁊ operibus noſtris rationē nos ei reddituros eſſe credamus

### Uſqꝫ ad quem modū poſſit integritatis coꝛpoꝛis noſtri ꝑduci. vel q̄d indicium ſit ad purū mentis excocte Cap̄. xxij

b Uc vſqꝫ igit' feſtinandū eſt. nobis ⁊ eo vſqꝫ adūſus animi motus vel carnis incētiua pugnandum· donec iſta carnis ꝯdicio neceſſitatem nature expleat. nō ſuſcitet voluptatem· ꝯcretā exuberantiā ſine vllo pꝛuritu noxaqꝫ ꝓpellens·non pugnā ſuſcitās caſtitati Ceteꝝ m̄ēs dū adhuc doꝛmieſ imaginū viſione deludit'· non erit ſe necdū ad ītegrā ꝑfectionē caſtitatis excoctā.

### Remedia curationis quibus ꝑfecta poſſit coꝛdis ⁊ coꝛpoꝛis noſtri puritas ꝑmanere. Ca. xxiij.

i Gitur vt illuſiones hē ne doꝛmientibus quidem nobis ſubrepere valeant equale moderatumqꝫ ſꝑ tenendū eſt ieiuniū Quiſq̇s eī menſurā diſtrictionis excedit. neceſſe eſt vt modum q̄ꝫ remiſſionis excedat Qua inequalitate detentus ab hoc tranquillitatis planiſſimo ſtatu ſine dubio reuocabit'· nunc q̇dē nimia inanitate defectus. nūc aūt cibo ꝓpēſioꝛe diſtēt⁹. Cū imuta

none ſiquidẽ refectionis · q̃litatẽ q̃ʒ pu-
ritatis noſtrę neceſſe eſt immutari. De-
inde iugis humilitas ac patiẽtia cordis
adhibẽda perpetuo eſt · atq̃ʒ intenta ad-
uerſus iram vel ceteras paſſiones ꝓuidẽ
cautio. Ubi eñ furoris inſederit virus ·
libidinis q̃ʒ neceſſe eſt incendium pene-
trare. Ante omnia vero peruigil neceſſa-
ria eſt ſollicitudo nocturna. Nam ſicut
puritas ⁊ cuſtodia diei nocturnam pre-
parant caſtitatem · ita nocturnę vigilię
cordi pariter ⁊ obſeruationi diurnę ſta-
tum ſolidiſſimum roburq̃ʒ premittunt.

**Explicit de ſpiritu fornicationis liber ſextus.**

**Incipiunt capitula libri ſeptimi de ſpiritu philargyrie.**

**Cap. primum.**


Proemium.
ij Qƺ pernicioſus ſit morbus philargyrie
iij Que nobis in vitijs naturalibꝫ ſit vtilitas
iiij Qƺ ineſſe nobis quedam naturalia vicia ſine creatoris dicamꝰ iniuria
v De vitijs que ex̃ naturalem motum noſtro vicio contrahunt.
vi Receptus ſemel philargirye morbus q̃ʒ difficile pellatur.
vij Quibus vitijs philargyria generetur. vel quantorum malorum ſit eadem ꝓcreatrix.
viij Qƺ philargyria omnes virtutes impediat.
ix Qƺ monachus habens pecunias in cenobio permanere nõ poſſit
x Quem philargyrie laborem ſubeat deſertor monaſterij · qui añ ꝓ leuiſſimis operibus murmurabat
xi Qƺ occaſione cuſtodiẽde pecunie feminarum contubernia requirantur
xij Exemplum cuiuſdam tepidi monachi philargyrię laqueis obligati.
xiij Quid conferant ſeniores iunioribus in denudatione viciorum ·
xiiij Quibus exemplis morbus philargyrie triplex eſſe doceatur.
xv Male renuncians a non renunciante quo differat
xvi Cuius teſtimonij ſe colore tueantur qui exui facultatibus ſuis nolunt
xvij De renunciatione apoſtolorum ⁊ eccleſię primitiue
xviij Qƺ ſi apoſtolos imitari velimus non debeamus noſtris definitionibus viuere · ſed illorum exempla ſectari
xix Sententia ſancti Baſilij epĩ aduerſus ſyncletium
xx Qƺ ignominoſum ſit a philargyria ſuperari.
xxi Quemadmodum ſuperanda ſit philargyria
xxij Qƺ poſſit quis etiam non habens pecunias philargyrꝰ iudicari ·
xxiij Exemplum de iuda.
xxiiij Qƺ philargyria niſi nuditate vinci non poſſit.
xxv De exitu ananie ⁊ ſaphire ⁊ iude quem philargyria impellẽte ſb ierunt.
xxvi Qƺ philargyria lepram animę inferat ſpiritalem
xxvij Teſtimonia de ſcripturi q̃bꝫ perfectionem deſiderans edocetᷣ nõ reſumere que renuncians abdicauit
xxviij Qƺ aduerſus philargyriã victoria non aliter poſſit niſi nuditate conquiri ·
xxix Quemadmodum poſſit nuditas a monacho ſuſtentari
xxx Remedia cõtra morbum phylargyrie.
xxxi Qƺ non poſſit quis philargyriam vincere niſi in cenobio perſeuerans. ⁊ quemadmodum poſſit ibidem ꝑmanere.


**Expliciunt capitula.**



**Incipit liber ſeptimus de ſpiritu philargyrie.**

**Cap. primum**

t **Ertius no**bis conflictus eſt ad-
uerſus philargyriam
quam nos amorẽ pe-
cuniarũ poſſumus ap-
pellare. peregrinum bellum ⁊ extra natu-
ram · nec aliunde in monacho ſumens
principium · quã de corrupte ac torpide
mentis ignauia · ⁊ plerũq̃ʒ initio abrenun-
ciationis male arrepto · ⁊ erga deũ tepi-
do amore fundato · Cetera nanq̃ʒ vicio-
rum incitamenta humane inſerta natu-
rę · velut ingenita videntur in nobis ha-
bere prĩcipia · ⁊ quodammõ inuiſcerata
carni · ipſiq̃ʒ propemodum coeua nati-
uitati diſcretionẽ boni maliq̃ʒ ꝓueniũt.
et licet prima arripiant hominem · longo
tamen labore vincuntur.

**Qƺ ꝑnicioſus ſit morbus philargyrie Ca. ij.**

b **I**c vero morbus poſterius ſu-
ꝑueniens ⁊ extrinſecus accedens
animę · quanto facilius caueri
poteſt ac reſpui · tanto neglectus et intro-
miſſus ſemel cordi fit pernicioſior cũctis
difficiliuſq̃ʒ ꝓpellitur. Malorum nãq̃ʒ
omnium efficitur radix · multiplices fru-
ctificans fomites vitiorum.

**Que nobis in vitijs naturalibꝰ ſit vtilitas Cap. iij.**

v **T**puta carnis ſimplices motꝰ ·
nonne videmus non ſolum in
pueris in quibus adhuc inno-
cẽtia boni maliq̃ʒ preuenit diſcretionẽ ·
verũ in paruulis atq̃ʒ lactentibꝫ : Qui
cum ne initium quidem vllius libidinis
in ſemetipſis habeant · motus carnis na-
turali incitamento ſibi ineſſe deſignant ·
Irę quoq̃ʒ aculeos truces nonne ſimili-
ter in paruulis iam vigere conſpicimus ·
⁊ anteq̃ʒ patientię virtutem agnoſcant.
iniurijs eos cernimus commoueri · ⁊ ver-
borum ſentire etiam ꝑ iocum iniurias ir-
rogatas : ac nonnunq̃ʒ cũ deſint vires ·
voluntas tamen vltionis ira inſtigante
non deeſt. Nec hoc dico ꝙ vocem na-
turam conditionis in culpam · ſed ꝙ aſ-
ſeram motus hos qui ꝓcedunt ex nobis
quoſdam quidem vtilitatis cauſa nobꝫ
inſertos · quoſdam vero negligentię vi-
cio ac male voluntatis arbitrio extrinſe-
cus introductos. Hi nãq̃ʒ quos ſupra
diximus motus carnales ob reparatio-
nem ſobolis ⁊ poſteritatis ꝓpaginem ſu-
ſcitãdam · vtiliter ſunt corpori noſtro ꝓ-
uidentia creatoris inſerti · non ad ꝑpetrã-
da ſtuprorum flagicia ⁊ adulteria q̃ legis
etiam auctoritate damnantᷣ. Irę etiam
aculeos nonne ſaluberrime nobis intel-
ligimus attributos · vt noſtris vicijs ⁊ er-
roribus iraſcẽtes · virtutibus potius ac
ſpiritalibꝫ ſtudijs occupemur · omnẽ cha-
ritatem deo. ⁊ patientiam noſtris fratri-
bus exhibẽtes : Triſticię q̃ʒ vtilitas q̃n-
ta ſit nouimus · quę inter cętera vicia cũ
in contrarium affectũ eſt mutata connu-
meratur. Eſt enĩ ⁊ ſcd̃m dei timorẽ per-
neceſſaria · ⁊ ſcd̃m ſeculũ admodum per-
micioſa · vt docet aplꝰs dicens. Quę enĩ
ſcd̃m deum eſt triſticia : penitentiã ad ſa-
lutem ſtabilem operatur. ſeculi autem
triſticia mortem operatur

**Qƺ ineſſe nobis quędam naturalia vicia ſine creatoris dicamus iniuria Cap. iiij.**

n **O**n ergo ſi dixerimus hos mo-
tus a creatore inſertos nobis ex
eo culpabilis ille videbitᷣ · ſi ne-
quiter his abuſi maluerimꝰ eos ad nox-
ia potꝰ miniſteria detorquere · ⁊ velimꝰ
ꝓ infructuoſis ⁊ ſecularibꝫ lucris · nõ ꝓ
ſalutari penitentia ⁊ viciorũ correctiõe
triſtari. vel certe ſi non nobiſmetipſis vti-
liter. ſʒ ꝯtra interdictũ dñi nr̃is fratribꝫ
iraſcamur. velut ſi ferrum quis ad neceſ-
ſarium ⁊ vtile miniſteriũ contributũ ad
necem voluerit inſontiũ retorquere. nõ
ex h̃ infamabit materię ꝯditorẽ · ſi qđ ille
ad vſum bñ viuendi aptũ ac neceſſariũ
ꝯſtituit · iſte hoc vſus eſt ad nocendum.

## De vitijs que extra naturalem motum noſtro vicio contrahuntur. Cap. v.

d Icimus tamen quedam vitia ſine vlla precedēte naturali occaſione concreſcere· ſȝ ſolius corrupte ac male voluntatis arbitrio· vt eſt inuidia ipſaqȝ etiam philargyria· q̄ cuȝ nulla habeāt in nobis de naturali inſtinctu principia· extrinſecus cōtrahuntur. Que tamē quantū facilia ſunt ad cauēdum ⁊ oportuna ad declinandum. tātū occupatam mentem atqȝ poſſeſſam miſeram faciūt· vixqȝ ad ſanitatis concedūt remedia puenire· ſiue qd̓ a dn̄o nō merentur curari celeri medicina qui ab his ſauciati ſunt que vel ignorare vel vitare vel facillime vicere potuerūt. vel certe quod male fundati virtutum ſtructuram ⁊ pfectionis ſuſcipere culmen indigni ſunt·

## Receptus ſemel philargyrie morbus q̄ȝ difficile pellatur Cap. vi.

q Uamobrem nulli vilis deſpectuſqȝ videatur hic morbus. q̄ ſicut poteſt perfacile declinari· ita ſi quemqȝ poſſederit ad ſanitatis remedia vix puenire concedit. Receptaculum nanqȝ eſt viciorū malorūqȝ omniū radix· ⁊ inextricabilis nequitie fomes efficitur dicente apl'o· Radix oīm malorū eſt philargyria. id eſt amor pecunie.

## Quibus vicijs philargyria generetur. vel quantorum malorum ſit eadem pcreatrix Ca. vij.

h Ec igitur cū remiſſaȝ tepidāqȝ poſſederit monachi mentē· primitus eū in exigua ſumma ſollicitās· iuſtos quoſdam ⁊ velut rationabiles ei colores ob quos vel reſeruare ſibi aliquid pecunie debeat vel parare deſcribit. Nam ⁊ ea que prebent' in monaſterio queritur non eſſe ſufficientia· et ſano robuſtoqȝ corpore vix poſſe tolerari· Quid faciendum ſi valitudo mala carnis emerſerit· ⁊ reconditum nō fuerit aliquid peculiare quo ſuſtentet' infirmitas· Preſtitionē mōaſterij eē ptenuē ⁊ negligētiā erga egrotātes maximā· Si ꝓpriū aliquid non fuerit quo cura corpori valeat adhiberi miſere eſſe moriendū. Ipm etiam veſtimentū non ſufficere qd̓ pbet' niſi pcurauerit vnde ſibi aliud valeat exhiberi. Poſtremo nec diu poſſe in eodē loco vel monaſterio cōmorari. et niſi parauerit ſibi viatici ſumptus euectiōiſqȝ tranſmarine mercedem· nō poſſe cuȝ voluerit tranſmigrare· et neceſſitate inopie coartatum· laborioſaȝ ac miſerabilē abſqȝ vllo profectu vitam iugiter toleraturum· inopem ſe q̄ȝ ſemp ac nudum nō ſine impperio aliena ſubſtantia ſuſtentandum. Itaqȝ cum huiuſcemōi cogitationibus laqueauerit mentem· qualiter vnū ſaltem denarium acquirere poſſit excogitat. Tunc peculiare opus quod exerceat abbate inſcio ſollicita mente perquirit. Qd̓ vendens clam et optato tandeȝ potitus nummo· qualiter eū duplicet acrius vehementiuſqȝ torquetur· vbi reponat cui ve illum credat ambiguus. Deinde quid ex eo coemere qualiqȝ eum cōmercio valeat duplicare· cura grauiore diſtenditur. Cumqȝ illi ⁊ hoc ex voto ceſſerit· auidior fames accreſcit auri· tātoqȝ vehementius ſuſcitatur. quanto etiam ſumma lucri maior apponitur. Cum pecunie eteñi incremento rabies cupiditatis augetur. Tum deinde vita longeua pmittitur· ſenectus incurua· infirmitates diuerſe atqȝ prolixe que niſi maior ſumma in iuuentute fuerit preparata tolerabili in ſenecta non poſſint. Agitur itaqȝ infelix aīma ſerpentinis nexibus obligata· dum materiam male pcretā nequiore cura concupiſcit augere· peſtem ſibi q̄ dirius inflammetur ipa parturiens. totaqȝ lucri cogitatione poſſeſſa· nihil aliud reſpicit cordis intuitu q̄ȝ vnde pecuniam parare valeat· p quā poſſit de monaſterij diſciplina q̄ȝtotius euolare· nullam exhibens fidem vbi potuerit nummi ſpes aliqua refulgere. Pro hac nō mendacij· non periurij· non furti facinus admittere phorreſcit· non fidem frangere· nō iracundie noxio furore ſuppleri. Si quoqȝ a ſpe queſtus deciderit. nō honeſtatis nō humilitatis moduȝ tranſcendere ptimeſcit· fitqȝ ei p oīa vt alijs venter. ita huic aurū ⁊ ſpes lucri p deo. Unde beatus apl's huius morbi noxia venena pſpiciens· nō ſolū eam radicē eſſe oīm malorum· verūetiam idolorū ſeruitutē pronūciauit dicens. Et auaricia qd̓ in greco dr̄ philargyria q̄ eſt ſimulacrorū ſeruitus. Cernis igit' ad quantaȝ labem rabies h̄ p gradus ſingulos creſcat· vt etiā idolorum vel ſimulacrorū ſeruitus apl'i voce pnūcietur· eo qd̓ figura dei ⁊ imagine pretermiſſa· quā deuote ſeruiens deo īmaculatam in ſemetipo debuit cuſtodire· hoīm figuras impreſſas auro diligere p deo maluit ⁊ tueri.

## Q philargirya oēs virtutes impediat. Ca. viij.

t Alibus igitur deceſſionuȝ pfectibus in deterius creſcēs· nullaȝ deinceps hūilitatis nullā charitatis nullā obedientie· nō dicā virtutē ſȝ ne vmbrā quidē virtutis retinere ptētus. indignatur ad oīa· ⁊ ad ſingula opa murmurat atqȝ ſuſpirat. Nullaqȝ iam reuerētia reſeruata· velut equus duriſſimus ad precipitiū fert' infrenis. nec victu q̄tidiano nec ſolito indumento ptentus· nō ſe diutius hec toleraturū eſſe teſtat'. Deū q̄ȝ nō ibi ſolūmō eē pclamat· nec ſalutē ſuam in illo tm̄ loco eſſe concluſam. Unde ſi q̄ſqȝ ſe non celerius aſportauerit· ſe periturū protinus grauiter ingemiſcit

## Q monachus habens pecuniam ſi cenobio pmanere n̄ poſſit. Ca. ix.

i Aqȝ inſtabilitatis ſue viaticū hn̄s nūmos· in quorum pſidio alarum ſibi inſtar aptauit· iamqȝ ad trāſmigrandū paratus inſolenter ad oīa precepta reſpōdet. ⁊ tāq̄ȝ peregrinum extraneūqȝ ſe gerens· quecūqȝ indigentia correctione perſpexerit negligit atqȝ contemnit. Cūqȝ furtim poſſideat recōditā pecuniā· nec calciamenta q̄dem ac veſtimenta ſe habere pqueritur· daniqȝ ſibi tardius indignat'. Ac ſi forte diſpenſatione ſeniorum ei p̄us q̄ nihil penitus habere cognoſcit'. aliqd horū fuerit impartitū· maioribus ire ſtimulis iardeſcit· ſeqȝ deſpici veluti extraneum putat· nec ad vllū opus manus ſuas accōmodare ptentus· rephendit oīa q̄ neceſſario fieri mōaſterij compellit vtilitas. Deinde occaſiones quibus offendi vel iraſci debeat ſtudioſe pquirit· ne leuit' motus de cenobij diſciplina videat' exire. Nec ſolus tm̄ tranſmigrare ptentus· ne tāq̄ȝ ſuo vicio deſeruiſſe credat' quātos potuerit ſuſurrationibus clādeſtinis deprauare nō deſinit. Qd̓ ſi etiā tempori aſperitas itineris ſeu nauigationis eius intercluſerit cōmeatum· p omne illud tps ſuſpenſo anxioqȝ reſidens corde triſticias ſerere vel excitare nō ceſſat. diſceſſus ſolatiū ⁊ excuſationem leuitatis non ſe aliter credens q̄ȝ nota vel macula monaſterij reperturum

## Quē philargyrie laborem ſubeat deſertor monaſterij qui antea pro leuiſſimis opibus murmurabat. Cap. x.

a Sit itaqȝ facibus pecuniarum ſuarum magis ac magis accēſus· q̄ poſſeſſe nunq̄ȝ monachū vel in monaſterio reſidere vel viuere ſub regule inſtitutione pmittūt. Cūqȝ exinde eū velut feral' q̄dam beſtia de cetu gregis ſegregans· pecus oportunū prede deſtitutiōe ſodaliū fecerit. ⁊ deuorationi facilē ptubernij priuatione reddiderit· eū qui prius opa mōaſterij leuia exercere deſpexerat· die ac nocte ſpe queſtus infatigabilit' laborare cōpellit. nō orationū ſolennia· nō ieiuniorū modū· nō vigiliarum regulā cuſtodire pmittit· nō honeſtarum interceſſionuȝ explere officia ſinit· dummō vel auaricie rabiem ſatiare vel quotidianis vſibus poſſit occurrere· cupiditatis ignē dum acquirendo extinguendum credit accēdens

## Q occaſione cuſtodiende pecunie feminarum contubernia requirantur. Ca. xi.

b Jnc iam nonnulli ꝑabruptuȝ precipitium lapſi irreuocabili ruina ferunt̛ ad mortē ⁊ non ↄtenti ſoli poſſidere q̄s vel nūq̄ꝫ habuerant. vel initio malo reſeruauerāt pecunias inq̇runt ↄtubernia feminarū· ſꝗ debeant ea q̄ male cōgeſta vel retenta ſunt cuſtodire· Tanq̄ꝫ ſe occupationibꝯ noxijs ac ꝑniciosis inuoluūt. vt vſqꝫ ad profundū inferi deuoluti· dum acq̇eſcere illi aplice ſentētię renuūt. vt habētes victū ⁊ veſtimētū his ↄtēti ſint q̄ mōaſterij frugalitas exhibebat· ſ; volētes diuites fieri incidāt in temptationē ⁊ laqueū diaboli· ⁊ d̄ſideria mlta ⁊ inutilia ⁊ nociua q̄ mergūt hoīeȝ ī iteritū ⁊ ꝑditionē Radix enī oīm malorū eſt cupiditas.i. philargyria. quā q̇dam appetētes errauerunt a fide· ⁊ inſeruerunt ſe dolorībus multis.

## Exemplū cuiuſdā tepidi monachi philargyrie laq̄is obligati. Cap.xij.

n On ignoro quendā q̇ ſemetipſum autumat monachū· ſibiq̄ꝫ q̄d ē deteri⁹ de ꝑfectiōe blādit̛. q̇ recept⁹ in cenobio· cū a ſuo moneretur abbate ne reūteret̛ ad illa q̄ renuncians abdicarat· ſeq̄ꝫ d̄ malorꝫ oīm radice philargyria terreniſq̄ꝫ laqueis eriꝑe feſtinaret· ac ſi mallet p̄ſtinis paſſionibꝯ emēdari. q̇bus eū grauiſſime ſingul̛ momentꝭ videbat vrgeri· ceſſaret affectare ea quę ne antea q̇deȝ poſſederat· quorꝫ nexibꝯ cōpedit⁹ ad purgationē vitiorꝫ ſuorꝫ ſine dubio ꝑueīre n̄ poſſ; · truculēto vultu eidē reſpondere n̄ heſitauit. Si tu habes vn̄ plurimos ſuſtentes· me ſimilit̛ habere cur ꝓhibes.

## Quid conferāt ſeniores iunioꝛib⁹ i denudatiōe viciorū. Ca.xiij.

b Ec aūt nemini videant̛ ſuꝑflua vel moleſta. Niſi enī p̄us expoſita fuerint genera vulnerꝫ· ⁊ origines cauſęq̄ꝫ morborꝫ fuerīt indagatę· nec infirmis pot̛it adhiberi cōgrua medicinę curatio. nec validis cōferri ꝑfecte cuſtodia ſanitatis. Naȝ ⁊ hec ⁊ multo his plura ad inſtructionem iuniorū ſolent a ſenioribꝯ q̇ innumeros diuſorū caſus ac ruinas expti ſunt i collatiōe ꝓferri. Quorꝫ multa ſepe numero cognoſcentes in nob ita ſenioribꝯ exponentibꝯ ac reuelantibꝯ· velut q̇ iſdē ipis q̄z paſſionibꝯ pulſarēt̛· abſq̄ꝫ ↄfuſiōis nr̄ę verecundia curabam̄· cuȝ ⁊ remedia pariter ⁊ cauſas infeſtantiū nos viciorū taciti diſcerē⁹· q̄ nos n̄ fratnitatꝭ veriti corp⁹ vel obtexim⁹ vel p̄teriuimus· ſ; ne forte delapſus liber in man⁹ eorꝫ q̇ in h̄ ꝓpoſito min⁹ inſtituti videt̛· patefaciat inexpertꝭ. q̄ deſudantibꝯ ſol̛ ac feſtinantibus culmen ꝑfectionis attingerę debent eſſe cōperta.

## Quibus exemplis morbus philargyrie triplex eſſe doceatur Cap.xiiij.

t Riplex itaq̄ꝫ eſt hui⁹ valitudinis morbꝯ· q̇ ab vniūſis patribus eq̄li deteſtatione damnat̛ Unus hic cui⁹ ſuꝑius deſcripſim⁹ labē· q̇ decipiens miſerabiles q̄ſq̄ꝫ ea q̄ ne antea q̇dem cū in ſeculo degerent poſſidebant congregare ꝑſuadet. Ali⁹ q̇ h̄ q̄ in primordijs ſuę renūciationis abiecerāt· poſtea reſumere ac rurſuȝ deſiderare cōpellit. Terti⁹ q̇ initio malo vicioſoq̄ꝫ cōtractus ⁊ ab imꝑfectione incipiens· eos q̄s ſemel hoc tepore mētꝭ infecerit· pauꝑtatis ac diffidentię timore ꝑterritos. ſpoliare ſe cunctꝭ mundi facultatibꝯ non ſinit. eoſq̄ꝫ pecunias vel ſubſtātias quas vtiq̄ꝫ renunciātes abijcere debuerant reſeruantes· ad euangelicā ꝑfectioneȝ nūq̄ꝫ ꝑuenire concedit. Quarū triū ruinarum exēpla· in ſcripturꝭ ſanctis etiā inuenimus nō leui pena fuiſſe dānata. Naȝ gieçi ea q̄ ne antea q̇dem poſſederat volens acquirere· nō mō grām ꝓphetię nō meruit poſſidere· quā ꝑ ſucceſſionē velut hereditariā a ſuo habuit mgr̄o ſuſciꝑe. verumetiā ecōtrario eterna lepra ſancti heliçei maledictiōe ꝑfundit̛. Judas aūt volēs r̄ſumere pecunias q̄s ātea chriſtū ſecut⁹ abiecerat· nō ſolū ad ꝓditionē domini lapſus apl̛atus ꝑdidit gradū· ſed etiā vitā ipām cōmuni exitu finire non



meruit· eāq̄ꝫ biothanati morte cōcluſit. Ananias vero ⁊ ſaphira reſeruātes partem quandaȝ ex his q̄ poſſederāt· apl̛ico ore morte mlt̛antur.

## Male renuncians a nō renunciante quo differat. Cap.xv.

d E his igit̛ qui dicentes renunciaſſe ſe huic mūdo· rurſus incredulitate fracti nudari terrenis opibꝯ timēt· in deuteronomio miſtice ꝑcipit̛. Si q̇s eſt hō formidoloſus ⁊ corde pauido· nō egrediatur ad bellum. vadat ⁊ reūtat̛ in domū ſuaȝ· ne pauere faciat corda fratrū ſuorꝫ· ſicut ⁊ ipſe timore ꝑterritus eſt. Hoc teſtimonio q̇d euidentius queſo: Nōne māifeſte mauult eos ſcriptura ꝓfeſſionis h⁹ nec initiū ſibimet vſurpare nec nom̄· q̄ꝫ exhortatiōe exemploq̄ꝫ corrupto etiā alios ab euangelica perfectione reuocare. ⁊ infideli infirmare terrore: Jubet̛ itaq̄ꝫ eis vt diſcedentes e pugna reuertant̛ in domū ſuā· q2 nō pōt quiſq̄ꝫ duplici corde bella dn̄i preliari Uir enī duplex aīmo· incōſtās eſt in oībus vijs ſuis. Et cogitantes ſm illā euangelij parabolā eum q̇ cū decem milibꝯ ꝓgredit̛ cōtra regē cum vigīti milibus venientem· non poſſe cōfligere: ad huc eo lōge poſito poſtulēt paceȝ· i. vt ne initium q̇dem renunciationis arripiāt potius q̄ꝫ tepide eam poſt exequentes maiori diſcrimine ſemetip̄os inuoluāt. Melius eſt ei nō vouere· q̄ꝫ vouere ⁊ nō reddere. Pulcre aūt hic cum decem milibus· ⁊ ille cū viginti venire deſcribitur Amplior enī viciorꝫ nos impugnātiuȝ numer⁹ eſt q̄ꝫ ꝟtutum ꝓ nob dimicantium. Nemo aūt pōt deo ſeruire ⁊ mammone. Nec ponens q̇ſq̄ꝫ manū ſuā ſuꝑ aratrū ⁊ reſpiciēs retro· apt⁹ ē regno dei.

## Cuius teſtimonij ſe colore tueantur qui exui facultatib⁹ ſuis nolunt. Cap.xvi.

b J ergo occaſionem auaricię p̄ſtine ſibimet intromittere quadam ſcripturę ſanctę auctoritate conant̛. Quā vicioſiore intellectu interpretantes. apl̛i immo dn̄i ſententiaȝ corrumꝑe atq̄ꝫ ad ſuū deſideriū geſtiūt depꝛauare· nō ſuā vitam vel intellectum ſcripturarū ſenſui coaptantes· ſed vim ſcripturis ꝓ deſiderio ſuę libidīs inferētes· ↄſentire eas ſuis opinionibꝯ volūt· aiūtq̄ꝫ ſcriptum eſſe. Beatius eſt magis dare q̄ꝫ accipe. Cuius īterpretatiōe prauiſſima eneruatam dn̄i putant illaȝ eſſe ſn̄iaȝ q̄ dī. Si vis ꝑfect⁹ eſſe· vade vende oīa quę habes ⁊ da pauꝑibꝯ. ⁊ habebis theſaurū in celo. ⁊ veni ſeq̄re me. Et arbitrant̛ hoc colore diuitias ſuas ſe abijcere nō debere. beatiores ſc; ſemetipſos ꝓnunciantes· ſi priſtinis ſuffulti ſubſtātijs· alijs q̄z de earū ſuꝑabundantia largiantur. dū erubeſcunt ꝓ chriſto glorioſam cū apl̛o ſuſciꝑe nuditatē· nec opere manuū nec monaſterij parſimonia volūt eſſe ↄtēti. Quibꝯ ſuꝑeſt vt aut ſemetip̄os circūuenire nouerint· ⁊ neq̄q̄ꝫ renūciaſſe huic mūdo diuitijs priſtinis incubantes· aut ſi ꝓfeſſionem monachi re atq̄ꝫ oꝑe cupiūt exꝑiri· diſꝑſis atq̄ꝫ abiectꝭ oībꝯ nihilq̄ꝫ ex his q̇bꝯ renunciauerūt reſeruātes· cū apl̛o glorięt̛ in fame ⁊ ſiti· ī frigore ⁊ nuditate

## De renunciatione apoſtolorū et eccleſie primitiue. Cap.xvij.

q Uaſi vero et ille ſimilit̛ nō potuerit facultatibꝯ p̄ſtinis ſuſtentari· q̇ ſe non ignobilē etiam in huius mūdi ordine fuiſſe teſtat̛. cū ſe aſſerit a natiuitate ciuis romani dignitate prelatum· ſi hoc eſſe ad perfectionem cōmodius iudicauiſſet. et illi qui hieroſolimis cum eſſent poſſeſſores agrorꝫ vel domorū· vendentes omīa ⁊ nihil ſibi penitus ex his reſeruātes· afferebāt precia eorum. ⁊ ponebāt aū pedes diſcipulorꝫ· non potuerint neceſſitatem corporis ſui facultatibus ꝓprijs ſuſtinere. ſi hoc perfectius fuiſſet ab apoſtolis iudicatum· vel ipi eſſe vtilius probauiſſent: ſed vniuerſas ſimul abijcientes ſubſtantias maluerunt labore proprio vel collatiōe gen

tium ſuſtentari. De quorū ſumptu ſan
ctus apoſtolus ad Romanos ſcribens.
ſuumq́ꝫ eis in hoc miniſteriuꝫ p̄dicans.
ac ſubtiliter eos ad hanc collationem ꝓ
uocans ait. Nunc autē proficiſcar hie
ruſalē miniſtrare ſanctis. Complacuit
enim macedonię ⁊ achaię collationem
aliquam facere in pauperes ſanctorum
qui ſunt hieruſalem. placuit enim eis et
debitores ſunt eorū. Quoniā ſi ſpirita
lium eorū participes facte ſunt gētes. de
bent ⁊ in carnalibus miniſtrare eis. Ad
corinthios q̄ꝫ horum ſollicitudinē ſimi
liter gerens. monet eos vt ante aduentū
ſuum collationem quā ad vſus eorum
mittere diſponebant ſollicitius prepara
rent. De collectis autem que fiunt in ſā
ctis ſicut ordinaui eccleſijs galathie. ita
⁊ vos facite. Unuſquiſq́ꝫ veſtrum per
vnam ſabbati theſauriçet apud ſemet
ipſum recondens quod ei bene placue
rit. vt nō cū venero tūc collecte fiant. Cū
autē venero quos probaueritis per epi
ſtolas hos tranſmittam pferre gratiā ve
ſtram in hieruſalem Et vt eos ad largio
rem collationem ꝓuocaret infert. Quod ſi
dignum fuerit vt ⁊ ego eam mecū ibunt
id eſt ſi talis fuerit oblatio veſtra q̄ mea
quoq́ꝫ mereatur ꝓſecutione deferri. Ad
galathas quoq́ꝫ cū predicationis miſte
rium cum apoſtolis partiretur. in hoc idē
ſe deſtinatuꝫ a iacobo petro ⁊ iohāne te
ſtatur. vt licet p̄dicationem ſuſciperet gē
tium. pauperum tamen qui erant hiero
ſolimis nequaq̄ꝫ ſollicitudinem curāq́ꝫ
reſpueret. qui ꝓpter chriſtū vniuerſis re
bus ſuis renunciantes. ſpontaneā ſubie
rant egeſtatem. Et cum vidiſſent inquit
Gratiam dei que data eſt michi iacobus
⁊ cephas ⁊ iohannes qui videbantur co
lumne eſſe. dextras dederunt mihi ⁊ bar
nabe ſocietatis. vt nos inter gentes pre
dicaremus. ipſi autem in circūſione tātū
vt pauperū memores eſſemus. Quā rem
omni ſollicitudie ſe teſtatur impleſſe di
cens. Quod etiam ſollicitus fui hoc ipſuꝫ
facere. Qui igitur ſunt beatiores. vtruꝫ
nam hi qui nuper de numero gentiū con
gregati. nec p̄ualentes euangelicā perfe
ctionem cōſcendere adhuc ſuis ſubſtan
tijs inherebant. in quibus magnus fru
ctus ab ap̄lo ducebatur. ſi ſaltem ab ido
lorū cultura ⁊ fornicatione ⁊ ſuffocatis
⁊ ſanguine reuocati. fidem chriſti cū ſuis
facultatibus ſuſcepiſſent. an illi qui euā
gelice ſatiſfacientes ſententie. crucē dn̄i
quotidie portātes. nihil ſibi de ꝓprijs fa
cultatibus ſupeſſe voluerunt. Cūq́ꝫ ip
ſe beatus apoſtolus vinculis ⁊ carceribus
obligatus. ſeu vexatione itineris impedi
tus. ⁊ ob hoc conſuetam victus ſubſtan
tiam parare vt erat ſolitus ſuis manibus
non occurrens. a fratribus qui de mace
donia venerant ſupplementū ſue neceſſi
tatis ſe aſſerit accepiſſe. nam quod mihi
inquiēs deerat. ſuppleuerūt fratres q̄ ve
nerunt a macedonia. et ad philippen
ſes ipſe referens. ſcitis eī ⁊ vos philippen
ſes. quia in principio euangelij quando
ꝓfectus ſum a macedonia nulla eccleſia
mihi cōmunicauit in ratiōe dati ⁊ acce
pti. niſi vos ſoli quia ⁊ theſſalonicā ⁊ ſe
mel ⁊ bis in vſum mihi miſiſtis. erūt ſm̄
iſtorū ſententiā quam mente tepida con
ceperunt. ⁊ iſti beatiores apoſtolo. q̄a de
ſuis inueniantur ei ſubſtātijs impartiſſe.
Quod amens quilibet dicere nō audebit.

## Quod ſi apoſtolos imitari velimus non debeamus noſtris defini tiōibus viuere ſed illorū exem pla ſectari Ca.xviij.

q Uā obrē ſi euangelico p̄cepto
volumus obedire. ⁊ ap̄li ac totius
illius eccl̄e p̄mitiue. ſeu patrū q̄ virtutibus ac
pfectiōi eorum noſtris tēporibus ſucceſ
ſerunt imitatores exiſtere. nō noſtris diſ
finitionibus acquieſcamus. de hoc tepi
do ac miſerabili ſtatu perfectionem nobis
euangelicam pollicentes. ſed illorum ſe
ctātes veſtigia circūuenire noſmetipſos
minime ſtudeamus. et ita monaſterij di
ſciplinā inſtitutionemq́ꝫ pariter expeta
mus. vt in veritate renunciemus huic mū
do. nihil ex his que contempſimus inſi



delitate nos retrahente ſeruantes. quoti
dianum victum non recondita pecunia
ſed opere ꝓprio conquiramus.

## Sententia ſancti baſilij ep̄i aduerſus ſyncletium ꝓlata. C.xix.

Ertur ſententia ſancti Baſilij
f ceſarienſis ep̄i ad quendam ꝓ
lata ſyncletiū. tali quo diximus
tepore torpentem. qui cuꝫ renunciaſſe ſe
diceret huic mundo. q̄dam ſibi de pro
prijs facultatibus reſeruauit. nolēs exerci
tio manuū ſuarū ſuſtentari. ⁊ humilita
tem verā nuditate ⁊ operis cōtritiōe mo
naſterijq́ꝫ ſubiectione conquirere. et ſe
natorem inquit ſyncleti ꝑdidiſti. ⁊ mōa
chum non feciſti.

## Quod ignominioſuꝫ ſit a philargyria ſuperari Cap.xx.

Taq́ꝫ ſi agonem ſpiritalem cer
i tare legitime cupimus. hūc q̄ꝫ
pernitioſum hoſtem a noſtris cor
dibus extrudamus. Quem quantum
ſuꝑare non magne virtutis eſt. tantū ab
eo vinci ignominioſum plenumq́ꝫ dede
coris. A potente enim elidi licet ſit in de
iectione dolor ⁊ gemitus in amiſſiōe vi
ctorię. tamē quodammō de aduerſarij
robore victis naſcitur cōſolatio. Sin ve
ro ⁊ inimicus exilis ⁊ genus colluctatio
nis infirmum. vltra deiectōnis dolorem
confuſio turpior. ⁊ ignominia detrimen
to grauior infertur.

## Quemadmodum ſuperanda ſit philargyria. Ca.xxi.

Equo hec erit ſumma victoria
d triumphuſq́ꝫ ꝑpetuus. vt quē
admodum dicitur. nec minuto q̄
dem nummo conſcientia mōachi pollu
atur. Impoſſibile nanq́ꝫ eſt eū qui victus
in exigua ſtipe. ꝯcupiē ſemel in corde ſuo
radicē ſuſcepit. nō maioris deſiderij ꝓti
nus incēdio cōflagrari. Tādiu nāq́ꝫ mi
les chriſti victor ac ſecurus. cūctaq́ꝫ cupi
ditatis impugnatiōe erit externus. donec
initia ꝯcupiē huius hic neq̇ſſimus ſpūs in
eius corde nō ſeuerit. Quapropter cū in cun
ctis generibus vitiorū generaliter ſpentiū ca
put oporteat obſeruari. in hoc precipue dili
gentius ꝯuenit p̄caueri. Quod ſi fuerit in
tromiſſum. ſua materia ꝯualeſcēs ipſū
ſibimet vehemētiora ſuſcitabit incendia
Ideoq́ꝫ nō ſolū pecunia ꝑ ē cauenda poſ
ſeſſio. verūetiā voluntas ipa ab aīmo pe
nitus extrudēda. Nō eī tam effectus phi
largyrie vitandus eſt. q̄ꝫ affectus ipſius ra
dicitus amputādus. Nihil ei ꝓderit pe
cunias non hr̄e. ſi voluntas in nobis fue
rit poſſidendi.

## Quod poſſit quis etiā nō habēs pecunias philargyrus iudicari. Cap.xxij.

Oſſibile nāq́ꝫ eſt etiā nō habē
p tem pecunias neq̄q̄ꝫ philargy
rie morbo carere. nihilq́ꝫ ei pro
deſſe bn̄ficium nuditatis. q̄ cupiditatis vi
tium reſecare nō valuit. pauptatis bono
non virtutis merito delectatus. ⁊ neceſſitatis
onere nō ſine cordis languore contentus.
Queādmodū etiam corpe nō pollutos
euāgelicus ſermo ꝓnūciat corde mechatos.
ita pecunie q̄ꝫ pōdere mīme ſarcinatos.
affectu ac mēte cū philargyris ꝯdēnari
poſſibile eſt. Occaſio enī eis habendi de
fuit nō voluntas. q̄ ſꝑ apud deum ſolet
magiſq́ꝫ neceſſitas coronari. Itaq́ꝫ feſti
nandū nobis eſt. ne inuacuū laborū nrōrū
emolumēta depeant. Miſerabile nāq́ꝫ eſt
pauptatis ac nuditatis exitus toleraſſe. fru
ctus vero eaꝝ praue volūtatis vitio ꝑdidiſſe

## Exemplum de iuda Ca.xxiij.

Is noſſe q̄ꝫ pernitioſe q̄ꝫ noxię
v fomes iſte niſi fuerit diligēter exci
ſus. ad eius interitū q̇ eū cōcepit
fructificet. ⁊ omīgenis pullulet ramuſcu
lis vitiorū. Reſpice iudā ap̄loꝝ numero
deputatuꝫ. q̄ noluit ſerpentis huius caput
letale ꝯterere. q̄liter euꝫ ſuo veneno ꝑime
rit. ⁊ ꝯcupię laqueis irretitum ad q̄ꝫ ar
rupti p̄cipitij crimē impegerit. vt redem
ptorē mūdi ⁊ hūane ſalutis auctorē trigī
ta argenteis ꝑſuaſerit vēdere Qui neq̄
q̄ꝫ eſſet ad tā ſceleſtū ꝓditiōis facinus de
uolutus. ſi nō philargyrie morbo fuiſſet ī
fectus. nec dn̄ice negationis reus ſacrilegus
extitiſſꝫ. niſi p̄us ſolitus fuiſſet creditos ſibi
loculos cōpilare.

## Quod philargyria niſi nuditate vici n̄ poſſit. C.xxiiij

Mmane ſacꝛ 7 euidēs tyranni·
i dis huius exemplum·que ſemꝑ
(vt diximus) anime captiua·
te nullam permittit honeſtatis regulam
cuſtodire·nec vlla queſtus adiectione ſa
tiari. Finis enim rabiei huius non diui
tijs. ſed nuditate cōquiritur. Deniqꝫ cū
hic ipſe ob hoc loculos diſpēſatiōi pau·
perum deputatos ſue poteſtati creditos
accepiſſet. vt ſaltem pecuniarum abun·
dantia ſatiatus concupiſcentie ſue mo·
dum imponeret·intantum copia earum
in abundantiorem fomitem cupidita·
tis exarſit·vt iam non loculos clanculo
compilare·ſed ipm dominū venundare
maluerit. Uniuerſas enim diuitiarum
moles·cupiditatis huius exuperat ma·
gnitudo

## De exitu ananie et ſaphire et iu de quem philargyria impellente ſubierunt.

### Ca.xxv.

Eniqꝫ princeps apoſtolorum
d bis eruditus exemplis·ſciens
habentem quippiam cupidita
tis frena non poſſe moderari·nec finem
eius in parua ſumma magna ve cōſiſte·
re·ſed in ſola virtute nuditatis·ananiā
7 ſaphiram quorū ſupius fecimus men
tionem. quia ſibi quippiam de ſua facul
tate ſeruauerant·morte multauit·vt in
teritum quem ille vltro ſibi pro reatu do
minice proditionis intulerat·hi pro mē·
dacio cupiditatis exciperent. Quanta ī
hoc quoqꝫ facinorꝫ ac ſupplicij ſimilitu·
do concurrit. Ibi nanqꝫ philargyriam
proditio·hic falſitas ſubſecuta eſt. Ibi
veritas prodiꝑ·hic mendacij crimen ad·
mittitur. Licet enī operis eoꝝ diſſimilis
videatur effectus. vnus tamen finis in
vtroqꝫ concurrit. Ille nanqꝫ refugiens
paupertatem reſumere que abiecerat cō
cupiuit·hi ne fierent pauperes de ſbſtā·
tia ſua quā aut apoſtolꝭ offerre fideliter·
aut totam diſpergere fratribꝫ debuerāt·
quiddam retinere temptauerūt Et ideo
vtrobiqꝫ ſequitur mortis damnatio·
quia vtrumqꝫ crimen de philargyrie ra
dicibus pullulauit Itaqꝫ ſi in eos q̄ nō
alienas concupierunt ſubſtantias·ſed
proprijs parcere temptauerunt·nec ha·
buere deſiderium acquirēdi ſed reſeruā·
di tantummodo voluntatem·ꝓceſſit tā
ſeuera ſententia·quid cenſenduꝫ de his
qui nunqꝫ poſſeſſas pecunias cupiunt
cōgregare·7 nuditatem coram homini·
bus preferentes·affectu concupiſcentie
coram deo diuites comprobantur.

## Q philargyria lepram anime inferat ſpiritalem Ca.xxvi.

Ui ſcdm ſimilitudinem Gieꝗ
q ſpiritu ac mente leproſi eſſe no·
ſcuntur·qui mūdi huius cadu
cas pecunias concupiſcens immunde le
pre contagione reſperſus eſt. Per quaꝫ
nobis euidens reliquit exemplum·om·
nem animam cupiditatis labe pollutaꝫ
ſpiritali viciorum lepra reſpergi·immū·
damqꝫ apud dominū perhenni maledi·
ctione reputari.

## Teſtimonia de ſcripturis quibus ꝑfectionē deſiderans edocetur non reſumere que renuncians abdicauit. Ca.xxvij.

Gitur ſi perfectionis deſiderio
i dimittens omīa ſecutus es chri
ſtum dicentem tibi. vade ven·
de omnia que habēs 7 da pauperibus.
7 habebis theſaurum in celo·7 veni ſeq̄
re me·quid miſſa ſuper aratrum manu
reſpicis retro·vt eiuſdem voce dn̄i pro·
nuncieris non eſſe aptus regno celoruꝫ:
Super tectum euangelici culminis ſta·
bilitus·quid deſcēdis tollere aliquid de
domo tua·ex his videlicet que antea cō·
tempſiſti: Conſtitutus in agro atqꝫ ope
ratione virtutum·ſubſtantia mūdi qua
te renuncians ſpoliaſti·quid recurrens
niteris reueſtiri: Si vero paupertate ꝑ·
uentus nihil quod dimitteres habuiſti·
multomagis acquirere non debes quod
antea nō poſſediſti: Ob id enim ita dn̄i
beneficio ꝑparatꝰ es. vt expeditior ad eū
nullꝭ pecūia⁊ laqueis īpeditꝰ accurreres



Uerūtn̄ nullus in h̄ egens frangaꝑ·nēo
eſt enī q̄ nō habeat qd dimittat. Uniū·
ſis renūciauit facultatibꝫ mūdi·quiſq̄s
affectū poſſidendi eas radicitꝰ āputauit

## Q aduerſus philargyriā victoria non aliter poſſit niſi nuditate conquiri. Ca.xxviij.

Ec eſt igiꝑ de philargyria ꝑfe·
h cta victoria·vt paruiſſime cuiꝰ
libet ſtipis in corde nr̄o reſidere
nō ſinamꝰ igniculū·certi qd reſtinguēdi
eum nō habebimꝰ vlteriꝰ facultatē·ſi q̄n
tulācūqꝫ ſcintille huiꝰ in nob̄ materiam
fouerimꝰ.

## Quemadmodū poſſit nuditas a monacho ſuſtentari

Uam ꝟtutē nō alias C.xxix
q retinere valebimꝰ illibatā·niſi
in monaſterio ꝯſiſtentes ſcdm
apl̄m habentes victū 7 veſtimentuꝫ his
contēti fuerimus.

## Remedia contra morbum philargyrie. Cap̄.xxx.

Amnationeꝫ q̄ ananie 7 ſaphi
d re memoriꝑ retinētes·horreſcāꝰ
aliq̄d ex his reſuare q̄ renūciā
tes penitꝰ abdicare deuouimꝰ. Gieꝗ q̄ꝫ
ꝑtimeſcamꝰ exempluꝫ. q̄ ob philargyrie
culpā eterne ſupplicio lepre multaꝑ·7 ali
q̄d ex his q̄ nec an̄ poſſedimꝰ caueamus
acq̄rere. Nec nō etiā inde vlꝭ meritū vel
exitū formidātes·q̄cq̄ pecunie reſumere
quā ſemel a nob̄ abiecimꝰ tota ꝟtute vi
temus. Sup hec oīa ꝯſiderātes ꝯditiōꝫ
fragilis incerteqꝫ nature nr̄e caueamus
ne dies dn̄i ſicut fur in nocte ſupueniēs
maculatā vlꝭ vno obolo nr̄aꝫ ꝯſciaꝫ dep̄
hendat·q̄ oēs fructus nr̄e renūciationis
euacuās. illud qd in euāgelio diuiti di·
ctum eſt. ad nos q̄ꝫ faciat voce dn̄ica di
rigi. Stulte hac nocte aīam tuā repetūt
a te·q̄ aūt ꝑparaſti cuiꝰ erūt: Nihilqꝫ
de craſtino cogitantes. nūq̄ nos de mo
naſterij diſciplina patiamur euelli.

## Q nō poſſit quis philargyriā vincere niſi in cenobio perſeuerans. et quemadmodum poſſit ibidem permanere.

### Cap̄. xxxi

Uod ſine dubio neq̄q̄ ꝑmitte
q mur implere. ſed ne ſub inſtitu·
tionis q̄dem regula ꝑmanere.
niſi ꝓus patiē virtꝰ que nō aliūde q̄ꝫ de
humilitatꝭ fonte ꝓcedit·in nobis fuerit
firma ſoliditate fundata Illa nāqꝫ nul
li cōmotiones nouit inferre. h̄ ꝟo ſibi il·
latas magnanimiter tolerare.

## Explicit de ſpiritu philargyrie liber ſeptimus. Incipiūt capitula libri octaui de ſpiritu ire

Roemium. Cap̄.i·
ij De his qui dicunt iraꝫ nō
eſſe noxiā ſi delinquentibus
iraſcamur·q2 7 ip̄e deꝰ iraſci
dicatur.
iij De his que in deo ex noſtre natu
re conſuetudine nominantur
iiij Qualiꝑ de affectibꝫ membriſqꝫ
humanis q̄ in demutabili 7 in·
corporeo deo aſcribi legimꝰ ſen
tiendum ſit
v Cuius placiditatis monachum
eſſe conueniat.
vi De iniuſta iracundie cōmotiōe
vel iuſta.
vij In quo tantummō nobis ira ſit
neceſſaria·vel q̄bꝫ beati dauid
exēplis ira ſalubriꝑ aſſumaꝑ
viij De ira aduerſus noſmetip̄os ſuſ
cipienda
ix De quo ſole dicaꝑ vt nō occidat
ſuper iracundiam veſtram.
x De his quoꝝ iracundie ne occa
ſus q̄dem ſolꝭ iſtiꝰ modū ponit.
xi Q hic finis triſticie vel ire ſit vt h̄
qd ꝓualet vnuſq̄ſqꝫ ꝑficiat
xij Q ne momentaneā q̄dem irā lice
at retentari
xiij De reconciliatione fraterna
xiiij Q vetus q̄ꝫ lex irā non tm̄ de effe
ctu ſꝫ etiā d cogitatiōe ꝯuellat
xv De ſupflua ſeceſſiōe eoꝝ q̄ ab in
emēdatis moribꝫ non recedunt
xvi Q tranquillitas cordis nr̄i non
in alterius arbitrio·ſed in nr̄a
debeat dicione conſiſtere

xvij Quo ſtudio heremũ debeamus
expetere ⁊ q̄liũ inibi ſit ꝓfectus
xviij Qua cõparatione eſtimãdi ſint
qui tunc tm̃ patientes ſunt. cũ
a nemine ꝓuocant̃
xix De amputãda ira ſm̃ euãgeliũ.
xx In eo qđ in euangelio ſcriptum
eſt· qui iraſcit̃ fratri ſuo· vtrum
recipiendũ ſit qđ adiectum eſt
ſine cauſa.
xxi Remedia quib⁹ irã de cordibus
noſtris eradicare poſſimus.

Explicĭunt capitula

## Incipit liber octauus de ſpiritu ire Cap̃. primum.

q Uartuz
q̃z certamẽ eſt ire· qđ
mortiferũ virus de re
ceſſib⁹ aĩe nr̃e fundi
tus eſt eruẽdũ. Hac
enim in cordib⁹ nr̃is inſidente ⁊ oculuz
mentis noxijs tenebris occecante· nec iu
dicium recte diſcretionis acq̇rere· nec ho
neſte cõtemplationis intuitũ· nec matu
ritatẽ ꝯſilij poſſidere· nec vite participes
nec iuſticie tenaces ſed ne ſpiritał quidẽ
ac veri lumĩs capaces poterim⁹ exiſtere·
q̃ turbat⁹ eſt inq̇t p̄ ira ocul⁹ me⁹. Nec
ſapĩe participes effici tam ⁊ ſi ſapientes
oĩm ꝓnunciari opinione videam̃· q̃ ira
in ſinu inſipientiũ req̇eſcit Sed ne vitã
q̇dem immortalitatꝪ ꝯſequi poterimus·
q̃uis prudentes videamur definitione
hoĩm iudicari· q̃ ira ꝑdit etiã prudẽtes.
Nec iuſticie moderamĩa ꝑſpicaci diſcre
tione cordis valebim⁹ obtinere. licz ꝑfe
cti ſanctiq̄ cũctoꝝ opinationib⁹ eſtime
mur. q̃ ira viri iuſticiã dei nõ operatur
Ip̄az q̃z honeſtatꝪ grauitatẽ q̄ etiaz virꝪ
ſeculi hui⁹ ſolet familiarꝪ exiſtere. nullo
mõ poſſidere poterim⁹. licz nobiles ⁊ ho
neſti natalium p̄rogatiua putem̃· q̃ vir
iracundus inhoneſtus eſt. Cõſilij etiaz
maturitatez nullaten⁹ valebim⁹ obtine
re. q̃uis graueſ ⁊ ſumma ſciã prediti vi
deamur. q̃ vir iracundus agit ſine cõſi
lio· Sed nec quieti eſſe a ꝑturbationib⁹
noxijs· nec poterim⁹ carere peccatis· tam
⁊ ſi nequaq̃ nob inquietudines ab alijſ
inferãt̃· q̃ vir animoſus parit rixas· vir
autem iracundus effodit peccata.

## De his qui dicunt iram nõ eſſe noxiam ſi delinquentibus iraſcamur q̃ et ipſe deus iraſci dicatur Cap̃. ij.

n Onnullos audiuim⁹ hunc aĩe
ꝑnitioſum morbũ ita excuſare
temptãtes· vt eum deteſtabilio
re interpretatione ſcripturarũ extenuare
geſtirent· dicentes nõ eſſe noxiũ ſi delin
q̄ẽtibus fr̄ib⁹ iraſcam̃· ſiq̇dem inq̇unt
ip̄e de⁹ ꝯtra eos qui eũ vel ſcire nolũt vł
ſcientes contemnũt furere atq̄ iraſci di
catur. vt ibi. et iratus eſt furore dñs in
ꝓpłm ſuũ· vel cũ orat ꝓpheta dicens· dñe
ne in furore tuo arguas me· neq̄ in ira
tua corripias me· nõ intelligentes quod
dum homĩb⁹ occaſionẽ peſtiferi vitij vo
lunt concedere· immẽſitati diuine ac fõ
ti totius puritatꝪ. iniuriã carnał paſſio
nis admiſceãt·

## De his que in deo ex noſtre nature conſuetudine nominantur Cap̃. iij.

ſ I enĩ hec cum dicuntur de deo
carnali ⁊ pingui ſenſu ſm̃ lite
re ſignificationẽ accipiẽda ſũt.
ergo ⁊ dormit cum dicit̃· exurge q̄re ob
dormis dñe· de q̊ alibi dĩ. ecce non dor
mitabit neq̄ dormiet q̇ cuſtodit iſrahel·
⁊ ſtat ac ſedet cũ dicit· celuz m̄ eſt ſedes·
terra aũt ſcabellũ pedum meoꝝ. q̇ metit̃
celũ palmo ⁊ terrã pugillo concludit· et
crapulat̃ a vino cũ dĩ. et exurrexit ſicut
dormiẽs dñs potẽs crapulat⁹ a vino. q̇
ſolus hz immortalitatẽ· et lucẽ habitat
inacceſſibilẽ· vt p̄termittã ignorationẽ ⁊
obliuionẽ q̄ de ip̄o legim⁹ in ſcripturꝪ ſã
ctis frequẽt̃ inſ̄ta· deinde liniamẽta mẽ
broꝝ q̄ tanq̃ de hoĩe figurali ⁊ cõpoſito
dſcribũt̃ capilł ſcz capite ⁊ narib⁹· ocuł
ac facie· manib⁹ ac brachijſ· digitꝪ vtero
pedibuſq̄. que oĩa ſm̃ vilẽ litere ſonum



ſi voluerimus admittere· deũ liniamentꝪ
membroꝝ ⁊ corporea figura cõpoſitum
qđ dictu q̊z nefas eſt qđq̄ abſit a nobiſ
neceſſe eſt eſtimari.

## Qualiter de affectibus membriſq̄ humanis q̄ in demutabili et ĩcorporeo deo aſcribi legimus ſentiendum ſit· Cap̃. iiij

i Taq̄ vt hec ſm̃ lr̃am nõ abſq̄
nefando ſacrilegio p̄oſſunt ĩtel
ligi ſuꝑ eo qui inuiſibilis· inef
fabilis. incõprehenſibił· ineſtimabił· ſim
plex· ⁊ incõpoſitus ſanctarũ ſcripturaꝝ
auctoritate definit̃· ita ne furoris quidez
⁊ ire ꝑturbatio· illi indemutabili nature
ſine ingenti blaſphemia poterit coapta
ri. Nam huiuſcemodi ſignificatiõe mem
broꝝ diuinas efficientias dei ⁊ immen
ſas operationes ei⁹ ſentire debem⁹. q̄ no
bis niſi ꝑ hec vſitata vocabula mẽbroꝝ
nequeunt intimari· vtputa ſignificatiõe
oris collocutiones eius q̄ in archanos
aĩme ſenſus ſolent clementer infundi· vł
qđ in patrib⁹ nr̃is atq̄ ꝓphetꝪ idem locu
tus ſit agnoſcam⁹. in oculis immenſita
tem ꝑſpicacie qua vniũſa ꝑluſtrat ac ꝑ
ſpicit· ⁊ qđ nihil eũ ex his q̄ a nob gerũt̃
gerenda ve ſũt ſeu cogitant̃ lateat. ſcire
poſſimus· manuũ nuncupatione ꝓuidẽ
tiam ⁊ operationẽ qua oĩm ip̄e ſit crea
tor ⁊ conditor ſentiamus· brachiũ q̊z v̄
tutis ⁊ gubernationis eius inſignia q̄ cũ
cta ſuſtentat moderat̃ ac regit. Et vt de
ceteris taceam. canicies capitis q̇d aliđ
q̃ lõgeuitatẽ deitatis ⁊ antiq̇tatẽ ſigni
ficat. qua ſine vllo p̄incipio eſt· ⁊ oĩa tꝑa
⁊ creaturas excedit vniuerſas: Ita igit̃
⁊ de ira dei vel furore cum legimus· non
androttathos· i· ſm̃ humilitatẽ humãe
ꝑturbationis; ſed digne de deo qui omĩ
ꝑturbatione alienus eſt ſentire debem⁹·
ſcz quo ꝑ hec eum iudicẽ ⁊ vltorem oĩm
que inique gerunt̃ in hoc mũdo poſſim⁹
aduertere· ⁊ retributorẽ terribilẽ actuum
nr̃oꝝ his v̄boꝝ ſignificatiõibus formi
dantes. ꝯtra illius voluntatẽ timeam⁹
q̇cq̃ admittere. Illos eteni timere ꝯſue
uit humana natura q̊s indignari nouit
⁊ veret̃ offendere· vt in nonnułł equiſſi
mis iudicib⁹ ſolet ab his qui aliq̊ reatu
ſue ꝯſciẽtie remordent̃· ira vltrix timeri·
nõ ſcz q̄ h̄ in animis coꝝ q̇ iuſte iudica
turi ſũt ꝑturbatio cõſiſtat. ſz qđ ita me
tuẽtib⁹ ille ſẽtiat̃ affect⁹ q̇ ꝑ executiõe le
guz ⁊ examĩatiõe iuſticie ⁊ eq̇libratiõe
ꝓcedit. Que tm̃ quãtalibet animi fuerit
mãſuetudĩe ac lenitate ꝓlata· ab his q̄
ꝓ ſuo merito pena plectendi ſũt· furor ḡ
uis ⁊ ira ſeuiſſima iudicat̃. Longum eſt
nec p̄ſentis operꝪ· ſi voluerim⁹ oĩa q̄ de
deo humana ſignificatione figuralit̃ in
ſcripturꝪ dicta ſunt explanare. Hec ad
p̄ſentem neceſſitatẽ q̄ ꝯtra furorꝪ vitiuz
ꝑtinebant dixiſſe ſufficiat· vt null⁹ exin
de ſibimet occaſionẽ morbi mortiſq̄ per
petue per ignorãtiam trahat. vñ ſancti
tas ⁊ immortalitaſ vite ſalutꝪq̄ r̄media
ꝯq̇runt̃.

## Cuius placiditatis monachum eſſe conueniat. Cap̃. v.

i Taq̄ monachus ad ꝑfectionẽ
tendens· ⁊ agonẽ ſpiritalẽ legĩ
time cupiens decertare· ab omĩ
ire furoriſq̄ vitio alien⁹ exiſtat· ⁊ audi
at q̇d ſibi vas electionis p̄cipiat. Omis
inq̇t ira ⁊ ĩdignatio ⁊ clamor ⁊ blaſphe
mia tollat̃ a vobis· cũ omĩ malicia. Cũ
dicit oĩs ira tollat̃ a vobis· nullã penit⁹
velut neceſſariaz ⁊ vtilem nobis excipit
Delinquentẽq̄ fratrẽ ſi neceſſe eſt ita cu
rare feſtinet. vt dũ medelã leuiori forſitã
febricula laborãti ꝓcurat inferre· non ſe
metip̄m irat⁹ dteriori morbo cecitatis in
uoluat Oportet nãq̄ illũ q̇ alterius vul
neri mederi cupit oĩ languorꝪ morbo ali
enum ſanũq̄ ſubſiſtere· ne illđ euangeli
licum dicat̃ ei· medice p̄us cura teipſuz·
ac vidẽs feſtucã in oculo fratrꝪ ſui trabẽ
in oclo ſuo nõ videat· vel quomõ vide
bit eijcere feſtucaz de oculo fratris ſui· q̇
trabem furoris geſtat in oculo ſuo

## De iniuſta iracundie commotione vel iuſta. Ca. vi.

q Ualibz ex cauſa iracũdie mot⁹
efferuẽs excecat oculos cordis·

et acumini viſuum epitialem validioris
morbi ingerẽs trabem·ſolem iuſticie nõ
ſinit intueri. Nihil intereſt· vtrũ aurea
lamina plumbea ve ſeu cuiuſlibet metal
li oculoꝝ obtutibus imponatur. diffe
rentiã cecitatis non facit precioſitas me
talloꝝ. Habemus ſane ire miniſteriũ
ſatis cõmode nobis inſertum· ad quod
ſolum eam recipere vtile nobis eſt ac ſa
lubre·cum contra laſciuientes cordis no
ſtri motus indignãtes infreminus. ⁊ ea
que agere confundimur coram homini
bus vel proloqui·in latebras aſcendiſſe
noſtri pectoris indignamur. angeloꝝ
ſcȝ ac dei ipſius pſentiam vbiqȝ ⁊ omnia
penetrantis· oculumqȝ eius tota formi
dine tremiſcẽtes. quem nequaqȝ poſſũt
conſcientie noſtre latere ſecreta.

## In quo tantummõ nobis ira ſit neceſſaria vel quibus beati Dauid exẽplis ira ſalubriter aſſumatur. Cap̃. vij

v El certe cum contra hanc ipaȝ
iram cur nobis aduerſus frem
irrepſerit cõmouemur. et irati
letales inſtigationes eius extrudimus·
nec in abditis pectoris noſtri noxias eaȝ
latebras habere permittim⁹. Talit nos
iraſci etiam ille propheta docet·qui intã
tum hãc e ſuis abegerat ſenſibus· vt ne
inimicis quidem ꝓprijs et quidem a deo
ſibi traditis maluerit reddere talionem.
Iraſcimĩ inquiẽs ⁊ nolite peccare. Ille
enim cum aquaȝ de ciſterna bethleemiti
ca concupiſſet. eamqȝ a viris fortibus p
medias hoſtium cateruas ſuſcepiſſet· al
latam ꝓtinus effudit in terraȝ. et ita vo
luptuoſam cõcupiſcentie paſſioneȝ ira
tus extinguens·libauit eam dñõ· ⁊ cupi
ditatis ſue deſiderium non expleuit·di
cens. Propitius ſit mihi dñs ne faciaȝ
hoc. Num ſanguinem hominũ iſtoꝝ q̇
ꝓfecti ſunt· ⁊ animarũ periculum bibã:
Vel cum ſemei in regem dauid audiẽte
eo lapides ⁊ maledicta coram omnib⁹ ir
rogaret. velletqȝ abiſai filius ſaruie pri
ceps militum cõuitij regalis vltionẽ trũ
catione capitis eius explere. beatus Da
uid aduerſus diram ſuggeſtionem eius
indignatione pia commotus·humilita
tis modũ ⁊ patientie rigorem incõcuſſa
lenitate ſeruauit dicens. Quid michi et
vobis filij ſaruie: Dimittite eaȝ vt male
dicat. Dñs enim pcepit ei vt maledice
ret dauid. Et quis eſt qui audeat dicere
quare ſic fecerit: Ecce filius me⁹ q̇ egreſ
ſus eſt de vtero meo querit animã meã·
quanto magis nũc fili⁹ gemini. Dimittite
eũ vt maledicat iuxta pceptũ dñi· ſi forte
reſpiciat dñs afflictionem meam· ⁊ red
dat mihi bonum ꝓ maledictione hac ho
dierna

## De ira aduerſus noſmetipſos ſuſcipienda. Cap̃. viij.

i Utemur itaqȝ iraſci ſalubrit·
ſed nobiſmetipſis ac ſuggeſtio
nibus accedentibus prauis· ⁊
non peccare ad effectum ſcȝ eas noxium
pducentes. Deniqȝ hunc eundem ſenſũ
euidentius explanat verſiculus ſequẽs.
Que dicitis in cordib⁹ veſtris. in cubili
bus veſtris compungimini. id eſt quecũ
qȝ in cordib⁹ veſtris ingruentibus repẽ
tinis ac lubricis inſtigationib⁹ cogitatꝰ·
conſilij moderatione omnem ſtrepitũ et
pturbationem furoris amouẽtes. velut
in cubili quietis poſiti compunctione ſa
luberrima emendate atqȝ corrigite. De
niqȝ beatus apłus vſus huius verſiculi
teſtimonio·cum dixiſſet. iraſcimini ⁊ no
lite peccare. ſubiunxit Sol non occidat
ſup iracundiam veſtraȝ· neqȝ detis locũ
diabolo. Si noxium eſt ſup iracundiaȝ
noſtrã occidere ſolem iuſticie· ⁊ irati cõ
feſtim locuȝ diabolo damus in corde no
ſtro·quomõ ſuperius pcipit vt iraſcamur
dicẽs·iraſcimini ⁊ nolite peccare: Nõ
ne euidenter hoc dicit. iraſcimini vitijs ⁊
furori veſtro· ne cohibentib⁹ vobis ſol
iuſticie chriſtus incipiat ꝓpter iracũdiã
veſtram mentibus obſcuratis occidere·
⁊ diſcedente illo locum diabolo in veſtris
cordibus prebeatis:



## De quo ſole dicatur vt nõ occidat ſup iracundiã veſtrã. Ca. ix.

d E quo ſole p ꝓphetaȝ deus eui
dentius cõmemorat ita dicens
Timẽtib⁹ aũt nomen meũ orie
tur ſol iuſticie. ⁊ ſanitas in pennis eius.
Qui rurſus peccatorib⁹ ⁊ pſeudo pro
phetis illiſqȝ qui iraſcunt occidere dicit
in medio die. dicẽte ꝓpheta. Occidet eis
ſol in meridie. Vel certe ſm tropicũ ſen
ſum·mens id eſt nois ſiue ratio que pro
eo qđ oẽs cordis cogitationes diſcretio
neſqȝ perluſtret ſol merito nuncupatur·
ire vitio nõ extinguatur·ne eadem occi
dente·pturbationum tenebre cũ auctore
ſuo diabolo vniuerſum noſtri cordis oc
cupent ſenſum. ⁊ tenebris ire poſſeſſi·ve
lut ĩ nocte ceca·quid nos oporteat agere
ignoremus. Tali ſenſu hunc apłi locuȝ
inſtitutis ſenioꝝ traditum nobis·q̇a ne
ceſſe fuit quemadmodum de ira ſentirẽt
dicere·licet longiore ſermone ꝓtulimus·
qui eam nec ad momentum quidem cor
noſtrũ penetrare permittunt· illud euan
gelij omnimodis obſeruantes. Qui ira
ſcitur fratri ſuo reus erit iudicio. Ceteꝝ
ſi vſqȝ ad occaſum ſolis licitũ ſit iraſci·
ante furoris ſatietateȝ ⁊ vltrici ire cõmo
tionẽ poterũt noxie pturbationes exple
re. qȝ iſte ſol ad locũ ſui vergat occaſus.

## De his quoꝝ iracũdie ne occaſus quidem ſolis iſtius moduȝ ponit. Cap̃. x.

q Uid vero dicam de his qđ q̇
dam dicere ſine mea cõfuſione
nõ poſſum·quoꝝ implacabili
tati nec hic quidem ſol occidens tminũ
ponit·ſed p dies eam plurimos ꝓtelãtes
atqȝ aduerſus eos ĩ quos cõmoti fuerũt
rancorẽ animi reſeruãtes·negant q̇dem
ſe verbis iraſci·ſȝ re ipſa ⁊ opere indignari
grauiſſime comprobant: Nã neqȝ eos
congruo ſermone cõpellant·nec affabili
tate eis ſolita colloquũt· ⁊ in eo ſe mini
me delinquere putant. qđ vindictã ſue
cõmotionis non expetant. quam tñ q̇a
ꝓferre palam ⁊ exercere aut non audent
aut certe nõ poſſunt·in ſuam pniciem vi
rus iracundie retorquentes cõcoquunt
eam in corde taciti. ac ſilentes in ſemetip
ſis conſumunt. amaritudinẽ triſticie nõ
virtute animi ꝓtinus expellentes. ſȝ dige
rentes ꝓceſſu dierũ· ⁊ vtcũqȝ ꝓ tpe miti
gantes.

## Q Vi hic finis triſticie vel ire ſit vt hoc quod pualet vnuſquiſqȝ perficiat Ca. xi.

q Uaſi vero non hic finis vnicui
qȝ vindicte ſit. ⁊ abunde q̇s fu
rori ꝓprio vel triſticie ſatiſfece
rit. ſi id qđ preualet ira inſtigante cõple
uerit. qđ hi q̇ȝ facere noſcunt· q̇ motus
ſuos non appetitu placiditatis· ſȝ inopia
cohibent vltionis·nihil enim inferre am
plius his q̇bus irati ſunt pñt. niſi vt cuȝ
eis affabilitate ſolita minime colloquãt.
aut quaſi in effectu opis ſolũmõ ſit ira
cundia moderãda· ⁊ nõ poti⁹ ab archa
nis noſtri pectoris eruenda. ne tenebris il
lius obſcurati nec cõſilij ſalubris nec ſci
entie lumen admittere. ſed ne tẽplũ ſpũs
ſcti habitãte in nob ſpũ iracũdie neq̇qȝ
valeam⁹ exiſtere· Cohibit⁹ enĩ in corde
furor aſtantes q̇dem hoies nõ offendit·
ſȝ eque ſpũſſaniti ſplendidiſſimũ iubar
ac ſi ꝓlatus excludit.

## Q Vi ne momẽtaneam quidem iraȝ liceat retẽtari. Cap̃. xij.

a Ut quemadmodũ vel ad mo
mentũ vult eã dñs retentari· q̇
nec ſacrificia quidem ſpiritalia
orationũ noſtrarũ pmittit offerri· ſi vel
aliũ ꝯtra nos aliq̇d rãcoris hr̃e cognoſci
mus. dicens. Si ergo offers mun⁹ tuuȝ
ad altare· ⁊ ibi recordatus fueris qđ frat
tuus habet aliq̇d aduerſum te· relinque
ibi munus tuũ ad altare· ⁊ vade pus re
cõciliari fratri tuo· ⁊ ſic veniẽs offer mu
nus tuũ: Quõ ergo nõ dicã vſqȝ ĩ dies
plures·ſed vel vſqȝ ad occaſum ſol iſti⁹
pmittim̃ cõtra fratrem retinere triſticiaȝ.
q̇ ne illo quidem aliq̇d habente adũſum
nos orationes nr̃as deo offerre ꝯcedim̃:
quib⁹ precipit ab apło·ſine intermiſſiõe
orate· ⁊ ĩ oĩ loco leuãtes puras man⁹ ſine

ira ⁊ diſceptatiōe. Supereſt igiť vt aut nūꝙ̄ orenꝰ huiuſcemōi virꝰ retinentes in cordibꝫ nr̄is. ⁊ aplico huic p̄cepto ſi-ne euāgelico quo indeſinent' ⁊ vbiꝗ̄ iubemur orare ſimꝰ obnoxij· aut ſi noſmet ip̄os circūuenientes p̄cem fundere ꝯ eiꝰ īterdictū ꝑſumimꝰ· nō oratione dn̄o· ſꝫ rebellionis ſp̄ū contumaciā nos eidē nouerimus offerre

## De reconciliatione fraterna. Cap̄. xiiij.

e Cꝫ plerūꝗ̄ ſeu leſos fratres ⁊ ꝯtriſtatos contemnimꝰ· vel certe nō vicio nr̄o dicētes eos offēſos deſpicimꝰ· animaꝝ medicꝰ ⁊ occľtorum conſciꝰ· occaſiones iracūdie volēs radicitꝰ a cordibꝫ nr̄is euellere · nō ſolū ſi leſi fuerimꝰ iubet nos remittere· ⁊ recōciliari fratribꝫ nr̄is· nullāꝗ̄ aduſ̉ſus eos iniurie ſeu leſionis memoriā retinere· ſꝫ etiā ſi illos aduſ̉ſum nos ſeu iuſte ſeu iniuſte hr̄e aliq̇d nouerimꝰ, ſimiliť ꝑcipit vt munus nr̄m relinquentes. i. cōpeſcentes oratiōeſ nr̄as· ad eoꝝ ꝑus ſatiſfactionem tendere feſtinemꝰ. ⁊ ita fratris curatione p̄miſſa orationū nr̄aꝝ munera illibata deferre. Nō enī ita nr̄is obſequijs cōmunis oīm dn̄s delectať, vt qđ ī vno acquirit ꝑdat in altero dn̄ante triſticia In cuiuſlibet nāꝗ̄ diſpendio vnū patitur detrimentū· q̇ eodem mō oīm famulorum ſuorū ſalutē deſiderat et expectat· Et idcirco eque habente aduerſum nos fratre īefficax erit oratio nr̄a· ac ſi nos aduerſum eum tumenti ſp̄ū indignatiōis amaritudinē rehuemus·

## Q vetus quoꝗ̄ lex irā non tm̄ de effectu ſed etiā de cogitatiōe cōuellat L. xiiij.

s Ed q̇d diutius p̄ceptis euāgelicꝗ atꝗ̄ apľicꝗ immoramur. cū etiā vetꝰ lex q̄ aliq̇d hr̄e remiſſionis videť· hec eadem p̄caueat dicens· ne oderis fratrem tuū in corđ tuo· et iterū· non eris memor iniurie ciuium tuoꝝ· ⁊ rurſum. itinera eoꝝ q̇ memoriā retinent malefacti in mortem. Uides ⁊ ibi nequiciā nō in ope tm̄ ſꝫ etiam in archanis cogitationibꝫ reſecari· cum de corde odiū ⁊ iniurie non ſolū retributio · ſꝫ etiā ip̄a mēoria radicitus iubeať euelli.

## De ſuꝑflua ſeceſſiōe eorū qui ab inemendatis moribus non recedunt. Ca. xv.

i Nterdū ſuꝑbia vel īpatiā ſuꝑati· cū incōditos mores nr̄os atꝫ īordīatoſ voluꝰ emēdare· ſolitudinē nos deſiderare cōquerim̄ · tāꝗ̄ ibi nullis nos cōcitantibꝫ ilico ꝩtutem patientie reꝑturi. excuſantes negligentiam nr̄aꝫ· cauſaſꝗ̄ cōmotionis nō nr̄a dicētes impatiētia ſꝫ fratrum vicio generari Dūꝗ̄ ī alios errorꝗ nr̄i ꝩtimus cauſas · nūꝙ̄ ad patię ac ꝑfectiōis calcē valebiꝰ ꝑuenire

## Q tranquillitas cordis noſtri nō in alterius arbitrio ſꝫ ī noſtra debeat diciōe cōſiſtere Ca. xvi.

ſ Umma igiť emendationis ac trāquillitatꝗ nr̄ę n̄ eſt in alteriꝰ arbitrio collocāda qđ neꝙ̄ nr̄ę ſubiacet ꝓtāti · ſed in nr̄a potius dicione conſiſtit. Itaꝗ̄ vt non iraſcam̄ nō debet ex alteriꝰ ꝑfectiōe ſꝫ ex nr̄a ꝩtute deſcendere· q̄ nō aliena patiā ſed ꝓꝓria longanimitate conquiritur

## Quo ſtudio heremū debeamꝰ expetere ⁊ q̄liū inibi ſit ꝑfectus L. xvij.

p Orro heremū ꝑfectos oīꝗ̄ vicio curatos oportet expetere· ⁊ excoctꝗ ad purū in cōgregatione fratrū vitijs· nō puſillanimitatis ꝓfugio· ſꝫ diuine contēplatiōis obtētu· ⁊ deſiderio intuitꝰ ſublimiorꝗ intrare· q̇ nō niſi ī ſolitudine a ꝑfectꝗ ſolūmodo poterit a ꝓꝓrebēdi. Queꝗ̄cūꝗ̄ enī vicia ī curata in heremū detulerimꝰ· opta in nobis ⁊ nō abolita ſentienť. Solitudo nāꝗ̄ ſicut nouit emendatꝗ moribꝫ contemplationē purifſimā reſerare. ⁊ ītuitu ſinceriſſimo ſpiritaliū ſacramentoꝝ ſciam reuelare. ita eoꝝ q̇ minꝰ emēdati ſunt vicia nō ſolū ſeruare. verūetiā exaggerare ꝯſueuit. Tādiu qꝫ ſibi patiēs q̇s videť ⁊ hūilis donec nullius hoīm cōmiſceať ꝯſortio· ad naturā p̄ſtinā mox reuſ̉ſurus cū interꝑellauerit cuiuſlibet cōmotiōis



occaſio. emergūt quippe ex eo confeſtim vitia q̄ latebāt. ⁊ velut eq̇ infrenes certatim e ſuis repagulꝭ ocio longiore nutriti acriꝰ ad ꝑniciē aurigę ꝓꝓrij ferotiuſꝗ̄ ꝓrūpūt. Magꝭ enī exercitio vſuꝗ̄ hūano ceſſante efferanť in nob vitia· niſi fuerit an̄ purgata. Ip̄amꝗ̄ vmbrā patię quā poſſidere imaginarie permixti fr̄ibꝫ ſaltē ꝓ eorū reuerētia ⁊ nota publica videbamur· deſidia ſecuritatis amittimus

## Qua cōꝑatione eſtimādi ſint qui tunc tm̄ patiētes ſunt cū a nemine ꝓuocantur Cap̄. xviij.

q Uaſi ꝩo vniuſ̉ſa viruleta ſꝑpentium genera vel feraꝝ cū in ſolitudīe ſuiſꝗ̄ cubilibꝫ immorāť non noxia perſeuerēt· nec tn̄ ex eo ꝓnunciari pn̄t īnoxia· qꝛ nulli noceāt Hoc eī eis non affectꝰ bonitatꝗ ſꝫ neceſſitas ſolitudīs ꝯfert. Que cū ledēdi nacta fuerit copiā· in ſemetip̄is recōditū virus ⁊ aīę feritatē ꝓtinus egerūt atꝗ̄ demōſtrant. Iōꝗ̄ ꝑfectionē querētibꝫ non ſufficit ꝯ hoīem nō iraſci. Meminimꝰ enī in ſolitudīe cōmorantibꝫ nobis ꝯ calamū cuꝫ aut groſſitudo eꝰ aut exilitas diſplicerꝫ. ꝯ ve ſcalpellū cū incidenda hebeti acie ſegniter execaret. ꝯtraꝗ̄ ſilicēꝫ ſi forte ex ea feſtinantibꝫ nob ad lectionē tardiꝰ ſcītilla ignis emicuit. ita indignatiōis irrepſiſſe motū. vt nō alias ꝑturbationē mētꝗ ꝗ̄ vel cōť inſenſibiles materias vel certe aduſ̉ſus diabolū maledictiōe ꝓlata digerere atꝗ̄ euaporare poſſemꝰ. Quobrēꝫ ad ꝑfectiōis dūtaxat rationē nō ſatꝗ ꝓderit abeē hoīes ī q̇s ira moueam̄· cū ſi patiā pꝰ īť frēs nō fuerit acq̇ſitę. etiā erga res mutas ſꝑcieſꝗ̄ minutas exerceri ſiľiter iracūdie poſſit affectꝰ. qui reſidēs in corde nr̄o. nec iugē nos poſſidere trāq̇llitatis ſtatū. nec reſiduis vitijs carere ꝑmittet · niſi forte in eo putemꝰ cōmotionibꝫ nr̄is lucrū aliqđ vel remediuꝫ cōꝑari· qꝛ maledictōnibꝫ vel iracūdię nr̄e minime res inanimatę mutęꝗ̄ reſpondeāt. et intemperātiā cordis nr̄i ad maiorē neꝙ̄ ꝓuocent exardeſcere furoris inſaniam.

## De āputanda ira ſm̄ euāgeliū. L. xix.

q Uapꝓpter ſi illā ſummam diuini p̄mij cupimꝰ adipiſci đ q̇ dꝛ. btī mūdo corđ qm̄ ip̄i deum videbunt· non ſolū e nr̄is actibus h̄ amputanda eſt. ſꝫ etiaꝫ de inť'nis aīę radicitus extirpanda. Non eī valde ꝓderit iracūdię cohibitus furor ī verbo nec in effectū ꝓlatus· ſi illū archanis pectoris nr̄i deus quē ſecreta nō latent cordium ineſſe perſpexerit. Radices eī vitiorum potiꝰ excidi precipit euāgelicꝰ ſmoꝗ̄ fructus· q̇ ꝓculdubio euulſis fomitibus neꝗ̄ꝗ̄ vlteriꝰ pullulabūt. atꝗ̄ ita mens poterit iugiter in oī patiā ⁊ ſanctitate durare· cū h̄ nō de ſuꝑficie operationis ⁊ actuū· ſꝫ de cogitatiōnū fuerit euulſa penetralibꝫ. Et iō ne homicidiū perpetretur. ira odiūꝗ̄ ſuccidiť. ſine quibꝫ homicidij crimē nullo mō valebit admitti. Qui iraſciť enī fratri ſuo reꝰ erit iudicio et q̇ odit fratrem ſuū homicida eſt. in eo ſcꝫ ꝙ eū corde cupiat interire · cuiꝰ cruorem ꝓꝓria manu vel telo apud hoīes minime fudiſſe cognoſciť· affectu irę homicida ꝓnunciať a dn̄o· qui nō ſolū ꝓ operationis effectu. ſed etiā ꝓ voluntatꝗ ac voti deſiderio· vnicuiꝗ̄ aut p̄mium reddit aut penā· ſm̄ illud qđ ip̄e loquitur ꝑ ꝓphetā. Ego aūt opa eoꝝ ⁊ cogitatiōes eoꝝ venio vt congregē cū oībus gētibꝫ ⁊ linguis. Et apl's. Inter ſe inuicem cogitationibꝫ accuſantibꝫ aut etiā defendētibus· ī die q̄ iudicabit deꝰ occulta hoīm

## In eo qđ in euangelio ſcriptuꝫ eſt. qui iraſcitur fratri ſuo · vtrū recipiendum ſit quod adiectuꝫ eſt ſine cauſa· Ca. xx.

ſ Ciendū tn̄ in eo qđ in quibuſdam exemplaribꝫ inuenitur · q̇ iraſciť fratri ſuo ſine cauſa reuſ erit iudicio· ſuꝑfluum eſſe ſine cauſa. et adiectū eſſe ab his q̇ amputandam iraꝫ ꝓ iuſtis cauſis minime putauerūt· cum vtiꝗ̄ nullus quālibet abſꝗ̄ ratione cōmotus ſine cauſa dicat ſe iraſci. Quobrē apparet ab eis adiectū q̇ ꝓꝓoſitū nō ītel

leterūt ſcripture volētes fomitē iracundię
omnimodis amputare. nullāq; idigna
tionis occaſionē penitus reſeruare · ne dū
iubemr iraſci cū cauſa · etiā ſine cauſa ira
ſcendi nobis intromittatur occaſio. Finis
enim patientię nō i iraſcendo iuſte. ſ; pe
nitus non iraſcendo cōſiſtit. Licet a qui
buſdam hoc ipm quod dicitur ſine cauſa ·
ita interpretari ſciaʒ · ꝙ ſcʒ ſine cauſa ira
ſcatur is cui expetere vltionem irato non
liceat. Meli⁹ tñ eſt ita tenere. vt ⁊ noueł
la exemplaria multa ⁊ antiqua omia in·
ueniunt eſſe ꝑſcripta.

## Remedia quibus iram de cor·dibus noſtris eradicare poſſi·mus. Cap. xxi.

Vapropter athleta chriſti legitime
q decertanteʒ · iracundię mot⁹ ra
dicit⁹ oportet euellere. Cuius
morbi hec erit medicina ꝑfecta · vt primi
tus credamus nullo mō ſine iuſtis ſiue i
iuſtis ex cauſis licere nobis iraſci. ſcien·
tes nos diſcretiōis lumen · rectiq; cōſilij
firmitatem · ipam q; honeſtatē ⁊ iuſticię
moderamia ꝓtin⁹ amiſſuros. ſi pncipa
le cordis nři lumē eius fuerit tenebris ob
ſcuratū. Tum deinde puritatē mentis no
ſtrę mox ꝑturbandā · templūq; eaʒ ſācti
ſpūs effici omnino nō poſſe · iracūdię in
nobis ſpū cōmorante. Poſtremo vt co
gitemus nequaq; licere nobis orare. nec
iratos fundere preces ad deū. Et ꝑ om·
nibus incertū ſtatū cōditionis hūanę pre
oculis habentes. quotidie nos credamus
e corpore migraturos · nihilq; nobis cō·
tinētia caſtitatis. nihil abrenūciatiōe oiʒ
facultatum · nihil diuitiarū contemptu.
nihil ieiuniorū vigiliarūq; laboribus con
ferendum · quibus ꝓpter iracundiam ſolā
⁊ odium ab vniuerſitatis iudice ſuppli·
cia promittuntur eterna.

## Explicit de ſpū irę liber octau⁹.

## Incipiunt capitula libri noni de ſpiritu triſticię. Ca. primū

Roemium.
ij Qua cautiōe morbus tri·ſticię ſit curandus.
iij Quā cōparationē habeat aīa q̄ triſticię morſibus deuoratur
iiij Unde vel quibus modis triſticia gignatur
v Q; non alioꝝ ſed nřo vitio com·motiones excitentur in nobis.
vi Q; nullus repentino lapſu corru·at · ſed paulatim ꝑ longaʒ incu·riam recidens pereat.
vij Q; non ſint fratrum deſerēda cō·ſortia vt perfectio conquiratur ſed patientia iugiter excolenda
viij Q; ſi mores noſtros emendatos habuerimus poſſit nobis cum omnibus conuenire
ix De alio genere triſticię quod de·ſperationem ſalutis importat.
x In quo tantummodo ſit nob triſticia vtilis
xi Quemadmodum diſcernatur q̄ ſit vtilis ac ſm deum triſticia ⁊ quę diabolica atq; mortifera
xij Q; abſq; illa ſalutari triſticia quę tribus modis generatur omīs triſticia tanq; noxia repellēda ſit.
xiij Remedia quibus triſticiā de cor·dibus noſtris exterminare poſ·ſimus.

## Expliciunt capitula.

## Incipit liber nonus de ſpiritu triſticię. Cap. primū.

Vinto
nobis certamie
edacis triſticię ſti
q muli retundēdi
ſūt. Quę ſi paſ
ſim ꝑ ſingulos i
curſus ⁊ icertos
ac varios caſus · obtinendi animū nřm
habuerit facultatē. ab oī nos ꝑ momen
ta ſingula ſeparat diuinę contēplatiōis
intuitu · ipamq; menteʒ ab vniuſo puri·
tatis ſtatu deiectaʒ funditus labefactat
ac deprimit. Nō orationes eam explere
cuʒ ſolita cordis alacritate ꝑmittit · non



ſacraꝝ lectionū ſinit remedijs icubare ·
tranquilluʒ q; ac mitē fratribus eſſe non
patitur · ⁊ ad cuncta operationū vel religi·
onis officia impatientē ⁊ aſperū reddit ·
oīq; ꝑdito ſalubri ꝯſilio ⁊ cordis ꝯſtātia
ꝑturbata velut amentē facit ⁊ ebriuʒ ſen
ſum · frangitq; et obruit deſperatiōe pe·
nali.

## Qua cautione morbus triſticię ſit curandus. Ca. ij.

Vamobrem nō mi·
nore proſpectu ſi ſpiritalis ago
nis certamina legitīe cupimus
deſudare · hic q; nob curandus eſt mor·
bus. Sicut enī tinea veſtimēto et vermis
ligno · ita triſticia viri nocet cordi. Satis
euidenter ac ꝓprie vim noxij hui⁹ ac perni
cioſi vitij ſpūs diuinus expreſſit.

## Quaʒ cōparationē habeat aīa q̄ triſticię morſibus deuoratur. Cap. iij.

Eſtimentū nanq; ti
v nearū eſu attactum. nulli⁹ pre·
cij vel honeſti vſus poterit vlte
rius habere cōmerciū · itidemq; lignum
vermibus exaratum. nō iam ad ornatum
vel mediocris edificij · ſed ad cōbuſtionē
ignis merebitur deputari. Ita igitur ⁊ aīma
q̄ edaciſſimis triſticię morſibus deuoratur · i
utilis erit vel veſtimento illi pontificali.
qd vnguentū ſpūſſancti de celo deſcen·
dens · ꝑus in barbā aarō · deinde in orā
ſuam ſolere ſuſcipere ſancti David va·
ticinio ꝓhibetur ſm illud. ſicut vnguētuʒ
in capite · quod deſcendit in barbam aa·
ron · quod deſcendit in oram veſtimenti
eius. Sed nec ad ſtructurā templi illius
ſpiritalis atq; ornatū poterit ꝑtinere · cui⁹
paulus architectus ſapiens poſuit fun·
damenta dicens. Vos eſtis templū dei ·
⁊ ſpūs dei habitat in vob. Cuius q̄lia
ſint ligna · ſponſa deſcribit in cātico can
ticoꝝ: trabes in q̄s nřę cypſſ⁹. tigna do·
morum noſtraꝝ cedri. Et idcirco huiuſ·
cemodi ad templū dei lignoꝝ genera de
leguntur. q̄ ſunt ⁊ bonę fragrātię ⁊ imputri·
bilia. q̄q; nec corruptele vetuſtatis · nec
eſui vermiū valeant ſubiacere.

## Unde vel qb⁹ mōis triſticia gignatur. C. iiij.

Onnunq; tñ irę pcedentis vitio
n ſubſeq̄ ſeu ꝯcupīę lucri ve cui⁹
dam minus indepti generari
ſolet. cū ſe harū reꝝ quadā ſpe mēte con
cepta q̄s viderit excidiſſe. Interdū vero
etiā nullis exiſtentibus cauſis q̄bus ad hāc
labem corruere ꝓuocemr · inimici ſubtilis
iſtictu · tāto repente merore dep̄mimr · vt
ne caroꝝ q̄dē ac neceſſarioꝝ nřoꝝ aduē
tuʒ ſolita ſuſcipe affabilitate poſſimus ·
⁊ q̄cq̄d ab eis cōpetenti fuerit cōfabula·
tione ꝓlatū · importunū nobis ac ſuper·
fluum iudicetur · nullaq; a nob reddatur eis
grta reſponſio · vniūſos cordis nři receſſ⁹
felle amaritudinis occupante.

## Q; nō alioꝝ ſed noſtro vitio commo·tiones excitētur in nobis. C. v.

Nde manifeſtiſſime cōꝓbatur n
v ſꝑ nobis alioꝝ vitio cōmotio·
num ſtimulos excitari. ſʒ poti⁹
nřo. q̄ reconditas in nobiſmetipis habe
mus offenſionū cauſas ac ſeminaria vi
tiorū · q̄ cū mentē nřam temptationū im
ber alluerit · in germina cōfeſtī fructuſq;
ꝓrumpūt.

## Q; nullus repentino lapſu corruat. ſʒ paulatim ꝑ lōgam incuriā recidēs ꝑeat. C. vi.

Unq; enī q̄s alteri⁹ vitio laceſ
n ſitus peccare cōpellitur · ſi repōſi·
tam materiē delictoꝝ i ſuo cor·
de non habeat. Nec tunc ſubito q̄ſpiaʒ
decept⁹ eſſe credendus eſt · cum cōſpecta
mulieris forma in baratrū ꝯcupīę turpis
inciderit · ſʒ poti⁹ occultos ac latētes ine
dullitus morbos occaſione viſus in ſuꝑ
ficiem tunc fuiſſe ꝓductos.

## Q; non ſint fratrū deſerenda conſortia vt ꝑfectio conquiratur ſʒ patiā iugiter excolenda. Ca. vij.

Deoq; creator oīm de⁹ opificij
ſui curationē ꝑ oībus noſcens.
⁊ q: nō in alijs ſʒ in nobiſmet·
ipis offenſionum radices cauſeq; ꝯſiſte
rent · nō deſerenda pcepit fratꝝ ꝯſortia ·
nec vitari eos q̄s leſos a nob vel a quibus
nos arbitramr offēſos · ſʒ deliniri iubet ·
ſciens ꝑfectionē cordis nō tam ſeꝑatiōe

hoim q̄ꝫ patię ꝟtute conquiri. Quę firme poſſeſſa· ſicut pōt nos etiā cū his qui oderunt pacē pacificos ꝯſuare·ita ſi parata nō fuerit ab his q̄ꝫ q̇ perfecti ac meliores nobis ſunt facit iugiter diſſidere. Occaſiones eī cōmotionū ob q̄s eos q̇bus iungim̄ deſerere feſtinam⁹· in cōuerſatiōe hūana deeſſe nō poterunt. et idcirco triſticię cauſas ob q̄s a ꝑoribꝫ ſeparamur· nō euadim⁹ ſꝫ mutam⁹.

**Q᷑ ſi mores noſtros emendatos habuerimus poſſit nobis cum omnibus conuenire. Cap̄. viij.**

p Rocurādū itaqꝫ nob̄ eīt vt nr̄a potius emēdare vitia. ⁊ mores corrigere feſtinem⁹. Quę ꝓcul dubio ſi fuerint emēdata·non dicam cū hoībꝫ ſꝫ etiā cū fer̄ ⁊ beluis facilliē nobiſ ꝯueniet. ſm̄ illud qꝺ in libro btī iob dr̄. Beſtię eni terrę pacate erunt tibi. Extrīſec⁹ q̇ppe venientia nō verebim̄ offendicula·nec vlla poterūt ſcādala nob̄ deforis inferri·ſi in nobiſmetipīs intus radices eoꝝ receptę inſertęqꝫ nō fuerit. Pax eni̇ multa diligentibꝫ nomē tuum dn̄e·⁊ non eſt illis ſcandaluꝫ.

**De alio genere triſticię quod deſperationeꝫ ſalutis importat. Cap̄.ix.**

e St etiā aliud deteſtabilius triſticię genus·qꝺ nō correptiōeꝫ vitę nec emendationē vitiorū. ſꝫ ꝑnicioſiſſimā deſperationē aīę inijcit delinquēti. Qꝺ nec cayn fecit poſt fratricidiū penitere, nec iudā poſt traditioneꝫ ad ſatiſfactionis remedia feſtinare. ſed ad ſuſpendiū laquei ſua deſperatiōe ꝑtraxit.

**In quo tātūmō ſit nobis triſticia vtilis. Cap̄.x.**

i Deoqꝫ vtilis nob̄ vna re tātuꝫ triſticia iudicanda eſt. cū hanc vel penitudine delictoꝝ vel deſiderio ꝑfectiōis accēſi. vel futurę btitudinis ꝯtēplatione cōcipim⁹. De qua et btūs apl̄s. Quę ſm̄ deū eſt inq̇t triſticia penitentiā ad ſalutē ſtabilē opat̄. ſeculi aūt triſticia mortē opat̄.

**Quemadmodum diſcernatur q̄ ſit vtilis ac ſm̄ deum triſticia ⁊ q̄ diabolica atꝫ mortifera. Ca.xi.**

ſ Ed illa triſticia q̄ pęnitentiā ad ſalutē ſtabilē opat̄ obediens eſt. affabil̄· hūil̄· manſueta. ſuauis ac patiēſ· vtpote ex dei charitate deſcendens· ⁊ ad omnē dolorē corporis ac ſpūs ꝯtritionē. infatigabilit̄ ſemetipām deſiderio ꝑfectiōis extēdens· ⁊ q̇dammō leta ac ſpe ꝓuectus ſui vegetata. cunctā affabilitat̄ ⁊ lōganimitat̄ retinet ſuauitatem· hñs in ſemetipā oēs fruct⁹ ſpūſſcī q̇s enumerat idē apl̄s. Fructus aūt ſpūs eſt charitas. gaudiuꝫ· pax lōganimitas· bonitas. benignitas· fides· manſuetudo· ꝯtinentia. Hęc ꝟo aſꝑrīa· impatiens. dura· plena rācore ⁊ merore infructuoſo ac deſperatione penali. eum quē cōplexa fuerit· ab induſtria ac ſalutari dolore frāgēs ac reuocās· vtpote irrationabil̄ ⁊ intercipiens nō ſolū orōis efficaciā· verūetiā vniu̇ſos q̇s ꝑdixim⁹ fruct⁹ ſpiritales euacuat. q̇s nouit illa ꝯferre.

**Q᷑ abſqꝫ illa ſalutari triſticia q̄ tribus modis generatur omnis triſticia tanq̄ꝫ noxia repellenda ſit.**

q Uapꝓpter abſqꝫ illa q̄ vel ꝑ ſalutari pnīa vl̄ ꝑ ſtudio ꝑfectionis vel ꝑ deſiderio ſuſcipitur futuroꝝ· oīs triſticia tāq̄ꝫ ſeculi et q̄ mortē inferat equalit̄ repellenda eſt. ac ſicut fornicatiōis ſpūs vel philargyrię vl̄ irę de nr̄is cordibꝫ penit⁹ extrudenda. **Ca.xi.**

**Remedia quibus triſticiam de cordibus noſtris exterminare poſſimus Caꝑ.xiij.**

b Anc ergo ꝑnicioſiſſimā paſſionem ita de nob̄ expellere poterimus· vt mentē nr̄am ſpiritali meditatiōe iugit̄ occupatā futura ſpe ⁊ ꝯtēplatiōe repmiſſę btitudinis erigā⁹. Hoc eī mō vniu̇ſa triſticiaꝝ genera ſiue q̄ ex ꝑcedenti ira deſcendūt. ſiue q̄ amiſſiōe lucri· vel detrimēti illatiōe nobiſ adueniūt· ſiue de irrogata generāt̄ iniuria. ſiue q̄ de irrationabili mēt̄ ꝯfuſione



ꝓcedūt. ſeu q̄ letalē deſperationē nobis īducūt· valebim⁹ ſuꝑare· cū eternaꝝ reꝝ ac futuraꝝ intuitu ſꝑleti atqꝫ īmobiles ꝑdurantes· nec caſibꝫ deiecti ꝑſentibus· nec ꝓſper̄ fuerim⁹ elati· vtꝙꝫ velut caduca ⁊ mox tranſeuntia contemplantes.

**Explicit de ſpū triſticię liber nonus Incipiunt capitula libri decimi de ſpiritu accidię. C.i.**


Roemium.

ij Expōſitio accidie vl̄ quemadmodum ſerpat in corde monachi. quęve inferat menti diſpendia

iij Quibus generibꝫ monachū ſuperet accidia

iiij Q᷑ accidia excecat mentē ab omī contemplatione virtutū

v Q᷑ duplex accidia ſit in pugna.

vi Hi qui ab accidia cęperint vinci quatinus collabant̄

vij Teſtimonia apl̄i ꝯ ſpūm accidię

viij Q᷑ neceſſe ſit inquietū eſſe euꝫ qui ope manuū ſuaꝝ non vult eſſe contentus.

ix Q᷑ non ſolū apl̄s ſed etiā hi qui cū illo erāt māibꝫ ſuis opati ſūt

x Q᷑ ob h̄ manibꝫ ſuis apl̄s opat⁹ ſit vt nob̄ opādi ꝑberet exēplū.

xi Q᷑ non ſolū exēplo ſed etiā verbiſ ꝑdicans monuerit operari.

xij De eodem

xiij De eo q̄ꝺ dicit audiuim⁹ eni̇ int̄ vos quoſdā ambulare inq̇ete.

xiiij Q᷑ multa vicia amputet opatio

xv De humanitate etiā ocioſis ⁊ negligentibus impartienda.

xvi Q᷑ non odij cauſa ſed dilectiōis eos q̇ delinquūt corripe debeā⁹

xvij Diuerſa teſtimonia quibꝫ apl̄us precipit operari debere vel ipſe operatus fuiſſe monſtrat̄

xviij Q᷑ tm̄ opatus ſit apl̄us q̄ꝫtū nō ſibi ſoli ſed etiā his qui cum eo erant poſſet ſufficere

xix Queādmodū ītelligi debeat beatius eſt magis dare q̄ꝫ accipere

xx De fratre deſidioſo q̇ alios egredi de cenobio ſollicitabat.

xxi Diuerſa teſtimonia de ſalomone contra accidiam.

xxij Q᷑ ꝑ egyptū fratres ita ſuis manibus opant̄ vt non ſolū proprijs neceſſitatibꝫ ſatiſfaciant· ſed etiāꝫ his qui in carceribus ſunt ſubminiſtrent.

xxiij Q᷑ ocij cauſa faciat in partibꝫ occidentis nō eē cenobia mōachoꝝ

xxiiij De abbate paulo q̇ ſingul̄ annis omne opus manuū ſuarū igne ſuppoſito concremauit

xxv Uerba abbatis moyſi q̄ dixerit mihi de remedio accidię


**Expliciunt capitula. Incipit liber decimus de ſpiritu accidię. Cap̄. primum**

ſ Extuꝫ nobis certamen eſt qꝺ Greci akedian vocāt. quā nos tedium ſiue anxietatē cordis poſſumus nuncupare. Affinis h̄ triſticię ē· ⁊ vagi maxīe ac ſolitarijs magi̇ expta ⁊ ī heremo cōmorātibꝫ īfeſtior hoſt̄ ac frequēs· maxīe circa horā ſextam monachū inq̇etans· vt quędā febris ingruens tꝑe preſtituto. ardentiſſimos ęſtus accenſionū ſuaꝝ. ſolitis ac ſtatutis horis aīę inferens egrotanti. Deniqꝫ nonnulli ſenum hunc eſſe ꝓnunciant meridianū demoneꝫ· q̇ in pſalmo nonageſimo nuncupat̄.

**Expoſitio accidię vel quemadmodum ſerpat in corde monachi quę ve inferat menti diſpendia. Cap̄.ij.**

q Ui cū miſerabilē obſederit mētem· horrorē loci· faſtidiū cellę. fratrū q̇ꝫ qui cū eo vel eminus cōmorant̄. tanq̄ꝫ neglientiuꝫ ac minus ſpiritalium aſpernationem gignit atqꝫ contemptum. Ad omne q̇ꝫ opus qꝺ intra ſepta ſui cubilis eſt facit deſideꝫ ⁊ in

ertem Nō eū in cella reſidere· nec operā
ſinit impendere lectiōi· nihilq̃ ſe ꝓficere
tanto tpe in eadē cōmorantē crebriꝰ in/
gemiſcit· nec habere ſe fructū aliquē ſpi/
ritalem donec fuerit illiꝰ conſortio copu
latus cōqueritᷣ atq̃ ſuſpirat· ⁊ ab omni
ſe dolet ſpiritali queſtu inanē in loco va
cuumq̃ cōſiſtere· vtpote q̇ cū poſſet etiā
alios regere ac ꝓdeſſe plurimis nullum
edificauerit· nec quēq̃ inſtitutiōe ſua do
ctrinaq̃ lucratꝰ ſit Abſentia lōgeq̃ po
ſita magnificat monaſteria. loca etiam
illa magis ad ꝓfectū vtilia ⁊ saluti ꝯgruē
tiora deſcribit· conſortia q̄ȝ ibidem frm
ſuauia ⁊ plena ſpiritali conuerſatione de/
pingit. Ecōtra vniuerſa q̄ habentᷣ in ma/
nibꝫ aſpera· ⁊ nō ſolū edificationē nullā
eſſe in fratribꝫ q̇ morantᷣ in loco· ſȝ ne ip
ſum q̇dem victū corporꝭ abſq̃ ingēti la/
bore ꝯq̇ri. Poſtremo nō poſſe ſe ſaluari
putat ī eo loco durantē· niſi relicta cella
cū q̄ ſibi ſi adhuc in ea fuerit remoratꝰ ꝑ
eundum erit· exinde ſemetipm̄ q̄ȝ totius
aſportauerit. Deinđ laſſitudinē corporꝭ
cibiq̃ eſuriem· q̇nta ſextaq̃ hora tantaȝ
ſuſcitat· vt velut longo itinere grauiſſimo
q̃ labore ꝯfectus ſibimet laſſuſq̃ videa
tur. aut q̄ſi refectionē cibi biduano ieiu
nio triduano ve diſtulerit. Tuȝ preterea
huc illucq̃ anxiꝰ circūſpectat· ⁊ nec frēm
ſibi quēpiam aduentare ſuſpirat. ſepi/
uſq̃ egrediᷣ ⁊ ingrediᷣ cellā· ac ſolē ve/
lut ad occaſum tardiꝰ ꝓperātē crebriꝰ in
tuetur. Et ita q̇dam irrationabili mentꝭ
cōfuſione velut tetra ſuppletᷣ caligīe. om
niq̃ actu ſpiritali redditᷣ ocioſus ac va/
cuus· vt nulla re alia tante oppugnatio
nis remedium. q̄ȝ viſitatiōe fratrꝭ cuiuſ/
piaȝ ſeu ſomni ſoliꝰ ſolatio poſſe eſtimet
inueniri. Deinde honeſtas idem morbꝫ
ac neceſſarias ſuggerit ſalutationes fra
tribꝫ exhibendas· viſitatiōeſq̃ infirmo/
rum vel eminꝰ vel longiꝰ poſitoꝝ. Que
dam etiā pia ac religioſa dictat officia·
illos vel illas debere parentes inq̇ri. ⁊ ad
ſalutandos eos crebriꝰ ꝓperari· illā reli/
gioſam deuotāq̃ deo feminā· omni pre
ſertim parentū p̄ſidio deſtitutā· magnū
opus eſſe pietatꝭ frequentius inuiſere. ac
ſi q̇d ei ſit neceſſariū q̄ a ꝓprijs parentibꝫ
negligitᷣ atq̃ deſpicitᷣ ſanctiſſimū ꝓcu/
rari. magiſq̃ oportere in his operaȝ pie/
tatis impendi· q̄ȝ infructuoſe ac ſine vl/
lo ꝓfectu in cellula reſidere

## Quibus generibus monachū ſuperet accidia. Cap̄. iij.

a Sitᷣ itaq̃ infelix aīa talibꝫ ini/
micoꝝ machinis impetita. do/
nec accidie ſpū velut ariete va/
lidiſſimo fatigata aut in ſomnuȝ diſcat
ꝯcidere· aut excuſſa clauſtris cellule ſue
conſolationē impugnationis huiꝰ viſita/
tione fratris cōſueſcat acq̇rere· hoc quo
vtitᷣ ad p̄ſens remedio· paulopoſt acriꝰ
infirmāda. Frequētius eni ac duriꝰ ad/
uerſariꝰ attemptabit· quē cōſerto prelio
p̄biturū cōminꝰ ſibi terga cognoſcit· ſa/
luteq̃ ſibi nō de victoria nec de conflictu
ſed de fuga ſperare peruidet· donec pau/
latim ꝓtractꝰ e cella actū ſue ꝓfeſſiōis in
cipiat obliuiſci· q̇ nō eſt aliud q̄ȝ intuitꝰ
⁊ contēplatio diuine illius ⁊ excellentis
ſup oīa puritatꝭ· q̄ non alibi pōt niſi ī ſi/
lentio ⁊ iugi celle ꝑſeuerantia ac medita
tione ꝯq̇ri· atq̃ ita militie ſue fugitiuus
ac deſertor chriſti miles effectꝰ· implicet
ſe negocijs ſecularibꝫ. ei cui ſe ꝓbauit mi
nime placiturus.

## Q accidia excecat mētem ab omni contemplatione virtutum. Ca. iiij.

b Uius egritudīs vniuerſa incom
moda vno verſiculo beatus da/
uid elegantᷣ expreſſit. dormita/
uit in q̇ens aīa mea p̄ tedio· i· pre accidia
Ꝓ tope ſatꝭ nō corpus dixit ſȝ aīam dor
mitaſſe· Uere eni ab oī ꝯtemplatiōe vir
tutū ⁊ intuitu ſpiritaliū ſēſuū dormitat
aīa. q̄ ꝑturbatōis huꝰ telo fuerit ſauciata

## Q duplex accidia ſit in pugna. Ca. v.

i Taq̃ chriſti verꝰ athle/
ta q̇ agonē ꝑfectiōis cupit legi/
time decertare· hūc q̄ȝ morbuȝ
de latebris aīme ſue feſtinet extrahere· ⁊
ita ꝯ hunc q̄ȝ nequiſſimū accidie ſpūm



vtrobiq̃ cōtēdat· vt neq̃ ſomni telo eli/
ſus ꝯcidat. neq̃ de monaſterij clauſtris
expulſus· q̄ȝuis ſub p̄textu coloris pij fu
gitiuꝰ abſcedat.

## Hi qui ab accidia ceperint vinci q̄tinus collabātᷣ. C. vi.

q Uemcūq̃ eni in q̄libet
parte ceperit ſuꝑare· aut tanq̄ȝ
inerteȝ ⁊ deditiuȝ ſibi patietur
abſq̃ vllo ꝓfectu ſpūs in cellula cōmo/
rari· aut excuſſū exinde inſtabilē de cetō
reddet ac vaguȝ· ⁊ ad omne opꝰ deſidē
cellas frm ac mōaſtīa iugiᷣ faciet circūi
re· nihilq̃ aliđ ꝓcurare q̄ȝ vbi q̇ue colo
re occaſionē refectionis future valeat p̄/
parare· Mēs eni ocioſi nihil aliud cogi
tare nouit q̄ȝ de eſcis ac ventre. donec in
uēta q̄nq̃ ſodalitate cuiuſq̄ȝ viri vel fe/
mine equali tepore torpentꝭ· rebꝫ eoꝝ ac
neceſſitatibꝫ inuoluatᷣ· ⁊ ita paulatī red
datur noxijs occupationibꝫ irretitus. vt
tanq̄ȝ ſerpentinis ſpiris obſtrictus· nun
q̄ȝ deinceps ad ꝑfectionem ꝓfeſſionis an
tique ſe valeat enodare·

## Teſtimonia apl'i cōtra ſpūm accidie. C. vij.

b Unc morbū q̇ de accidie ſpiri/
tu naſciᷣ· beatus apl'us vt verꝰ
ac ſpiritalᷣ medicꝰ. vel tūc iā cō
ſpiciēs ſerpere. vel emerſurū intᷣ mōachos
ſcō ſpū reuelāte ꝓſpiciens· ſalutaribꝫ p̄ce
ptorū ſuoꝝ medicamētꝭ p̄uenire feſtinat.
Theſſalonicēſibꝫ eñ ſcribēs· ⁊ p̄mo vt pe/
ritiſſimus q̇dam ꝑfectuſq̃ medicus· infir
mitatē ſuſceptoꝝ blāda leniq̃ verbi cura
tione fomētās ac de charitate incipiens
eoſq̃ in ea parte collaudās· quouſq̃ le/
tale vulnꝰ leniore remedio delinitū· depo
ſita tumoris indignatiōe· facilius medi/
camina auſteriora ſuſtineat· ita ait. De
charitate aūt fraternitatꝭ nō neceſſe ha/
bemus ſcribere vobis· Ipī eni a deo edo
cti eſtis· vt diligatꝭ inuicē. Eteni facitꝭ il/
lud in oēs fratres in vniuerſa macedonia
Premiſit laudis fomēta lenia· fecit eorū
aures ad curā ſalutarꝭ verbi placidas ⁊
paratas. Rurſum infert. Rogamꝰ auteȝ
vos fratres. vt abundetꝭ magis. Adhuc
eos blanda verborum lenitate demulcet.
ne forte nec dū aptos ad ꝑceptiōȝ ꝑfecte
curationis inueniat. Quid eſt quod ro/
gas apoſtole aut ī q̊ abundent magis. ſcȝ
in charitate· de qua ſuperius dixeraſᷣ· de
charitate autem fraternitatis nō neceſſe
habemus ſcribere vobis: Et q̇d neceſſe
eſt. vt dicas eis· rogamus autem vos vt
abūdetis magis· qui ſuper hac re ne ſcri/
bi quidem ſibi aliquid indigent. cū pre/
ſertim ⁊ inferas cauſam ob quā hoc ipſo
non egeant dicēs. ipī enim vos a deo do
cti eſtis vt diligatis inuicem· tertium q̄ȝ
maius adijcias· q đ non ſoluȝ a deo edo
cti ſint· verumetiam compleant opere q̄
docentur: Eteniȝ facitis illud in q̇s non
in vno tantū vel duobꝫ ſed in omēs fra/
tres· nec in veſtros tantūmō ciues vl' no
tos ſed in vniuerſa macedonia. Dic igitᷣ
tandem· quid eſt q đ tantopere h̄ ꝓmit/
tis: Iteꝝ infert· Rogamus autē vos fra
tres· vt abundetis magis. Et vix aliqn̄
in id quod olim moliebatᷣ erumpit. Et
operam detis· vt quieti ſitis Dixit p̄maȝ
cauſam· deinde infert ſecūdam· Et vt ve
ſtra negocia agatis. Tertiam q̊ȝ. Et ope
remini manibus veſtris· ſicut precepimꝰ
vobis. Quartā. Et vt honeſte ambuletꝭ
ad eos q̇ foris ſunt. foris ſunt ſcilicet qui
ſeculo viuunt Quintam. Et nullius ali
quid deſideretis. Ecce illa cūctatio quā
tantis ꝓferre ꝓemijs differebat. q̇d ī ciꝰ
pectore parturiebat agnoſcitᷣ. Et operā
detis· vt quieti ſitis. id eſt in veſtrꝭ cellulᷣ
commorātes· nec diuerſis rumoribꝫ qui
ſolent ocioſoꝝ votis vel fabulis genera/
li· inquieti effecti· alijs q̄ȝ inquietudines
inferatis. Et vt veſtra negocia agatis· nō
veſtra curioſitate actus mundi velitꝭ in/
quirere· ac diuerſorū ꝯuerſatiōes explo/
rantes· opera veſtra nō ad correctionem
vr̄aȝ ſeu virtutū ſtudia· ſȝ ad detractiōes
frm velitꝭ impēdere. Et operemī manibus
veſtris ſicut precepimus vobis. Ut il/
la fierēt que monuerat ſuperius ne age/
rent. id eſt ne inquieti eſſent. ⁊ aliena cu/
rarēt negocia. vel inhoneſte āmbularēt ad
eos qui forꝭ ſunt. vel alterius aliquid de/

ſiderarent. nunc intulit dicēs. Et operemini māib⁹ veſtris ſicut precepim⁹ vob. Ut enī illa fierent q̄ ſupius rep̄hendit· ociū cām eſſe euident̄ expſſit. Null⁹ enī pōt vel inquiet⁹ eſſe· vel aliena curare negocia· niſi q̄ operi manuū ſuaꝝ nō acq̄eſcit inſiſtere. Quartū q̄ȝ intulit morbuȝ q̄ ex hoc ip̄o ocio naſcit̄. i. vt inhōeſte nō ambulēt. dicens Et vt honeſte ambulet̄ ad eos q̄ foris ſunt. Nūq̄ȝ pōt nec apd̄ eos q̄dē q̄ ſecli hoīes ſūt honeſte icedere. qui neq̄ q̄ȝ clauſtris celle ⁊ opi manuum ſuaruȝ inherere ꝯtent⁹ eſt· ſed neceſſe eſt eū inhoneſtū eſſe dū neceſſaria victus req̄rit· adulatiōi q̄ȝ operā dare. nouitateſ etiā rumoꝝ ſectari· cauſaꝝ fabularūq̄ȝ occaſiones cōq̄rere, p̄ q̄s ſibimetip̄i aditum paret ac facultatē qua diuſoꝝ domos valeat penetrare. Et nulli⁹ aliquid deſideret̄. Nō pōt n̄ alienis dōis ⁊ muneribꝰ inhiare· q̄ nō delectat̄ pio q̄etoq̄ȝ labore operis ſui· q̄tidiani victus parare ſbſtantiā. Uidet̄ tot cās tā g̃neſ ac t̄pes vni⁹ vitij. i· ocioſitat̄ labe generari: Deniq̄ȝ hoſip̄oſ q̄ſi ep̄l'a p̄ria molli fouerat palpitatiōe v̄boꝝ· q̄lit̄ in ſcd̄a velut q̄ nō p̄feciſſent ad molliora remedia· auſterioribꝰ q̄buſdam ⁊ cauſticis medicamēt̄ ſanare aggredit̄. nullaq̄ȝ iam mitium v̄boꝝ fomenta p̄mittit. nō vllā teneram vocē ac blandā· vt ibi. rogam⁹ autē vos fratres· ſȝ denunciam⁹ vobis f̄res ī noīe dn̄i n̄ri ieſu chriſti· vt ſubtrahat̄ vos ab oī fratre ambulante inordinate. Ibi rogat· h̄ denunciat. In illa blandient̄ affect⁹· in hac obteſtant̄ ſeueritas ⁊ minā̄t. Denunciam⁹ vob f̄res· Quia p̄us rogāteȝ ꝯtempſiſtis audire· ſaltē nūc denunciatōibꝰ obedite. Ip̄aȝ q̄ȝ denūciatiōeȝ n̄ nudo v̄bo· ſȝ cū obteſtatiōe noīs dn̄i n̄ri ieſu chriſti terribilē īfert· ne forte ſimplicē velut hūana voce p̄lataȝ rurſum ꝯtemnerent· nec magnop̄e ducerēt obſeruandā. Statiq̄ȝ vt p̄itiſſim⁹ medic⁹ putribꝰ mēbris q̄bꝰ leni medicamēto remedium ferre nō potuit· mederi ſpiritalī ferri inciſiōe p̄tēptat. vt ſubtrahat̄ vos inq̄ens ab oī f̄re ambulāte inordiate ⁊ nō ſm̄ t̄ditionē quā acceperūt a nob. Itaq̄ȝ ab his q̄ vacare opi nolūt iubet ſbtrahi· ⁊ velut mēbra ocij corrupta putredie deſecari. ne inertię morbꝰ velut letale cōtagium. etiā ſanas mēbroꝝ p̄tes tabo ſpē· te corrumpat· Dicturuſq̄ȝ de his q̄ opari manibꝰ ſuis nolunt ⁊ panē ſuū cū ſilētio māducare· a q̄bꝰ etiā p̄cipit ſbtrahendum. q̄libꝰ eos a p̄ncipio op̄p̄brijs inurat attendite. In primis inordiatos dicit· nec ſm̄ ſuā traditioneȝ ambulare· alijs v̄bis cōtumaces eos vtpote q̄ nollent iux̄ inſtitutionē eius incedere. ⁊ ihoneſtos eſſe deſignans. i. nō p̄ceſſiōis· nō viſitatiōis. non v̄bi· non t̄pis oportunitatem congruā honeſtāq̄ȝ ſectātes Vitijs enī iſtis inordinatū queq̄ȝ neceſſe eſt ſubiacere. Et nō ſm̄ traditionē quaȝ acceperūt a nob. Et in hoc rebelles eos q̄ dammō ⁊ ꝯtemptores notat· q̄ traditionem quā acceperūt ab eo tenere ꝯtemnerent. nec imitari vellēt id qd̄ m̄gr̄m non ſolū v̄bo docuiſſe meminerīt· ſȝ etiā op̄e nouerīt p̄feciſſe Ip̄i eī ſcit̄ queādmodū oporteat imitari nos· Immanē cumulū reprehēſionis exaggerat· cu h̄ eos aſſerit nō obſuare qd̄ ⁊ memorię eorū ihereat. ⁊ ad imitandū non ſoluȝ v̄bo inſtruente didicerint· ſȝ etiā exēplo opeꝝ p̄uocāte ſuſceperint.

## Q[uod] neceſſe ſit inquietum eſſe eū qui op̄e manuū ſuarum nō vult eſſe cōtentus C. viij

Quia non inq̄eti fuim⁹ int̄ vos. Cū ſe vult inquietū inter eos nō fuiſſe p̄ operū exercitiuȝ comp̄bare· eos qui operari nolunt abunde notat ocioſitatis vitio inq̄etos ſp̄ exiſtere. Neq̄ȝ gratis panem māducauimus ab aliquo. Per ſingula verba increpationis auxeſin facit doctor gentium. Predicator euangelij dicit ſe non gratis panem ab aliquo manducaſſe· q̄ nouit dn̄m p̄cepiſſe. vt q̄ euangeliū denunciant de euāgelio viuāt· ⁊ rurſū· dign⁹ ē oparius cibo ſuo· Cū itaq̄ȝ nō gratis q̄ euangeliū p̄dicabat· tam ſublime ac ſpiritale op⁹ exercēs· cibū ſibi dn̄ice iuſſiōis auctoritate p̄ſumeret. quid nos faciem⁹ q̄bꝰ nō ſolū nulla p̄dicatio v̄bi cōmiſſa eſt· ſȝ nec vlla q̄dem niſi aīę n̄re ſoli⁹ cura mandat̄: Qua fiducia ocioſis manibꝰ g̃tis panē comedere audebim⁹· quē vas electionis euāgelica ſollicitudie ⁊ p̄dicatione ꝯſtrictus· ſine op̄e manuū comedere nō preſumit: Sȝ in labore inq̄t ⁊ fatigatiōe nocte ⁊ die opantes· ne quē v̄r̄m g̃uaremus. Adhuc additamenta ſuę caſtigationis exaggerat Nō enī ſimplicit̄ dixit· nō comedim⁹ panem grat̄ ab aliq̄ veſtrum. ⁊ ſtetit· Poterat enim videri p̄prio ocioſoq̄ȝ ſumptu ac recondita pecunia vel alioꝝ· licet nō iſtoꝝ collatione ſeu muneribꝰ ſuſtētat⁹ fuiſſe Sȝ ī labore inq̄t ⁊ fatigatione nocte ac die opantes id ē n̄ro op̄e ſpecialit̄ ſuſtentati. Et h̄ inq̄t nō p̄ n̄ra voluntate perpetrabamus nec p̄ delectatiōe vt req̄es ⁊ exercitiū corporis initabat· ſȝ vt neceſſitas ⁊ inopia vict⁹ nō ſine ingenti fatigatiōe corporis facere cōpellebat. Non ſolū nāq̄ȝ per totum diei ſpaciū· ſȝ etiā noct̄ t̄pe qd̄ q̄eti corpor̄ videt̄ indultū. hoc op⁹ manuuȝ p̄ eſce ſollicitudine indeſinent̄ vrgebaȝ

## Q[uod] nō ſolū apoſtolus ſed etiaȝ hi qui cū illo erāt manibus ſuiſ operati ſunt. Cap. ix.

Ec t̄m ſe ſolū talit̄ int̄ eos conuerſatū fuiſſe teſtat̄· ne forte nō magna nec general̄ videret̄ hec forma· ſi ip̄i⁹ t̄m̄mō traderet̄ exēplo· ſed etiā oēs q̄ erant ſecū ad miſteriū euangelij deputati. i. ſiluanuȝ et thimotheū q̄ h̄ eadē cū eo ſcribūt. aſſerit ſili op̄e laboraſſe. In eo etiā qd̄ dicit ne quē v̄r̄m g̃uaremus· verecundiā eis incutit magnā Si enī ille q̄ euangeliū p̄dicabat ſignis illd̄ v̄tutibꝰq̄ȝ cōmendās· ne g̃uaret quēpiā g̃tis panē māducare nō audebat· quō illi nō eſtiment ſe grauare q̄ quotidie eū ocioſi vacāteſq̄ȝ p̄ſumūt:

## Q[uod] ob hoc manibus ſuis apoſtol⁹ operatus ſit. vt nobis operandi preberet exemplum. Cap. x.

On quaſi nō habueri⁹ p̄tātē· ſȝ vt noſmetip̄os formā darem⁹ vobis ad imitandū nos. Pandit cām cur t̄m̄ ſibi labor̄ indixerit. Ut inq̄t formā darem⁹ vobis ad imitandū nos· vt ſi forte doctrinaȝ v̄boꝝ auribus veſtris frequent̄ ingeſtā obliuiōi tradereti ſ. ſaltem ꝯuſationis exēpla ſub oculoꝝ fide vob tradita memorit̄ retineret̄ Haud leuis eoꝝ ⁊ in h̄ reprehēſio· cum dicit ſe nulla alia quā exēpli gratia laborem hunc ⁊ fatigationē die noctuq̄ȝ corpor̄ exegiſſe. et eos nihilominus erudiri nolle· p̄pter quos ip̄e neceſſitatē nō h̄n̄s. t̄m̄ ſibi fatigationis indixerit. Et quidē inq̄t cū haberem⁹ p̄tātem ⁊ paterēt nob facultatates oīm v̄r̄m atq̄ȝ ſubſtantie. ⁊ vtendi eis dn̄i n̄ri noſſeȝ me h̄r̄e p̄miſſū. nō ſuȝ t̄n̄ hac vſus poteſtate· ne qd̄ a me bn̄ ac licito fieret· alijs ocij noxij preberet exēplū. Et idcirco euangeliū predicans meis manibꝰ atq̄ȝ op̄e malui ſuſtentari. vt vob q̄ȝ volentibꝰ iter v̄tutis incedere viam perfectionis aperirem· ⁊ cōuerſationis formā meo labore preberem

## Q[uod] non ſolū exemplo. ſed etiaȝ verbis p̄dicās monuerit opari Cap. xi.

Ed ne forte tacit⁹ operās ⁊ erudire eos volens exemplis. minime illos etiā preceptoꝝ monit̄ inſtruxiſſe videret̄. infert Nam ⁊ cū eſſemus inquit apd̄ vos h̄ denunciabam⁹ vob. q̄m̄ ſi quis nō vult opari nec manducet. Adhuc illorum deſidiam qui ſcientes eum vt magiſtrū bonum doctrinę g̃r̄a ⁊ inſtitutionis obtentu ſuis manibꝰ operatū imitari contemnūt· ⁊ diligētiaȝ cautionēq̄ȝ ſuā exaggerat· dicens nō tātum ſe h̄ illis exemplo tradidiſſe p̄ſentē. ſed etiam v̄bis iugit̄ predicaſſe· vt ſi q̄s ſcȝ non vult operari. nec manducet·

## De eodem. Cap. xij.

On iam doctor̄ vel medici vnct̄ ad eos ꝯſilio· ſȝ diſtrictione in eos iudiciarie p̄nūciatiōis iuehitur· ⁊ apoſtolica poteſtate reſūpta. de

lut e tribunali in ↄtemptores ſnīaȝ dic·
illa nēpe ptāte quā cū interminatōe ſcri
bens ad Corinthios a dn̄o ſibi aſſeruit
datā.cū eos in delicto poſitoſ ꝑmoneret
vt an̄ aduentū ſuuȝ ſemetipōs corrigere
feſtinarēt·ita ꝑcipiens. Rogo vos ne ꝑ
ſens cōpellar audere in qſdam ptāte illa
ꝗ data eſt mihi in vob. Et iteꝝ. Si eniȝ
voluero aliqd gloriari de ptāte quā de
dit mihi dn̄s in edificationē ⁊ nō in de
ſtructionē vr̄aȝ nō erubeſcā Jlla in quā
ptāte ꝓnunciat·ſi quis nō vult operari.
nec mānducet·nō gladio carnali eos ad
dicēs·ſȝ autoritate ſpūſſcti·hui⁹ vitę eis
intˀdicens ſubſtantiā· vt ſi forte penā fu
turę morꝗ mīme cogitantes· adhuc vel
lent amore ocij exiſtere cōtumaces.ſalteȝ
necītate natˀali cōſtricti ⁊ metu pn̄ꝗ inte
ritus·ſalutaria ꝑcepta ſuſcipe cogerētˀ.

**De eo ꝙ dicit audiuimus enim inter vos quoſdam ambulare inquiete. Cap·xiij·**

p Oſt tm̄ igitˀ rigorē euāgelice di
ſtrictionis· nūc iam cauſam ex
ponit·cur hˀ vniuerſa ꝑmiſerit.
Audiuim⁹ enī qſdam intˀ vos ambula
re inquiete.nihil operātes ſȝ curioſe agē
tes Nuſqꝫ eos q dediti eſſe operi nolūt·
vno tm̄ morbo corruptoſ ꝓnūciare ↄtēt⁹
eſt. Jn ꝑori namqꝫ epl'a inordinatos eos
appellat. nec ꝫm traditionem ambulare
quam accepant ab eo. Jnqetos etiam
eſſe definiuit·⁊ ꝗꝗ panē mānducare. Rur
ſum hic. Audiuim⁹ inqt quoſdam inter
vos ambulare inqete. Et ſbiūgit ſtatim
ſcd̄m languorē qui inqetudinis hui⁹ eſt
radix. Nihil inqt opantes. Tertium qȝ
morbū.q ex iſto velut qdam ramuſcul⁹
oritˀ.ſed curioſe agentes.

**Q̄ multa vicia amputet operatio. Ca.xiiij.**

i Taqꝫ fomiti viciorꝫ tantorꝫ cō
grua nunc emendationē cōfer
re feſtinat· ⁊ illa aplica q vſus
fuerat pauloan̄ depoſita ptāte.iterū ad
viſcera pij pr̄is vel clementꝗ reuertitˀ me
dici· ⁊ velut filijs ſuſceptiſqꝫ ſuis ↄſilio
salubri infert remedia ſanitatis dicens.

His autē q eiuſmodi ſunt denunciam⁹
⁊ obſecm⁹ in dn̄o ieſu· vt cū ſilentio ope
rantes panem ſuū mānducēt· Cauſas tā
torum vlcerꝫ q de radice ocioſitatꝗ emer
gūt· vno operatiōis ſalutari ꝑcepto cu
rauit vt peritiſſim⁹ medicorꝫ· ceteras qȝ
valitudines malas eodē ceſpite pullulā
tes ſciens ꝓtin⁹ extinguēdas·origīe mor
bi ꝑncipalis exempta.

**De humanitate etiam ocioſis et negligentibus impartienda. Ca.xv.**

n Jbilomin⁹ tm̄ vt ꝑſpicaciſſim⁹
ac ꝓuidus medic⁹. nō ſoluȝ in
firmantiuȝ cupit mederi vulne
rib.ſȝ etiā ſanis qb eorū poſſit ꝑpetua
ſoſpitas cuſtodiri·ſimilitˀ ↄgruētia pre
cepta cōmēdat dicēs. Uos aūt nolite de
ficere bn̄facietes Qui nos id eſt vias no
ſtras ſectātes·exempla vob tradita operꝗ
imitatiōe cōpletꝗ·ac neq̄qꝫ eorꝫ deſidiaȝ
inertiāqꝫ ſectami.nolite deficere bn̄faciē
tes.i. hūanitatē vr̄aȝ erga eos ſi forte ne
glexerint obſuare·q dixim⁹ ſiſitˀ impꝑtite
Ut caſtigauit g eos qui erāt infirmi· ne
ocio diſſoluti inquietudini ⁊ curioſitati
opam darēt·ita hos q ſani ſunt ꝑmonet
vt hūanitatē quā bonis ac malˀ impꝑtire
dn̄i ꝑcepto iubem̄·ſi forte qdaȝ praui ad
ſanā doctrinā conuti noluerit·nō abſci
dāt ab eis·ſȝ bn̄facere ⁊ fouerę eos tā cō
ſolationis ⁊ correptiōis ꝫmone·qꝫ bn̄fi
ciis ſolitꝗ ⁊ hūanitate non deſinant

**Q̄ non odij cauſa ſed dilectionis eos qui delinquūt corripere debeamus Ca.xvi.**

r Urſū tm̄ ne forte hac lenitate ꝓ
uocati qdaȝ ꝑceptꝗ ei⁹ obedire
ↄtemnant· intermiſcet aplicaȝ
ſeueritatē Qz ſi qs nō obedit vbo noſtro
ꝑ epl'aȝ hūc notate· ⁊ nolite cōmiſceri cū
illo · vt ↄfundatur Monēſqꝫ eos pro re
uerentia ſua et vtilitate communi quid
oporteat obſeruari·quaqꝫ cautione apo
ſtolica mandata cuſtodiant·ſubiūgit cō
feſtim patris indulgentiſſimi lenitatem·
⁊ vt filios ſuos quē erga ꝑdictos ꝓ cha
ritate fraternitatꝗ affectū debeāt retinere



ſimilitˀ docet. Et nolite inqt qſi inimicū
exiſtimare.ſȝ corripite vt fratrem. Seue
ritati iudiciarie paternā itermiſcuit pie
tatem· ⁊ ſententiā aplico rigore prolatā
clementi māſuetudine tempauit. Nam
⁊ notari iubet eū q obedire preceptꝗ ſuis
contempſerit. ⁊ cū illo non cōmiſceri · et
tm̄ hec fieri non odij vitio ꝑcipit· ſed fra
terne dilectionis ⁊ eorꝫ emendationis in
tuitu. Nolite inqt commiſceri cum illo.
vt confundatˀ· vt q non eſt meis ꝑceptis
mitib emendatus·ſaltē publica omniū
veſtrū ſegregatiōe confuſus· ad tramitē
ſalutis incipiat aliquādo reuocari

**Diuerſa teſtimonia quibus apoſtolus ꝑcipit operari debere vel ipſe operatus fuiſſe monſtratur Cap.xvij.**

i N epiſtola qȝ ad ephēſios d hˀ
ipō opere ita ꝑcipit dicēs. Qui
furabatˀ iam nō furetur·magis
autē laboret operando manib ſuis qd
bonum eſt· vt habeat vn̄ tribuat neceſſi
tatem patiēti· Jn actib etiā aplorūȝ hec
eadem nō ſolum docuiſſe eū·ſed etiā ope
re ꝑfeciſſe ſimilitˀ inuenimus. Nam cum
veniſſet corinthum. alibi ſe manere non
patitˀ.niſi apud aquilā ⁊ priſcillam · eo
ꝙ eiuſdem artꝗ eſſent opifices quaȝ ipſe
erat ſolitus exercere. Jta eī habes Poſt
hec paulus egreſſus ab athenis venit co
rinthum. et inueniens quendā iudeum
noīe aquilam ponticū genere. ⁊ ꝑſcillam
vxorē eius·acceſſit ad eos. eo ꝙ eiuſdem
eſſent artꝗ· ⁊ manebat cū eis ⁊ operabatˀ.
Erant enim ſcenofactorie artis.

**Q̄tm̄ operatus ſit apoſtolus quantū non ſibi ſoli. ſed etiam his qui cum eo erant poſſet ſufficere Cap.xviij.**

d Einde ꝓcedens miletū· ⁊ exinde
mittens ephēſum · conuocāſqꝫ
ad ſe ꝑſbiteros ephēſiorꝫ ecclię·
⁊ dans eis precepta quēadmodū regere
eccleſiā dei ſe abſente deberent·ait. Aurꝫ
⁊ argentum nullius concupiui. ipſi ſcitꝗ
qm̄ ad omnia ꝗ mihi opus erāt ⁊ his q
mecum ſunt miniſtrauerunt manus iſte
Oia oſtendi vob qa ſic laborantes opor
tet ſuſcipere infirmos·ac meminiſſe ver
bi domini ieſu.qm̄ ipſe dixit. Beati⁹ eſt
magis dare qꝫ accipere. Graue nob ſuę
conuerſatiōis reliquit exemplū .cū ſe nō
ſolū id operatum eſſe teſtatˀ qd neceſſita
ti tantummō ſui corporꝗ expediret.ſȝ etiā
qd vſib eorū q ſecum erāt poſſet ſuffice
re.his vicȝ q quotidie neceſſarijs miſte
rijs occupati· neq̄qꝫ ſibi parare ſimilitˀ
victū ſuis manib occurrebāt· Et ſic ad
theſſalonicenſes operatū ſeſe dixit· vt illˀ
formā daret ad imitandum eū. ⁊ hic tale
qd intulit dicens.

**Quemadmodū intelligi debeat beatius eſt magis dare qȝ accipe. C.xix**

Omnia oſtēdi vob.qa ſic laborā
tes oportet ſuſcipere infirmos
ſcȝ vel mente vel corpe.id eſt vt nr̄o poti⁹
labore ſumptuqꝫ operis ſudore queſito.
⁊ nō de abundantie cumulo ſeu repoſi
ta pecunia.ſȝ ne de aliena quidā largita
te ac ſubſtantia eos reficere feſtinem⁹ Et
hoc ipſum dn̄i dicit eſſe mandatū Qm̄
ipſe inqt dixit.id ē dn̄s ieſus. Beati⁹ eſt
magis dare qꝫ accipe. Hoc eſt impꝑtientꝗ
beatior largitas qꝫ accipientis penuria.
quę nō de pecunia ꝑ infidelitatē vel diffi
dentiā reſeruata· nec de reconditꝗ auari
cię theſauris impēditur · ſed ꝗ de fructu
operꝗ ꝓprij ⁊ pio ſudore ꝓfertˀ. Et iō bea
tius eſt magꝗ dare qꝫ accipe· qr cuȝ illius
q accipit is q tribuit habeat paupꝑtatē·
nihilomin⁹ labore ꝓprio nō ſolū ſuę ne
ceſſitati ſufficientiam · verūetiam qd tri
buat indigēti pia ſollicitudīe parare fe
ſtinat. duplici gratia decoratˀ· ꝙ ⁊ perfe
ctam nuditatē chriſti vniūſarꝫ rerꝫ ſuarꝫ
abiectiōe poſſideat. ⁊ munificentiā diui
tis labore ſuo exhibeat ⁊ affectu· Hic q
deȝ honorās deū de ſuis iuſtꝗ laborib ⁊
delibās ei de fructib iuſticię ſuę. ille vo
ocij torpore ⁊ inertia reſolut⁹ · indignuȝ
ſe eē etiā cibo pāis apli ꝓbat ſnīa·contra
eius ſcȝ interdictum ocioſus eum nō ſi
ne reatu peccati cōtumaciaqꝫ ꝑſumens

## De fratre deſidioſo qui alios egredi de cenobio ſollicitabat. Cap̄.xx.

n Ouimus fratrē cuiꝰ etiā nomē
ſi ampliꝰ aliq̇d ex h̄ inſtructio-
nis accederet ꝓderemꝰ · q̄ cū in
cenobio morarer̄.eū ꝗ neceſſitas coarta
ret. vt ſtatutū operꝫ penſum q̄tidie econo
mo traderet·ne in maiorē operꝫ modum
alicuiꝰ ꝓpenſiꝰ laborantꝫ tenderer̄ vl̄ cō-
funderer̄ exēplo·cū in cenobio quempiā
fratrū vidiſſet ingreſſum. q̇ ardore fidei
vellꝫ aliq̇d āpliꝰ operꝫ ↄſig̃re·ſi clādeſtiſ
eū perſuaſionibꝫ reuocare ab hmōi intē
tione mīme potuiſſet·conſilijs prauis ac
ſuſurrationibꝫ ad trāſmigrādū exinde
pſuadebat. Et q̊ eū faciliꝰ aſportaret · ſe
q̊ꝫ iam olī multꝫ ex cauſis offenſum ↄſin
gebat velle diſcedere·ſi ſolatiū itinerꝫ vel
comitis repperiſſet. Cūꝗ eū ad ↄſenſuꝫ
occultꝫ obtrectatiōibꝫ mōaſterij ꝑtraxiſſet·
ↄdicens ei horā q̄ de monaſterio deberet
exire· vl̄ locū q̊ ſe ꝓueniēs expectaret· ipē
velut ilico ſubſecuturꝰ ibidē ſubſiſtebat
Illoꝗ iā ꝑ diſceſſus ſui verecundia nō
audēte ad monaſteriū de q̊ aufugerat vl
teriꝰ aggregari· ille ex fuge eiꝰ in cenobio
reſidebat. Hoc vnū exemplū de iſtiꝰmo
di genere hoīm ꝓ incipientiuꝫ cautione
dixiſſe ſufficiat·q̊ pateat euidentiꝰ q̄nta
mala ocioſitas ſm̄ ſcripture ſniaꝫ ī mo
nachi mente parturiat· vel qu ēadmodū
corrūpāt bonos mores colloquia mala

## Diuerſa teſtimonia de ſalomone contra accidiam. Cap̄.xxi.

q Uod ocioſitatꝫ vitiū etiā ſapiē
tiſſimꝰ ſalomō euidētiſſime no
tat in multꝫ·ita dicens. Qui ſe-
ctatur ociū replebit̄ pauꝑtate. vel viſibi
li ſcꝫ vel inuiſibili · q̄ neceſſe eſt ocioſum
queꝗ ⁊ diuſis vitijs innolutū teneri· et
alienū ſꝑ exiſtere a contēplatione dei vel
diuitijs ſpiritalibꝫ·de q̇bus btūs apl̄us
Quia in oībꝫ inq̇t diuites facti eſtis in
illo. in omni v̄bo ⁊ in oī ſciā. De hac au
tem ocioſi pauꝑtate alibi q̊ꝫ ita ſcribit̄.
Et veſtiet̄ ↄciſſa veſte ⁊ pānoſa oīs ſōni
culoſus. Sine dubio enī nō merebitur
illo incorruptionis veſtimēto ornari·de
q̊ apl̄us p̄cipit. induite vos dn̄m ieſum
chriſtū. ⁊ iterum. induti lorica iuſticie et
charitatꝫ. ⁊ de quo etiā dn̄s ad hieruſa-
lem loquitur per ꝓphetam. exurge exurge
hierl̄m induere veſtimentꝫ gl̄e tue . q̊ſq̇s
ſomno ocij vel accidie ſuꝑatꝰ. non indu-
ſtrie ſue labore ſed inertie pannis opiri
maluerit. quos abſcidens de ꝑfecta ple-
nitudīe ⁊ corꝑe ſcripturaꝝ·nō veſtimtū
gl̄e nec decorꝫ· ſꝫ ignominioſū excuſatio
nis velamen ſue coaptabit ignauie So
lent enī hi qui ſunt hac ſegnicie diſſolu-
ti·nolentes oꝑe manuū ſuarū ſuſtentari.
quod apl̄s indeſinent̄ exercuit vel nobiſ
exercere p̄cepit·quibuſdam vti teſtimo-
nijs ſcripturarū. quibus quoddam iner
tie ſue velamen imponant. dicentes ſcri-
ptum eſſe Operamini nō cibuꝫ q̊ perit.
ſed qui permanet in vitam eternam. Et
meus cibus eſt vt faciam voluntatē pa-
tris mei. Sed hec teſtimonia panni qui-
dam ſunt de ſolida euangelice lectionis
plenitudine abſciſi · ⁊ ad hoc aſſuuntur
vt contegant potius ignominiam ocio-
ſitatis ac verecundie noſtre· q̊ꝫ vt caleſa
ciant ⁊ exornent nos illa precioſa veſte ꝑ
fectaꝗ virtutum quā in prouerbijs mu
lier illa ſapiens que fortitudine ⁊ decore
induta eſt vel ſibi vel viro ſuo feciſſe de-
ſcribitur · de qua etiam conſequent̄ in-
fert̄ Fortitudine ⁊ decore induta eſt· ⁊ le
tata eſt in diebus nouiſſimis. De hoc in-
ertie morbo rurſus idem Salomon ita
commemorat. Uie nihil operantiū ſtra
te ſunt ſpinis·id eſt illis ac ſimilibus vi-
tijs que apoſtolꝰ in ſuperioribꝫ de ocio
pullulare prefatus eſt·Et iterum·In de
ſiderijs eſt omnis ocioſus. De quibus
apoſtolus cōmemorauit dicens. Et nul
lius aliquid deſideretis. Et ad extremū.
Multa mala enī docuit ocioſitas. Que
euidenter apoſtolꝰ in his q̄ ſupra expo-
ſuimus enumerauit dicens. Nihil ope-
rantes. ſꝫ curioſe agentes. Huic q̊ꝫ vi-
tio ſubiūxit aliud. Et operā detꝫ vt q̇eti



ſitꝫ. Et deinde. vt vr̄a negocia agatis · et
vt honeſte ambuletꝫ ad eos q̇ forꝫ ſunt· ⁊
nullius aliq̇d deſideretꝫ. Quos etiā in-
ordinatos ac rebelles notat. ab his ſtu-
dioſos q̊ſꝗ ſegregari p̄cipiens. Ut ſub
trahatꝫ vos inq̇t ab oī frē ambulāte in-
ordinate· ⁊ nō ſm̄ traditionē quā accepe
runt a nob̄.

## Q̄ꝑ egiptū fratres ita ſuis manibus oꝑatur vt nō ſolū ꝓprijs neceſſitatibꝰ ſatiſfa ciant ſꝫ etiā his qui in carceribꝰ ſunt ſubminiſtret. Cap̄. xxij.

h Is itaꝗ exēplis ꝑ egyptuꝫ pa-
tres eruditi. nullomō ocioſos
eſſe monachos ac p̄cipue iuue
nes ſinūt. actū cordis ac ꝓfectū patie et
humilitatꝫ ſedulitate opiſ metiētes. et nō
ſolū a nullo q̇cq̊ꝫ ad vſum victꝰ ſui acci
pere patiūt̄. ſed etiā de laboribꝫ ſuis non
tm̄ ſuꝑuenietes ac ꝑegrinos reficiūt frēs
verūetiā ꝑ loca libye q̄ ſterilitate ac fame
laborāt·necnō etiam ꝑ ciuitates his qui
ſqualore carceꝝ ↄtabeſcunt·immanem
ↄferentes dirigūt alimonie victuſꝗ ſub
ſtātiā·de fructu manuū ſuaꝝ rationabi-
le ac verū ſacrificiū dn̄o tali oblatione ſe
offerre credētes

## Q̄ ocij cauſa faciat in partibus occidentis nō eſſe cenobia monachorū. Cap̄. xxiij

h Inc eſt q̊ in his regionibꝫ nll̄a
videmꝰ monaſteria tāta fratrū
celebritate fūdata. q̊ꝛ nec operū
ſuoꝝ facultatibꝫ fulciunt̄· vt poſſint ī eiſ
iugit̄ ꝑdurare. ⁊ ſi eiſ ſuppeditare quoq̊
mō valeat ſufficiētia victꝰ alteriꝰ largita
te· voluptas tm̄ ocij ⁊ ꝑuagatio cordis
diutiꝰ eos in loco ꝑſeuerare nō patitur.
Unū h̄ eſt apud egyptuꝫ ab antiq̇s p̄ribꝫ
ſancta ſn̄ia. operantē monachū demone
vno pulſari. ocioſum v̄o innumerꝫ ſpiri
tibꝫ deuaſtari.

## De abbate paulo qui ſingulis annis omne opus manuum ſuarum igne ſuppoſito concremabat. Ca. xxiiij

d Eiꝗ abbas paulꝰ ꝓbatiſſimꝰ
patꝝ cū in heremo vaſtiore cō-
ſiſtēs q̄ porphirio nuncupatur
palmaꝝ fructibꝫ ⁊ horto modico ſecurꝰ
haberet ſufficienteꝫ alimonie ſue victꝰꝗ
ſubſtātiā·nec poſſet aliq̇d aliō vn̄ ſuſtē-
taret̄ operꝫ exercere·eo q̊ ab opidis et ha
bitabili t̄ra ſeptē māſiōibꝫ vl̄ eo ampliꝰ
deſ̄ti illiꝰ ſepararetur habitatio · pluſꝗ
expeteretur ꝑ mercede vecture q̊ꝫ valere
poſſꝫ p̄ciū operꝫ deſudati · collectꝫ palma
rū folijs quotidianū penſuꝫ velut ex ī dō
ſuſtentādus a ſemetip̄o iugit̄ exigebat.
Cūꝗ oꝑe totiꝰ anni antrū eiꝰ fuiſſꝫ im-
pletū·id qō ſollicita cura laborauerat ſi-
gulis annis ſuppoſito igne ↄcremabat.
intm̄ ꝓbans ſine opere manuū nec in lo-
co poſſe monachū ꝑdurare·nec ad perfe
ctionis culmē aliq̄n cōſcendere. vt cuꝫ h̄
fieri neq̄q̊ꝫ neceſſitas victꝰ exigeret. ꝓ ſo-
la purgatione cordis ⁊ cogitationū ſoli
ditate ac ꝑſeuerātia celle. vel accidie ipiꝰ
demonūꝗ victoria ⁊ expugn̄tiōe ꝑficeret

## Uerba abbatiſ moyſi q̄ dixerit mihi de remedio accidie. C·xxv

c Um incipiēs in heremo cōmo-
rari abbati moyſi oīm ſāctorū
ſūmo dixiſſē me egritudīe acci-
die heſt̄no die grauiſſime fuiſſe ↄfectū·nec
ab ea potuiſſe alias liberari· niſi ad abbtē
paulū ꝓtinꝰ cucurriſſem·ille. Non te ait
ab ea liberaſti· ſꝫ magꝫ ei te deditū ac ſb-
ditū p̄buiſti Grauiꝰ ei te vt deſ̄torē ac fu
gitiuū deinceps aduſariꝰ impugn̄bit·quē
de ↄflictu ſuꝑatū ꝓtiꝰ aufugiſſe ↄſpexit·
niſi de cet̄o cōmiſſa ↄgreſſione nō deſer-
tiōe celle vel ſomni torpore ingruētes eſtꝰ
eiꝰ ad horā euaporare maluerꝫ. ſꝫ toleran
tia potiꝰ ⁊ ↄflictu didicerꝫ tūꝑhare Un̄
exꝑimēto ꝓbatū eſt accidie īpugn̄tiōꝫ nō
declinādo fugiēdā. ſꝫ r̄ſiſtēdo ſuꝑandā

## Explicit de ſpū accidie liber decimus. Incipiūt capitula libri vndecimi de ſpū cenodoxie


Proemium Ca.i.
ij De cenodoxia nō ſolū ī par
te carnali ſed etiā in ſpirita-
li monachū pulſet.
iij De cenodoxia multiplex ſit ac mſ̄
tiformis

iiij Quomõ monachũ cenodoxia a dextris ⁊ a ſiniſtris impugnet.
v Qua compatione monſtret᷑ natura cenodoxie
vi Qꝫ cenodoxia nec bñficio ſolitudinis extinguatur
vij Qꝫ cenodoxia cum deiecta fuerit acrius reſurgat ad luctamen.
viij Qꝫ cenodoxia nec heremo nec etate deferueat
ix Qꝫ cenodoxia piculoſioꝛ ſit ꝟtutibus mixta.
x Exemplum regis ezechie queadmodum telo cenodoxie deiectꝰ fuerat.
xi Exemplum regis Ozie eiuſdem moꝛbi labẽ ſupati
xij Diuerſa teſtimonia ꝯ cenodoxiã
xiij Quibus modis cenodoxia mõachum pulſet
xiiij Quemadmodũ clericatꝰ gradũ ſuggerat ambiendum.
xv Quõ cenodoxia mentẽ inebꝛiet.
xvi Qꝫ aliter vicia curari non poſſũt niſi eoꝛũ radices ⁊ cauſe fuerint publicate
xvij Qꝫ monachus debet vitare mulieres ⁊ epiſcopos.
xviij Remedia quibꝫ cenodoxiã vitare poſſimus

**Expliciunt capitula Incipit liber vndecimus de ſpiritu cenodoxie. Cap̃. pꝛimum.**

s **Eptimũ** nobis certamen eſt contra ſpũm cenodoxie. quaꝫ nos vanam ſiue inanẽ gloriaꝫ poſſumꝰ appellare· multifoꝛme varium atqꝫ ſubtile· ita vt quibuſlibet perſpicaciſſimis oculis ñ dicam caueri· ſed puideri depꝛehendiqꝫ vix poſſit.

**Qꝫ cenodoxia nõ ſolũ in parte carnali ſed etiã in ſpiritali monachum pulſet. Cap̃. ij.**

n On ſoluꝫ enĩ vt cetera vicia in pte carnali· ſed etiã in ſpiritali monachũ pulſat· ſbtilioꝛe ſe nequitia ingerẽs menti. ita vt q̇ non potuerint carnalibꝫ vitijs decipi· ſpiritalibus ſucceſſibꝫ acriꝰ ſaucient᷑. tantoqꝫ eſt pniciosioꝛ ad ꝯflictuꝫ q̃to obſcurioꝛ ad cauendũ. Oim nãqꝫ vitioꝛuꝫ manifeſtioꝛ aptioꝛqꝫ congreſſus eſt. et in vnoq̊qꝫ eorum ꝯdictione rigida cõfutatꝰ incentoꝛ inualidioꝛ factus abſcedet· victoꝛemqꝫ ſuũ deiectꝰ aduſariꝰ deinceps infirmioꝛ attẽptabit. Hic ꝟo moꝛbꝰ cũ ꝑ elatiõe carnali pulſauerit mẽtẽ· ⁊ fuerit rſpõſionis ſcuto repulſus· rurſus vt quedã mꝉtiformis neq̃tia ꝑoꝛe habitu perſonaqꝫ mutata ſub ꝟtutũ ſpecie victoꝛẽ cõfodere ⁊ ingulare pertẽptat.

**Qꝫ cenodoxia multiplex ſit ac multifoꝛmis. Cap̃. iij.**

e Tenim cetera vicia ſeu pturbationes vniformes ac ſimplices eſſe dicunt᷑. hec vero multiplex ⁊ mꝉtifoꝛmis ac varia vndiqꝫ bellatoꝛi ⁊ ex oĩ parte victoꝛi occurrens. Nã et ĩ habitu ⁊ in foꝛma· ĩ inceſſu. in voce· ĩ ope· in vigilijs· in ieiunijs· in oꝛatiõe· ĩ remotione· in lectõe· in ſcia· in taciturnitate· ĩ obedientia· in hũilitate· in longaminitate militẽ chꝛiſti vulnerare conat᷑· ⁊ velut q̇dam perniciosiſſimꝰ ſcopulus tumentibus vndis obtectꝰ· impuiſum ac miſerabile naufragiũ ſcdo nauigantibꝰ vento dũ non cauet᷑ nec ꝑuidet᷑ importat.

**Quomõ monachũ cenodoxia a dextris et a ſiniſtris ĩpugnet. C. iiij.**

i Tacqꝫ via regia volentẽ incedere p arma iuſticie q̃ a dextris ſunt ⁊ a ſiniſtꝛꝭ· opoꝛtet apſtica diſciplina tranſire ꝑ gloꝛiã et ignobilitatẽ· per infamiã ⁊ bonã famaꝫ. ⁊ tanta cautiõe inter tumẽtes temptationum fluctus gubernãte diſcretiõe ⁊ flãte nobis ſpũ dñi. iter dirigere ꝟtutis. vt dextra leuaqꝫ ſi paululũ deflectamꝰ. ſciamus nos perniciosis moꝛ cautibꝰ illidẽdos. Jõqꝫ per ſapientiſſimũ ſalomoneꝫ



monemĩ. Ne diũtarꝭ ad dexterã neqꝫ ad ſiniſtrã. i. ne tibi de ꝟtutibꝰ blandiaris. ⁊ dextris ſucceſſibꝰ ac ſpiritalibꝰ extollaris· nec deflectens ad ſiniſtrũ tramitẽ vitioꝛũ. ſm apſum gloꝛiam tibi ex eis ĩ tua ꝯfuſione conq̇ras. Nam cui ſub ſpecie ſuccincte veſtis ac nitide cenodoxia non potuit generari· ꝑ ſqualida ⁊ inculta ac vilioꝛe conat᷑ inferri. Quẽ non potuit p honoꝛẽ deijcere· humilitate ſupplantat. Quẽ ſcie ⁊ elocutiõis oꝛnatu neq̇uit extollere. grauitate taciturnitatꝭ elidit. Si ieiunet in palã gl̃a vanitatꝭ pulſat᷑. Si illud cõtemnẽde gloꝛie cauſa cõtexerit. eodem vitio elatiõis obtundit᷑. Ne vane gloꝛie cõtagio maculet᷑· oꝛationes ꝓlixas ſub fratꝝ vitat celebꝛare cõſpectu. ⁊ quod eas latenter exerceat. nullumqꝫ habeat ꝯſciũ facti nõ effugit aculeos vanitatis.

**Qua cõparatione monſtretur natura cenodoxie. C. v.**

p Ulcre ſenioꝛes nr̃i naturã ſmoꝛbi huiꝰ in modũ cepe bolboꝝqꝫ deſcribũt. que vno decoꝛticata tegmine. alio rurſum inueniũt᷑ induta· totienſqꝫ repiunt᷑ obtecta· quotiens fuerint expoliata·

**Qꝫ cenodoxia nec bñficio ſolitudis extinguat᷑.**

i N ſolitudinẽ q̊ꝫ cun **C. vi.** ctoꝝ moꝛtalium conſoꝛtia gl̃ie cauſa fugientẽ. pſeq̇ nõ deſiſtit Quãtoqꝫ ampliꝰ vniũſum q̇s vitauerit mundũ· tanto eũ acriꝰ inſequit᷑. Aliuꝫ qꝺ patientiſſimus ſit operꝭ ac laborꝭ· aliũ qꝺ ad obediendũ ꝓmptiſſimꝰ· aliuꝫ qꝺ humilitate ceteros ꝑ̃ponderet conat᷑ extollere. Alius ſcie· alius lectionis· aliꝰ vigiliaruꝫ ꝓlixitate temptatur. Nec alias queq̃ꝫ hic moꝛbꝰ niſi ſuis nitit᷑ ꝟtutibꝰ ſauciare· in his offendicula tendẽs interitus· in quibꝰ vite ſtipendia conq̇runt᷑. Uolentibꝰ quippe iter pietatis ac perfectiõis ĩcedere· non alibi ĩimici ĩſidiãtes niſi in via q̃ ambulãt laqueos deceptionis abſcondũt· ſm illam beati dauid ſententiam· in via hac qua ambulabaꝫ abſconderũt laqueũ mihi· vt in hac ipa ſcꝫ ꝟtutum via qua gradimĩ tendentes ad bꝛauium ſupne vocatiõis nr̃is elati ſucceſſibꝰ coꝛruamus· obligatiſqꝫ pedibus aĩe nr̃e concidamus cenodoxie laqueis cõpediti. Et ita fit vt q̇ aduerſarij cõflictu non potuimus ſupari· nr̃i triumphi ſublimitate vincamĩ· ſeu certe quod eſt etiaꝫ aliud deceptionis genus· vt excedẽtes continẽtie vel noſtre poſſibilitatꝭ modum· ꝑſeuerantiaꝫ nr̃i curſus infirmitate coꝛpoꝛis intercedente perdamus.

**Qꝫ cenodoxia cũ deiecta fuerit acrius reſurgat ad luctamen**

o Mnia vitia ſupata **Ca. vij** marceſcũt. ⁊ deuicta p ſinglos dies infirmioꝛa reddunt᷑· ⁊ vel loco vel tpe minuunt᷑ atqꝫ deferuent· ſeu certe a contrarijs ꝟtutibꝰ diſſidentia vꝉ cauent᷑ facilius vel vitantur. hoc ꝟo deiectum acrius reſurgit ad luctam· ⁊ cuꝫ putat᷑ extinctũ ſua moꝛte viuacuis conualeſcit. Cetera genera vitioꝛũ eos tãtũ impugnare ſolent q̊s in certamĩe ſupauerint. hoc vero ſuos victoꝛes acriꝰ inſectatur. Quãtoqꝫ fuerit validius eliſum· tãto vehementius victoꝛie ipĩus elatiõe cõgredit᷑. Et hec eſt ſbtilis inimici ꝟſutia· vt militem chꝛiſti ꝓprijs faciat telꝭ occumbere. quẽ hoſtilibꝰ armis ſupare ñ potuit

**Qꝫ cenodoxia nec heremo nec etate deferueat. Ca. viij.**

a Lia interdũ vitia ſicut diximꝰ etiã locoꝛũ beneficio conq̇eſcũt ⁊ materia peccati vel oppoꝛtunitate eius ⁊ occaſione ſubtracta lenteſcere ſolent ⁊ minui. hoc ꝟo cũ fugiente deſerta penetrat· nec loco nouit excludi· nec extrinſecus materia ſubtracta marceſcere. Non enim aliunde q̃ꝫ ꝟtutum eius quẽ impetit ſucceſſibꝰ animat᷑. Quedaꝫ etiã ꝓceſſu tpis vt pꝛefati ſumus intꝺũ molliunt᷑ atqꝫ vaneſcunt. huic longeuitas niſi fuerit induſtria ſolerti ac pꝛudẽti diſcretione fundata· non ſolũ nõ officit· verumetiã maioꝛa nouit fomenta cõgerere vanitatꝭ

**Qꝫ cenodoxia piculoſioꝛ ſit virtutibꝰ mixta. Ca. ix.**

p Oſtremo cetere ꝑturbationes
a contrarijs ſibi ꝟtutibus diſ-
ſidetes. ⁊ ex apto tanq̃ die cla-
ro bellantes et ſuperant' facilius ⁊ cauen
tur. hec autē virtutibus inſerta ⁊ aciei
permixta velut in nocte ceca dimicans.
atrocius inopinatos decipit ⁊ incautos

## Exemplū regis ezechie quem admodū telo cenodoxie deiectus fuerat. Cap. x.

i Ta nanq̃ ezechiam regē iude
virū in omnibus conſummate
iuſticie. ⁊ ſanctarum ſcriptura
rum teſtimonio cōprobatum. poſt innu-
mera virtutum preconia vno elationis
telo legimus fuiſſe deiectum. ⁊ qui inter
netionem centum octoginta quinq̃ miliū
de exercitu aſſyriorum. angelo ſub nocte
vaſtāte vna ꝓce valuit ipetrare. vanita
tis gloriatione ſuperatur. Cuius vt pre
teream virtutum tam prolixum catalo-
gum quem replicare ꝓlongum eſt. hoc
vnum dicam Qui poſt interdictum ter
minum vite mortiſq̃ diem dn̄i ſentētia
prefinitū. quindecim annis vite metas
excedere vna oratione ꝓmeruit. ſole ꝑ de
cem gradus quos ad occaſum tendens
iam illuſtrauerat revertente. qui lineas
quas abſceſſu eius vmbra ſubſequens
occuparat. ſuo rurſum reditu fugās du
plicatum diē vniu͛ſo orbi ꝯtra fixas na
ture leges inaudito miraculo prebuit.
poſt tanta tamq̃ incredibilia ſigna. poſt
tam immania documenta ꝟtutum. qua
liter fuerit ſucceſſib' ſuis eliſus. audi ſcri
pturam narrantē. In dieb' inquit illis
egrotauit ezechias vſq̃ ad mortē. ⁊ ora-
uit dn̄m ⁊ exaudiuit eū ⁊ dedit ei ſignū
illud ſcꝫ quod legimus de ſolis datū eſſe
reditu ꝑ yſaiam ꝓphetam in q̄rto regno
rum libro. ſed non inquit ſcd̄m bn̄ficia
que acceperat retribuit ei. q2 eleuatū eſt
cor eius. ⁊ facta eſt contra eum ira. ⁊ con-
tra iudam ⁊ hieruſalem. humiliatuſq̃
eſt poſtea eo q2 exaltatū eſſꝫ cor ei⁹. tā ipſe
q̃ habitatores hier'lm. ⁊ idcirco non ve
nit ſup eos ira dn̄i in diebus ezechie. Q
ꝑniciosſus q̃ grauis eſt elatiōis morb'.
Tante iuſticie tante ꝟtutes tanta fides
atq̃ deuotio. q̄ naturam ipſam ac totiuſ
mundi leges immutare meruerunt vna
elatione deperunt. ita vt vniu͛ſis ꝟtutib'
ſuis ac ſi non fuiſſent obliuioni traditis
iram dn̄i confeſtim ſuſcepiſſet. niſi eam
reſumpta humilitate placaſſet. vt q̄ de
tam excelſo meritorū faſtigio elatiōe im-
pellente ceciderat. non niſi ꝑ eoſdē rur
ſum humilitatꝭ gradus ad amiſſum cul
men aſcenderet Uis aliud q̄ꝫ exemplū
ſimilis ruine percipere.

## Exemplum regis ozie eiuſdem morbi labe ſuperati. Cap. xi.

o Zias huius quē cōmemorauī-
mus regis attauus. in omnib'
q̄ꝫ ipſe ſcripture teſtimonio col
laudatus. poſt ingentia ꝟtutū ſuaꝝ ꝓ-
conia. poſt innumeros triumphos q̄s de
uotiōis ac fidei ſue merito perpetrauit.
diſce qualiter ſit vane glorie elatiōe de-
iectus. Et egreſſum eſt inquit nom̄ ozie
ꝓpter q̄d auxiliaret' ei dn̄s ⁊ corroboraſ
ſet illum. Et cum roboratus eſſet; eleua-
tum eſt cor eius in interitū ſuū. ⁊ neglex
it dn̄m deū ſuū. Cernis aliud exēplū rui
ne grauiſſime. ⁊ cōſpicis duos viros tā
iuſtos tamq̃ ꝑfectos triumphis ſuis at
q̃ victorijs fuiſſe confectos Un̄ videtis
q̃ ꝑnicioſi rerū ſecundarum ſoleant eſſe
ſucceſſus. ita vt qui non potuerūt aduer
ſis frāgi. ꝓſperis ſi incauti fuerint acri⁹
elidant'. ⁊ qui in cōflictu atq̃ acie mortꝭ
euaſerūt diſcrimina. trophęis ꝓprijs tri-
umphiſq̃ ſuccumbant.

## Diuerſa teſtimonia contra cenodoxiam. Cap. xij.

i Deo apl'us monet. Nolite fie-
ri inanis glorie cupidi. Et dn̄s
phariſeos caſtigans. Quō in-
quit vos poteſtis credere q̄ gl'iā ab inui
cem accipitis. et gloriā que a ſolo deo eſt
nō queritis. De his ⁊ beatus dauid cū
interminatione dicit. Quoniam deus
diſſipauit oſſa eoꝝ qui hominib' placent.



## Quibus modis cenodoxia monachum pulſet. Cap. xiij.

ſ Olet etiā incipientiū mentes. ⁊
eorū qui minus adhuc vel vir-
tute animi vel ſcientia ꝓfecerīt.
aut ꝓpter ſonū vocis extollere. q̄d ſcilicꝫ
modulatius pſallāt. aut q̄d ſint exeſis
carnib' vel corpore lautiores. aut q̄d pa
rentes diuites aut nobiles habeāt. l' q̄d
militiā honoreſq̃ contempſerint. Inter-
dum etiā dignitates ⁊ opes q̄ forte nec
apprehendi q̄dē aliq̄n potuiſſent. ꝑſua-
det quempiam ꝑfacile fuiſſe adepturū
ſi ꝑſeueraſſet in ſeculo. vana ſpe etiā de
incertis inflans eum. ⁊ de his que nun-
q̃ poſſedit. velut qui ea cōtempſerit glo
ria vanitatis extollens.

## Quemadmodū clericatus gradum ſuggerat ambiendum. C. xiiij.

o Nnunq̃ vero cleri-
cat⁹ gradum ⁊ deſideriū p̄ſbite
rij vel diaconatus imittit Quē
ſi vel inuitus fuiſſet indeptus. tāta exple
turum ſanctitate ac rigore depīgit. vt ce
teris q̄ꝫ ſacerdotib' prebere potuerit ſan
ctitatis exempla. dein multos non ſolū
conu͛ſationis forma. verūetiam doctrīa
ſua ſermoneq̃ lucraturū. Facit etiam in
ſolitudine vel in cellula cōmorantē. diu͛
ſorum domos ac monaſteria mente atq̃
animo circūire. ⁊ plurimoꝝ ꝯuerſiones
ſub incitamento imaginarie exhortatio-
nis acquirere. Agit' itaq̃ infelix aīa tali
vanitate velut ꝓfundiſſimo ſopore delu
ſa. vt plerūq̃ huiuſmodi cogitationum
illecta dulcedine. ⁊ his oppleta ſimula-
cris. ne p̄ſentes quidem actus vl' fratres
valeat contemplari. dū his q̄ cogitatio-
num peruagatione vigilans ſomniauit.
delectatur inherere quaſi veris

## Quomodo cenodoxia mentē inebriet. Cap. xv.

m Emini cuiuſdā ſenis cū ī here-
mo ſcithij cōmorarer. Qui cū
ad cellā cuiuſdam fratris ḡtia
viſitatiōis adueniēs oſtio ap̄ꝓximaſſet.
audiſſetq̃ eū quiddam obmurmurātē
intrinſecus. paululū ſubſtitit. cognoſce
re volens q̄dnam de ſcripturis legeret.
vel ſicut eſt morꝭ operās memorit' recēſe-
ret. Cūq̃ pijſſimus explorator aure dili-
gent' applicita curioſius auſcultaret. ita
eū repperit hui⁹ ſp̄us impugnatiōe pel-
lectū. vt in eccleſia facere ſe crederet exhor
tatoriū plebi ſermonē Cūq̃ ſubſiſtēs ſe
nex audiſſet eū finiſſe tractatū. ⁊ mutato
rurſum officio celebrare velut diaconū
cathecuminis miſſam. tunc demū pulſa
uit oſtiū. Qui egreſſus occurrenſq̃ ſeni
veneratiōe ſolita. introducenſq̃ eū quā
olim venerit cogitationū ſuaꝝ conſcia
remordente ꝑq̄rit. ne ſcꝫ diu⁹ ſtans ad
oſtiū iniuriā ꝑtuliſſet. Iocularit' ſenex ḡ
teq̃ reſpondit. modo inquiens veni. q̄n
tu miſſam cathecuminis celebrabas.

## Q aliter vicia curari non poſſint niſi eorum radices et cauſe fuerint publicate. Cap. xvi.

b Ecidcirco inſerere huic opuſ-
culo neceſſariū duxi. vt de im
pugnationū vi atq̃ ordine vi
tioꝝ quib' miſerabilis aīma laceratur.
nō ſolū ratiōe ſꝫ etiā exemplis inſtructi.
ad deuitandos laqueos ⁊ m'ltiplices de
cipulas inimici cautiores eſſe poſſimus.
Ita nanq̃ indifferēt' hec ab egyptijs p̄ri
bus ꝓferuntur in medium. vt oīm vitio
rum certamina vel illa q̄ patiunt' vel il-
la q̄ paſſuri ſunt iuniores relatione ſua
tanq̄ q̄ adhuc ea ſuſtineant apud eos
detegāt atq̃ denudent. quo exponētib'
eis illuſiōes oīm paſſionū q̄cūq̃ incipi-
entiū ſunt ac feruentiū ſp̄ū. colluctatio
num ſuaꝝ archana cognoſcāt. ⁊ ea tāq̄
in ſpeculo contemplantes. ⁊ cauſe vitio
rum q̄bus pulſant' ⁊ remedia doceātur.
futuroꝝ q̄ꝫ certaminū cōgreſſib' anteq̄
ſupueniant eruditi. q̄liter p̄cauere et oc-
currere eis vel cōfligere debeāt inſtruāt'.
Ut ſolent ꝑitiſſimi medicoꝝ non ſolum
mederi p̄ſentib' morbis. verūetiam futu
ris peritia ſagaci occurrere. eoſq̃ p̄ceptꝭ
vel pocul' ſalutarib' p̄uenire. ita hi q̄ꝫ ve
riſſimi animarū medici emerſuras vali-

tudines cordiū ſpiritali collatiōe velut
q̄dam celeſti antidoto preuecātes· in iu-
niorum mentib᷒ nō patiunt̄ adoleſcere·
ſpientes eis ⁊ cauſas imminētiū paſſio-
num ⁊ remedia ſanitatū.

## Q̄ monachus debet vitare mu lieres et epiſcopos. Ca.xvij.

q Quapropter hec eſt antiq̄ patrū
permanens nunc vſq̧ ſnia· quaȝ
proferre ſine mea cōfuſione non
potero· q̄ nec germanā vitare potui nec
epi euadere manus· omnimodis mona
chū fugere debere mlieres ⁊ epos· Neu
ter enim ſinit eū quem ſemel ſue familia-
ritati deuinxerit· vel quieti cellule vlteri᷒
operam dare vel diuine theorie p ſctāꝝ
reꝝ intuitū puriſſimis oculis inherere.

## Remedia quibus cenodoxiā vitare poſſimus. Ca.xviij.

i Deoq̧ athleta chriſti q̄ verum
ac ſpiritalem agonē legitie cer-
tare deſiderat· hāc multiformē
variamq̧ beſtiam omīmodis ſuparе fe-
ſtinet. Quā nobis ex oī parte velut mul
tiplicem neq̄tiam occurrentem tali reme
dio poterim᷒ euadere· vt cogitātes illud
dauiticū eloq̄ū· dn̄s diſſipauit oſſa eoꝝ
q̄ homib᷒ placent· pmitus nihil ꝓpoſito
vanitatꝭ ⁊ inanis glē capeſſēde gr̄a noſ-
metipoſ facere pmittam᷒. Deinde ea q̄
bono initio fecerim᷒ obſuatiōe ſili cuſto
dire nitam̄· ne oēs laboꝝ nr̄oꝝ fructus
poſt irrepens cenodoxie morb᷒ euacuet.
Quicq̄d etiam in conuerſatiōe fratrum
mīme cōmunis vſus recipit vel exercet.
oī ſtudio vt iactātie deditū declinem᷒·
⁊ ea q̄ nos pn̄t iter ceteros notables red-
dere ac veluti ſol' facientib᷒ laus apd̄ ho
mines ſit ꝯq̄renda vitem᷒. His enī vel
maxīe indicijs cenodoxie letale ꝯtagiuȝ
nob inherere monſtrabit'. Qd̄ facillime
poterim᷒ effugere· ſi ꝯſiderem᷒ non ſolū
fructū laboꝝ nr̄oꝝ nos penit᷒ amiſſuros
q̄ſcunq̧ cenodoxie ꝓpoſito fecerim᷒· ſed
etiā reos magni crimīs factos eťna ſup-
plicia velut ſacrilegos ſoluturoſ. vtpote
q̄ ad iniuriā dei opus qd̄ ei᷒ obtētu nos
oportuit agere· hoīm gr̄a maluim᷒ exerce
re. ab eo q̄ occultoꝝ eſt ꝯſci᷒ hoīes deo ⁊
gl'am mūdi glē dn̄i pretuliſſe conuicti

## Explicit de ſpū cenodoxie liber vndecimus. Incipiūt capitula libri duodecimi de ſpiritu ſuperbie. Cap̄.primum.

Proemium.
ij Q̄ ſupbie duo ſint genera
iij Q̄ ſupbia omnes pariter
virtutes auferat.
iiij Q̄ ob ſupbiā lucifer ille de arch-
angelo factus eſt diabolus
v Q̄ fomites vitioꝝ omniū de ſu-
perbia pullulent.
vi Q̄ ſupbie vitium ſit in ordīe col
luctationis extremū· tpe tamen
et origine primum ſit.
vij Q̄ tm̄ ſit maluȝ ſuperbie vt ip̄m
deū aduerſariū hr̄e mereatur
viij Quemadmodū deus ſuperbiaȝ
diaboli ꝟtute humilitatꝭ extixe-
rit· ⁊ diuīſa ſup hoc teſtimonia.
ix Quemadmodū nos q̄ȝ ſupbiā
ſupare poſſimus.
x Q̄ nemo poſſit pfectionem ꝟtu
tum, vel pmiſſam btitudinem
ſuis tm̄ viribus obtinere
xi Exemplū latronis ſiue dauid vł
vocationis noſtre ad dei gr̄am
demonſtrandam
xij Q̄ nullus ſit labor q̄ poſſit repro
miſſe beatitudini compari.
xiij Traditio ſenioꝝ de conſequen-
da puritate
xiiij Q̄ adiutoriū dei laborantib᷒ tri
buatur
xv A quibus pfectionis viam diſce
re debeamus
xvi Nō poſſe nos ſine miſericordia
⁊ inſpiratione dei ad ip̄m labo
rem obtinende pfectionis acce-
dere.
xvij Teſtimonia diuerſa quibus eui
denter oſtendit' nihil poſſe nos
quod ad ſalutē noſtrā pertinet
ſine adiutorio dei perficere



xviij Q̄ non ſolū in naturali cōditiōe.
ſed etiaȝ in quotidiana diſpen-
ſatione dei gratia muniamur.
xix Q̄ hec fides ab antiq̄s patribus
ſit tradita de gratia dei
xx De eo q̄ ꝓpter blaſphemiā tradi
tus eſt immundiſſimo ſpiritui.
xxi Exemplū ioab regis iude q̄ oſtē-
ditur q̄d ꝓpť ſupbiā meruerit
xxij Omnē aīam ſupbam ſubdi ſpi-
ritalibus nequitijs illudēdam.
xxiij Q̄ pfectio attingi niſi humilita
tis virtute non poſſit
xxiiij Quos ſpiritał ſupbia pulſet q̄ſ-
q̧ carnalis
xxv Deſcriptio carnalis ſupbie vel
q̄ mala in monachi mente par-
turiat·
xxvi Q̄ male fundatus q̄s ad deterio
rem ſtatū quotidie ꝓlabatur
xxvij Expoſitio vitioꝝ que p morbuȝ
ſuperbie generantur.
xxviij De fratris cuiuſdam ſuperbia.
xxix Indicia quibus ſupbia carnał
aīme ineſſe cognoſcatur.
xxx Tepefactus quis p ſupbiā alijs
quoq̧ preeſſe deſideret
xxxi Quomō ſupbiam vincere vł ad
pfectionē puenire poſſimus
xxxij Quomō depopulatrix omniuȝ
virtutū ſuperbia p veram hu-
militatem poſſit extingui
xxxiij Remedia aduerſus morbum ſu-
perbie

## Expliciunt capitula. Incipit liber duodecimus de ſpiritu ſuperbie. Cap̄.primum.

o Ctauum
quod et extremum
aduerſus ſpūm ſu-
perbie nobis certa-
men eſt. Qui mor-
bus licet vltim᷒ ſit
in conflictu vitiorum atq̧ in ordine po-
natur extremus· origine tamē ⁊ tempore
primus eſt. Seuiſſima ⁊ ſuperiorib᷒ cun
ctis immanior beſtia· perfectos maxime
temptans. ⁊ propemodum iam poſitos
in conſummatione virtutum morſu di-
riore depaſcens·

## Q̄ ſuperbie duo ſint genera Cap̄.ij.

e Uius duo ſunt genera. Unuȝ
hoc quo diximus ſpiritales vi
ros ſummoſq̧ pulſari. alīd qd̄
etiam incipientes carnaleſq̧ complecti-
tur. Et licet vtrūq̧ ſuperbie genus tam
in deum q̄ȝ in hoīes noxia inflet elatio·
tamen illud primum ſpecialiter refertur
ad deum. ſcd̄m ad homines ꝓprie perti-
net. Cuius originem ac remedia in poſte
rioribus libelli hui᷒ donāte deo i q̄ȝtum
poſſumus exequemur. Nunc de illo po-
re quo prefati ſum᷒ pfectos p̄cipue tem-
ptari, ꝓpoſitum nobis eſt pauca diſſere-
re.

## Q̄ ſuperbia omnes pariter virtutes auferat Ca.iij.

n Ullum eſt igitur vitium aliud
q̧ ita omnes virtutes exhauri-
at. cunctaq̧ iuſticia ⁊ ſanctita-
te hominem expoliet ac denudet vt ſup-
bie malum. tanq̄ȝ generalis quidā ac pe-
ſtifer morbus non vnum membroꝝ par
tem ve eius debilitare contentus. ſed ſo-
lidum corpus letali corrūpit exitio· ⁊ in
virtutum iam faſtigio collocatos grauiſſi
ma ruina deijcere ac trucidare conatur.
Omne nanq̧ vitium ſuis eſt termis ⁊ fi
ne contentum. et licet contriſtet alias q̄ȝ
ꝟtutes. contra vnam tamen p̄ncipaliter
tendit· eamq̧ ſpecialiter opprimit et im-
pugnat. Et vt hoc ipſum quod dicim᷒
clarius poſſit ītelligi· caſtrimargia.i. ap-
petitus ventris ſeu concupiſcentia gule
temperantie rigorem corrumpit· caſtita
tem libido contaminat. ira patientiā va
ſtat· vt nonnunq̄ȝ vni quis deditus vi-
tio alijs virtutibus nō penitus deſtitua
tur· ſed illa tantum virtute trūcata que
e diuerſo emulo ſibi vitio repugnāte ſuc
cumbit· reliquas poſſit vel ex parte reti-
nere. hec vero cum infelicem poſſede-

rit mentem. vt quidam ſeuiſſimus ty/
rannus ſublimiſſima capta arce virtu/
tum vniuerſam funditus ciuitatem di/
ruit atq; ſubuertit. Excelſa quondã ſan
ctitatis menia vitiorũ ſolo coequãs atq;
permiſcens· nullam deinceps imaginem
libertatis aĩe ſibi ſubdite ſupereſſe cõ/
cedit. Quantoq; ceperit ditiorem· tanto
grauiori ſeruitutis iugo ſubditũ vniuer
ſis virtutum facultatibus crudeliſſima
depredatione nudabit.

## Q ob ſuperbiam lucifer ille de archangelo factus eſt diabol⁹ Cap̃.iiij.

e E vt grauiſſime tyrannidis ei⁹
potentiam agnoſcamus· ange/
lum illum q̃ pre nimietate ſplẽ/
doris ac decoris ſui lucifer nuncupatus
eſt· nullo alio q̃ hoc vitio deiectum celi/
tus inuenimus· ⁊ ex illa beata ſublimita/
te angelorũ telo ſuperbie vulneratuʒ ad
inferna fuiſſe collapſum. Si igit᷑ tãta v̾
tute tante potentie prerogatiua decora/
tum vna elatio cordis potuit de celeſti/
bus ad terrena deuoluere· qua nos obſ̾/
uantia carnis fragilitate circũdatos ca/
uere oporteat· ipi⁹ ruine magnitudo de/
monſtrat. Quemadmodũ v̾o hui⁹ mor
bi virus ꝑniciosiſſimum deuitemus in/
ſtrui poterimus. ſi ruine ipi⁹ cauſas atq;
originẽ perſequamur. Nunq; enim curari
languor. nec remedia poterunt mal᷑ vali
tudinibus exhiberi· niſi prius inquiſitio
ne ſagaci origines earum inueſtigent᷑ et
cauſe. Hic nanq; indutus diuina clari
tate. ⁊ inter ceteras ſuꝑnas v̾tutes cõdi/
toris largitate prefulgens· ſplendorẽ ſa/
pientie ⁊ v̾tutum pulchritudinem qua
ornabatur gratia creatoris· nature ſue
potentia non munificentie illius benefi/
cio ſe credidit obtinere. Et ob hoc elatus
tanq; qui ad perſeuerantiã puritatis hu/
ius diuino nõ egeret auxilio deo ſe ſimi
lem indicauit· vtpote qui nullius indige
ret quemadmodum deus. liberi ſcʒ arbi
trij facultate confiſus· ꝑ illam credẽs af/
fluenter omnia ſibimet ſuppeditari. que
ad conſummationẽ v̾tutum vel perhen
nitatem ſumme batitudinis pertinerent
Hec ei ſola cogitatio facta ꝓma ruina ẽ.
Ob quã deſert⁹ a deo q̃ ſe credidit ñ ege/
re· inſtabilis repente ⁊ nutabũdus eſſe/
ct⁹· ⁊ infirmitatẽ ꝓprie nat᷑e ꝯſenſit. ⁊ bea
titudinem qua dei munere fruebat᷑ ami
ſit. Et q: dilexit verba precipitatiõis q̃/
bus dixerat· in celum conſcendam· ⁊ lin
guam doloſaʒ qua vel de ſe dixerat· ero
ſimilis altiſſimo. vel de adam ⁊ eua. eritis
ſicut dij· ꝓpterea de⁹ deſtruet illũ ĩ finẽ·
euellet eũ ⁊ emigrabit de tabernaclo ſuo. et
radicem eius de terra viuentiũ. Tũc rui
nam eius videtes iuſti timebũt. ⁊ ſuper
eum ridebunt dicentes q̃d etiã ſine fine
ad hos q̃ ſe ſine ꝓtectione auxilioq; dei
ſummũ bonum ꝑficere poſſe cõfidunt. iu
ſtiſſime dirigetur. Ecce hõ qui nõ poſuit
deũ adiutorẽ ſuũ· ſed ſperauit ĩ multitu/
dine diuitiarũ ſuarũ. ⁊ ꝑualuit in vanita
te ſua.

## Q fomites vitiorũ oĩm de ſuperbia pullulent. Cap̃.v.

b Ec eſt prime ruine cauſa ⁊ ori/
go ꝑncipalis morbi. Qui rur/
ſum ꝑ illũ qui fuerat a ſe deiect⁹
in prothoplaſtum ſerpens. infirmitates
oĩm vitiorũ ⁊ materias germinauit. Dũ
enim gloriam deitatis arbitrij libertate et
induſtria ſua credidit ſe poſſe ꝯquirere·
etiam illã ꝑdidit quã adeptus fuerat g̃/
tia conditoris.

## Q ſuꝑbie vitium ſit in ordine colluctationis ex/tremum. tempore tñ et origine primum ſit. Cap̃.vi.

i Taq; exemplis ac teſtimonijs
ſcripturaruʒ manifeſtiſſime cõ
probatur· ſuperbie labem cum
poſterior ſit in ordine conflictuum. origi
ne tamen anteriorem eſſe. omniũq; pec/
catorum et criminũ eſſe principium· nec
ſicut cetera vitia ſolũmodo contrariam
ſibi virtutem. id eſt humilitatem tãtum
extinguere· verumetiam cunctarũ ſimul
interemptricem eſſe virtutuʒ· nec medio
cres tantum paruoſq; temptare· ſʒ maxi
me in fortitudinis culmine conſiſtentes.



Ita enim de hoc ſpiritu propheta cõme
morat· Et eſce eius electe. Ideoq; beat⁹
dauid licet tanta circumſpectiõe cordis
ſui cuſtodiret archana· vt ad eum quem
ſecreta conſcientie ſue non latebant au/
denter proclamaret· domĩe non eſt exal/
tatum cor meuʒ. neq; elati ſunt ocli mei·
neq; ambulaui in magnis neq; in mira/
bilibus ſuper me niſi humiliter ſẽtiebã.
et iterum. non habitabit in medio do/
mus mee faciens ſuperbiam. ſciens tam̃
q̃ difficilis ſit etiam perfectis iſta cuſto
dia· non de ſua tantum preſumit indu/
ſtria. ſed orans domini implorat auxiliũ
vt huius inimici teluʒ poſſit inſauciat⁹
euadere dicens. non veniat mihi pes ſu/
perbie pauens ac metuẽs ne in illud in/
cidat quod dicitur de ſuperbis. De⁹ ſu
perbis aduerſatur. Et iterum. Immun
dus eſt apud deum omĩs qui exaltat cor
ſuum.

## Q tantum ſit malum ſuperbie vt ipſum deum aduerſariuʒ ha bere mereatur. Cap̃.vij.

q Uantum eſt malum ſuperbie·
vt non angelum non alias vir
tutes ſibi contrarias· ſed ipſuʒ
deum aduerſarium habere mereat᷑. No
tandum ſiquidem eſt. q̃ nequaq̃ dixe/
rit ſuperbis qui ceteris ſunt vitijs inuo
luti quod habeant ſibi deum reſiſtentẽ.
id eſt caſtrimargis. fornicarijs· iracũdis·
ſeu philargyris aduerſatur· ſed ſolis ſu
perbis. Illa nanq; vitia vel in vnũ quẽ/
q; delinquẽtiuʒ tantũmodo retorquẽt᷑·
vel in ſuos participes. id eſt in alios ho/
mines videntur admitti. hec vero pro/
prie pertingit ad deum· ⁊ idcirco euʒ ſpe
cialiter digna eſt habere contrarium

## Quemaemodum deus ſuperbiam diaboli virtute humilitatis extinxerit· et diuerſa ſuper hoc teſtimonia. Ca.viij.

i Deoq; vniuerſitatis creator et
medicus deus· cauſam princi/
piumq; morborũ ſuperbiaʒ eſſe
cognoſcens· contrarijs ſanare cõtraria
ꝓcurauit· vt ea ſcʒ que ꝑ ſuperbiam cor/
ruerant· ꝑ humilitatem reſurgerẽt. Ille
nãq; dicit In celum conſcendã. Hic di
cit· Humiliata eſt in terra aĩa mea. Ille
dicit· Et ero ſimilis altiſſimo. Hic cũ eſ
ſet in forma dei exinaniuit ſemeti pm for/
mam ſerui accipiens· humiliauitq; ſe fa
ctus obediens vſq; ad mortem. Ille dic̃.
Suꝑ aſtra dei exaltabo ſolium meum.
Iſte dicit. Diſcite a me q: mitis ſum et
humilis corde. Ille dicit. Neſcio dñm.
⁊ iſrael non dimittam. Iſte dicit. Si dix/
ero quia non noui eum. ero ſimilis vob̃
mendax. ſed noui eum. ⁊ mandata eius
ſeruo. Ille dicit· Mea ſunt flumina. et
ego feci ea. Iſte dicit. Nõ poſſuʒ ego a
meipõ facere quicq̃. ſed pater me⁹ in me
manens ipẽ facit opera. Ille dic̃. Mea
ſunt omĩa regna mundi ⁊ gloria eorũ· et
cui voluero do ea. Iſte cum diues eſſet
pauper effectus eſt· vt ei⁹ inopia nos di
uites redderemur. Ille dicit. Sicut col/
liguntur oua que derelicta ſunt· ſic vni
uerſam terraʒ ego congregaui· ⁊ nõ fuit
qui moueret pennam ⁊ aꝑiret os et gan/
niret. Iſte dicit. Similis factus ſum pel
licano ſolitario. vigilaui ⁊ factus ſum ſi
cut paſſer ſolitarius in tecto. Ille dicit·
Exiccaui veſtigio pedum meorũ omẽs ri
uos aggerum. Hic dicit. Nunquid nõ
poſſum rogare patrem meum. ⁊ exhibe/
bit m̃ mõ pluſq; duodecĩ milia legiões
angelorũ. Si ꝑncipalis ruine cauſam ⁊
ſalutis nr̃e fundamẽta ꝓſpeximus a quo
⁊ q̃liter vel iſta iacta ſint. vel illa emerſe
rit· queadmodũ deuitare tã atrocẽ mor
tem ſuꝑbie debeamus· vel illi⁹ ruina vel
huius doceamur exemplo.

## Quemadmodũ nos quoq; ſuperbiam ſuꝑare poſſimus C.ix

i Taq; hũc nequiſſimi ſpiritus
laqueum taliter poterimus eua
dere· ſi in ſingulis quibus ſen/
ſerimus nos v̾tutibus ꝓfeciſſe· illud apo
ſtolicum dixerimus. nõ ego ſed g̃tia dei
mecum. et gratia dei ſum id quod ſum·

et deū eſſe qui oꝑatur in nobis ⁊ velle ⁊ ꝑficere ꝓ bona voluntate· dicente etiā ipſo auctore ſalutis noſtre. Qui manet in me ⁊ ego in eo· hic fert fructū multū· q̄a ſine me nihil poteſtis facere. Et niſi dn̄s edificauerit domū· inuanum laborauerīt qui edificant eam. Niſi dn̄s cuſtodierit ciuitatem. fruſtra vigilāt qui cuſtodiūt eam. Et vanum eſt vobis ante lucem ſurgere. Quia non eſt volentꝭ neqꝫ currentis. ſed miſerentis dei.

## Q nemo poſſit perfectionem virtutum vel promiſſam beatitudinem ſuis tantum viribus obtinere Cap̄.x.

n Ullius nanqꝫ q̄uis volentꝭ et currētis tam idonea pōt voluntas eſſe vel curſus· vt carne ſpiritui repugnante circūdatus valeat tantum ꝑfectionis premium ⁊ palmam integritatis ac puritatis attingere· niſi fuerit diuina miſeratione ꝓtectus· vt ad illud quod magnopere vult ⁊ quo currit ꝑuenire mereatur. Omne enim datū bonum ⁊ omne donum ꝑfectum deſurſuꝫ eſt· deſcendens a patre luminum. Quid enim habes quod nō accepiſti: Quod ſi accepiſti· quid gloriaris quaſi non acceperis:

## Exemplū latronis ſiue dauid vel vocatiōis noſtre ad dei gratiam demonſtrandā. Cap̄.xi.

ſ I enim vel illum latronem ob vnam cōfeſſionem introductū in paradiſum recordem̄. intelligimus eum non curſus ſui merito tantā beatitudinem conſecutum. ſed dono dei miſerentis indeptū. Uel ſi reminiſcam̄ dauid regis duo tam grauia tamqꝫ immania crimina vno penitudinis ſmone deleta· nec hic videmus ad indulgētiam tanti criminis obtinēdam laboris equiparaſſe merita· ſed dei gratiam ſuꝑabūdaſſe· q̄ vere penitudinis occaſione accepta tantā peccatoꝝ materiā ſub vnius v̄bi plena ꝯfeſſione cōſumpſit. Principiuꝫ q̄ꝫ diſcutientes vocationis ac ſalutꝭ humane· qua nō ex nobis nec ex opib⁹ nr̄is ſm apl̄m. ſed dei ſumus dono grāqꝫ ſaluati· liquido poterimus aduertere quēadmodum ꝑfectionis ſumma non volētis neqꝫ currentis· ſed miſerētis eſt dei· qui nequaq̄ꝫ laboꝝ vel curſus noſtri merito compenſante vitiorū nos facit eſſe victores. nec equiparante noſtre voluntatꝭ induſtria· tam arduum integritatꝭ culmen ſubiugata qua vtimur carne conſcendere. Nulla ſiq̄dem corporis hui⁹ afflictio nullaqꝫ cordis contritio ad capeſſendā veram illam interiorꝭ hoīs caſtitatē poteſt eſſe cōdigna. vt tantam puritatꝭ virtutem angelis ſolis ingenitā· celiqꝫ v̄naculam. nudo humano labore. id eſt ſine adiutorio dei valeat obtinere· q̄a totius bonitatis effectus ab illius ꝓfluit ḡtia· q̄ tantam ꝑhennitatem beatitudinis ⁊ īmenſitatem glorie exigue voluntati breuiqꝫ ac paruo curſui noſtro· multiplicata largitate donauit.

## Q nullus ſit labor qui poſſit repromiſſe beatitudini compari. Cap̄.xii.

o Mnis enim longeuitas vite p̄ſentis· cum ad illaꝫ future glorie ꝑhennitatem reſpexerꝭ euaneſcit. ⁊ dolores cūcti cōtemplatiōe illi⁹ immenſe beatitudinis effugant̄· atqꝫ vt fumus ad nihil extenuati liqueſcunt. et nuſq̄ꝫ vt fauilla comparent

## Traditio ſeniorū de conſequēda puritate. Cap̄.xiii.

q Uapꝓpter iam tps eſt· vt ipis q̄bus tradunt v̄bis patꝝ ſnīaꝫ ꝓferamus· eoꝝ ſcꝫ q̄ viam perfectionis ⁊ qualitatē eius nō v̄borum iactantia depinxerunt· ſed pon⁹ re ⁊ ope ac v̄tute ſpūs poſſidentes. experimentꝭ eaꝫ ꝓprijs ⁊ exemplis certiſſimis tradiderūt. Aiunt itaqꝫ nō poſſe ad purū quēpiam carnalib⁹ vitijs emūdari· niſi vniuerſuꝫ laborē ſuū atqꝫ conatū ad tātę ꝑfectiōis finē intellexerit nō poſſe ſufficere. nec eaꝫ niſi miſeratiōe dei ⁊ adiutorio· cōꝓhēdi nō tā tradētꝭ inſtitutiōe q̄ꝫ affectu atqꝫ v̄tute ⁊ experimentꝭ ꝓprijs erudit⁹· agnoſcat. Ad capeſſenda nanqꝫ tam magnifica tamqꝫ p̄celſa puritatꝭ ⁊ integritatꝭ p̄mia. q̄ꝫtuſlibet ieiuniorum vigiliarum lectionis ⁊ ſolitudinis· ac remotiōis laboꝝ fuerit impenſus. cōdignus eſſe nō pōt'it q̄ hec induſtrie ſue merito vel laborꝭ obtineat. Nunq̄ꝫ enī diuinū mun⁹ labor ꝓprius humana ve cōꝑenſabit induſtria· niſi deſideranti diuina fuerit miſeratiōe conceſſum.

## Q adiutoriū dei laborantibus tribuatur. Ca.xiiii.

n Ec hoc dico· vt hūanos conatus euacuās ab induſtria ⁊ laboris intentione quēq̄ꝫ reuocare contendam. Sed plane ꝯſtantiſſime non mea ſꝫ ſenioꝝ ſnīa· definio· ꝑfectiōꝫ q̄deꝫ ſine his omnino capi nō poſſe. his aūt ſolis ſine gratia dei poſſe eā a nemīe cōſummari. Ut enim dicim⁹ conat⁹ humanos apꝓrehēdere eā ꝑ ſeipōs ſine adiutorio dei nō poſſe· ita ꝓnunciam⁹ laborantib⁹ tm̄ ac deſudantib⁹ miſericordiā dei ḡtiamqꝫ conferri. ⁊ vt v̄bis apl̄i loquar volentibus ⁊ currentib⁹ impartiri· ſm illud q̄d etiam in pſalmo octogeſimooctauo ex ꝑſona dei cantat̄: Poſui adiutoriū in potente· ⁊ exaltaui electum de plebe mea· Dicim⁹ enī ſm ſaluatoris ſnīam dari q̄dem petentib⁹. ⁊ apiri pulſantib⁹· ⁊ a querentib⁹ inueniri· ſed petitionē ⁊ inquiſitionē ⁊ pulſationē nr̄am nō eſſe condignā· niſi miſericordia dei id q̄d petimus dederit. vel apꝑuerit q̄d pulſamus. vel illud q̄d querim⁹ fecerit īueniri. Preſto eſt nāqꝫ occaſione ſibi tātummō a nobis bone voluntatis oblata. ad hec omīa conferenda. Amplī⁹ enī ille q̄ꝫ nos ꝑfectionē ſalutemqꝫ noſtram deſiderat et expectat. Et in tm̄ beatus dauid ꝓuentuꝫ ſui operis ac laboris ꝓpria tm̄ induſtria nō poſſe nouerat obtineri. vt a dn̄o ꝓmereri directionē ſuoꝝ opeꝝ iterata p̄ce depoſceret dicens. Et opera manuū nr̄arum dirige ſuꝑ nos· ⁊ opus manuum noſtrarum dirige. Et rurſum Confirma hoc deus q̄d operat⁹ es i nob̄

## A quibus perfectionis viaꝫ diſcere debeamus. Cap̄.xv.

i Deoqꝫ ſi ad veram conſummationem virtutum volum⁹ effectu ⁊ opere peruenire. illis debemus acquieſcere magiſtris ac ducibus· qui hanc non vaniloqua diſputatione ſomniantes· ſed re atqꝫ experimentis apprehendētes nos quoqꝫ docere atqꝫ ad eam dirigere ſimiliter poſſunt· ⁊ viā quēadmodum perueniamus ad eaꝫ certiſſimo tramite demonſtrare· quiqꝫ ad hanc fide ſe potius perueniſſe q̄ꝫ laborum merito teſtabantur. Quibus etiam hoc precipuum ſui cordis acquiſita puritas cōferebat· vt magis magiſqꝫ ſe dep̄mi peccatis agnoſcerent. Tanta nanqꝫ ī eis delictorum compunctio per dies ſingulos augebatur· quanta puritas animi profeciſſet. Trahebantqꝫ iugiter intimo corde ſuſpiria· eo ꝙ ſemetipſos ſentirēt nequaq̄ꝫ poſſe delictorum neuos ac maculas deuitare· que eis per multiplices cogitationum minutias ingerebantur. Et idcirco future vite ſtipendia nō operuꝫ ſperare ſe merito. ſed miſericordia domini proclamabāt. nihil ſibi de tanta circūſpectione cordis aliorum compatiōe donātes. quippe qui hanc ipām non ſue induſtrie ſed diuine gratie aſcribebāt. nec blandientes ſibi de inferiorum ac tepidorum negligentia. ſed contemplatione potius illoꝝ quos vere peccato carere· atqꝫ in regno celorum iam eterna beatitudine perfrui nouerant. humilitatē perpetuā conquirebant. atqꝫ ita conſideratione hac ⁊ elationis ruinam pariter declinabant. ⁊ quo tenderēt vel quod dolerent ſemper inueniebant· intelligentes ſemetipſos ad illam puritatem cordis quam cupiunt· obſiſtēte carnis ſarcina peruenire non poſſe.

## Non poſſe nos ſine miſericordia et inſpiratione dei ad ipſuꝫ laborem obtinende perfectionis accedere. Cap̄.xvi.

gitur ſcd̄m traditiones ⁊ inſti
i tutiones eorū ſic ad eaꝫ feſtina
re debem⁹ ieiunijs · vigilijs · ora
tionibus. cōtritiōi cordis ⁊ corporꝭ ope
ram dantes, ne hec omnia morbo hoc in
flante euacuemus · Non ſolū nāq; ipaꝫ
perfectioneꝫ oportet credere noſtra indu
ſtria nos vel labore noſtro poſſidere non
poſſe. ſed ne h ipa q̇deꝫ que illius exerce
mus obtētu · id eſt labores conatuſq; no
ſtros ac ſtudia · ſine diuine protectionis
auxilio · inſpiratiōiſq; ei⁹ ⁊ caſtigationiſ
atq; exhortationis gratia poſſe perficere ·
quā ſcꝫ cordibus nr̄is vel ꝑ aliū ſolet vl̓
ꝑ ſemetipm̄ nos viſitās clemēt̓ infūdere

## Teſtimonia diuerſa quibus euidenter oſtenditur nihil poſſe nos quod ad ſalutem noſtrā pertinet ſine adiutorio dei perficere Cap̄.xvij.

Oſtremo inſtruat auctor ſalut̓
p noſtre quid nos oporteat in ſin
gulis quibuſq; q̄ gerimus · nō
modo ſentire ſed etiā confiteri. Nō poſ
ſum ego inq̄t a meipo facere quicq̄ · pa
ter autem in me manens ipe facit opera.
Ille ex perſona hoīs aſſumpti dic̄. ni
hil a ſemetipo poſſe ſe facere · ⁊ nos cinis
⁊ terra in his que ad noſtram ſalutē per
tinent arbitramur nos adiutorio domi
ni non egere: Diſcamus itaq; ⁊ nos per
ſingula noſtrā ſimul infirmitatē ⁊ illius
adiutoria ſentiētes quotidie ꝓclamare
cum ſanctis. Impulſus ꝟſatus ſum vt
caderem · ⁊ dn̄s ſuſcepit me · Fortitudo
mea et laudatio mea dn̄s · ⁊ fact⁹ eſt m̄ i
ſalutem. Et niſi quia dominus adiuuit
me · paulominus habitauerat in īferno
anima mea. Si dicebam motus eſt pes
meus · miſericordia tua dn̄e adiuuabat
me. Scd̄m multitudinem dolorū meoꝝ
in corde meo, conſolationes tue letifica
uerunt aīam meā. Uidentes etiā cor no
ſtrum in timore dn̄i ⁊ patientia roborari
dicamus. Et factus eſt dn̄s firmamētū
meū. ⁊ eduxit me in latitudine. Sciētiaꝫ
quoq; ꝑfectu operum intelligentes nob
augeri, dicamus Qm̄ tu illumīas lucer
nam meam dn̄e · de⁹ meus illumīa tene
bras meas. Quoniā in te eripiar a tem
ptatione, ⁊ in deo meo trāſgrediar muꝝ.
Dein ſentientes etiā noſmetipſos forti
tudinem tolerantie conquiſiſſe · ⁊ ī ſemi
ta virtutum facilius ac ſine labore diri
gi · dicamus. Deus qui precingis me ꝟ
tute · ⁊ poſuiſti immaculatam viā meaꝫ.
Qui perficis pedes meos tanq̄ ceruī · et
ſup excelſa ſtatuens me. Qui doces ma
nus meas ad ꝓliu m. Conſecuti etiā diſ
cretionem ꝑ quam roborari poſſim⁹ ad
uerſarios noſtros elidere · proclamemus
ad deū Diſciplina tua correxit me ī finē
⁊ diſciplina tua ipa me docebit. Dilata
ſti greſſus meos ſubtus me · ⁊ nō ſunt in
firmata veſtigia mea Et quia taliter ſuꝫ
roboratus ſcientia tua atq; virtute · inſe
ram confidenter ea que ſequūtur · ⁊ dicā
Perſequar inimicos meos · ⁊ comphēn
dam illos, ⁊ non conuertar donec defici
ant. Conteram illos nec poterunt ſtare ·
cadent ſubtus pedes meos. Rurſum in
firmitatis noſtre memores nec poſſe nos
tam acerbos vitiorū hoſtes fragili carne
circūdatos ſine illius adiutorio ſupare ·
dicamus. In te inimicos noſtros venti
labimus cornu. ⁊ in nomine tuo ſperne
mus inſurgentes in nobis. Non enī in
arcu meo ſperabo · et gladius me⁹ nō ſal
uabit me · Saluaſti enī nos de affligen
tibus nos · ⁊ odientes nos confudiſti.
Sꝫ etiā precinxiſti me ꝟtute ad belluꝫ · ⁊
ſupplātaſti oēs īſurgētes in me ſubt⁹ me
Et inimicos meos dediſti mihi dorſum.
⁊ odientes me diſperdidiſti. Sed nec ar
mis nr̄is poſſe nos vincere cogitātes · di
cam⁹. Apphende arma ⁊ ſcutū · ⁊ exurge
in adiutoriū m̄. Effunde frameā · ⁊ ꝯclu
de aduſ⁹ eoſ q̇ ꝑſequunt̓ me. dic aīe mee
ſal⁹ tua ego ſum Et poſuiſti vt arcū ereū
brachia mea · ⁊ dediſti m̄ ꝓtectiōꝫ ſalut̓
tue · ⁊ dext'a tua ſuſcepit me Qr nec pr̄es
nr̄i in gladio ſuo poſſederūt terram · ⁊ bra
chiū eoꝝ nō ſaluauit eos · ſꝫ dext'a tua et
brachiū tuum ⁊ illumīatio vultus tui ·



quoniā complacuiſti in eis. Poſtremo
vniuerſa beneficia eius cum gratiarum
actione mente ſollicita ꝑluſtrantes. ſup
his omnibus quod vel pugnauim⁹ · vel
illuminationem ſciētie vel diſciplinam
diſcretionis ab eo conſecuti ſumus · vel
quod ſuis nos armis inſtruxit · ⁊ virtut̓
cingulo cōmuniuit. vel q̄d inimicorum
noſtrorū nobis ꝓbuit dorſum · ⁊ tribuit
ꝟtutē cōminuendi eos vt puluerē aū fa
cieꝫ venti. intimo cordis affectu clamē⁹
ad eum. Diligam te domīe virtus mea ·
dn̄s firmamentum meū ⁊ refugiū meum
et liberator me⁹. de⁹ me⁹ adiutor meus et
ſperabo in eum. protector meus et cor
nu ſalutis mee ⁊ ſuſceptor meus · lau
dans inuocabo dominuꝫ · ⁊ ab inimicis
meis ſaluus ero.

## Q non ſolum in naturali conditione. ſed etiam in quotidiana diſpenſatiōe dei gratia muniamur.

Cap̄.xviij.

On ſolum pro his ei gratias re
n ferentes quod vel rationabiles
nos condidit. vel liberi arbitrij
poteſtate donauit. vel baptiſmi largitus
eſt gratiam · vel ſcientiam legis adiutori
um q; conceſſit. ſed etiaꝫ ꝓ his que erga
nos quotidiana eius ꝓuidentia cōferū
tur · q̄d ſcꝫ ab aduerſariorū nos inſidijs
liberat. q̄d cooperatur nobis vt carnis
vitia ſupare poſſimus. q̄d a periculꝭ nos
etiam ignorātes protegit · q̄d a lapſu pec
cati communit. q̄ adiuuat nos ⁊ illumi
nat vt ipm̄ adiutoriū nr̄m q̄d nō aliꝺ q̄
dam interpretari volūt q̄ legem intelli
gere ⁊ agnoſcere valeamus · q̄ pro negli
gentijs delictiſq; noſtris eius inſpiratio
ne latenter compungimur. q̄d dignatio
ne ei⁹ viſitati ſaluberrime caſtigamur ·
q̄d ab eo nonnunq̄ etiaꝫ inuiti trahimꝰ
ad ſalutem. poſtremo qꝛ ipſum liberum
arbitrium noſtrum q̄d procliui⁹ fertur
ad vitia ad meliorem dirigit frugem · et
ad virtutum viam inſtigationis ſue vi
ſitatione contorquet

## Q hec fides ab antiquis patribus ſit tradita de gratia dei

Cap̄ · xix.

Ec eſt ꝓprie erga deum humili
h tas. hec eſt antiquiſſimoruꝫ pa
trum ſincera fides · que penes
ſucceſſores eorum intemerata nunc uſq;
perdurat. Cui fidei virtutes apoſtolice
que ſepenumero ꝑ eos manifeſtate ſunt.
non ſolum apud nos ſed etiam apud in
fideles ⁊ incredulos · indubitatum teſti
monium reddūt. Qui ſimplicem piſca
torum fidem in corde ſimplici retinētes.
non eaꝫ ſilogiſmis dialeticis ⁊ tulliana
facundia ſpiritu concepere mandano · ſꝫ
experimento vite ſincere actuq; puriſ
ſimo · correctione quoq; vitiorum · et ( vt
verius dixerim ) in ipa perfectionis ineſſe
naturam oculatis indicijs deprehende
runt. ſine qua nec pietas ī deum · nec pur
gatio vitiorū · nec emendatio moruꝫ · nec
ꝟtutum conſummatio poterit appbēdi

## De eo qui ꝓpter blaſphemiam traditus eſt immundiſſimo ſpiritui Cap̄.xx.

Oui quendam de fratrum nu
n mero queꝫ vtinā minime ſciſſē.
ſiquidem poſt hec ordinis mei
gradu ſe paſſus eſt pregrauari. qui ꝓba
tiſſimo cuidaꝫ ſenum vitio carnis ſemet
ipm̄ grauiſſimo confeſſus eſt impugna
ri. · nam contra vſum nature deſiderio
patiendi magis q̄ inferendi ignominiā
intolerabili eſtu libidinis vrebatur · tū
illum vt ſpiritalem verumq; medicū · in
teriorem cauſam morbi huius ⁊ originē
protinus peruidiſſe. Qui grauiter ſuſpi
rans · nequaq̄ ait tam neq̄ ſpiritui tra
di te domin⁹ ꝑmiſiſſet · niſi aliquid blaſ
phemaſſes in eum. Quo ille comperto ·
confeſtim procidit ad pedes eius in ter
ram · ſummaq; admiratione perculſus ·
tanq̄ a deo cernens archana ſui pecto
ris patefacta · confeſſus eſt in dei ſe filiuꝫ
cogitatiōe īpia blaſphemaſſe · Ūn̄ ꝑſpi
cuum eſt eū qui ſupbie ſpū poſſidet̓ · vel
q̇ ī deū blaſphem⁹ extitit · tāq̄ q̇ irroget

illi iniuriam a quo puritatis ſperanda ſunt dona · ꝑfectionis integritate priuari. ⁊ ſanctificationem caſtimonię nõ mereri.

**Exemplũ ioas regis iudę quo oſtenditur quid propter ſuperbiam meruerit**

**Cap̃. xxi.**

l Egimus tale aliquid in paralipomenon libro. Joas eniꝫ rex iuda ſeptẽ ãnoꝝ ab ioiada põtifice aſcitus in regnum. atqꝫ in omnibꝫ quoad uixit memoratus põtifex teſtimonio ſcripturę laudatus eſt · De quo poſt obituꝫ ioiade audi quid ſcriptura commemorat · ⁊ quemadmodum elatus ſuperbia ignominioſe fuerit traditus paſſioni. Poſtqꝫ aũt obijt ioiada · ingreſſi ſunt ꝑncipes iuda · ⁊ adorauerunt regeꝫ Qui delinitus obſequijs eorum acquieuit · ⁊ dereliquerunt templuꝫ dñi dei patrum ſuorũ. ſeruieruntqꝫ lucis ⁊ ſculptilibus · ⁊ facta eſt ira magna cõtra iudã ⁊ hieruſalem ꝓpter hꝫ peccatum. Et poſt pauca. Cumqꝫ euolutus eſſet annus aſcendit contra eum exercitus ſyrie · veitqꝫ in iudam ⁊ hieruſalem. ⁊ interfec̃ cũctos ꝑncipes populi. atqꝫ vniũſam predã miſerunt regi damaſcum. Et certe cũ ꝑmodicus veniſſet numerus ſyrorũ · tradidit dñs in manibꝫ eoruꝫ infinitam multitudinem · eo ꝙ dereliquiſſent dñm deũ patrum ſuorũ. Jn ioas quoqꝫ ignominioſa exercuere iudicia · ⁊ abeuntes dimiſerũt eum in languoribus magnis. Uides qꝫ flagitioſis ac ſordidis paſſionibus tradi mereatur ſuperbia: Qui enim elatus arrogantia vt deum ſe paſſus eſt adorari · traditur ſꝫm apłum in paſſiones ignominię ⁊ in repbũ ſenſum · vt patiat̃ ea q̃ non cõuenit. Et qꝛ dicente ſcriptura · immundus eſt apd̃ deũ omĩs q̇ exaltat cor ſuũ · iſte q̇ tumida cordis elatiõe inflat᷒ eſt · turpiſſime cõfuſioni tradit̃ deludendus · vt humiliat᷒ talit̃ ſentiret ſemetipſum eſſe vel immũdicia carnis ⁊ cõſcia ĩmpure paſſionis immunduꝫ · qd̃ animi ſui noluerat elatione ſentire · ⁊ vt carnis ignominioſa contagio patefaceret ĩmũdiciaꝫ cordis eius occultã quã ſuperbię malo contraxerat · ac manifeſta pollutione corporis ſui ꝓbaret̃ impurus · qui per elationem ſpũs factum ſe non ſentiebat immundum

**Omnem aĩam ſuꝑbam ſubdi ſpiritalibus nequitijs illudendam. Cap̃. xxij.**

q Uibus manifeſte ꝓbatur oẽm animam q̃ ſuꝑbię fuerit tumore poſſeſſa · intellectualibꝫ ſyris id eſt nequitijs ſpiritalibꝫ tradi · eamqꝫ paſſionibus carnis inuolui · vt ſalteꝫ vitijs humiliata terrenis. immundã ſe carnaliter pollutamqꝫ cognoſcat. quę tempore mẽtij erecta immundam ſe in cõſpectu dei ꝑ elationem cordis effectaꝫ intelligere ante non potuit · quo vel ſic humiliat᷒ quis a ꝑſtino tempore diſcedat · ⁊ ignominia carnaliũ paſſionũ deiectus atqꝫ ꝯfuſus · ad ſpiritalẽ feruorẽ deinceps ſemetipſum ardentius conferre feſtinet.

**Ꝗ ꝑfectio attingi niſi humilitatis virtute non poſſit. Ca. xxiij.**

e Uident̃ itaqꝫ mõſtrat̃ nõ poſſe quẽqꝫ ꝑfectionis finem ac puritatis attingere niſi ꝑ hũilitatem verã. quã ꝑmitus fratribꝫ reddens · deo q̊ꝫ in penetrabilibꝫ cordis exhibeat · credens ſine ꝓtectione eius atqꝫ auxilio ꝑ ſingula ſibi momẽta delato perfectiõꝫ quam cupit ⁊ ad quam magnopꝫ currit ſe penitus obtinere non poſſe

**Quos ſpiritalis ſuꝑbia pulſet quoſqꝫ carnalis. Cap̃. xxiiij.**

b Ucuſqꝫ de ſpiritali ſuꝑbia q̃ diximꝰ ꝑfectos quoſqꝫ pulſari · quantũ tenuitas ingenij nr̃i ꝑ ualuit donante deo dixiſſe ſufficiat Qđ ſuꝑbię genus non multis cognitum nec expertũ eſt · qꝛ nec plures ſtudẽt ꝑfectam cordis appꝛhendere puritatẽ · vt ad hos ꝑlioꝝ gͣdus valeãt ꝑuenire · nec p̃cedentiũ vitioꝝ quoꝝ in ſingul̃ libell̃ naturaꝫ pariter remediaqꝫ premiſimus · ꝓcurat̃ vlla purgatio. Sed illos ſolummodo pulſare ſolet. q̇ deuictis ſuperioribꝫ vitijs iam ꝓpemodum ſunt in ꝟtutuꝫ culmine collocati. Quos qꝛ lapſu carnali ſubtiliſſimus hoſtis ſuꝑare non quiuit. ſpiritali ruina deijcere ac ſupplantare conatur · ꝑ hanc illos vniuerſis veteruꝫ ſtipendiorum meritis multo labore queſitiſ ſpoliare contendens Ceterũ nos qui adhuc terrenis ſumus paſſionibꝫ inuoluti nequaqꝫ hoc modo temptare dignatur · ſed craſſiore et vt ita dixerim carnali elatiõe ſupplãtat. Et idcirco de hac quoqꝫ qua maxime nos ſeu noſtrę menſurę homines ac precipue iuniorũ vel incipientium mentes ꝑiclitari ſolent · neceſſariuꝫ reor ſꝫm ꝓmiſſionem nr̃am pauca depromere.

**Deſcriptio carnalis ſuperbię vel quę mala in monachi mẽte parturiat ·**

**Cap̃. xxv.**

b Ec igitur quã diximus carnal̃ ſuꝑbia · cum tepido ac male arrepto renunciationis ꝑncipio ĩ monachi reſederit mente. de priſtino ac ſeculari eum tumore ad veraꝫ chriſti humilitatem deſcendere nõ ꝑmittens · ꝑmũ inobediẽtẽ eum reddit ⁊ aſperũ · deinde mitem atqꝫ affabilem eſſe non patitur · equalem q̊ꝫ fratribꝫ fieri cõmunẽqꝫ non ſinit · nec ſꝫm dei ac ſaluatoris nr̃i mãdatum ſpoliari terrenis opibꝫ nudariqꝫ cõcedit. et cuꝫ renũciatio nihil aliud ſit. niſi mortificationis et crucis indicium · nec valeat alijs inchoari vel conſurgere fundamentiſ · qꝫ vt ſe non ſolũ actibꝫ huius mundi ſpiritalit̃ nouerit interemptum: verumetiam corporalit̃ quotidie credat eſſe moriturum · econtrario facit eum vitam ſperare longeuam. infirmitates proponit ei ꝓlixas ⁊ multas · confuſionẽ q̊ꝫ incutit ac pudorem · ſi nudus effect᷒ alienis ⁊ nõ ꝓprijs facultatibus cepit ſuſtẽtari. perſuadet etiaꝫ multo eſſe meli᷒ victum indumentumqꝫ ſibi ſua potius qꝫ aliena ſubſtantia miniſtrari. ſcđm illud ſcilicet · quod quemadmodũ dictum ſit tali hebitudĩe ac tepore cordis obtuſi. ne intelligere quidem aliquãdo potuerunt · Beatius eſt magis dare qꝫ accipere ·

**Ꝗ male fundatus quis ad deteriorem ſtatum quotidie prolabatur Cap̃. xxvi.**

t Ali igit̃ diffidentia mentis obſeſſi · ⁊ a ſcintilla fidei qua viſi fuerant in primordijs ſuę conuũſionis accenſi. diabolica infidelitate reuocati · incipiũt pecunias quas añ diſꝑgere ceperant diligẽtius cuſtodire. ⁊ eas velut qui ſemel ꝓfligatas vlterius reparare non poſſint · auaricia vehementiore cõſeruant · ſeu qđ eſt deterius ea q̃ prius abiecerant rẽſumẽtes · vel certe qđ eſt tertium ac teterrimum nequitię genus quę nec añ quidem poſſederant congregantes. nihil ampli᷒ egreſſi e ſeculo qꝫ nomẽ acquiſiſſe tantummõ ac vocabulũ mõachi ꝯꝓbãt̃. Suꝑ hec igit̃ initia male vitioſeqꝫ fundata neceſſe eſt vt vniũſa deinceps vitiorũ ſtructura conſurgat. nec quicqꝫ ſupponi peſſimis valeat fũdamẽtis · niſi qđ miſerabileꝫ aĩam ruina lugubriore ꝓſternat.

**Expoſitio vitiorũ q̃ ꝑ morbũ ſuꝑbię generantur**

t Alibꝫ ſiqdem mẽs **C. xxvij.** paſſionibus obdurata · atqꝫ a deteſtabili tempore incipiens · neceſſe eſt vt ĩ deterius quotidie proficiat · ⁊ reliquaꝫ q̊ꝫ vitam ſuam deformiore fine concludat. dumqꝫ cupiditatibus priſtinis oblectatur. ac ſꝫm apłum ſacrilega philargyria vincit̃ · ita eodem ꝓnũciãte de illa. ⁊ philargyria q̃ eſt ſimulacrorũ ſuitus. ⁊ iterũ · radix enĩ inquit omniuꝫ maloruꝫ eſt philargyria · nunqꝫ poſſit in corde ſuo humilitatem chriſti ſimplicem veramqꝫ ſuſcipere · cum vel de nobilitate natalium gloriatur · vel inflatur de ſeculi quã corpore non mente deſeruit dignitate · vł pecunijs q̃s ad ruinã ſuã retẽtat extollit̃ · ꝑ quę iaꝫ nõ mõaſterij iugũ ſuſtinere contentus eſt · non ſeniorꝫ vlli᷒ inſtitui diſciplina. Quiſqꝫ enim ſuper-

hiemoꝛbo fuerit occupatꝰ·nõ ſolũnullã
ſubiectionis aut obedientie regulam cu
ſtodire dignatᷣ.verum ne ipſam auribus
quidem ſuis doctrinam ꝑfectiõis admit
tit.tantumqꝫ concreſcit in coꝛde eius ſpi
ritalis verbi faſtidiũ· vt cuꝫ foꝛte talis fue
rit oboꝛta collatio·vno ĩ loco ſtare neſci
at eius obtutus·ſed huc illucqꝫ ſtupidꝰ
circũferatur intuitus.alioꝛſum ⁊ in obli
quum ꝙ̃ moꝛis eſt oculi defigantᷣ Pro
ſuſpirijs enim ſalutaribus ſputa de ſic-
co gutture contrahuntᷣ.excreationes eti
am ſine vlla interpellatione flegmatꝗ ꝓ-
uocantᷣ.digiti ludunt ⁊ in moduꝫ quid
dam ſcribentis volitant atqꝫ depingũt.
et ita huc atqꝫ illuc vniuerſa membꝛa
coꝛpoꝛis commouentᷣ· vt dum ſpiritalis
agitatur collatio· totum ſe vel ſcatenti-
bus verminibus vel acutiſſimis ſudibꝫ cre
dat inſidere. ⁊ quicq̇d ſimplex collatio
ad edificationem ꝓtulerit audientiũ· ob
ſuã ſuggillationem eſtimet eſſe pꝛolatũ.
Totoqꝫ tempoꝛe quo ſpiritalis vitę exa-
minatio ventilatur ſuis ſuſpitionibꝫ oc
cupatus·nõ quid exinde ad pꝛofectum
ſuum capere debeat aucupatur·ſꝫ cau-
ſas cur vnumquodqꝫ ſit dictũ ſollicita
mente perquirit.vel quid eis poſſit obij-
cere tacita intra ſe coꝛdis volutatiõe cõ-
iectat·vt nihil ex his quę ſaluberrĩe ſunt
digeſta penitus appꝛehendere aut in ali
quo valeat emendari.Et ita fit vt nõ ſo-
lum in nullo ei pꝛoficiat collatio ſpirita
lis· verumetiaꝫ damnoſa magis exiſtat.
efficiaturqꝫ cauſa maioꝛis peccati.Dũ
enim ꝓ conſcientia ſua totum contra ſe
ſuſpicatur eſſe ꝓlatum· vehemẽtioꝛe coꝛ
dis obſtinatione duratur·ire q̊ꝫ ſtimulᷣ
acrius inſtigatur.Deinde poſt hec excel-
ſa vox·ſermo rigidus.amara ⁊ turbulẽ
ta reſponſio·ĩceſſus erectus ac mobilis·
lingua facilis.pꝛocax loquela.nec vnq̃ꝫ
taciturnitatꝗ amica·niſi cum contra fra-
trem rancoꝛẽ quẽdã in ſuo coꝛde ꝯcepe-
rit·fitqꝫ ſilentium eius non cõpunctiõis
nec humilitatis vllius.ſed ſupbię ⁊ indi
gnationis indicium.ita vt quid in eo de
teſtabilꝰ ſit haud facile diſcernatᷣ· vtrũ
diffuſa illa petulanſqꝫ leticia· an dira ſꝫ
virulentaqꝫ ſerietas. In illa nanqꝫ ſmo
non oppoꝛtunus·riſus leuis ac fatuus.ef-
frenata ac ĩdiſcipliata coꝛdis elatio·in
iſta vero ira plenum virulentũqꝫ ſilẽtiũ.
⁊ qd̓ ob hoc tm̃ concipitur· vt aduerſus
fratrem rancoꝛ taciturnitate ſeruatus ꝓ
telari diutius poſſit·non vt ex eo virtus
humilitatis ac patientię ꝓbeatur. Et cũ
ipẽ tumoꝛe poſſeſſus facile cunctis triſti-
cias inferat·atqꝫ ad ſatiſfactionem leſi
fratris ſemetipſum ſubmittere dedigne
tur·etiam ab illo ſibimet oblatã reſpuit
atqꝫ contemnit. Et non ſoluꝫ nulla fra
tris ſatiſfactione compungitᷣ atqꝫ molli
tur.verumetiaꝫ cur ab eo ſit in humilita
te pꝛeuentus grauius indignatᷣ· Fitqꝫ
ei ſalutaris humilitas ac ſatiſfactio.quę
finẽ diabolicis intentationibus ſolet in-
ferre· cauſa vehemẽtioꝛis incendij.

## De fratris cuiuſdam ſuperbia.

### Cap̃.xxviij.

Udiui in hac dumtaxat regio
a ne.qd̓ hoꝛret pudetqꝫ reuolue-
re·quẽdam iunioꝝ cũ a ſuo in-
creparetᷣ abbate·cur humilitatẽ quaꝫ re
nuncians ꝑmodico tempꝫe retentaret· ce
piſſet excedere·ac diabolica inflari ſuper
bia·ſumma ꝯtumacia reſpondiſſe. Nũ-
quid ob hoc memetipꝫ humiliaui ꝓ tpe·
vt ſp̃ ſubditus ſim?. Ad qd̓ eius tã effre
natum ſceleſtumqꝫ reſponſum· ita eſt ſe-
nioꝛ obſtupefactus·omiſqꝫ eius interce-
ptus eſt ſermo·velut q̇ ab illo ipõ antiq̊
lucifero verba hec ꝓlata non ab hoĩe ꝑce-
piſſet·vt nullã vocem aduꝰſus tantã ꝓt-
uiam de oꝛe ſuo pꝛoꝛſus emittere niſi ge
mitus de coꝛde tantũmodo ac ſuſpiria
potuerit· illud ſolum tacitus intra ſe-
metipm̃ voluẽs qd̓ de dño nr̃o ſaluato
re dꝫ.qui cum in foꝛma dei eſſꝫ· humilia
uit ſe factꝰ obediens·nõ vt ille ait diabo-
lico ſpũ ac tumoꝛe poſſeſſus.ꝓ tempꝫe· ſꝫ
vſqꝫ ad moꝛtem.

## Indicia quibus ſuperbia carnalis aĩmę ineſſe cognoſcitur.

### Cap̃.xxix.



T vt bꝛeuius ea quę dicta ſũt
e de hoc ſupbię genere perſtriga-
mus.quędam ſigna eiꝰ inquã-
tum poſſumus colligentes·vt his qui de
perfectione ſitiunt erudiri·quodammõ
characteres eiꝰ de exterioꝛis homĩs mo
tibus exṗmamus.neceſſariũ puto paud
eadem replicari. vt compẽdioſius agno
ſcamus q̊bus eã diſcernere ac depꝛehẽde
re valeamꝰ indicijs·quo nudate atqꝫ in
ſupficiem ꝓducte paſſionis huius radi-
ces ⁊ oculatim depꝛehenſe atqꝫ ꝑſpecte.
vel conuelli facilius valeant vel vitari.
Tunc enĩ poterit peſtifer moꝛbꝫ ad inte-
grum declinari.cuꝫ contra ipius ꝑnicio
ſos ęſtus ⁊ impetus noxios non ſera ob
ſeruantia cũ iam dominantᷣ aſſumitᷣ·ſed
cũ pꝛecedentes eiꝰ (vt ita dixerim) lineas
agnoſcẽtes ꝓuida eum ſagaciqꝫ diſcre
tione pꝛecurrimus. De exterioꝛis nanqꝫ
ſicut pꝛediximus hoĩs motu·interioꝛꝗ ſta
tus agnoſcitᷣ His igitᷣ indicijs carnalis
iſta quã pꝛefati ſumus ſupbia declaratᷣ.
Ineſt p̊mitus in loquela eius clamoꝛ.ĩ
taciturnitate amaritudo.excelſus ⁊ ef-
fuſus in leticia riſus.irrationabilis in ſe
rietate triſticia.in reſponſione rancoꝛ.fa
cilitas in ſermone.verba paſſim ſine vl-
la coꝛdis grauitate erumpentia.Expers
patiẽtię eſt·charitatis aliena.audax ad
ꝯtumelias irrogandas.ad tolerandas
puſillanimis·ad obediendum difficilis
niſi in quo eam deſiderium ſuuꝫ volun
taſqꝫ ꝓuenerit.ad recipiendam exhoꝛta-
tionem implacabilis·ad reſecandas vo
luntates ſuas infirma·ad ſuccũbendum
alienis duriſſima·ſpꝗꝫ ſuas diffinitõ es
ſtatuere contendens·ipa vero nequaq̃ꝫ
cedere alterius acquieſcens·et ita fit vt
etiã incapax cõſilij ſalubꝛis effecta.ĩ oĩ
bus ſuo potiꝰ q̃ꝫ ſenioꝝ credat iudicio

## Tepefactus quis per ſupbiaꝫ alijs quoqꝫ preeſſe deſideret.

### Cap̃·xxx.

Uibus deſcẽſuꝫ gradibus is
q queꝫ ſemel poſſidet deuolutus
iam ipam diſciplinã cenobij ꝑ
hoꝛreſcit·ac veluti qui fratrum cõſoꝛtio
de perfectione retrahatur.ac de bono pa
tientię atqꝫ humilitatis alioꝛum vitio ⁊
impedimento reuocetur·habitationẽ ſo
litarię vite deſiderat.ſeu certe velut plu-
res alios lucraturus conſtruere mona-
ſterium.⁊ quos docere atqꝫ inſtituere de
beat cõgregare feſtinat·ex diſcipulo ne-
q̃ꝫ deteſtabilioꝛ magiſter effectus. Nam
cum huiuſcemodi elatione coꝛdis in per
nicioſiſſimum tepoꝛem noxiumqꝫ coꝛru
erit.⁊ nec verus monachus nec ſecularis
effectus ſit.quod eſt deterius etiam perfe
ctionem ſibi ex hoc ipſo miſerabili ſtatu
⁊ conuerſatione ꝓmittit.

## Quomodo ſuperbiam vincere vel ad perfectionem peruenire poſſimus.

### Cap̃.xxxi.

Uamobꝛem ſi edificij noſtri fa
q ſtigia perfecta volumus ac pla
centia deo conſurgere·funda-
menta eius non ſcd̓m noſtrę libidinis
voluntateꝫ·ſed ſcd̓m diſtrictionis euan
gelicę diſciplinam iacere feſtinemꝰ·quę
alia eſſe non poſſunt q̃ꝫ timoꝛ dei atꝫ hu
militas quę de manſuetudine ⁊ coꝛdis
ſimplicitate deſcendit Humilitas vero
nullatenus poterit abſqꝫ nuditate con-
quiri.Qua peregrinante·nec obediẽtię
bonum·nec patientię robur.nec manſue
tudinis tranquillitas.nec ꝯſummatio
charitatꝗ vllatenꝰ potit appꝛ̃hendi·ſine q̇
bus coꝛ noſtrum habitaculum ſpũſſan-
cti penitꝰ eſſe ñ poterit·ita ꝓnũciãte dño
per ꝓphetam. Super queꝫ requieſcit ſpi
ritus meus·niſi ſuper humilem ⁊ quietũ
⁊ trementem verba mea? Siue ſcd̓m ex-
emplaria quę hebꝛaicam expꝛimunt ve-
ritatem.ad quem reſpiciam niſi ad pau
perculum ⁊ contritum ſpiritu ⁊ tremen-
tem verba mea?

## Quomodo depopulatrix omnium virtutuꝫ ſuperbia per veram humilitatem poſſit extigui

### Cap̃.xxxij.

Quapropter athleta chriſti qui ſpiritalem agonē legitime certans a domino deſiderat coronari. hanc quoq3 ferociſſimam beſtiam vt deuoratricem cunctarū virtutū omnimodis feſtinet extīguere· certus quod hac in ſuo pectore commorante· non ſolum omnigenis vitijs carere non poſſit· verumetiam ſi quid virtutis habere videatur hui⁹ veneno depereat. Nullo enī modo poterit in anima noſtra virtutū ſtructura conſurgere. niſi prius iacta fuerint vere humilitatis in noſtro corde fundamenta· quę firmiſſime collocata perfectionis ⁊ charitatis culmen valeant ſuſtinere· ita ſcilicet vt quemadmodum diximus primum fratribus noſtris humilitatem veram intimo cordis exhibeamus affectu. in nullo ſcilicet acquieſcentes eos contriſtare vel ledere. Quod nullatenus poterimus implere: niſi abrenūciatio vera quę in expoliatione omniū facultatum ac nuditate conſiſtit· in nobis fuerit chriſti amore fundata· deinde obedientię iugum ⁊ ſubiectio ſimplici corde ac ſine vlla fuerit ſimulatione ſuſcepta· ita vt preter abbatꝭ mandatum nulla penitus voluntas viuat ī nobis. Quod non aliter obſeruari poterit· niſi quis non ſolum ſe mortuū huic mundo· verumetiā inſipientem iudicauerit ac ſtultum. vniuerſa quę ſibi fuerit a ſenioribus īperata ſine vlla diſcuſſiōe perficiens· ſacroſancta ea credens ac diuinitus ꝓmulgata·

## Remedia aduerſus morbum ſuperbie·

### Cap̄.xxxiiij.

In qua conſiſtentibus qualitate proculdubio ſtat⁹ ille humilitatis vere tranquillus atq3 immobilis ſubſequetur· vt noſmetipſos inferiores omnibus iudicantes· vniuerſa q̄ nob̄ fuerint irrogata· tā etſi iniurioſa ſint tā q̄3 a ſupiorib⁹ nr̄is illata patiētiſſime tolerem⁹. Quę quidē a nobis nō ſolum faciliime tolerabuntur· verum etiā parua iudicabuntur ac nulla· ſi mēte iugiter recolamus vl' domini noſtri vl' ſanctorum omnium paſſiones. conſiderantes tanto leuioribus nos iniurijs attemptari· quanto longius a meritis eoꝝ ⁊ conuerſatione diſtamus· pariter etiā cogitātes in breui nos de hoc ſeculo migraturos· eorumq3 nos celeri vite huius fine mox futuros eſſe conſortes. Peremtoria nanq3 eſt hec contemplatio non ſolum ſuperbie· verumetiam generalit' omnium vitioꝝ. Deinde poſt hec hanc eandem humilitatem erga deum firmiſſime retentemus. Quod a nobis ita complebitur. vt nihil noſmetipſos abſq3 illi⁹ opitulatione vl' gratia quod ad virtutū cōſummationē pertinet· poſſe perficere cognoſcamus. ſed et hoc ipm̄ quod intelligere meruimus eius eſſe muneris. ī veritate credamus.

Explicit de ſpiritu ſuperbię liber duodecimus.



## Incipit prefatio Caſſiani ī decem collationes patrum.

Debitū quod beatiſſimo papę caſtori ī eorū voluminū prefatione ꝓmiſſum eſt· q̄ de inſtitutis cenobiorū· ⁊ octo ꝑncipaliū vicioꝝ remedijs· duodecim libellis dn̄o adiuuāte digeſta ſunt· ī q̊ tenuitas noſtri ſuffecit īgenij vtcūq3 ſarcitū eſt. Viderim ſane: q̇d ſuper hoc vel illius· vel noſtri fuerit examinis equitate perpenſum: vtrū in rebus tā profundis tamq3 ſublimibus· et q̄ in vſum ſtili· vt arbitror antea nō venerīt: dignū aliquid cognitioni veſtrę omniūq3 ſanctoꝝ fratrū deſiderio ꝓmpſerim⁹. Nūc aūt qr derelinquēs nos pontifex ſupradictus migrauit ad chriſtum: has interim decē collationes ſummoꝝ patrū id ē anachoretaꝝ· qui in heremo ſchytię morabantur· quas ille incomparabili flagrās ſtudio ſanctitatꝭ: ſimilr̄ ſibi iuſſerat ſmone conſcribi· nō ꝑpendēs pręmultitudine charitatis· q̄3to in firmas ceruices pōdere pręgrauaret: vobis potiſſimū o beatiſſime papa leonti· et ſancte frater helladi credidi cōſecrandas. Alter ſiquidem veſtrū memorato viro et germanitatis affectu· et ſacerdotij dignitate· ⁊ qd̄ his mai⁹ ē ſancti ſtudij feruore ꝯiunctus hereditario fraternū debitū iure depoſcit. Alter anachoretarū inſtituta ſublimia· nō vt q̇dā ꝓpria aggreſſus eſt pręſumptione ſectari· ſ; legitimū doctrinę tramitem· ſancto ſpiritu ſuggerente· pene anteq3 diſceret apprehēdens· nō tā ſuis adinuētionib⁹: q̄3 illorū traditionib⁹ maluit erudiri. In quibus mihi nūc in portu ſilentij cōſtituto immenſū pelagus aperitur· vt ſc3 de inſtituto atq3 doctrina tantoꝝ virorum: quędā tradere audeā memorię litterarū. Tanto enī ꝓfundioris nauigatiōis periculis fragilis ingenij cymba iactanda ē: q̄3tū a cenobijs anachoreſis· et ab actuali vita q̄ in congregationib⁹ exercetur contēplatio dei· cui illi ineſtimabiles viri ſp intenti ſunt· maior atq3 ſublimior eſt. Veſtrū igitur eſt conat⁹ nr̄os pijs orationib⁹ adiuuare· ne aut tā ſancta materia imperito q̇dē ſ; fideli ſmone ꝑmenda periclitet' in nobis· aut rurſus eiuſdem materię abyſſis obruat' noſtra ruſticitas. Proinde ab exteriore ac viſibili monachorū cultu· quē priorib⁹ digeſſimus libris· ad inuiſibilem interioris hominis habitū tranſeamus· et de canonicarū orationum modo· ad illius quā apl's pręcipit orōnis perpetuę ingitatē aſcendat eloq̇um· vt quiſquis iā ſuperioris operis lectionē Jacob illius nomē intelligibilis carnaliū viciorum ſupplantatiōe ꝓmeruit· Nūc etiā nō tā mea q̄3 patrū inſtituta ſuſcipiēs· diuinę iam puritatis intuitu ad meritum (⁊ vt ita dixerim dignitatē) trāſiens iſraelis quid in hoc quoq3 perfectionis culmine debeat obſuare ſimiliter inſtruatur. Obtineāt itaq3 orationes veſtrę· ab eo qui dignos nos: vel viſu eoꝝ· vel diſcipulatu· vel conſortio iudicauit· vt nob̄ earundem traditionū memoriā plenā ⁊ ſmonē ad dicendum facilem conferre dignetur· quo tam ſancte eas tamq3 integre q̄m ab ipis accepimus explicātes· ipos quodāmodo ſuis inſtitutis incorporatos· ⁊ qd̄ eſt maius latino diſputātes eloq̇o vobis exhibere poſſim⁹. Hoc ſane volumus ante om̄ia tam harū collationū q̄3 ſuperiorū voluminū ꝑmonitū eſſe lectorem· vt ſi qua forte in his pro ſtatus ſui ⁊ ꝓpoſiti q̄litate· ſiue pro vſu et cōuerſatiōe cōmuni: vel impoſſibilia putauerit eſſe· vel dura: nō ea ſm ſuę facultatis modulū· ſ; ſm dignitatē ⁊ perfectionē loquentiū metiatur· quoꝝ pri⁹ ſtudiū atq3 ꝓpoſitū mente concipiat· q̄ vere mortui huic cōuerſationi mundanę· nullis affectionib⁹ parētū carnaliū: nullis actuū ſecularium nexib⁹ obligant'. Deinde locoꝝ quoq3 in quib⁹ cōmorātur· conſideret qualitatē· qua in ſolitu-

dine vaſtiſſima conſtituti atqꝫ ab vniuꝰ ſoꝛū moꝛtaliū conſoꝛtio ſeparati· et per hoc illuminationē ſenſuum poſſidentes contēplantur vel ꝓloquūtur· ea que in expertis atqꝫ ineruditis ꝓ cōditione: et mediocritate ꝯſuetudinis ſue impoſſibilia foꝛſitan videbuntur. De qbꝫ tn̄ ſi qs voluerit verā ꝓferre ſentētiā· ⁊ vtrū impleri queant deſiderat experiri· feſtinet ꝑus eoꝝ ꝓpoſitū ſimili ſtudio ⁊ cōuerſatione ſuſcipe· ⁊ tūc demū ea q̄ ſupꝛa facultatē hoīs videbātur nō ſolū poſſibilia: verūetiam ſuauiſſima dephendit. Sed nūc iā ad collatiōes eoꝝ ⁊ inſtituta ꝓperemus.

## Explicit pꝛefatio. Incipiūt capitula collatiōis pꝛime Abbatis Moiſi. Cap. i.

De habitatione Schyti ⁊ ꝓpoſito Abbatis Moyſi.


ij De interrogatione Abbatis moyſi querētis q̄ monacho ſcopos vel qs ſit finis.
iij De reſpōſione noſtra.
iiij De interrogatiōe Moyſi ſup ꝓpoſitiōe p̄dicta.
v De cōpatiōe eius q̄ deſtinata ferire contendat.
vi De his q̄ abrenūciātes mūdo ad pfectionez ſine charitate contendunt.
vij De appetenda tranquillitate coꝛdis.
viij De pncipali conatu erga diuinarū reruꝫ cōtēplationē ⁊ ſilitudinē Marie ⁊ marthe.
ix Interrogatio quō efficientia ꝟtutū nō cū hoīe pſeueret.
x Reſpōſio q̄ nō ſit eaꝝ merces ſed actio ceſſatura.
xi De charitatis ppetuitate.
xij Interrogatio de perſeuerantia ſpiritalis theoꝛie.
xiij Rn̄ſio de directiōe coꝛdis in deū· ⁊ d̄ regno dei· ⁊ d̄ regno diaboli.
xiiij De aīe perpetuitate.
xv De contēplando deo.
xvi Interrogatio de cogitationuꝫ mobilitate.
xvij Reſpōſio q̄d poſſit mēs ſup cogitationū ſtatu q̄d ve n̄ poſſit.
xviij Cōpatio aq̄rie mole ⁊ aīe.
xix De tribꝫ cogitationū noſtrarū pncipijs.
xx De diſcernēdis cogitationibꝫ ad ſimilitudinem pꝛobabilis trapezite.
xxi De illuſiōe Abbatꝭ Johānis.
xxij De q̄driptita diſcretiōis rōne
xxiij De ſmone doctoꝛis ſm audiētium meritū.


## Expliciūt capitula. Incipit collatio Abbatis moiſi pꝛima. de monachi deſtinatione vel fine. Capitulum. pꝛimū.

Um in heremo. Schyti vbi monachoꝛuꝫ ꝓbatiſſimi p̄res: et oīs cōmoꝛabatur pfectio: abbatē moyſen q̄ vehemētiꝰ inter illos egregios floꝛes nō ſoluꝫ in actuali· verūetiam theoꝛica ꝟtute flagrabat inſtitutiōe eiꝰ fundari cupiēs expetiſſem: vnacum ſancto germano· cuꝫ q̄ m̄ ab ipo tyrocinio ac rudimētis militie ſpiritalis ita indiuiduū deinceps ꝯtuberniū· tā in cenobio qꝫ in heremo fuit· vt cūcti ad ſignificandā ſodalitatꝭ ac ꝓpoſiti ſenſuſqꝫ nr̄i parilitatē ꝓnūciarēt· vnā mentē atqꝫ aīam duobꝫ ineſſe coꝛpibꝫ· pariterqꝫ ab eodeꝫ abbate edificatiōis ſmonē fuſis lacbrymis ābiremꝰ. Quippe cuiꝰ hūc animi rigoꝛē manifeſtiſſime noueramus· vt niſi fideliꝰ deſiderātibꝫ [illegible] omi coꝛdis cōtritiōe q̄rētibꝫ· neq̄qꝫ penitꝰ acq̇eſceret pfectionis apire doctrinā· ne ſcꝫ li paſſiꝫ vel nolētibꝫ eā vel tepide ſitiētibꝫ exhiberet· res neceſſarias et q̄ ſolis pfectionem cupiētibꝫ debēt eſſe cōperte· indignis et



faſtidioſe ſuſcipiētibꝫ pandēs: aut iactātie viciū· aut ꝓditiōis crimē videreꝰ incurrere· tandē fatigatꝰ pꝛecibꝫ nr̄is· ita exoꝛſus eſt.

## De interrogatiōe abbatis moiſi querētis qui monacho ſcopos. vel qs ſit finis. Cap. ii.

Mnes inquit artes ac diſcipline ſcopon quendaꝫ. i. deſtiatiōeꝫ· ⁊ telos h̄ ē finē ꝓpꝛium hr̄e noſcūtur· ad quē reſpiciēs vniuſcuiuſqꝫ artꝭ īduſtriꝰ appetitoꝛ· cūctos labores ⁊ pericula diſpēdiaqꝫ vniūſa eq̄nimiter gratanterqꝫ ſuſtentat. Nam et agricola flagrātes radios ſolꝭ· pꝛuinas q̄ꝫ ⁊ glaciē nō declinās terrā infatigatꝰ exercet· ⁊ indomitas agri glebas frequēti vomere ſubigit· dū ſcopon ſuat· vt eā cūctis ſentibꝫ expurgatā vniūſiſqꝫ graminibꝫ abſolutā in modū ſolubilis harene· fauilleqꝫ cōminuat: finē. i. pceptionē copioſarū frugū: ⁊ exuberātiā ſegetū nō alias adepturū ſe niſi hac opis· ac ſudoꝛis ſui rōne ꝯfidēs· q̄ vel ipē deinceps vitā ſecurꝰ exigere: vel ſuā poſſit amplificare ſbam· Referta etiā frugibꝫ hoꝛrea libēter exhaurit· eaſqꝫ ſulcis agri cōmēdat inſtanter· pꝛeſentē diminutionē futurarū meſſiū ꝯtēplatiōe nō ſentiēs. Illi etiā q̄ negociationū ſolēt exercere commertia nō nicertos pelagi timēt caſus· nō vlla diſcrimina phoꝛreſcūt· dū ad finē queſtus ſpe ꝓpoſita ꝓuocātur. Nec nō etiā hi q̄ milicie mūdialis ambitiōe inflāmāꝰ dū ꝓſpiciūt honoꝝ ac poteſtatū finē· peregrinationū exicia ac pericula nō ſentiūt: nec p̄ſentibꝫ erūnis· belliſqꝫ frāgūtur· dū ꝓpoſitū ſibi dignitatꝭ fineꝫ cupiūt obtinere. Habet ergo ⁊ noſtra pꝛofeſſio ſcopon pꝛopꝛium: ac finem ſuum pꝛo quo laboꝛes cunctos nō ſolum infatigabiliter· verūetiā ḡtanter impendimꝰ· ob quē nos ieiunioꝝ inedia nō fatigat· vigiliaꝝ laſſitudo delectat· lectio ac meditatio ſcripturaꝝ ꝯtinuata n̄ ſatiat· laboꝛ etiā inceſſabilis· nuditaſqꝫ et oīm reruꝫ ꝑuatio iocūdiſſime ſuſtineꝰ· nec hoꝛroꝛ huius vaſtiſſime ſolitudinis foꝛmidaꝰ. Ob queꝫ voſipſi ꝓculdubio pentū ſpꝛeuiſtis affectū· ⁊ patriū ſolū ac delicias mūdi tot pertrāſitis regionibꝫ deſpexiſtis· vt ad nos homies ruſticos ⁊ idiotas in hoc heremi ſqualoꝛe degētes peruenire poſſetis. Propter qđ reſpōdete inq̇t mihi q̄ ſit deſtinatio vr̄a vel finis· q̄ ad hec oīa libētiſſime ſuſtinēda vos ꝓuocat.

## De reſponſione noſtra. cap. iij.

T cuꝫ perſiſteret noſtrā elicere ſup inchoata diſputatiōe ſententiam· reſpondimus· regni celoꝝ cauſa hec cūcta tolerari.

## De interrogatione moiſi ſuper ꝓpoſitione pꝛedicta. cap. iiij.

Q quod ille· Bene inquit et argute de fine dixiſtis· qui vero debeat ſcopos noſter eſſe. id ē deſtinatio· cui iugiter inherētes finē valeamus attigere· p̄ oīnibꝫ noſſe debetis. Et cū ignoꝛationē cōfeſſi ſimpliciter fuiſſemus: ait. In omi vt dixi arte ac diſciplina p̄cedit q̄dam ſcopos. i. aīe deſtinatio· ſiue inceſſabilis mentis intētio· quā niſi qs omi ſtudio perſeuerātiaqꝫ ſuauerit· nec ad finē deſiderati fructus poterit peruenire. Nā vt dixi agricola finem habens· ſecure copioſeqꝫ viuēdi in ꝓuētu ſegetū fecūdarū· ſcopon. i. deſtinationē gerit· agrū ſuū ſentibꝫ cūctis abſoluere· eūqꝫ vniuerſis infructuoſis vacuare graminibꝫ· nec aliter ſe q̇eti finis opulētiā adepturū eſſe cōfidit· niſi id qđ vſu obtinere deſiderat q̄daꝫ pꝛius opis: ac ſpei ſue rōne poſſideat. Negociatoꝛ q̄ꝫ illud vel iſtud mercādi deſideriū nō depōnit· ꝑ qđ poſſit q̄ſtuoſius diuitias cōgregare· qꝛ fruſtra cōcupiſceret lucrum· niſi viā qua ad id tēderet: elegiſſet. Et qui certis q̇buſqꝫ dignitatibꝫ mūdi huius cupiūt honoꝛari· cui ſe officio vel oꝛdini debeāt mācipare· ante ꝓponūt· vt per legitimū ſpei tramitē· finem q̄ꝫ valeant deſiderate dignitatꝭ attigere. Itaqꝫ et vie noſtre finis q̇dem eſt regnum dei·

qui vero ſit ſcopos debet diligēter inqͥri.
Qui ſi nobis ſimiliter cōptus nō fuerit
fruſtra nitēdo fatigabimur· q2 ſine via
tēdentib9 labor eſt itineris nō ꝓfectꝰ. Ad
qꝺ obſtupeſcētib9 nobꝫ· ſenex intulit. Fi-
nis qͥdem noſtre ꝓfeſſionis vt diximus
regnū dei ſeu regnū celoꝝ eſt. Deſtīatio
vero noſtra .i. ſcopos puritas eſt cordis
ſine q̄ ad illū finē impoſſibile eſt quēpiā
ꝑuenire. In hac enī deſtinatione defigē-
tes noſtre deſtinationis obtutus velut
ad certā lineā curſum rectiſſimū dirigi-
mus. At ſi paululum qͥd ab hac cogita-
tio noſtra deflexerit· ad cōtēplationē ei9
ilico recurrētes: rurſus eā velut quadā
norma certiſſima corrigamus· q̄ ſꝑ oēs
conatus noſtros ad vnū hoc reuocās ſi-
gnū· arguet ſtatim ſi a ꝓpoſita directiōe
mēs nr̄a vel paululū deuiarit.

## De cōparatione eius qui deſti-nata ferire contēdat. cap̄. v.

Quemadmodū hi quib9 vſus ē
bellica tela tractādi· cū ante re-
gem mūdi huius artis ſue cu-
piūt peritiā demōſtrare· in paruiſſima
quadam ſcutula· q̄ figurata in ſe conti-
net premia· iacula ſua· vel ſagittas ītor-
quere contendunt· certi q nō alias. niſi
deſtinationis ſue linea ad finem poſſint
deſiderati premij peruenire· ſecuri de il-
lo· ſi modo ꝓpoſitum ſcopon valuerint
obtinere. Qui ſi forte ab eoꝝ fuerit ſb-
tractus intuitu· nec īdeclinabiliter ei ſa-
gaciſſimoꝝ obtutuū ꝑuicacia inheſerit·
q̄ꝫtūlibet recto tramite caſſa imperitoꝝ
decerret intentio· excidiſſe ſe tamen a con-
templatione nō ſentient· et cū ſibi effica-
ciſſimis telorum emiſſionibus videant̄
inniti· fruſtrato inertie labore fallunt̄· q2
illum ſubtiliſſimū deſtinationis limitē
perſequi oculis ac mente non norunt· et
cū inutiles in aera vacuoſꝫ iactꝰ effu-
derint· in quo peccauerint· quo ve dece-
pti ſint diiudicare non poſſunt· quippe
quos nulla menſura propoſita arguit·
quantū a directione diſceſſerint· nec q̄
deinceps corrigere vel reuocare debeant
lineam diſcipline docere poteſt paſſiuus
obtutus. Ita igitur et noſtri propoſi-
ti finis quidem· ſcḋm apoſtolum· vita eter-
na eſt: ita eodem pronunciante. Haben-
tes quidem fructum veſtrū in ſanctifica-
tione· finem vero vitā eternā. Scopos
vero eſt puritas cordis. Quā ſanctifica-
tionem nō immerito nūcupauit· ſine q̄
predictus finis non poterit apprehendi.
Ac ſi dixiſſet alijs verbꝫ. Habentes qͥdē
ſcopon veſtrum in cordis puritate· finē
vero vitam eternā. De qua deſtinatiōe
docens nos idem beatus apoſtolus· ipm̄
nomen· id eſt ſcopon ſignificanter expri-
mēs· ita intulit. Que poſteriora ſunt ob-
liuiſcens· ad ea vero que priora ſunt ex-
tendens me ad deſtinatum perſeqͥr brau-
iū ſupne vocatiōis dn̄i. Qꝺ euidētiꝰ
ī greco ponit̄ cata ſcopon diokō. i. ſcḋm de-
ſtinationē perſequor: Tanq̄ꝫ ſi dixiſſet:
Hac deſtinatione· qua illa que poſterio-
ra ſunt obliuioni tranſmitto· id eſt ante-
rioris hominis vicia· ad finem brauij ce-
leſtis peruenire cōtendo. Quicqͥd ergo
nos ad hunc ſcopon· id eſt puritatē cor-
dis poteſt dirigere· tota virtute ſectādū
eſt· quicquid aūt ab hac retrahit· vt per-
nicioſum ac noxium deuitandū. Pro
hac enī vniuerſa toleramus ⁊ agimus·
pro hac parentes ⁊ patria· dignitates·
diuitie· delicie mundi huius· et volūtas
vniuerſa contēnitur· vt ſcꝫ puritas cor-
dis ꝑpetua valeat poſſideri· Hac itaqꝫ
nobis deſtinatiōe ꝓpoſita· ſemꝑ actus
noſtri et cogitationes ad eam obtinēdā
rectiſſime dirigentur. Que ſi pre oculis
noſtris iugiter ſtatuta nō fuerit· nō ſolū
cūctos labores noſtros· varios pariter
atqꝫ inſtabiles reddens incaſſum eos
ac ſine vllo emolumēto faciet effundi. ſꝫ
etiam cogitationes omnes diuerſas ſi-
biqꝫ contrarias ſuſcitabit· Neceſſe ē· n.
mentem quo recurrat. cui ve principali-
ter inhereat nō habentē per ſingulas ho-
ras atqꝫ momenta ꝓ incurſuum varie-
tate mutari· atqꝫ ex his que extrinſecus
accidunt· in illū ſtatū continuo trāſfor-
mari· q̄ ſibi ꝑmus occurrerit.

## De his qui abrenūciātes mundo ad perfectionē ſine charitate cōtendunt. cap̄. vi.

Inc nanqꝫ eſt· q nōnullos mū-
di huius maximas facultates
et nō ſolū multa auri atqꝫ ar-
genti talenta. verūetiam prediorū ma-
gnificentiam contemnentes· poſt hec vi-
dimus pro ſcalpello· ꝓ graphio· ꝓ acu·
pro calamo commoueri. Qui ſi cōtem-
plationē cordis mundi fixam tenerent·
nunq̄ꝫ vtiqꝫ pro paruis rebus admitte-
rent. qꝺ ne pro magnis ac precioſꝭ incur-
rerent opibus· eaſdē penitus abijcere
maluerunt. Nā et plerūqꝫ nōnulli tāto
zelo codicem ſeruant· vt eum ne leuiter
legi quidem vel contingi ab aliquo pa-
tiantur· et inde furoris occaſiones· ⁊ im-
patientie ac mortis incurrant· vnde mo-
nentur ſtipendia patientie ⁊ charitatis
acquirere. Cunqꝫ omnes diuitias ſuas
pro chriſti amore diſperſerint· priſtinū
tamen cordis affectū in rebus ꝑuis ac
minimis retētantes· et ꝓ ipſis nōnūq̄ꝫ mo-
biliter iraſcentes· veluti qui nō habeāt
apoſtolicam charitatem ex omnibus in-
fructuoſi ſterileſqꝫ redduntur. Quod ī
ſpiritu beatus apoſtolus ꝓuidens· Et ſi
diſtribuero inquit in cibos pauperū om-
nes facultates meas· ⁊ tradidero corpꝰ
meum vt ardeam· charitatem autē non
habeam: nichil mihi prodeſt. Unde liqͥ-
do comprobatur perfectionem non ſta-
tim nuditate· nec priuatione omniū fa-
cultatum ſeu dignitatum abiectione cō-
prehendi· niſi fuerit charitas illa cuius
apoſtolus membra deſcribit in veritate
poſſeſſa: que in ſola cordis puritate con-
ſiſtit. Nam quid eſt aliud non emulari·
nō inflari· nō irritari· nō agere perperā·
non querere que ſua ſunt· niſi proprias
admodum res ſumma equitate cōtem-
nere· et ab auferēte nō querere· nō ſuꝑ in-
iquitate gaudere· nō cogitare malum· ⁊
reliqua· niſi cor perfectum ac mundiſſi-
mū deo offerre· ac vacuū illud a cunctis
perturbationibus exhibere.

## De appetēda trāquillitate cordis. Cap̄. vij.

Omnia igitur huius gratia ge-
renda appetendaqꝫ ſunt nobꝫ
pro hac ſolitudo ſectanda eſt.
pro hac ieiunia· vigilias· labores· corpo-
ris nuditatē· lectionē· ceteraſqꝫ ꝟtutes
debere nos ſuſcipere nouerimus· vt ſcꝫ
per illas ab vniuerſꝭ paſſionibus noxijs
illeſum parare cor noſtrum· ⁊ conſerua-
re poſſimus· et ad perfectionem charitatꝭ
iſtis gradibus innitendo conſcēdere. et
nō propter has obſeruātias· ſi forte ho-
neſta ac neceſſaria occupatione preuēti
ſolennitatem inuite ꝯſuetudinis nō po-
tuerimus implere· incidamus in triſtici-
am· vel iram· ſiue indignationē· ob que
expugnanda illud qꝺ pretermiſſum eſt
fueramus acturi. Non enī tantū eſt lu-
crū ieiunij· quantum ire diſpendiū· nec
tantus lectione capitur fructus· q̄ꝫtum
contemptu fratris incurritur detrimen-
tum. Ea igitur que ſequentia ſunt. id ē·
ieiunia. vigilie· anachoreſis· meditatio
ſcripturarū· propter principalē ſcopō·
id eſt puritatem cordis· qꝺ eſt charitas
nos conuenit exercere· et nō propter illa
principalem hanc perturbare virtutem
qua in nobis integra illibataqꝫ durāte·
nihil oberit ſi aliquid eorum que ſequē-
tia ſunt pro neceſſitate fuerit ꝑtermiſſū.
Siquidem nec proderit vniuerſa feciſ-
ſe· adempta hac quam diximꝰ ꝑncipali
cā cuius obtentu ſunt oīa perpetranda.
Ob hoc enī qͥs vtenſilia cuiuſlibet artꝭ
inſtituere ſibimet ac preparare feſtinat·
nō vt ea poſſideat ocioſe· nec vt emolu-
mēti illius fructū qui ſperat̄ ex ipſis in
nuda inſtrumentorum poſſeſſione cōſti-
tuat· ſed vt eorum miniſterio ꝑciam· fi-
nemqꝫ illius diſcipline cuius hec adiu-
menta ſunt efficaciter apprehendat· Igi-
tur ieiunia· vigilie· meditatio ſcriptura-
rum· nuditas ac priuatio omniū facul-
tatum· nō perfectio: ſed perfectionis in-
ſtrumēta ſunt· quia non in ipſis conſiſtit

diſcipline illius finis·ſed per illa perue-
nitur ad finem. Incaſſum igitur hec ex-
ercitia molietᷣ· quiſqȝ his velut ſūmo bo-
no contentus· intentionē ſui cordis huc
uſqȝ affixerit· 7 nō ad capiēdū finē propter
quē hec appetēda ſūt· oī conatu ſemet extē-
derit hñs quidē diſciplīe illiꝰ inſtrumēta·
finē vero ī quo oīs collocatus ē fructꝰ ignorat.
Quicquid igitur pt iſtā mētē nr̄e puritatem
trāquillitatēqȝ turbare· quāuis vtile ac ne-
ceſſariū videatᷣ vt noxiū deuitādū ē. hac
enī norma 7 errorē pu agationūqȝ oīm
diſpſiões poterimꝰ euadere· 7 deſidera-
tū finē linea certe directiōis attigere.

## De principali conatu erga diuinarum rerū cōtemplationē· et ſimilitudinē Marie 7 marthe. Cap. viij.

Hic ergo nob principalis debet eē conatꝰ· hec imobilis deſtinatio cordis iugit affectan-
da ē: 7 tenēda· vt diuinis reb ac deo mēs
ſp inhereat: quicquid ab hac diuſū ē quāuis
magnū. ſcdm tn̄ aut etiā inferiꝰ ſeu certe
noxium iudicādū ē· huiꝰ mentē vl actus
figura· et ī euāgło p marthā 7 mariā pul
cherrīe deſigtur. Cū .n. martha ſctō vti
liqȝ miſterio deſeruiret· vtpote que ipi dño
eiuſqȝ diſcipul miſtrabat· et maria ſpi-
rituali tn̄ modo ītēta doctrīe ieſu pedib
inhereret· quos oſculās bone pfeſſiōis linie-
bat vnguēto· pfertᷣ tn̄ a dño q 7 meliorē
elegerit ptē· 7 eā que ab ea nō poſſit aufer-
ri. Nā cū laboraret martha pia ſollicitu
die ac diſpēſatiōe diſtēta· ſolā ſe vidēs
ad tm̄ miſteriū nō poſſe ſufficere adiuto
riū ſororis a dño poſtulabat dicens. Nō tibi
placet qȝ ſoror mea reliqt me ſolā miſtra
re: Dic ergo illi vt me adiuuet. Utiqȝ nō ad
vile opꝰ ſed ad laudabile eā miſteriū puo
cabat. Et tn̄ quid audit a dño: Martha
martha ſollicita es· 7 turbaris erga plu-
ria. Pauca vero opꝰ ē aut etiā vno· Ma
ria bonā ptem elegit que nō auferetᷣ ab ea·
Uidetis ergo principale bonū in theoria ſola·
id ē in cōtēplatiōe diuina dñm poſuiſſe. vñ
ceteras virtutes licet nccias 7 vtiles bo-
naſqȝ pnūciemꝰ. ſcdo tn̄ gradu cēſendas
eē decemiꝰ· qȝ vniuſe huiꝰ vniꝰ patrātᷣ
obtētu· Dicēs enī dñs· ſollicita es· et tᷣba
ris circa plīma· pauca vero opꝰ ē aut etiā
vno ſūmū bonū nō in actuali quāuis lau
dabili ope 7 multis fructib habūdāti· ſed
in diuina cōtēplatiōe que vere ſimplex 7 vna
ē: collocauit· pauca opꝰ eē pnūciās ad p-
fectā btitudinē id eſt illā theoriā que prius
in paucorū hᷣuatᷣ cōſideratione ſctōrū· a
quorū cōtēplatiōe cōſcēdēs is qui adhuc in p-
fectu poſitꝰ ē ad illā quoqȝ quod dr̄ vnū. i. dei
ſoliꝰ intuitū· ipo adiuuāte pueniet vt. ſ.
etiā ſcōrū actꝰ ac miſteria mirifica ſup-
greſſus· ſoliꝰ dei iā pulchritudie ſciaqȝ
paſcatᷣ. Maria ergo bonā ptē elegit que nō au
feretᷣ ab ea. Et hoc diligētiꝰ ītuēdū ē. Nā
cū dicit: Maria bonā ptē elegit· lȝ taceat
de martha· et neqȝ eā vitupare videa-
tur· illā tn̄ laudās hāc inferiorē pnunci
at. Rurſum cū dicit· que nō auferetᷣ ab ea:
oſtēdit q ab hac ſua porcio poſſit aufer-
ri. Nec enī miſteriū corpale cū hoīe pote
rit iugitᷣ pmanere. Illiꝰ vero ſtudiū nul-
lo vlteriore euo docet poſſe finiri.

## Interrogatio quō efficiētia virtutū nō cū hoīe pſeueret. Ca. ix.

Ermanꝰ· Ad quod nos valde pmoti· quid ergo diximꝰ labor ieiunio
rū· lectiōis īſtātia· opa miſeri-
cordie iuſticie· pietatis· 7 hūanitatis aufe-
retᷣ a nob· 7 nō pmanebūt cū auctorib
ſuis· pſertī cū ipe dñs retributionē regni
celorū ob hec pmittat ſe talib redditurū d.
Uenite bñdicti pa. m. poſſi. re. vo. patū a
cōſtitutiōe mūdi. Eſuriui enī 7 dediſtis
m mādu. ſitiui 7 de. m bi. 7c. Quō ergo au-
ferētᷣ hec que ītroducūt factores ſuos in re-
gna celorū.

## Reſpōſio q nō ſit earū merces ſȝ actio ceſſatura. Ca. x.

Oyſes· Nec ego dixi mercedē boni opis auferēdam·
dicēte eodē dño· qui potū dederit
vni ex minimis iſtᷣ calicē aque frigide tn̄ i
noīe diſcipuli· amē dico vob· nō perdet
mercedē ſuā. ſed actionē dico· quā fieri vel
nccitas corpalis vel īpugnatio carnis:
ſeu mūdi huiꝰ ineqlitas exigit auferēdā
Nā lectiōis īſtātia vl ieiuniorū afflictio
ad emūdationē cordis 7 caſtigationem
carnis· que ſi elata fuerit eſcarū nimietate·
ſeu mētis incuria· cōfeſtī luxurie atqȝ libi
dinis aculeis puritatē cordis infeſtat· in
pñti tn̄ modo vtilitᷣ exercētᷣ· donec caro
cōcupiſcit adūſus ſpm̄· que nūnqȝ ab his qui
labore nimio ſeu egritudie corpis ſenio
ve defeſſi ſunt etiā ī pñti videmꝰ auferri
nec ab hoīe poſſe iugitᷣ exerceri· Quāto ma
gis ergo hec in futᷣo ceſſabūt· cū corruptibile
hoc induerit īcorruptiōē· corpuſqȝ iſtud
quod nūc aīale ē ſurrexerit ſpiritale· 7 cepit
caro nō eē iā talᷣ· vt adūſus ſpm̄ cōcupi-
ſcat. de quib etiā b· apłs maīfeſte pnūciat
corpalis in qua exercitatio ad modicū
vtilᷣ eſt· pietas āt que ſine dubio charitas
ītelligitᷣ ad oīa vtilᷣ ē pmiſſiōē hñs vite
que nūc ē 7 futᷣe. Que ergo dr̄ ad modicū eſſe
vtilᷣ· maīfeſte pnūciatᷣ nec p oē tps exerce
ri poſſe· nec ſūmā pfectiōis p ſe ſolā labo
rāti cōferre. Modicū quippe ad vtrūqȝ re-
ferri pt. i. vl ad breuitatē tpis· q ſcȝ hoī
tā ī pñti quā ī futᷣo exercitatio corpis coeᷣ-
na eē nō poſſit· vl certe ad puitatē vtilita
tis· que de carnali exercitatiōe cōqritᷣ· eo q
afflictio corpalᷣ initia quedā pfectꝰ· nō ipam
pfectionē charitatis pariat· que pmiſſionē
hȝ vite pñtis 7 futᷣe. Et idcirco eā exerci
tationē opm pdictorū nccīam eē cenſemꝰ·
qȝ ſine ipa ad charitatis faſtigia nō poſſit
aſcēdi. Hec etiā que dicitis opa pietatis ac
miſcdie nccia ſūt in hoc tpe· dū adhuc ine-
qlis diuſitas dñatᷣ· quorū nec hec quidē expete-
retᷣ opatio· niſi inopū· indigētiū· infirmo
rūqȝ ps maxia redūdaret· que iniqtate ho
minū facta ē· eorū ſcȝ qui ea que oib a cōmu
ni creatore cōceſſa ſūt ī ſuos tn̄ occupata
vſus· nec tn̄ vtēda alijs tenuerūt. donec ergo ī
hoc mūdo īeqlitas iſta graſſatᷣ· erit hec actio
nccia 7 vtilᷣ exercētib eā· rſtituēs quidē bo
no affectui 7 pie volūtati retributionem
hereditatis eterne· ipa vero in futᷣo ſeclo pa
rilitate regnāte ceſſabit· cū iā nō fuerit in
eqlitas. ppterea quā debeāt hec exerceri· ſed cūcti
ab hac multiplici· i. actuali opatiōe ad
charitatē dei 7 diuinarū rerū cōtēplatiōē
pptua cordis puritate tranſibūt. cui ſe
hi quib cura ē vl ſcie vl mētis emūdationi
inſiſtere· iā in hoc ſeculo cōſtituti elegerūt oī
conatu ac virib mācipare· illi ſcȝ ſemet-
ipos officio adhuc ī carne corruptionis
poſiti deputātes in quo erūt corruptiōe de
poſita pmāſuri· puenientes ad illā pmiſſi
onē dei ſaluatoris· que dr̄. Btī mūdo cor-
de quoniam ipſi deum videbunt.

## De charitatis ppetuitate. xi.

Et quid miramini· ſi illa officia ſu-
periꝰ cōphēſa trāſibūt· cū ſanctꝰ
apłs etiā ſublimiora ſpūſſācti ca-
riſmata trāſitᷣa deſcribat· ſolā vero chari
tatē deſignet ſine fine māſurā· ſiue īqui
ens pphetie euacuabūtᷣ· ſiue ligue ceſſa-
būt· ſiue ſciā deſtruetᷣ· Et poſtꝰ hec īfert· cha
ritas aūt nūqȝ excidet. Oīa nanqȝ dona
p vſu ac nccitate tribuūtᷣ ad tps· cōſum
mata diſpenſatiōe mox pculdubio trā-
ſitura· charitas vero nullo intᷣcipietᷣ tpe·
nō ſolū .n. ī pñti mūdo vtilitᷣ opatᷣ in no
bis· ſed etiā in futurū ſarcia corporee necī-
tatis abiecta· efficacior mlto atqȝ excellēti-
or pmanebit· nullo vnqȝ corrūpēda defe
ctu· ſed p incorruptionē ppetuā flagrātiꝰ
deo atqȝ intētius adheſura.

## Interrogatio de pſeuerātia ſpiritalis theorie. Cap. xij.

Ermanus. Quis ergo pt fragi-
li carne circūdatꝰ ita eē huic the-
orie ſp affixꝰ· vt nūqȝ cogitet de
fratris aduētu· de viſitatiōe infirmi· vel
ope manuū· vl certe de hūanitate que debe
at vl pegrinis vl aduenientib exhiberi.
Poſtremo quis nō īterpelletᷣ corpis ipiꝰ
puiſione vl cura. Aut quēadmodū mēs
vl in quo illi īuiſibili 7 incōprehēſibili deo
valeat coherere· cupimus edoceri.

## Rñſio de directiōe cordis in deum 7 de regno dei. 7 diaboli. xiij

Oyſes. Inherere quidē deo iu-
gitᷣ 7 cōtēplatiōi eꝰ quēadmodū
dicitis inſepabilitᷣ copłari īpoſſi-
bile eſt hoī iſta carnis fragilitate circūda
to. Uerū optet nos ſcire vbi mētis nr̄e ītē
tionē debeamꝰ hr̄e defixā· et ad quā deſti
nationē ſp aīe nr̄e reuocemꝰ intuitū· quoniam

cũ potuerit obtinere mẽs gaudeat· ⁊ aq̄
diſtracta ĩ ſe doleat· atꝫ ſuſpiret· totiẽſqꝫ
ſe a ſũmo bono ſentiat receſſiſſe· q̊tiẽs ſe
ab illo ĩtuitu dep̄hẽderit ſepatã· foꝛnica
tionẽ iudicãs· vl' momẽtaneũ a chꝛiſti cõ
tẽplatiõe diſceſſũ· a q̊ cũ deuiauerit pau
lulũ nr̃ obtutꝰ· rurſus ad eũ coꝛdis ocu/
los retoꝛquentes· velut rectiſſima linea
mẽtiſ aciẽ reuocemꝰ. Totũ naqꝫ in aĩe cõ
ſiſtit receſſu. Vñ expulſo diabolo· ac ne/
q̄qꝫ in ea iã regnãtibꝫ vicijs· ꝯſequenter
regnũ dei fũdat' ĩ nob̄· dicẽte euãgeliſta.
Regnũ dei nõ veniet cũ obſuatiõe· neqꝫ
dicẽt· ecce hꝫ aut ecce illic ẽ. Amẽ amẽ di/
co vob̄· q2 regnũ dei ĩtra vos ẽ. Int' nos
ꝟo nihil aliud eẽ p̄t q̄m ſciã aut ignoꝛa/
tio ꝟitatiſ· ⁊ vl' viciop amicicia vl' ꝟtutũ·
p q̄ aut diabolo aut chꝛiſto regnũ pamꝰ
in coꝛde. Cuius etiã regni q̄litatẽ deſcri/
bit apl's d. Nõ enĩ regnũ dei ẽ eſca ⁊ po/
tus· ſ; iuſticia ⁊ pax ⁊ gaudiũ in ſpũſctõ.
Itaqꝫ ſi rgnũ dei int' nos ẽ· ⁊ ip̄m regnũ
dei iuſticia ⁊ pax ⁊ gaudiũ eſt· g̊ q ĩ iſtiſ cõ
moꝛat' ſine dubio ĩ regno dei ẽ. Et ecõtra
rio illi q̇ ĩ iniuſticia ⁊ diſcoꝛdia ⁊ triſticia
moꝛtẽ operãte ꝟſant'· in rgno diaboli· et
in ĩferno ac moꝛte ſũt ꝯſtituti. His. n. in/
dicijs vl' dei vl' diaboli regnũ diſcernit'
vl' ſcõꝝ. Et reuera ſi mẽte atqꝫ aĩo cõſi/
deremꝰ ſtatũ illũ in q̊ degũt celeſtes sup/
neqꝫ ꝟtutes q̄ ꝟe ĩ regno dei ſũt· q̇d aliꝺ
eſſe credendus ẽ q̄m perpetua iugiqꝫ leti/
cia: Quid enĩ tã ꝓꝓꝛiũ ꝟe btĩtudini tan/
qꝫ p̄t cẽ ꝯueniẽs· q̄ꝫ trãq̇llitas iugiſ ⁊ gau
diũ ſempit'nũ. Et vt hꝫ ip̄m qꝺ dicimus
ita cẽ nõ mea ꝯiect'a· ſ; ipĩꝰ dñi auctoꝛi/
tate certiꝰ iſtruariſ· audi eũ q̄litatẽ ⁊ ſtatũ
mũdi illiꝰ aptiſſime deſcribẽtẽ. Ecce in/
q̇t ego creo celos nouos· ⁊ t'rã nouã· ⁊ ñ
erit in mẽoꝛia p̊oꝛa neqꝫ aſcẽdẽt ſup coꝛ· ſ;
gaudebitiſ ⁊ exultabitiſ vſqꝫ in ſempit'nũ
in his q̄ ego creo· Et rurſũ: Gaudiũ ⁊ le
ticia inueniet' in ea· grãrũ actio ⁊ vox lau
dis· ⁊ erit mẽſ ex mẽſe· ⁊ ſabbatũ ex ſabba
to. Et iterũ: Gaudiũ ⁊ leticiã obtinebũt
fugiet doloꝛ ⁊ gemitꝰ. Et ſi adhuc clariꝰ
de illa ꝯuſatiõe ⁊ ciuitate ſctõꝝ vultiſ ag/
noſcere· attẽdite q̄ ad ipſam hieruſalẽ vo
ce dñi dirigãtur. Et ponã inq̇t viſitatio
nẽ tuã pacẽ ⁊ p̄poſitos tuos ĩ iuſticiã. Nõ
audiet' vlt' iniq̇tas in t'ra tua· vaſtitas et
ꝯtritio ĩ terminis tuis· ⁊ occupabit ſalꝰ
muros tuos ⁊ poꝛtaſ tuas laudatio. Nõ
erit t' ãpliꝰ ſol ad lucẽdũ p diẽ· n' ſplẽdoꝛ
lũe illũinabit te· ſ; erit tibi dñs ĩ lucẽ ſem/
piternã· ⁊ deꝰ tuꝰ in gloꝛiã tuã. Nõ occi
det vltra ſol tuꝰ· ⁊ lũa tua nõ minuet'· ſ;
erit t' dñs in lucẽ ſempiternã· et cõplebũ/
tur dies lucꝰ tui. Et idcirco btũs aplus
nõ gñalit' neqꝫ ſimplicit' oẽ gaudium re/
gnũ dei eſſe ꝓnũciauit· ſ; ſignãter ac ſpe/
cialit' illud ſolũ qꝺ in ſpũſcõ eſt. Nouit
enĩ aliud q̄ꝫ vituperabile gaudiũ· ꝺ q̊ dĩ.
Mũdus iſte gaudebit· ⁊ ve vob̄ q̇ rideti
q2 ploꝛabitiſ. Regnũ ſane celoꝝ triplicit'
accipiẽdũ eſt. aut q2 regnaturi ſunt celi·
id ẽ ſcti malis ſb̄ditis· ſm illud. Eſto tu
ſup q̄nqꝫ ciuitates· ⁊ tu ſuper decem. Il
lud q̄ꝫ qꝺ dĩ ad diſcipulos· ſedebitiſ ſup
ſedes xij. iudicãtes xij. t'bꝫ iſrael· l' certe q2
ſcti ĩ cel' ſint cũ dño rgñturi· aut certe q2
ipĩ celi incipiãt a chꝛiſto regnari· cũ ſcꝫ
oĩbꝫ ei ſb̄iectiſ cepit eſſe oĩa in oĩbꝰ deꝰ.

## De animę perpetuitate. xiiij.

Quamobꝛẽ in hꝫ coꝛpe ꝯſtitutus
iã nouerit vnuſq̇ſqꝫ illiꝰ ſe rgio
ni vl' miſterio deputãdũ· cuius
in hac vita ſemetip̄m pticipẽ cultoꝛẽqꝫ p̄
buerit· illiuſqꝫ ſe etiã in illo perenni ſeclo
ꝯſoꝛtẽ fut'm eſſe nõ ãbigat· cui nũc mini/
ſtrũ ſe ſociũqꝫ maluerit exhibere. ſm ſen
tentiã dñi ita dicẽtiſ. Si q̇s m̄ miniſtrat
me ſequat'· ⁊ vbi ſũ ego· illic ⁊ miſter me/
us erit. Nã queãdmodũ diaboli regnũ
per ꝯniuẽtiã ſuſcipit' vicioꝝ· ita regnũ
dei per exercitationẽ ꝟtutũ· puritate coꝛ
dis ac ſpiritali ſciã poſſidet'. Vbi aũt re
gnũ dei ẽ ibi ꝓculdubio ⁊ vita cõmoꝛat'
eterna· et vbi regnũ diaboli eſt: ibi moꝛs
atqꝫ infernus eſſe cognoſcit'· in q̊ q̇ fue/
rit· nec laudare dñm p̄t ſm ꝓphete ſniã
dicẽtis. Nõ moꝛtui laudabunt te: neqꝫ
oẽs q̇ deſcẽdunt in ĩfernũ· ſine dubio pec
cati· ſ; nos q̇ viuimꝰ nõ vicijs ſcꝫ nec mũ
do huic ſ; deo· bñdicimꝰ dñm ex hꝫ nũc et
vſqꝫ in ſeculũ. Nõ enĩ eſt in moꝛte q̇ me
moꝛ ẽ dei· ĩ ĩferno aũt pcti q̇s cõfitebitur
dño. i. nẽo. Nullꝰ enĩ etiã ſi milies ſemet
ip̄m vl' chꝛiſtianũ eſſe ꝓfiteat' vl' mona/
chum· cũ peccat ꝯfitet' dño. Nullus ad/
mittẽs ea q̄ dominꝰ execrat' reminiſcit'
eiꝰ· nec ſuũ ſe ꝓfitet' illius cuiꝰ pꝛecepta
ꝯtũaci temeritate ꝯtẽnit. In q̊ moꝛte il/
lã viduã q̄ ẽ in delicijs btũs apl's eẽ pꝛo/
nũciat· vidua inq̇ẽs q̄ in delicijs ẽ viuẽs
moꝛtua ẽ. Sũt g̊ multi q̇ viuẽtes in hoc
coꝛpe moꝛtui ſũt· ⁊ in ĩferno iacẽtes deũ
laudare nõ poſſũt. Et ecõtrario ſũt q̇ cũ
moꝛtui ſint coꝛpe· deũ ſpũ bñdicũt atqꝫ
collaudãt· ſm illud. Bñdicite ſpiritꝰ et
aĩe iuſtoꝝ dñm· et oĩs ſpũs laudet dñm.
Et in Apocalipſi aĩe occiſoꝝ nõ ſolum
laudare deũ· ſ; etiã interpellare dicũtur.
In euãg̊ quoqꝫ euidẽtiꝰ dñs ad ſaduce/
os· nõ legiſtis inq̇t qꝺ dictũ eſt a deo di
cẽte vob̄. Ego ſũ deꝰ abꝛahã· et deꝰ yſa/
ac· ⁊ deꝰ iacob· nõ eſt deꝰ moꝛtuoꝝ ſ; vi/
uẽtiũ. Oẽs enĩ ei viuũt. De q̇bꝫ ⁊ aplus.
Pꝛopt' qꝺ inq̇t nõ ꝯfundit' deꝰ vocari
deꝰ eoꝝ. pauit. n. illis ciuitatẽ. Nã q2 nec
ocioſe ſint poſt ſepationẽ huiꝰ coꝛpis aĩe
neqꝫ nihil ſentiãt. etiã euãgelij parabola
q̄ de illo paupe laçaro ⁊ diuite purpura
to ꝓfert' oſtẽdit· q̊ꝝ vnus btĩſſimã ſedem
id ẽ ſinus abꝛahe req̇ẽ ꝓmeret'. alius in
tolerabili ardoꝛe eterni ignis exurit'. Si
q̄t illud ⁊ qꝺ dĩ ad latronẽ. Hodie eris
mecũ in padiſo· voluerimꝰ intẽdere· q̇d
aliud manifeſte deſignat q̄ꝫ pdurare in
aĩabꝫ nõ ſolũ p̊ſtinos intellectꝰ. ſ; etiã vi
ciſſitudĩe eas ꝯgrua ꝓ meritoꝝ actuũqꝫ
ſuoꝝ pfrui q̄litate. Hoc enim illi neq̄q̄ꝫ
de ꝓmiſiſſet ſi eiꝰ aĩam noſſet poſt ſepa/
tionẽ carnis· vl' priuandã ſenſu vl' in ni/
hilũ reſoluẽdã. Nõ enĩ caro eiꝰ in padi/
ſo ſ; aĩa erat ingreſſura cũ chꝛiſto. Cauẽ
da ſane imo toto hoꝛroꝛe eſt deteſtanda
pꝛauiſſima hereticoꝝ illa diſtĩctio. q̇ dũ
nõ credũt chꝛiſtũ potuiſſe eodẽ die q̊ in/
ferna deſcẽdit· etiã in paradiſo reperiri
ita diſtinguũt· amẽ dico tibi hodie· et int'/
poſita diſtinctione inferunt· mecũ eris in
paradiſo· vt ſcilicet hec pꝛomiſſio nõ ſta
tim poſt tranſitum vite eius impleta· ſ;
poſt reſurrectionis aduentum ſit implẽ/
da· non intelligentes illud quod ante re/
ſurrectionis ſue diem pꝛotulit ad iude/
os qui eum vt ſemetip̄os credebant an/
guſtijs hũanis et carnali infirmitate cõ/
cludi. Nemo aſcendit in celum niſi qui
deſcendit de celo· filius hominis qui ẽ in
celo· Quibus manifeſte pꝛobatur aĩas
defunctoꝛum nõ ſolũ ſuis ſenſibus nõ
pꝛiuari· ſed ne iſtis quidem affectibus. i.
ſpe atqꝫ triſticia· gaudio ac metu carere·
et ex eis que ſibi ĩ illo generali examine re
ſeruantur quiddã eas iam incipere p̄/
guſtare· nec ſm opinionem quoꝛundam
infidelium in nihilũ eas reſolui poſt hu/
ius cõmoꝛationis exceſſũ· ſed viuacius
ſubſiſtere deiqꝫ laudibus intentius inhe
rere. Et reuera vt ſequeſtratis paulisper
teſtimonijs ſcripturarum de ipſius ani/
me natura ſm mediocritatẽ ſenſus no
ſtri paucis aliqua diſputem. Nõne vl/
tra omnis ineptie non dicam fatuitatem
ſed inſaniam eſt vel leuiter ſuſpicari illã
pꝛecioſioꝛem hominis poꝛcionẽ· in qua
etiam imago dei ſm beatum apoſtolum
ac ſimilitudo conſiſtit· depoſita hac qua
reconditur in pꝛenſenti ſarcina coꝛpora
li inſenſibilem fieri que omnem rationẽ
in ſe continens etiam mutam atqꝫ in/
ſenſibilem materiam carnis participati
one ſui facit eſſe ſenſibilẽ· cum vtiqꝫ cõ/
ſequens ſit· et hoc rationis ipſius oꝛdo
contineat· vt exuta mẽs iſta carnali qua
nunc hebetatur pinguedine· intellectua/
les virtutes ſuas in melius reparet· ⁊ pu
rioꝛes eas ac ſubtilioꝛes recipiat potius
q̄ꝫ amittat· Intantum autem hoc quod
dicimus beatus apoſtolus verũ eſſe co/
gnoſcit· vt etiam optet ab hac carne diſ/
cedere· vt ſeparatione eius enixius va/
leat domino copulari dicẽs· deſiderium
habeo diſſolui· ⁊ cũ chꝛiſto eẽ mlto magiſ
q̄m dũ ſumꝰ in coꝛpe pegrinamꝰ a dño· et
idcirco audemꝰ ⁊ bonã volũtatẽ habemꝰ

magiſ pegrianꝰ a corpe ⁊ pñtes eē ad dñꝫ ꝑpt qḋ etiā ꝯtēdimꝰ. ſiue abſentes ſiue pñtes placere illi· cōmorationē ſcꝫ aīe·q̄ in hac carne ē· ſepationē atq; diſceſſum pñtiā eē ad chriſtū tota credulitate cōfidēs. Et euidētiꝰ iteꝝ ſup hꝰ ipo viuaciſſimo aīarū ſtatu idē apl's. Sꝫ acceſſiſt' inq̇t ad ſyon mōtē ⁊ ciuitatē dei viuētꝗ hierusalē celeſtē· ⁊ ad mltoꝝ miliū āgeloꝝ frequētiā ⁊ eccl'iaꝫ pmitiuoꝝ· q̄ ꝯſcripti ſūt i cel'· ⁊ ſpūs iuſtoꝝ pfectorū. De q̇bꝫ ſpiritibꝫ i alio loco. Deīde pr̄es inq̇t carnis nr̄e habuimꝰ eruditores ⁊ reuerebamur· nō mltomagiſ ſubiciem̄ pr̄i ſpūuꝫ ⁊ viuemꝰ.

## De cōtēplādo deo. c. xv.

Ontēplatio vo dei mltifarie cōcipit'· Nā deꝰ nō ſola incōphēſibil' illius ſbe ſue āmiratiōe cognoſcit'· qḋ tñ adhuc i ſpe ꝓmiſſiōis abſcōditū ē· ſ etiā creat'arū ſuaꝝ magnitudine vl' eq̇tatꝗ ſue ꝯſideratiōe vl' q̇tidiane diſpēſatiōis auxilio puidet'· qñ ſcꝫ q̄ cū ſanctꝗ ſuis p ſingulas gñatiōes egerit mēte puriſſima pluſtramꝰ· cū potētiā ipiꝰ q̄ vniūſa gubnat moderatur ac regit cū immēſitatē ſcie eiꝰ ⁊ ocl'm quē ſecreta cordiū latere nō poſſūt tremēti corde miram̄· cū harenā marꝗ vndaꝝ nūeꝝ dimēſū ei ꝯgnitūq; pauidi cogitamꝰ· cū pluuiaꝝ guttas cū ſeculoꝝ horas ac dies cū pterita fut'a ve vniūſa obſtupeſcimꝰ ſcientie eiꝰ aſſiſtere· cū ineffabilē clemētiā eiꝰ ꝯſideramꝰ· q̄ īnūera flagicia q̄ ſingulis momētꝗ ſb ipiꝰ cōmittunt' aſpectu indefeſſa lōganimitate ſuſtētat· cū intuemur vocatiōeꝫ· q̄ nos null' pcedētibꝫ meritꝗ gr̄a ſue miſatiōis aſciuit· cū deniq; occaſiones ſalutꝗ tribuit adoptādis· cū q̇dā āmiratiōis intuem̄ exceſſu· ꝙ ita nos naſci pcepit· vt ab ipis cūabul' gr̄a nob lc̄giſq; ſue noticia īfūderet'· ꝙ ipē aduſariuꝫ vicēs in nob· p ſolo bōe volūtatꝗ aſſēſu etn̄a btītudie ac ppetuis nos pmijs mūerat· cū poſtremo diſpēſatiōꝫ ſue īcarnatiōis ꝓ nr̄a ſalute ſuſcepit· ac mirabilia miſterioꝝ ſuoꝝ i cūctꝗ gētibꝫ dilatauit. Sūt āt alie q̄ꝫ huiuſmodi ꝯtēplatiōes innūere· q̄ ꝓ q̄litate vite ac puritate cordis nr̄is ſenſibꝫ oriunt' q̇bꝫ deꝰ vl' videt' mūdis obtutibꝫ vl' tenet'. Quas ꝓfecto nullꝰ ppetuo retētabit in q̊ adhuc aliq̇d carnaliū viuit affectuū. q: nō poterꝗ ait dñs videre faciē meā· nō enī videbit me hō ⁊ viuet ſcꝫ mundo huic affectibuſq; trenis dedit'.

## Interrogatio ꝺ cogitationum mobilitate. cap. xvi.

Ermanus. Quid ḡ eſt qḋ etiam nolētibꝫ imo vo etiā neſcientibꝫ nob ita ſupflue cogitationes ſbtilit' ac latēter irrepūt· vt nō ſolum eas expellere· verūetiā ītelligere ac deprehēdere difficultatꝗ immodice ſit: Pōt ḡ mēs aliqñ ab iſtꝫ vacua repiri· et nunq̄ huiuſcemodi illuſionibꝫ incurſari.

## Rñſio q̇d poſſit mēs ſup cogitationū ſtatu q̇d veñ poſſit. xvij.

Dyſes. Mentē q̇dē nō interpellari cogitatiōibꝫ īpoſſibile ē· ſuſcipe vo eas ſiue reſpuere oī ſtudēti poſſibile ē. Queādmodū igit' ortus earū nō oīmodis pēdet a nob· ita reꝓbatio vl' electio ꝯſiſtit in nob. Nec tñ ex eo ꝙ diximꝰ īpoſſibile eē mētē cogitationibꝫ ñ adiri totū vl' īcurſui vl' ill' ſpiritibꝫ tribuēdū ē· q̇ eas nob nitūt' ingerere alioq̇n nec libeꝝ in hoīe maneret arbitrium· nec ī nob ſtaret nr̄e correctiōis induſtria. Sꝫ ē in q; nr̄m magna ex pte vt cogitationū q̄litas emēdet'· et vl' ſancte ac ſpiritales oriāt' ī nob· vl' terrene carnaleſq; decreſcāt. Jō nāq; frequēs lectio ⁊ iugiſ adhibet' meditatō ſcript'aꝝ vt exīde nob ſpiritalis mēorie ꝑbeat' occaſio. Jdcirco decātatio crebra pſalmoꝝ vt aſſidua nob exinde ſbminiſtret' cōpunctio. Jdcirco vigiliarū ac ieiunioꝝ orōnūq; ſedulitas adhibetur· vt extenuata mēs nō t'rena ſape ſ celeſtia poſſit ac ſblimia cōtēplari. Quibꝫ rurſū negligentia irrepēte ceſſantibꝫ· nccē eſt vt mēs vicioꝝ ſqualore ꝯcreta in carnalē ptē corruat atq; declinet.

## Cōpatio aq̇rie mole ⁊ aīe. xviij.

Uod exerciciū cordis nō incōgrue molarū ſilitudini cōpat'· q̇s meatꝰ aq̇rū pceps īpetu rotāte ꝓuoluit. Que nullatenꝰ q̇dē ceſſare poſſūt ab ope diſpoſito aq̇rū impulſibꝫ circūacte· in eiꝰ vo q̇ pēſt ſitū eſt poteſtate vtꝝ nā triticū malit an ordeū loliū ve cōminui. Jllud nanq; eſt ꝓculdubio cōmolēdū· qḋ ingeſtū ab illo fuerit· cui opis illiꝰ cura cōmiſſa ē. Jta igit' etiam mēs p vite pñtis incurſus vndiq; ingruētibꝫ tēptationū torrētibꝫ q̇ ſpiritalibꝫ inflati neq̇cijs· indeſinēter eā circūfluunt atq; circūſtrepūt vacua q̇dē cogitationū eſtibꝫ eſſe nō poterit· quales vo vel admittere vel pare ſibi debeat· ſtudij ac diligētie ſue ꝓuidebit induſtria. Si enī vt diximꝰ ad ſanctarū ſcripturarū meditationē iugiter recurramꝰ· ac mēoriā nr̄am ad recordationē ſpūaliū reruꝫ et deſideriū pfectiōis· ſpemq; future beatitudinis erigamꝰ· nccē eſt vt orte cogitatiōes exinde ſpiritales in his q̄ meditati ſumꝰ· mētē faciāt īmorari. Sin vo deſidia ſeu negligētia ſuperati· vicijs et ocioſ cōfabulatiōibꝫ occupem̄· ſeu curꝗ mūdanis ⁊ ſupfluis ſollicitudinibꝫ īplicemur: ꝯſequēter exinde velut q̄dā çiçanioꝝ ſpecies generata· opatione q̊ꝫ nr̄o cordi noxiā ꝑbeat· et ſm ſnīam dñi ſaluatorꝗ vbi fuerit theſaurꝰ opm ſeu intētiōis nr̄e· ibi ⁊ cor nr̄m nccio pmanebit.

## De tribus cogitationū noſtrarū principijs. Cap. xix.

Llud ſane p oībꝫ noſſe debemꝰ tria cogitationū nr̄arū eſſe pncipia· id eſt ex deo· ex diabolo· ⁊ ex nob. Ex deo q̇dē ſūt cū ſpūſſancti illuſtratiōe nos viſitare dignat'· erigēs nos ad ſubliniorē pfectū· ⁊ in q̇bꝫ vl' minus acq̇ſiuimus· vel deſidioſe agētes ſupati ſumꝰ· ſaluberrīa cōpūctione caſtigat· vl' cū reſerat nob celeſtia ſacramēta ⁊ ꝓpoſitū nr̄m ad meliores actꝰ· volūtatēq; cōuertit· vt ibi cū rex aſſuerꝰ caſtigatꝰ a dñō· libros annales inſtigat' inq̇rere· q̇bus mardochei bñficia recordatꝰ· ſumi eū gdu honoris exaltat ac ꝓtinus crudeliſſimā ſup nece gētis iudee ſnīam reuocat. Uel cū ꝓpheta cōmēorat· audiā q̇d loq̄t' ī me dñs deꝰ. Aliꝰ q̊ꝫ ⁊ dixit: inq̇t āgelꝰ q̇ loq̄bat' ī me. Uel cū filiꝰ dei vēturū ſe vna cū pr̄e· et māſionē apḋ nos facturū eſſe ꝓmittit. Et nō eſtis vos iq̇t q̇ loq̇mini· ſ ſpūs pr̄is vr̄i q̇ loq̇t' in vobis· et vas electiōis· an experimētū inq̇t eꝰ q̄ritꝗ qui ī me loq̄tur chriſtꝰ. Ex diabolo vo cogitationū naſcit' ſeries· cū ſubūtere nos tā vicioꝝ oblectatiōe· q; etiam occultꝗ conat' inſidijs ſubtiliſſima callīditate mala p honis fraudulenter oſtentās· ⁊ trāſfigurās ſe nob in angelū luc'. Uel ſic euāgeliſta refert. Et cena facta cū diabolꝰ iaꝫ miſiſſet in cor iude ſymonis ſcarioth vt traderet dñm. Et iteruꝫ poſt bucellā inq̇t introiuit in illū ſathanas. Petrꝰ q̊ꝫ ad ananiā· q̄re ait tēptauit ſathanas cor tuū mentiri te ſpiritui ſancto. Et illḋ qḋ mlto añ p eccleſiaſten pdictū legīꝰ· ſi ſpūs ptātē hñtꝗ aſcēderit ſup te· locū tuū ne dimittas. Jllḋ q̊ꝫ qḋ dī ad deū ꝯtra achab ī q̄rto regū libro ex pſona ſpūs īmūdi: egrediar ⁊ ero ſpiritꝰ mēdax ī ore oīm ꝓphetarū eiꝰ. Ex nobis aūt oriūtur cū natalit' ea q̄ gerimus vl' geſſimꝰ· vel audiuimꝰ recordam̄. De q̇bꝫ btūs dauid. Cogitaui iq̇t dies antiq̇s ⁊ ānos eternos in mēte habui· ⁊ meditatꝰ ſuꝫ nocte cū corde meo· et exercitabar ⁊ ſcopebā ſpm̄ meū. Et iterū. Dñs ſcit cogitatiōes hoīm qm̄ vane ſunt· et cogitatiōes iuſtoꝝ iudicia. Jn euangelio q̊ꝫ dñs ad phariſeos q̇d cogitatꝗ mala in cordibꝫ veſtris.

## De diſcernēdis cogitatiōibus ad ſimilitudinem ꝓbabilis trapezite. Cap. xx.

Anc igit' oꝑtet triptitā rationē nos iugiter obſuare ⁊ vniuerſas cogitatiōes q̄ emergunt in corde nr̄o ſagaci diſcretōe diſcutere· origines earū ⁊ cās auctoreſq; pmitꝰ indagātes· vti q̄les nos eis pbere debeamꝰ ex illoꝝ merito q̇ eas ſuggerunt ꝯſiderare poſſimꝰ· vt efficiamur ſm pceptū dñi ꝓbabiles trapezite. Quoꝝ ſumma pitia eſt ac diſciplina ꝓbare qḋ nam ſit aurū

puriſſimū·et vt vulgo dr̄ obrizū·qd̄ ve
ſit minꝰ purgatōe ignis excoctum·ereo
q̊ʒ viliqꝫ denario·ſi p̄cioſū nūmiſma ſꝫ
colore ſeu indumēto auri fulgētis imitet'·
prudētiſſima diſcretiōe nō falli·et nō ſo
lū nūmiſmata tyrānoꝝ vultū exp̄mētia
ſapiēter agnoſcere·ſꝫ etiā illa q̄ ſunt veri
q̇dē regis imagīe·ſꝫ nō legitime figurata·
p̄itia ſagaciore diſcernere·deinde ne q̇d
ill' a legitio pōdere diminutū ſit cēſura
trutine diligēter inq̇rere. Que oīa nos
q̊ʒ debere ſpiritalit' obſ̄uare ſꝫ figura et
exēplo noīs huiꝰ euāgelicꝰ ſ̄mo ſꝫ exem
plo ꝓpoſito docet: p̄mū ut q̇d cordibꝫ no
ſtris irrepſerit·vel ſi q̇d nobꝭ dogma fue
rit ītromiſſū·vtrū nā ſit diuino illo ꝛ ce
leſti ſpūſſācti igne purgatū·an ad iudai
cā ſup̄ſtitōʒ p̄tinēs·ſeu de ſeculari phie
tumore deſcēdēs vt ſit ad integrū ſpiri
talis ignis examīatiōe decoctū·ſꝫ in ſup
ficie tm̄ p̄ferat pietatem diligētiſſime p
ſcrutem̄. Qd̄ ita poterimꝰ īplere ſi illud
ap̄licū fecerimꝰ· Nolite oī ſpūi credere·
ſꝫ ꝓbate ſpūs ſi ex deo ſint. Quo gn̄e cre
dēdi ſūt illi q̊ʒ decepti·q̇ poſt ꝓfeſſionē
monachi nitore ſ̄mōis·et q̇buſdā ſunt
phoꝝ dogmatibꝫ incitati·q̄ p̄ma fronte
pijs q̇buſdā ſenſibꝫ ac religioni ꝯſonis
audiētes velut auri fulgore fallētia q̊s
ſemel ſup̄ficie illexerāt·velut nūmiſma
tibꝫ ereis falſiſqꝫ deceptos·ꝑpetuo nu
dos ac miſeros reddidert·vel ad ſeculi
eos ſtrepitū reuocātes·vl' ad hereticos
errores ac p̄ſūptiōes tumidas p̄trahētes.
Qd̄ etiā achan ī libro ieſu naue legimꝰ
fuiſſe ꝑpeſſū·q̇ d̄ caſtris allophiloꝝ regu
lā aureā ꝯcupiſcēs·atqꝫ furatꝰ·anathe
mate illoꝝ ꝑcuti atqꝫ et'na morte meru
it ac maledictōe dānari. Sc̄do ſollicite
nos explorare cōueniet ne auro puriſſi
mo ſcripturarū·praua interp̄tatio coap
tata·metalli p̄cioſitate nos fallat. In q̊
etiā dn̄o ſaluatori callidiſſimꝰ diabolus
velut hoī ſimplici tēptauit īponere·dū
ea q̄ generalit' ſunt ſup oīm iuſtoꝝ p̄ſo
nis expoſita maliuola interp̄tatiōe cor
rūpēs ſpecialr huic q̇ angeloꝝ cuſtodia
nō egebat conat' aptare dicēs: qꝛ angel'
ſuis mā. de te vt cuſto. te ī oībꝫ vijs tuis
in ma. porta. te ne vnqꝫ offen. ad la. pedē
tuū· Precioſa ſcʒ eloq̇a ſcripturaꝝ cal
lida aſſūptiōe ꝯuītēs·ꝛ ad ꝯriū noxiūqꝫ
ſenſum detorquēs·vt imaginē tyrānici
vultꝰ ſub colore nobꝭ auri fallentis īpor
tet·ſiue cū paracaraximis nos conat' il
ludere quoddā ſcʒ pietatis opꝰ āmonēs
affectandū·qd̄ nō de legitia ſenioꝝ ꝓce
dēs moneta·ſꝫ p̄textu v̄tutū ducit ad
vicia·vel immoderatis īcōpetētibꝫqꝫ ieiu
nijs ſeu vigilijs nimijs. vl' orōnibꝫ īpor
tunis·vl' incōgrua lectiōe decipiens ad
noxiū p̄trahit finē·vl' cū interceſſiōes ac
viſitatiōes pias p̄ſuadet īpēdere·q̇bus
nos ab ſpiritalibꝫ monaſterij clauſtris·
et ſecreto aīce q̇etis excutiat·ſollicitudīes
etiā curaſqꝫ ſuſcipe religioſarū ac deſti
tutaꝝ ſuggerit feminarū·vt huiuſmōi
laq̄is monachū inextricabilr viciat·ac
p̄nicioſaꝝ ſollicitudinū occupatiōe diſ
tēdat·vl' certe cū deſiderare ſanctū cleri
catꝰ officiū ſꝫ p̄textu edificatiōis multo
rū et amore lucri ſpiritalis inſtigat·p̄ qd̄
nos ab hūilitate ꝓpoſiti huiꝰ·ac diſtri
ctiōe diuellat. Que oīa cū ſint nr̄e ſalu
ti ꝓfeſſioniqꝫ ꝯria·tn̄ velamie q̇dam mi
ſericordie ac religiōis obtecta·facile īpe
ritos incautoſqꝫ decipiūt. Imitant' enī
nūmiſmata veri regis. quia videtur ad
preſens plena pietatis·ſꝫ nō ſunt a legi
timis monetarijs·id eſt probatis ꝛ catho
licis patribꝫ figurata·nec de cardinali
ac de publica collatiōis eoꝝ ꝓdeūt offi
cīa·ſꝫ furti fraud̄ demonū fabricata·nō
ſine detrimēto īpitis q̇buſqꝫ ꝛ ignorātibꝫ
ingeruntur. Que q̄uis vtilia ſeu nccīa
videātur ad p̄ſens·tn̄ ſi ſoliditatibꝫ ꝓ
feſſiōis nr̄e incipiāt poſt h' eſſe ꝯria·et to
tū quodāmodo corpꝰ nr̄i labefactare ꝓ
poſiti·tanqꝫ neceſſariū quidem·ſꝫ ſcāda
lizans membrū·et quod dextre manus
vl' pedis agere videat' officiū ꝓijci a nobꝭ
atqꝫ abſcidi ſalubre eſt. Satius enim
eſt abſqꝫ vnius precepti membro·id eſt·
operatione vel fructu: in ceteris ſanum
firmumqꝫ durare et tanqꝫ debilem in
troire in regnum dei·qꝫ cum ſoliditate
mandati incidere in aliqd̄ ſcandalum·
qd̄ pernicioſa conſuetudine ſeparans
nos a diſtrictionis regula·atqꝫ arrepti
propoſiti diſciplina·inducat in tale diſ
pendium·qd̄ nequaqꝫ futura detrimē
ta compenſans·oēs preteritos fructꝰ
totumqꝫ operationis noſtre corpus ge
henne faciat ignibus concremari. De ge
neribus iſtiuſmodi illuſionū etiā in ꝓ
uerbijs eleganter exprimitur. Sunt vie
que videt' recte eſſe viro. nouiſſima eniʒ
earum venient in profundū inferni. Et
iterū: Malignus nocet cum ſe cōmiſcu
erit iuſto·id eſt diabolus decipit cum fu
erit colore ſanctitatis obtectꝰ. Odit aūt
ſonum tutele·i. diſcretionis vim·q̄ de
ſeniorum verbis ac monitione ꝓcedit.

### De illuſiōe abbatis Iohānis. Capi. xxi.

In quo etiam abbatē nr̄ Io
hannē qui lyco cōmoratur co
gnouimus fuiſſe illuſum. Naʒ
cum hauſto corpore atqꝫ defecto· perce
ptionē cibi biduano ieiunio diſtuliſſet
accedenti ei ad refectionem die poſtero
veniens diabolus in figura ethiopis te
tri pueri·atqꝫ ad eius genua prouolutꝰ
indulge inquit mihi·qꝛ ego tibi hunc la
borem indixi. Itaqꝫ ille vir tātus ꝛ diſ
cretionis ratiōe perfectus ſub colore cō
tinentie incongruenter exercitate intelle
xit ſe ob hoc calliditate diaboli circūuen
tum·taliqꝫ diſtentum ieiunio·vt laſſitu
dinem nō neceſſariam: īmo etiam ſpiri
tui nociturā·fatigato corpori ſuppone
ret·paracaraximo ſcʒ illuſus nūmiſma
te dum in illo veri regis imaginem ve
neratus·parum diſcutit nō illud eſſe le
gitime figuratum. Ultima vero obſ̄ua
tio huius probabilis trapezite·quā de
inquiſitione ponderis eſſe prediximus·
taliter a nobis implebitur·ſi quicquid
agendum cogitatio noſtra ſuggerit·om
ni ſcrupulo retractantes·atqꝫ in noſtri
pectoris trutina collocantes·equilibra
tione iuſtiſſima perpēdamus·an plenū
ſit honeſtate cōmuni·an timore dei ſit g
ue·ſi integrum ſenſu·ſi humana oſtenta
tione: aut aliqua nouitatis inſolentieqꝫ
preſumptiōe non leue·ſi meriti eius pō
dus inanis cenodoxie non imminuerit
vel arriſerit gloria. Et ſic ea protinꝰ ad
publica appendentes examina·id eſt ad
prophetarum ꝛ apoſtolorum actus· ac
teſtimonia conferentes·illorumqꝫ exem
plis comparantes·et quodamodo con
traria ea lance penſantes·vel tanqꝫ inte
gra atqꝫ perfecta illiſqꝫ collibrantia ſu
ſcipiamꝰ·vel tanqꝫ imperfecta atqꝫ dā
noſa: nec illorum ponderi conſonantia
omni cautione vitemus.

### De quadripartita diſcretionis ratione. Cap. xxij.

Erit ergo hoc quadrip̄tito
quo diximus modo neceſſa
ria nobis iſta diſcretio·id ē:
vt primūʒ materia nos au
ri veri ſeu fucati fallentiſqꝫ non lateat.
ſecundo·vt has eaſdem cogitationes q̄
mentiuntur opera pietatis·tanqꝫ adul
terina nummiſmata ꝛ paracaraxima re
probemus·vtpote que falſam imaginē
regis non legitime ſignata contineant·
vl' illa que in auro precioſiſſimo ſcriptu
rarum vicioſo et heretico ſenſu·non ve
ri regis ſed tyrāni preferūt vultū·ſiliter
diſcernētes refutare poſſimꝰ·ſiue illa q̊ꝝ
pōdꝰ ac p̄ciū erugo vanitatis arrodēs
exagio ſeniorū cōgruere nō ſinit·vt nū
miſmata leuia atqꝫ dānoſa·minuſqꝫ pē
ſantia recuſemus·ne in illud incidentes
qd̄ obſ̄uare tota v̄tute p̄cepto dn̄i com
monemur·cūctis laboꝝ noſtroꝝ ſtipen
dijs meritiſqꝫ defraudemur. Nolite the
ſaurizare vobis theſauros in terra· vbi
erugo ꝛ tinea demolit'·ꝛ vbi fures effo
diūt ꝛ furātur. Quicq̇d enī ꝯtēplatiōe
hūane glie fecerimꝰ·in terra nos theſau
rizare ſ̄m dn̄i ſn̄iaʒ nouerimꝰ·et ꝯſequē
ter illud velut humi recōdimꝰ·atqꝫ ī ter
rā defoſſum: vel diuerſ' demonijs depo
pulandū vel edaci cenodoxie erugie cō

ſumendum: ſeu ſuperbię tineis deuorandū· vt ad nullā recōdentis vtilitatē lucrū ve ꝓficiat. Oēs igit̃ cordis nr̄i receſſus iugiter ꝑſcrutādi ſunt ꝛ aſcēdētium in eos veſtigia indagatiōe ſagaciſſima retractāda· ne qua forte intellectual' ibidē beſtia. vl' leo · vel draco ꝑtrāſiens ꝑniciosa veſtigia latenter īpreſſerit· qb; acceſſus etiā cęteris in abdita pectoris noſtri ꝑ cogitationū negligētiā ꝑbeatur Et ita per ſingulas horas atq; momēta terrā cordis nr̄i euāgelico aratro· hoc ē: iugi dn̄icę crucis recordatiōe ſulcātes· vel noxiarū ex nob̄ ferarū cubilia· vel virulentoꝝ ſerpentium examinare latibula atq; extrudere poterimus.

## De ſermone doctoris ſm audientium meritū. Cap̄. xxiij.

Dhęc obſtupefactos nos intuens ſenex. ꝛ ad verba narrationis ſuę inexplebili ardore ſuccenſos. pro admiratiōe deſiderij noſtri pauliſꝑ ſmone ſuſpēſo· rurſus addidit Quoniā nos o filij ad diſputationē tā lōgā veſtra ſedulitas ꝓuocauit· et ignis q̇dam collationi noſtrę feruētiores ſenſus ꝓ veſtro deſiderio ſubminiſtrat. vt ex hoc etiā ip̄o manifeſte ꝯtempler in veritate vos perfectiōis ſitire doctrinā· volo vob̄ adhuc ſuꝑ diſcretiōis eximietate vel gratia q̄ inter cūctas virtutes arcē ac primatum tenet· pauca diſſerere · excellentiam q; eius ꝛ vtilitatem nō ſoluz quotidianis exemplis· ſed etiaz antiq̇s patrum conſultationibus ac ſententijs approbare. Frequēter nanq; memini nō nullis huiuſmodi ſermonem cū gemitu lachrymiſq; poſcentibus: me quoq; aliquid eis doctrinę conferre cupientē nullatenus potuiſſe· et ita in me nō ſolū ſenſus. verūetiam ip̄m eloquium defeciſſe· vt nō inuenirez quēadmodum eos· vel cum leui cōſolatione dimitterem· Quibus indicijs euidenter agnoſcit' domini gratiam pro merito ac deſiderio audientiū diſputātibus aſpirare ſmonē. Quē quia breuiſſimuz iſtud qđ ſupeſt· noctis ſpaciū nō occurrit explere· indulgētes illud poti⁹ q̇eti corporeę· cui neceē eſt totū ꝑſolui· ſi id qđ modicū eſt fuerit denegatū· plenū narratiōis ordinē integro futuri diei ſeu noctis examini referuemus. Decet nāq; diſcretionis optimos ꝯſultores· in h̄ primū patefacere ſuę mētis induſtriā· et vtrū ſint· vel queant ei⁹ capaces eſſe hoc iudicio ac patiētia comꝓbari· vt de illa q̄ moderatiōis generatrix eſt· ꝟtute tractātes· neq̄q; viciū qđ ipi ꝯtrariū eſt nimietatiſ incurrāt vim rationis ac naturę eius· q̄ꝫ ꝟbis excolunt: effectu atq; opere violātes· In hoc ergo nob̄ diſcretiōis bonū de q̄ q̄ꝫtū dn̄s dederit adhuc īdagare diſponimus· ꝑmitus ꝓſit· vt nos de ipi⁹ excellentia ꝛ moderatiōe: q̄ ꝑma eidē ꝟtus ineſſe cognoſcitur diſſerētes· diſputatiōis q̇z vl' temporis modū non ꝑmittat excedere. His itaq; btūs moyſes collatiōi nr̄e dans finē· adhuc nos auidos· ac de ſuo ore pendentes deguſtare ſomnū pauliſper hortatus eſt· hiſdez ipis q̇bus inſidebam⁹ pſiathijs āmonens incūbere· embrimijs pariter capiti noſtro ceruicalium vice ſuppoſitiſq; groſſioribꝫ papyris in longos graciles q; faſciculos coactis· ſex q̄ pedali interuallo mollit' nexa· nūc q̇dē humilimū ſedile ad ſcabelli vicez· fratribus in ſynaxi conſedētibus preſtāt· nūc vero ſubiecta ceruicibꝫ dormientiū prebent capiti nō nimie durū · ſ; tractabile aptūq; fulcimentū. Ad quos monachorū vſus hęc idcirco· vel maxime oportūa habentur ꝛ congrua· q nō ſoluz ſint aliquatenus mollia· paruo q; et opꝑe reparentur et precio · vtpote paſſim papyro emergente· ꝑ nili fluminis ripas· quam cuiq; volenti in vſum aſſumere nemo ꝓhibeat deſecare· ſed etiaz quod ad remouendum ea· ſeu cuz neceſſe fuerit ad mouendū habilis materia eſt · fungide leuiſq; naturę. Atq; ita precepto ſenis tādem ſumus ad deguſtationem ſomni onerosa cōpoſiti q̇ete· tā digeſte collationis inflāmati gaudio· q̄ꝫ r̄promiſſe diſputationis expectatiōe ſuſpēſi.

Explicit Collatio prīa Abbatis Moiſi de monachi deſtiatione vel fine. Incipiūt capitula ſecūde collationis eiuſdez ſenis. Cap̄. primū.


Roemiuz abbatiſ moyſi de diſcretiōis gr̄a.

ij Quid diſcretio ſola ꝯferat monacho ꝛ diſputatio ſuꝑ h̄ abbatis Antonij.

iij De errore ſaulis ꝛ achab· q̊ per diſcretiōis impitiā ſūt decepti

iiij Quę de bono diſcretiōis in ſcripturis ſanctis referātur.

v De morte heronis ſenis.

vi De ruina duoꝝ fratrū ob diſcretiōis imperitiā.

vij De alterius illuſiōe quā ꝑ imperitiā diſcretiōis incurrit.

viij De lapſu ꝛ decep tiōe monachi meſopotameni.

ix Interrogatio de acq̇rēda ꝟa diſcretione.

x Reſpōſio quēadmodū poſſideatur vera diſcretio.

xi Verba abbatis ſerapionis· ꝛ de marcore patefactarū cogitationū· ꝛ de periculo ꝓprie ꝯfidētię.

xij Confeſſio verecūdię ob quā confunderem̄ cogitatiōes noſtras ſenioribus reuelare.

xiij Reſponſio de confuſione calcāda ꝛ periculo nō cōdolentis.

xiiij De vocatiōe ſamuelis.

xv De vocatiōe Pauli apoſtoli.

xvi De appetenda diſcretione.

xvij De imoderatiſ ieiunijs ꝛ vigilijs.

xviij Interrogatio de ꝯtinētia vl' refectionis menſura.

xix De optio cibi q̇tidiani modo.

xx Obiectio de facilitate cōtinentię q̄ duobꝫ paximacijs ſuſtinetur.

xxi Reſponſio de virtute ꝛ menſura ex parte continentię.

xxij Quinā gn̄alis ꝯtinētię ac refectionis modus ſit.

xxiij Quēadmodum abūdantie humorū genitaliū caſtigentur.

xxiiij De labore ęqualis refectionis. et de fratris beniamin ędacitate.

xxv Interrogatio quō vna ſemꝑ eadem q; menſura ſeruetur.

xxvi Reſponſio de nō excedendo refectionis modo.


Expliciunt capitula. Incipit ſecūda collatio Abbatis Moiſi de diſcretione. Cap̄. i.

Egustato itaq; matutino ſopore cū ortū luciſ tādē nob̄ claruiſſe gaudētes· repmiſſā narrationē repoſcere cepiſſem⁹· btūs moyſes ita exorſ⁹ ē. Cū videā vos tanti deſiderij ardore flāmatos· vt ne ip̄m quidē paruiſſimū quietis momētū quod ſpiritali collatiōi ſb̄trahens refectioni carnis maluera; deputare· ad requiem credam veſtri corporis profeciſſe· mihi q̇z hunc veſtrum cōſideranti feruorem ſollicitudo maior incumbit... 

uehitur. Neceſſe eſt eni etiā me in ꝑſoluendo debito· tanto maiorem deuotionis curam gerere: quanto vos attentius video illud expētere. ſm illam ſententiā· ſi ſederis cęnare ad menſam potentis· ſapiēter intellige q̄ apponūtur tibi· et īmitte manum tuam ſciēs· quia talia te oportet prępararare. Quamobrem đ bono diſcretionis eiuſq; virtute dicturi· in quā ſermo nocturnę collationis ingreſſus finem noſtrę diſputationi dedit· cupio vobis eius excellentiā patrū primo conſignare ſententijs · vt cum patuerit· quid de illa ſenſerint· vel pronunciauerint maiores noſtri· tum prolatis tā antiquis multorum q̄ꝫ recentibus ruinis et caſibus qui pro eo q minimus eam fuerāt aſſecuti ꝑnicioſo deiecti ſūt lapſu in q̄ꝫtū poſſum⁹ vtilitates ei⁹ ꝛ cōmoda referem⁹. quibꝫ diſcuſſis quēadmoduz

excolere eam atq; expetere debeamus· cõſiderãtes meriti eius· ⁊ gratie põdus efficacius inſtruamur. Eſt enĩ nõ medi-ocris q̃dã v̄tꝰ· nec q̃ hũana paſſim va-leat induſtria cõprebẽdi niſi diuino fue-rit munere gratiaq; collata. Siq̃dez in-ter nobiliſſima ſpũſſancti dona: hãc q̃z ita legimus ab apľo numerari. Alij da-tur p ſpm̃ ſmo ſapie. Alij ſmo ſcie ſm eundẽ ſpiritũ. Alij fides in eodem ſpiri-tu. Alij gratia ſanitatuz in vno ſpiritu. Et poſt pauca. Alij diſcretio ſpirituuz. Deinde completo om̃i catalogo ſpirita-liũ charismatũ infert: Om̃ia aũt h̃ opa-tur vnus atq; idez ſpiritus· diuidẽs ſin-gulis ꝓut vult. Uidetis ergõ nõ terre-nũ· nec paruũ eſſe diſcretiõis munus: ſ; diuine gratie largitatẽ. quã niſi mona-chus om̃i intẽtiõe fuerit aſſecutꝰ· ⁊ aſcẽ-dentiũ in ſe ſe· ſpirituũ diſcretionẽ certa rõne poſſederit· neceſſe eſt eũ velut in no-cte ceca ceteriſq; tenebris oberrantẽ nõ ſolũ in ꝑniciosis foueis ꝑruptiſq; conci-dere· ſ; etiã in planis ac directis itinerib; frequẽter offendere.

## Quod diſcretio ſola cõferat mo-nacho· ⁊ diſputatio ſup hoc ab-batis Antonii. Cap. ii.

Emini igitur quondam in ãnis adhuc pue-ricie cõſtitutus in partibus thebaidos vbi beatus Antonius morabatur: ſeni-ores ad eum ꝑfectionis inquirende et collationis huius gr̃a cõueniſſe. Cũq; a veſꝑtinis horis vſq; ad lucem fuiſſet ꝓtracta collatio· q̃ſtionẽ hãc maximuz noctis ſpaciũ ꝯſumpſit. Nã diutiſſime q̃rebat q̃ nã virtus vel obſuantia mo-nachũ poſſit a diaboli laq̃is ac deceptio-nib; cuſtodire ſp illeſũ· vł certe recto tra-mite firmoq; greſſu ad ꝑfectiõis culmẽ ꝑducere. Cũq; ꝓ captu mentis ſue vnuſ-q̃ſq; ſniam ſuã ꝓferret in mediuz· et alij quidẽ hoc in ieiunioꝝ· vigiliarũq; ſtu-dio collocarẽt· ꝙ his videlicz extenuata mens· ac puritatẽ cordis ⁊ corporis aſſe-cuta· deo facilius vniret. Alij in nudita-te ⁊ cõtẽptu vniuerſarũ rerũ· q̃b; mẽs ſi penitꝰ exueret· tãq; nulľ deĩceps retinẽti-bꝰ laq̃is ad deũ expeditioꝛ ꝑueiret. Alij anachoreſin neceſſariã. i. remotionem ⁊ heremi ſecreta cenſerẽt: in qua cõmanẽs q̀s· familiarius interpellare deum: eiq; poſſit peculiariꝰ inherere. Nõnulliq; in-primis ſectanda charitatis. i. hũanitatis officia definirẽt. q̃ pio erga fratres et pe-regrinos ſtudio ſuſceptionis impendit· ꝙ his dũtaxat officijs: regna celorũ da-turũ ſe dñs in euãgelio. velut ſpecialius repromittat dicẽs: Uenite benedicti pa-tris mei· poſſidete paratũ vob̃ regnum a cõſtitutiõe mũdi. Eſuriui eni; ⁊ dedi-ſtis mihi manducare. Sitiui ⁊ dediſtis mihi bibere ⁊c. Cunq; in hũc modũ di-uerſis v̄tutib; aditũ certiorẽ ad deũ pa-rari poſſe decernerẽt· eſſetq; noctis ma-ximum tempus hac inquiſitione con-ſumptũ· intulit demuz beatus Antoni-us: Om̃ia quidem hec q̃ dixiſtis neceſſa-ria ſũt ⁊ vtilia ſitiẽtib; deũ· atq; ad deũ cupiẽtib; ꝑuenire· ſ; his ꝑncipalem tri-buere gratiã neq̃q; nos innumeri mul-toꝝ caſus ⁊ expimenta ꝑmittunt. Naz quoſdam ſepenũero acerrime ieiunijs ſeu vigilijs incubãtes· ac mirifice in ſo-litudine ſecedentes· priuationẽ q̃z omni-um facultatũ ita ſectantes· vt ex ipis ne-vmꝰ q̀dem diei victũ ſibimet· vnũq; de-nariũ ſupereſſe paterent· Humanitatis etiã ſtudia tota deuotione cõplẽtes· ita vidimus repẽte deceptos vt arreptum opus nõ potuerint cõgruo exitu termi-nare· ſummũq; feruorẽ ⁊ cõuerſationez laudabilem deteſtabili fine clauſerint. Quobrẽ quid p̃ncipaliter ducat ad deũ manifeſte poterimus agnoſcere· ſi ruine ac deceptiões illoꝝ cauſa diligẽtiꝰ a no-bis fuerit indagata. Illis nanq; cũ exu-berarẽt predictarũ opa v̄tutũ· diſcretio ſola deficiens vſq; ad finẽ ea durare nõ ſinit. Nec enĩ alia lapſus eoꝝ cauſa de-prehenditur· niſi q̃d minus a ſeniorib; inſtituti· nequaq̃ potuerunt rationem



diſcretiõis huius adipiſci· que ꝑtermit-tẽs vtrãq; nimietatẽ· via regia quẽquaz docet ſemper incedere· et nec dextera vir-tutũ permittit extolli· id eſt feruoris exceſ-ſu cõtinentie iuſte modum tranſcende-re· nec oblectatam remiſſione deflectere ad vicia ſiniſtra cõcedit· hoc eſt ſub pre-textu gubernãdi corporis cõtrario ſpiri-tꝰ tepore lenteſcere. Hec nãq; eſt diſcre-tio que oculꝰ et lucerna corporis in euã-gelio nũcupatur ſm illam ſniam ſalua-toris. Lucerna corporis tui ẽ oculus tu-us· ꝙ ſi oculus tuus ſimplex fuerit totũ corpus tuũ lucidum erit· ſi aũt oculꝰ tu-us nequã fuerit· totũ corpus tuum tene-broſum erit· eo ꝙ ipãs cogitationes ho-minis vniuerſas actuſq; diſcernẽs· cun-cta que gerenda ſunt peruideat atq; ꝑ-luſtret· que ſi in homine neq̃ fuerit id eſt nõ vero iudicio ⁊ ſcĩa cõmunita· ſeu q̃li-bet errore ac preſumptiõe decepta· totũ corpus noſtꝝ faciet tenebroſum· hoc eſt omnẽ aciem mentis actuſq; noſtros red-det obſcuros· cecitate ſcz viciorũ ⁊ per-turbationũ tenebris inuolutos. Si enĩ inquit lumen q̃d in te eſt tenebre ſunt· te-nebre ipe quante erunt: Nulli nãq; du-biũ eſt errante iudicio cordis ⁊ ignorati-onis nocte poſſeſſo· cogitationes quoq; et opera noſtra que ex diſcretiõis d̃libe-ratione deſcendunt· maioribus peccato-rum tenebris implicari.

## De errore ſaulis et achab quo ꝑ diſcretionis imperitiã ſũt de-cepti. Cap. iij.

Eniq; ille qui pmus ad regnã-dum populo iſrael iudicio dei preelectus eſt· quia hũc diſcre-tionis oculum neq̃q; habuit· velut to-to corpore tenebroſus effectus· etiam ip-ſo regno tradito ſibi meruit ſpoliari· dũ lucerne huius tenebris atq; errore dece-ptus· acceptabiliora deo ſacrificia ſua quam erga preceptum ſamuelis obe-dientiam credidit iudicanda· que eũ ex illa magis parte offenſionẽ incurrere fe-cit· ex qua repropiciandam ſibi diuinã ſperauerat maieſtatem· Huius inquaz diſcretionis ignoratio achab regẽ iſra-el poſt illius ſublimiſſimi triũphi victo-riam qui ei fuerat dei fauore conceſſus· credere perſuaſit meliorẽ eſſe miſericor-diam ſuam quam executionem ſeueriſ-ſimi ꝑcepti· et quẽadmodũ ſibi vide-bať crudelis iꝑerij. Qua ꝯſideratione mollitus dum mauult cruentam victo-riam clementia temꝑare· ob indiſcretaz miſcdiam velut toto corpore redditꝰ te-nebroſus irreuocabili morte damnatur

## Que de bono diſcretionis in ſcripturis ſãctis referãtur. iiij.

Ec eſt diſcretio que nõ ſolum lucerna corporis ſed etiam ſol ab apoſtolo nũcupať· ſm illđ Sol nõ occidat ſuper iracundiã veſtrã. Hec vite noſtre gubernatio dr̃· ſm illđ Quibus non eſt gubernatio cadunt vt folia. Hec conſiliuz rectiſſime nomina-tur· ſine q̃ nihil agere omnino ſcripture auctoritate permittimur· ita vt ne ipſũ quidem ſpiritale vinum· id eſt gaudiuz quod letificat cor hominis ſine ipius ſi-namur moderatione percipere· ſm illud Cum conſilio omnia fac· cũ conſilio vi-nũ bibe. Et iterum. Sicut ciuitas muris diruta ⁊ nõ circũdata· ſic eſt vir qui nõ cuz conſilio aliquid agit. Cuius priua-tio q̃ꝫ pernicioſa ſit monacho· teſtionij huius exemplum ac figura declarat· di-rute eum ac ſine muris cõparans ciuita-ti. In hac ſapientia· in hac intellectꝰ ſen-ſuſq; conſiſtit· ſine quibus nec interior noſtra edificari domꝰ nec ſpiritales po-terunt diuitie congregari· ſm illud. Cũ ſapientia edificatur domus ⁊ cum intel-lectu iterũ erigitur· cuz ſenſu implentur cellaria omnibꝰ diuitijs precioſis ⁊ bo-nis. Hec inquã eſt ſolidus cibus qui ni-ſi a perfectis tantũ ac robuſtis aſſumi ñ poterit. ſm illud· Perfectoꝝ aũt eſt ſoli-dus cibus coruz qui ꝓ conſuetudine ex-ercitatos hñt ſenſus ad diſcretionez bo-ni ac mali· Que in tantuz vtilis nob̃ ac neceſſaria comprobatur· vt etiaz verbo

dei eiuſqꝫ virtutibus coaptetur· ſm il
lud Uiuus eſt enī dei ſermo ⁊ efficax et
penetrabilior omni gladio ancipiti· ⁊ ꝑ
tingens vſqꝫ ad diuiſionē animę ac ſpi
ritus· cōpagum quoqꝫ ⁊ medullarū· et
diſcretor cogitationum ⁊ intentionum
cordis. Quibus manifeſtiſſime declara
tur· nullam ſine diſcretionis gratia per/
fecte poſſe vel perfici vel ſtare virtutem.
Et ita tam beati antonij qꝫ vniuerſorū
ſententia diffinitū eſt· diſcretionē eſſe q̄
fixo gradu intrepidū monachū perdu/
cat ad deum· predictaſqꝫ virtutes iugiꝰ
conſeruet illeſas· cū qua ad conſūmatio
nis excelſa faſtigia minore poſſit fatiga
tione conſcendi· et ſine qua multi etiā
ꝓpenſius laborātes· perfectionis nequi/
uerīt culmen attingere. Omniū namqꝫ
virtutū generatrix· cuſtos. moderatrix
qꝫ diſcretio eſt.

## De morte heronis ſenis. c.v.

Et vt hāc eandem diffinitionē
antiquitus a ſancto antonio ⁊
ceteris patribus ꝓmulgatā· re
cens q̄qꝫ ſicut ꝓmiſimus confirmet exē
plū· recolite id quod nuꝑ geſtū oculorū
vrorū vidiſtis obtutibus· ſenem videli
cet heronem āte paucos admodū dies
illuſiōe diabolica a ſummis ad ima deie
ctū· quē quīquaginta ānis in hac heremo
cōmoratum· ſingulari diſtrictione rigo
rē continentię tenuiſſe cognoſcimus· et
ſolitudinis ſecreta vltra omnes hic com
morantes miro feruore ſectatū. Hic igi
tur quo pacto qua ratione poſt tantos
labores ab inſidiatore deluſus· grauiſſi
mo corruens lapſu cunctos in hac here
mo ꝯſtitutos luctuoſo dolore percuſſit
Nōne quia minꝰ diſcretionis virtute poſ/
ſeſſa ſuis diffinitionibus regi qꝫ ꝯſilijs
vel collationibus fratrum atqꝫ inſtitutis
maiorū maluit obedire. Siquidem tan/
to rigore immutabilē ieiunij continentiā
ſemꝑ exercuit. et ſolitudinis celleqꝫ ita
iugiter ſecreta ſectatus eſt· vt ab eo par/
ticipationē ineundi cum fraternitate cō
uiuij· nec veneratio quidem diei paſca/
lis aliquādo potuerit obtinere. In qua
fratribus cunctis ꝓ anniuerſaria ſolen/
nitate in eccleſia retentis· ſolus nō potu
it aggregari· ne quātuluncunqꝫ percepti/
one leguminis parui a ſuo videretur ꝓ
poſito relaxaſſe. Qua preſumptione de/
ceptus· angelum ſathane velut angelū
lucis cum ſumma veneratione ſuſcipi/
ens· eiuſqꝫ preceptis prono obediens fa
mulatu· ſemetipm̄ in puteū· cuius ꝓfun
ditatē oculorum nō attigit intuitus p̄/
cipitem dedit· de āgeli videlicet ſui ſpō
ſione nō dubitans· qui eum ꝓ merito vir
tutū ac laborū ſuorū nequaqꝫ poſſe fir/
mauerat vlli iam diſcrimini ſubiacere.
Cuius rei fidem vt experimento ſuę ſo/
ſpitatis euidentiſſime comprobaret. ſu/
pradicto ſe puteo nocte intempeſta illu/
ſus iniecit· magnū ſcilicet virtutis ſuę
meritū probaturus· cum inde euaſiſſet ille
ſus. De quo ingenti fratrum labore cū
pene iam exanguis fuiſſet extractus vi/
tam die tertia finiturus· quod his deteriꝰ
eſt· ita in deceptionis ſuę obſtinatione ꝑ
manſit· vt ei ne experimēto quidem mor
tis ſuę potuerit perſuaderi· quod fuiſſet de/
monū calliditate deluſus. Quāobrem
ꝓ meritis laborū tantorū ⁊ annorū nume
roſitate qua in heremo perdurauit· hoc
miſeratiōe ⁊ hūanitate ſumma· ab his
qui eius cōpatiebatur exitio· vix a preſ/
bitero abbate Paſuncio potuit obti/
neri· vt non inter byothanatos reputa/
tus· etiam memoria ⁊ oblatiōe pauſan/
tium iudicaretur indignus

## De ruina duorum fratrū ob di ſcretiōis iperitiā. Cap. vi.

Quid dicam de illis duobus fra
tribus qui habitantes vltra il
lam heremum thebaydos· vbi
quondam fuerat beatus antonius com
moratus· minus cauta diſcretione ꝑmo
ti· euntes per extentam ſolitudinis vaſti
tatem· nullā eſcam penitꝰ ſumere decre
uerunt niſi quā per ſemetipm̄ dominus
illis preſtitiſſet· Cumqꝫ errantes eos per
deſerta ⁊ deficientes iā fame cōſpexiſſēt
a longe mazices quidam· que gens cun
ctis pene nationibus feris immanior atqꝫ
crudelior eſt· nō enī eos ad effuſionē ſan
guinis vt nōnullas gentes deſiderium
prede· ſed ſola ferocitas mētis inſtigat·
eiſqꝫ contra naturā feritatis ſuę cū pa/
nibus occurriſſent· vnus ex eis ſubueniē
te diſcretione velut a domino ſibi porre/
ctos· cum gaudio et gratiarū actione ſu/
ſcepit· reputās eſcā ſibi diuinitus mini
ſtrari· nec ſine deo factum vt hi qui ſem
per hominū cruore gauderent· deficien/
tibus iam ac tabeſcentibus vitę ſubſtā/
tiam largirētur· alius vero recuſans ci/
bū velut ab homine ſibi oblatū inedie
defectione conſumptus eſt· Quorum li
cet initia ex reprehenſibili perſuaſiōe de
ſcenderint· vnus tamen ſubueniente diſcre/
tione id quod temere incauteqꝫ cōcepe/
rat emēdaſſe agnoſcitur· alius autē in
ſtulta p̄ſumptiōe perdurans ac penitus
diſcretionis ignarus· mortē quā domi
nus auertere voluit ſibi ipſi conſciuit· ne
quaqꝫ credens diuino inſtinctu factū
quod immitis populus ꝓprie feritatis oblitꝰ
panes eis ꝓ gladijs obtuliſſet.

## De alterius illuſione quā per imperitiā diſcretiōis incurrit. vij.

Quid etiam de illo cōmemorē
cuius nominis quia adhuc ſu
pereſt nolumus facere mentio/
nē. Qui dum longo tempore demonē in āge
li ſuſcepit claritate· reuelationibus eius
innumeris ſepe deceptus credidit inter
nūcium eſſe iuſticie. Nam exceptis his
etiam per omnes noctes in cella eius lu/
men abſqꝫ vllius lucernę prebebat offi/
cio. Ad extremū iubetur ab ipſo· vt deo fi
liū ſuū qui cum eodem pariter cōmane/
bat· deuotꝰ offerret· vt hoc ſcilicet ſacri
ficio abrahe patriarche meritis in nullo
inueniretur inferior. Cuius intantum ē
credulitate ſeductus· vt hoc cōſilii par
ricidiū opere perfeciſſet· niſi eū videns
puer cultrū extra conſuetudinē acuēdo
preparare· et vincula quibus eum velut
oblaturus ad immolandum conſtringere
diſponebat inquirere· preſagio ſceleris fu
turi perterritus. e cella cōcitꝰ aufugiſſet.

## De lapſu et deceptione mona/chi meſopotameni. ca. viij.

Longū eſt deceptionē illiꝰ quo/
qꝫ monachi meſopotameni ꝑ/
currere· q̄ in illa ꝓuincia ꝑpau
cis imitabilem exhibens continentiam·
quā per annos multos ſingulariter in
cella retruſus exegerat· ita ē ad extremū
diabolicis reuelationibus ſomnijſqꝫ de/
luſus· vt poſt tantos labores atqꝫ virtu/
tes quibus omnes monachos ibidē re/
ſidentes excellerat· ad iudaiſmū ⁊ conci
ſionē carnis lapſu miſerabili fuerit de/
uolutus· eo quod illi ſolita viſione qua vo/
lens eum ad credulitatē future deceptio
nis illicere· veriſſima queqꝫ multo tēpo/
re diabolus velut veritatis nūcius reue
larat· oſtenderat demū chriſtianū popu
lum vna cū principibus religionis ac fi/
dei noſtre apoſtolis ſcꝫ atqꝫ martiribus
tenebroſum ac tetrū omniqꝫ macie tabi
dū atqꝫ deformē· et ecōtra iudeorū po/
pulū vna cum moyſe patriarchis atqꝫ
ꝓphetis ſumma tripudiātē leticia· ⁊ ſplē
didiſſimo lumine choruſcantē· ac ꝑin/
de ſuadens ſi mallet meriti ac beatitudi
nis illorum particeps fieri· circūciſionē
quoqꝫ ſuſcipere feſtinaret. E quibus ꝓfe/
cto tam lugubriter nemo fuiſſet illuſus.
ſi rationē diſcretionis huius aſſequi la/
boraſſet. Quāobrē in quātis perniciosū
ſit diſcretionis gratiā nō habere· multo
rū caſus ⁊ experimenta declarant.

## Interrogatio de acquirēda vera diſcretione. cap. ix.

Germanus. Et nouellis exē/
plis ⁊ teſtimonijs antiquorum
ſatis abunde ꝑpatuit diſcre/
tionem fontē quodāmodo atqꝫ radicē
cunctarū eſſe virtutum. Quomodo ergo
acquiri debeat cupimꝰ nobis exponi· aut
queadmodū vtrū vera ⁊ ex deo an falſa
et diabolica ſit poſſit agnoſci· vt ſm illā
euāgelicā quam ſuperiore tractatu de ſeru
iſti parabolā q̄ iubemur fieri ꝓbabiles

trapeçite nūmiſmati impreſſā veri regi imaginem peruidentes deprehēdere valeamus q̄ n̄ deſit in moneta legitima figuratū. atq̄ illud ſicut vulgari vſus verbo heſterna collatione dixiſti tanq̄ paracaraximū reprobemus. illa inſtructi peritia quā ſatis copioſe ⁊ integre proſecut⁹ habere ſpiritalem atq̄ euangelicū trapeçitā debere ſignaſti. Quid eni pderit virtutis eius et gratię merita cognouiſſe. ſi queadmodum debeamus expetere eam vel acquirere neſciamus.

## Reſpōſio queadmodum poſſideatur vera diſcretio. Ca. x.

Moyſes. Vera inquit diſcretio nō niſi vera humilitate acq̄ritur. Cuius humilitatis non ficte hec erit prima probatio ſi vniuerſa nō ſolum quę agenda ſunt ſed etiā quę cogitantur ſeniorum reſeruētur examini vt nihil quis ſuo iudicio credens illorū per omnia diffinitionibus acquieſcat. ⁊ quid bonū vel malum debeat iudicare eorum traditione cognoſcat. Que inſtitutio nō ſolum per verā diſcretionis viam iuuenē recto tramite docebit incedere. verūetiā cūctis fraudibus ⁊ inſidijs inimici ſeruabit illeſum. Nullaten⁹ enī decipi poterit quiſq̄ nō ſuo iudicio ſed maiorum viuit exemplo. nec valebit ignorationi eius callidus hoſtis illudere. qui vniuerſas cogitationes in corde naſcentes pernicioſa verecundia neſcit obtegere. ſʒ eas maturo examine ſeniorū vł reprobat vel admittit. Jlico nanq̄ vt patefacta fuerit cogitatio maligna marceſcit. ⁊ anteq̄ diſcretionis iudiciū proferatur. ſerpens deterrim⁹ velut e tenebroſo ac ſubterraneo ſpecu virtute confeſſionis protractus ad lucem et traduct⁹ quodammodo ac dehoneſtatus abſcedit. Tā diu enī ſuggeſtiones eius noxię dn̄ant in nobis q̄diu celantur in corde. Et vt virtutem ſententię huius efficacius colligatis. referam vobis abbatis ſerapionis factū. quod ille iunioribus ſolebat inſtructionis gratia frequēter inferre.

## Verba Abbatis ſerapionis et de marcore patefactarū cogitationū. et de periculo proprie cōfidentie. Ca. xi.

Cum adhuc eſſem puerulus inquit. et cū abbate theone commanerē. hec mihi fuerat inimici impugnatione conſuetudo feralis ingeſta. vt poſtq̄ refeciſſē hora nona cū ſene. vnū paximaciū quotidie in ſinu meo latenter abſcōderē qd̄ ſero illo ignorāte occulte edebā. Qd̄ furtū licet conniuētia cogitationis et inoliti ſemel deſiderij incōtinentia ſine ceſſatione cōmitterē. expleta tn̄ concupiſcentia fraudulenta ad memetipm̄ reuertēs ſuper admiſſo furti crimīe graui⁹ cruciabar q̄ ſup eſu eius fueram iocundatus. Cunq̄ illud moleſtiſſimū opus velut ab exactorib⁹ pharaonis indictū mihi vice laterum ſingulis diebus explere nō ſine dolore cordis mei cōpellerer. nec tamen eruere me poſſē ab hac eorum ſeuiſſima tyrannide ⁊ clādeſtinum furtum ſeni manifeſtare confunderer. contigit dei nutu de hoc me captiuitatis iugo volentis eripere. vt quidā fratres cellam ſenis obtentu edificationis expeterent. Cunq̄ refectione trāſacta collatio ſpiritalis cepiſſet agitari. reſpondenſq̄ ſenex propoſitis interrogationibus eorum cū de caſtrimargie vicio et occultarū cogitationū dn̄atione diſſereret. earumq̄ naturā et atrociſſimam vī quā haberent donec celarētur exponeret. compunctus ego collationis huius virtute et conſciētie mee reatu perterrit⁹ velut qui crederem ob hoc ea fuiſſe prolata q̄ ſeni fuerint ſecreta mei pectoris patefacta. in occultos primū gemitus excitatus. deinde cordis mei compunctione creſcente in apertos ſingult⁹ lacrymaſq̄ prorumpens. paximaciū qd̄ cōſuetudine vicioſa clancule paraueram comedendum. de ſinu furti mei conſcio ac ſuſceptore produxi. ipm̄q̄ in medium proferens. quemadmodum quotidie inuolans ipm̄ latenter ederem penitentiam



coram eo in terram ſubmiſſus cum veniç poſtulatione confeſſus ſum. et vbertim profuſis lacrymis abſolutionē diriſſime captiuitatis huius interceſſionibus eorum atq̄ orationibus imploraui. Tunc ſenex. Confide ait o puer. abſoluit te a captiuitate etiam me tacente confeſſio tua. Victorem namq̄ aduerſarium tuum hodie triumphaſti. validius cum tua confeſſione elidens q̄m ipſe fueras ab eo tua taciturnitate deiectus. quem nequaq̄ vel tua vel alteri⁹ reſpōſione confutans. in te nunc vſq̄ permiſeras dominari. ſm̄ illā ſalomonis ſententiam. quia non fit contradictio ab his qui faciunt malum cito. ideo repletū eſt cor filiorum hominū in ipſis vt faciant mala. Et idcirco iam te poſt hāc publicationem ſuam nequiſſimus ſpirit⁹ iſte nullatenus inquietabit vlterius. nec in te latibulū ſibi teterrim⁹ ſerpēs deīceps vſurpabit de tenebris tui cordis confeſſiōe ſalutari protract⁹ ad lucē. Nec dū ſenex hec verba cōpleuerat. et ecce lāpas accēſa de meo ſinu procedēs. tāto cellā repleuit odore ſulphureo vt vehemētia fetoris ipſius vix in ea reſidere poſſemus. Reſumēſq̄ ſenex ammonitionem. ecce inquit dominus tibi veritatem ſermonum meorū experimento probauit vt paſſionis incentorem de corde tuo cōfeſſione ſalubri fugatū. oculorum fide perciperes. patefactumq̄ hoſtem nequaq̄ locum in te vlterius habiturum aperta eius expulſione cognoſceres. Jtaq̄ ſm̄ ſententiā ſenis. ita eſt inquit in me confeſſionis huius virtute dominatio diabolice illius tyrannidis extincta atq̄ in perpetuum conſopita. vt nunq̄ mihi ne memoriā quidem concupiſcentię huius vlterius tēptauerit inimicus ingerere. nec me poſt hec aliquando pulſatum furtiui illius deſiderij inſtigatione perſenſerim. Quē ſenſum in eccleſiaſte quoq̄ pulcherrime legimus figuratum. ſi momorderit inquit ſerpens nō in ſibilo non eſt abundātia incantatori. taciti ſerpentis morſū pernicioſum eſſe deſignans. id eſt. ſi per confeſſionē ſiue conſenſum ſuggeſtio ſeu cogitatio diabolica incantatori cuiquā ſpiritali ſcilicet viro qui carminib⁹ ſcripturarum mederi protinus vulneri et extrahere de corde viri conſueuit noxia venena ſerpentis patefacta non fuerint ſuccurrere periclitanti perituro iā non poterit. Hoc igitur modo ad ſcientiā diſcretionis vere peruenire facillimę poterimus vt ſeniorum veſtigia ſubſequētes neq̄ agere quicq̄ noui. neq̄ diſcernere noſtro iudicio preſumamus. ſʒ quēadmodum nos vel traditio illorum vel vitę probitas informarit in omnib⁹ gradiamur. Qua inſtitutione firmatus nō modo ad perfectam diſcretionis rationem quiſq̄ perueniet. verumetiam munitus a cunctis inſidijs inimici et tutiſſimus permanebit. Nullo namq̄ alio vicio tam precipitem diabolus monachum pertrahit ac perducit ad mortem q̄ cum eum neglectis conſilijs seniorum in ſuo iudicio perſuaſerit ac diffinitiōe doctrina ve confidere. Etenim cum omnes artes ac diſciplinę humano īgenio reperte. et quę nihil amplius q̄ vitę huius temporarie cōmodis proſunt. lʒ manu palpari queant. et oculis peruideri. recte tamen a quoq̄ ſine inſtituentis doctrina nequeant comprehendi. q̄ ineptum eſt credere hanc ſolam nō egere doctore quę et inuiſibilis ⁊ occulta eſt. ⁊ q̄ non ſolum oculis ſed ne animo quidē niſi corde puriſſimo perſpici poterit. cuius error non temporale damnū nec qd̄ facile reparetur. ſed animę perditionem parit mortemq̄ perpetuam. Habet enī nō aduerſus viſibiles ſed inuiſibiles atq̄ immites hoſtes diurnū nocturnūq̄ conflictum. nec contra vnum ſeu duos ſed cōtra innumerabiles cateruas ſpiritale certamē. cuius caſus tanto pernicioſior cunctis quanto et infeſtior inimicus. ⁊ congreſſus occultior. Et ideo ſem

per ſeniorum ſumma diligentia ſunt ſectanda veſtigia· atqꝫ ad eos cuncta que in noſtris cordibus oriuntur ſublato cõfuſionis velamine deferenda.

### Confeſſio verecundie ob quaʒ cõfunderemur cogitatõnes noſtras ſenioribus reuelare. Cap̃. xij.

Ermanus. Occaſionem nobis pernicioſe verecũdie qua cogitationes malas ſtudeamus obtegere· ac ſalutari eas patefacere confeſſione vereamur· illa precipue creat cauſa· qua nouimus quendaʒ in ſyrie partibus vt credebatur precipuum ſeniorꝝ cuidam fratri cogitationes ſuas ſimplici confeſſione prodenti· poſtmoduʒ quadam indignatione commotum eaſdem grauiter exprobraſſe. Unde fit vt dum eas in nobis premimus ac ſenioribꝫ erubeſcimus publicare· curationum remedia conſequi nequeamus.

### Reſponſio de cõfuſione calcãda et periculo non condolẽtis. Cap̃. xiij.

Moyſes. Sicut non ſunt omnes iuuenes pari modo vel feruentes ſpiritu vel diſciplinis ac moribꝫ optimis inſtituti. ita ne ſenes quidem cuncti vno modo vel perfecti poſſunt vel probatiſſimi reperiri. Diuitie eniʒ ſenum nõ ſunt canicie capitis ſed induſtria iuuẽtutis ac preteritorum laborum ſtipendijs metiende. Que enim non congregaſti inquit in iuuentute· quomodo inuenies in ſenectute tua. Senectus enim venerabilis eſt nõ diuturna neqꝫ numero annorꝝ computata. Cani enim ſunt ſenſus hominis ⁊ ſenectus honorabilis vita imaculata. Et idcirco non omnium ſeniorũ quoruʒ capita canicies tegit. quoſqꝫ vite longeuitas ſola commendat· nob ſũt imitanda veſtigia vel ſectanda ſeu traditiones ac monita ſuſcipienda. ſed eorum quos laudabiliter vitam ſuam ac probatiſſime comperimus in iuuentute ſignaſſe· nec preſumptionibus proprijs ſed maiorum traditionibus inſtitutos. Sunt enim nonnulli quorum etiaʒ qđ eſt lugubrius maior pars ſine dubio reperitur· qui in tepore ſuo quem ab adoleſcentia ſua ↄceperũt atqꝫ ignauia ſeneſcentes auctoritatem ſibi non maturitate morum ſed annorum nũeroſitate conquirũt. De quibus exprobratio illa domini proprie ſatis dirigitur per prophetam. Et comederunt alieni robur eius ⁊ ipſe neſciuit· ſed et cani effuſi ſunt in eo· et ipſe ignorauit. Hos inquam in exemplum iunioribus· nõ eorꝝ vite probitas nec vlla propoſiti huius laudabilis atꝫ imitanda diſtrictio ſed annoſitas ſola prouexit. Quorum caniciẽ callidiſſimꝰ inimicus. ad deceptionem iuniorum in preiudicata auctoritate proponens· etiam illos qui ad viam perfectionis vl' ſuis vel aliorum potuerunt monitis incitari· ſubuertere ac decipere exemplis eorum fraudulẽta ſubtilitate feſtinat· vel in teporem ſcilicet noxium vel in letaleʒ deſperationem eorum doctrinis inſtitutiſqꝫ perducens. Cuius rei volens proferre vobis exemplum auctoris nomine pretermiſſo· ne nos quoqꝫ illius qui patefacta ſibi fratris vicia publicauit ſile aliquid admittamus· rem tantuʒ geſtã que inſtructionem neceſſariaʒ vobis cõferat paucis exponam. Cum igitur ad ſenem quendam nobis optime cognitũ quidam non ignauiſſimorum iuuenuʒ profectus ſui et curationis gratia perrexiſſet· et carnalibus incentiuis ac fornicationis ſpiritu ſemetipſum inquietari ſimpliciter ꝑdidiſſet· conſolationem credens laboribus ſuis oratione ſenis et remedia conceptis vulneribus reperturũ· ille amariſſimis eum verbis excipiẽs· ita ſuis ecõtrario correptionibꝫ aſperauit· miſerabilem pronuncians et indignuʒ nec monachi nomine ac religione cẽſen-



duʒ qui potuerit huiuſmodi vicio ⁊ cõcupiſcentia titillari· ita ſuis econtrario correptionibus vulnerauit· vt eum ſumma deſperatione deiectuʒ meſtumqꝫ admodum ac letali triſticia penitus obrutum e ſua dimitteret cella. Cũqꝫ ei in tali merore depreſſo· nec iam de remedio paſſionis ſed de expletione concepte cõcupiſcentie profunda cogitatiõe tractãti· abbas appollo protinus occurriſſet· et vim laboris eius et oppugnationis vehementiam que in corde eius tacite voluebatur· de contemplatione vultus· et intuitus ipſius deiectione cõiectãs· cauſam tante perturbationis inquireret· atqꝫ ille molliter ſe compellanti ſeni ne reſponſum quidem vllũ poſſet referre· magis ac magis eum ſentiens ſenex non inaniter cauſam tante triſticie ſilentio velle contegere· q̃m ne vultu quidem diſſimulare quiuiſſet· intẽtius ab eo cauſas occulti doloris cepit inquirere. Quibꝫ ille conſtrictus pergere ſe ad vicum confitetur· vt quia ſm̃ ſententiam illius ſenis monachus eſſe non poſſet· nec refrenare ſtimulos carnis et impugnationis remedia conſequi preualeret· vxoreʒ duceret· ac relicto monaſterio reuerteretur ad ſeculum. Quem ſenex appollo blanda conſolatione demulcens. ſeſeqꝫ aſſerens iſdem quotidie incentiuoruʒ ſtimulis atqꝫ eſtibus agitari· et idcirco nõ debere eum prorſus in deſperationem concidere· nec mirari ſuper impugnationis ardore· qui non tam laboris ſtudio q̃ʒ miſericordia dñi et gratia vinceretur· vnius tantum diei ſuper dilatiõe ruine diſpoſite· ab eodem popoſcit inducias· ⁊ vt reuerteretur ad ſuam cellulam deprecatur· ad monaſterium predicti ſenis ilico tota feſtinatione perrexit. Cumqꝫ eideʒ proximaſſet· expanſis manibus orationem cum lachrymis fundens· conuerte ait domine qui occultarũ virium et infirmitatis humane ſolus arbiter pius ac ſecretus es medicus· impugnationẽ illius iuuenis in ſenem iſtum vt ↄdeſcẽdere infirmitatibus laborantium et cõpati fragilitati iuniorum vel in ſenectute doceatur. Cumqꝫ ille hanc precem cũ gemitu concluſiſſet· cernit ethiopem tetrum contra illius cellulam ſtantem· atqꝫ aduerſus eum ignita iacula dirigentem. Quibus cum fuiſſet ille protinus ſauciatus· progreſſus e cella· ⁊ huc illucqꝫ velut amens et ebrius curſitaret· atqꝫ egrediens ⁊ ingrediens iam continere ſe in ea non poſſet· eadeʒ via concitus pergere cepit· qua meſtus iuuenis ille diſceſſerat. Quem abbas appollo velut amẽtem factum ac quibuſdam furijs agitari conſpiciens· intellexit ignitum diaboli telum quod viderat ab illo directum in eius corde fuiſſe defixum· illamqꝫ in eo confuſionem mentis ac perturbationem ſenſuum intolerandis eſtibus operari. accedenſqꝫ ad euʒ quo inquit properas· aut que naʒ te cauſe ſenilis illius atqꝫ ſolite grauitatis oblitum ita pueriliter inquietãt ac mobiliter curſitare cõpellunt. Cumqꝫ ille pro conſcientie ſue reatu ac turpi exagitatione confuſus· crederet ardorem ſui pectoris deprehenſuʒ· ac retectis ſeni ſui cordis archanis· nullam reſponſionẽ percunctanti ſe reddere prorſus auderet· reuertere ĩquit ad cellaʒ· tandẽqꝫ te intellige vel ignoratũ hactenus a diabolo vel deſpectum· nec in eorum numero reputatuʒ· quibus ille quotidie confligere et colluctari profectibus eorum ac ſtudijs inſtigatur· q̊ vnum eius in te directũ iaculuʒ poſt tãtam annorꝝ ſeriem quã in hac profeſſione triuiſti· nõ dicam reſpuere· ſed ne differre quidem vel vno die ac tolerare quiuiſti· q̊ te ſauciari dominus idcirco per-

miſit vt ſaltem in ſenecta diſceres com-
pati infirmitatibus alienis·et fragilita-
ti ꝯdeſcendere iuniorum tuis exemplis
atqꝫ experientia docereris·qui ſuſcipiēs
iuuenem infeſtatione diabolica laboran
tem·non modo nulla conſolatione foui
ſti·ſed etiam pernicioſa deſperatione de
iectum inimici manibus tradidiſti·quā
tum in te eſt·ab eodem lugubriter deuo-
randum·quem ſine dubio nequaqꝫ at
temptaſſet tā vehementi conflictu quo
te nunc vſqꝫ eſt appetere dedignatus·ni-
ſi forte profectui eius inuidens inimicꝰ
illam virtutem quā animis eius ineſſe
cernebat anticipare ac peruertere ſuis
ignitis iaculis feſtinaſſet·proculdubio
iudicans fortiorē cui tanta vehementia
confligere operepreciū iudicauit. Di-
ſce itaqꝫ tuis exemplis laborantibus cō
dolere·et periclitantes nequaqꝫ pernici-
oſa deſperatione deterrere·nec duriſſi-
mis ſermonibus aſperare·ſed potius le-
ni blandaqꝫ conſolatiōe refouere·⁊ ſm
preceptū ſapientiſſimi Salomonis eru
ere eos qui ducuntur ad mortem·et redi
mere eos qui interficiuntur·noſtriqꝫ ſal-
uatoris exemplo harundinem quaſſā-
tam non conterere et linum fumigās nō
extiguere·illamqꝫ a domino gratiā po-
ſtulare·vt ipſe quoqꝫ fiducialiter vale-
as opere ac veritate dicere·dominus de
dit mihi linguam eruditam vt ſciam
ſuſtentare eū qui lapſus eſt verbo. Nul
lus enim poſſet inſidias inimici ſufferre
ſeu carnales eſtus naturali quodammo
do igne flagrantes vel extinguere vel re
primere·niſi gratia dei. vel iuuaret fra-
gilitatem noſtram vel protegeret vl' ſua
miſericordia cōmuniret. Et idcirco ſa
lutaris huius diſpenſationis ratione fi
nita·qua vel illum iuuenem pernicioſis
eſtibus dominus liberare vel te impug
nationis vehementia et compatiendi af
fectu te voluit erudire·cōmunibus eū
precibus imploremus·quo flagellū iſtd
quod vtilitatis gratia dominus inferre
dignatus ē hactenꝰ iubeat tēperari·ipſe
enim dolorem facit et rurſum medetur·
percutit et manus eius ſanant·ipſe hu
miliat et exaltat·ipſe occidit ⁊ viuificat·
deducit ad infernum ⁊ reducit·⁊ ignita
diaboli iacula que me arbitro tibi ꝑmi
ſit infligi·redundante diuino ſpiritus
ſui rore reſtinguat. Quā temptationē
licet eadē celeritate qua inferri eam do-
minus paſſus eſt ad vnam ſenis oratio
nē ſua pietate rurſus abſtulerit·hoc ta
men euidenter experimento docuit non
modo nō exprobrari patefacta cuiuſqꝫ
vicia debere ſed ne diſſimulare quidem
laborantis dolorem ſeu leuiter preterire.
Et idcirco nequaqꝫ nos vnius ſenis ſi
ne paucorū vel imperitia vel leuitas ab
illa ſalutari quā prediximꝰ via·et tradi
tione maiorū deterreat ⁊ excludat·quo
rum canicie ad deceptionem iuniorum
callidiſſimꝰ abutitur inimicus·ſed abſ
qꝫ vllo confuſionis operimento omnia
debent ſenioribꝫ reuelari·atqꝫ ab eis vel
remedia noſtris vulneribꝫ·vel exempla
cōuerſationis ac vite fiducialiter ſumi·
in quibus parem opem et ſimilem expe
riemur effectum·ſi nihil penitus affecta
re noſtro iudicio ac preſumptione temp
temus.

## De vocatione Samuelis. Cap·xiiij.

Eniqꝫ intantū placita deo
hec ſententia comprobatur
vt etiam ſcripturis ſanctis
hanc eandem inſtitutionem
non ocioſe reperiamus inſertam·ita vt
puerum Samuelem iudicio domini ꝓ-
electum·ſua nollet per ſemetipſum diui-
ni colloquij diſciplina dominus erudire
ſed recurrere ſemel ⁊ iterū pateretur ad
ſenem·eumqꝫ quem ad ſuum vocabat
alloquium·etiam illius qui offenderat
deum dummodo ſenioris doctrina vel-
let inſtitui·et quē ſua vocatiōe digniſſi-
mū iudicaret·ſenioris mallet īſtitutiōe for
mari·vt ſcꝫ et illiꝰ q̇ ad diuinū miſteriū
vocabatur probaretur humilitas. et iu
nioribus forma ſubiectionis huius pro
poneretur exemplo.

## De vocatione pauli apoſtoli. Cap̄.xv.

Aulum quoqꝫ per ſemet-
ipſum vocans et alloquens
chriſtus·cum poſſet ei perfe
ctionis viam reſerare confe
ſtim·nequaqꝫ facit·ſed dirigit illum ad
Ananiam et ab eo iubet viam veritatis
agnoſcere dicens. Surge et ingredere
ciuitatē·et ibi tibi dicetur quid te opor
teat facere. Mittit itaqꝫ et hunc ad ſeni
orem·eūqꝫ illius potius doctrina qꝫ ſua
cenſet inſtitui ne ſcilicet qd recte geſtum
fuiſſet in paulo·poſteris malum preſum
ptionis preberet exemplum·dum vnus
quiſqꝫ ſibimet ꝑſuaderet·ſimili modo
ſe quoqꝫ debere dei ſolius magiſterio at
qꝫ doctrina potius qꝫ ſeniorum inſtitu-
tione formari. Quam preſumptionem
omnimodis deteſtandam etiā ipſe apo
ſtolus non ſolum literis ſed etiam opere
atqꝫ exemplo docet·ob hoc ſolummodo
ſe aſſerens hieroſolimā ꝯſcēdiſſe·vt euā
gelium quod comitante gratia ſpiritus
ſancti cum poteſtate ſignorum et prodi-
giorum gentibus predicabat·cum ſuis
coapoſtolis et āteceſſoribus priuata qd
ammodo ac domeſtica examinatione
conferret·et contuli inquiens cum illis
euangelium quod predico inter gentes
ne forte in uacuum currerem aut cucur-
riſſem. Quis ergo tam preſumptor et ce
cus ſit qui ſe audeat ſuo iudicio ac diſ-
cretioni committere·cū vas electionis
indiguiſſe coapoſtolorum ſuorum ſe col
latione teſtetur. Unde manifeſtiſſime
comprobatur·ne a domino quidem vi
am perfectionis quempiam promereri·
qui habens vnde valeat erudiri·doctri
nam ſeniorum·vel inſtituta contempſe
rit·paruipēdēs illd eloquiū quod opor
tet diligentiſſime cuſtodiri. Interroga
patrem tuum et annunciabit tibi·ſenio
res tuos et dicent tibi.



## De appetenda diſcretione.

Cap.xvi.

Omni igitur conatu debet diſcretionis bonum virtute humilitatis acquiri· que nos illeſos ab vtraqꝫ poteſt nimietate ſeruare. Vetus nanqꝫ ſententia eſt.
id eſt· nimietates equales ſunt. Ad vnū enim finem nimietas ieiunij et voracitas peruenit· eodemqꝫ diſpendio vigiliarum immoderata continuatio monachum· quo ſomni grauiſſimi torpor inuoluit. Nam per exceſſum continentie debilitatum quemqꝫ ad illum ſtatū reuocari neceſſe eſt in quo negligens quiſqꝫ per incuriam detinetur. ita vt frequenter quos per caſtrimargiam decipi non potuiſſe cōſpeximus · per immoderationem ieiuniorum viderimus fuiſſe deceptos· atqꝫ ad eandem quā vicerant paſſionem infirmitatis occaſione fuiſſe collapſos· Vigilie quoqꝫ ⁊ pernoctatiōes irrationabiles deiecerunt· quos ſomnꝰ ſuperare non potuit. Qua propter ſm apoſtolum per arma iuſticie que a dextris ſunt ⁊ a ſiniſtris recto moderamine trāſeundum eſt· et ita inter vtraſqꝫ nimietates diſcretione moderāte gradiendū eſt· vt nec traditum continentie tramitē acquieſcamus excedere· nec rurſum remiſſione noxia in gule ventriſqꝫ deſideria concidamus.

## De immoderatis ieiunijs et vigilijs. Cap.xvij.

Tenim memini me frequenter ita appetitum cibi penitus reſpuiſſe· vt duobus diebus ac tribus refectione dilata· ne memoria quidem vllius edulij meam interpellauerit mentē· et rurſus ab oculis meis ita ſomnum diaboli impugnatione ſubtractū vt plures noctes ac dies paululū quid ſomni meis oculis a domino precarer īfundi· grauiuſqꝫ me periclitatum ſomni cibiqꝫ faſtidio qꝫ ſoporis ⁊ caſtrimargie colluctatione perſenſi. Itaqꝫ ſicut feſtinandum nobis eſt ne appetitu corporee voluptatis in diſſolutionem noxiam delabamur· ⁊ ante preſtitutū tempus vel cibo nos indulgere vel modum eius ſinamus excedere· ita eſt eſce ſomniqꝫ refectio hora legittima etiam ſi horreat ingerenda. Vtrumqꝫ enim bellum aduerſarij factione conſurgit· et pernicioſius cōtinentia immoderata qꝫ ſaturitas remiſſa ſupplantat. Ab hac namqꝫ ad menſuram diſtrictionis intercedente compūctione ſalubri conſcēdi poteſt· ab illa nō poteſt.

## Interrogatio de cōtinentia vel refectionis menſura. Cap.xviij.

Ermanus. Quis igitur eſt continentie modus quē equo moderamine retinentes inter vtramqꝫ nimietatem illeſi tranſire poſſimus.

## De optio cibi quotidiani modo. Cap.xix.

Dyſes. Super hac re inter maiores noſtros frequenter nouimus habitum fuiſſe ſermonem atqꝫ magnopere tractatum. Nā diſcutientes continentias diuerſorum qui vel ſolis leguminibus vel oleribꝰ tātū vel pomis vitā iugiter exigebāt· preponere cunctis illis refectionē ſicci panis cuius equiſſimum modum in duobus paximacijs ſtatuerūt· quos paruulos panes vix libre vnius pondus habere certiſſimū eſt.



## Obiectio de facilitate cōtinētie que duobus paximacijs ſuſtinetur. Cap.xx.

Ermanus. Quod nos gratanter amplexi· reſpondimꝰ· hunc modum nos minime pro cōtinentia reputare· quippe qui integrum eum nequaqꝫ poſſemꝰ inſumere·

## Reſponſio de virtute et menſura ex parte continentie. Cap.xxi.

Dyſes. Si vultis experiri vim ſtatuti huius· modum iſtū iugiter retinete· adiectionem nullam die dominico vel ſabbato indulgentes· neqꝫ interdū quoddam coctionis pulmentū ſub aliqua aduenientium fratrum occaſione ſumentes· quibus refecta caro non ſolū minore quantitate diebus reſiduis poterit ſuſtentari· verumetiam totam refectionē ſine labore differre· illorum ſcilicet ciborum quos extrinſecus ſumpſerit adiectione ſuffulta. Quod nullomodo facere nec refectionem panis differre in diem poſterum preualebit· quiſqꝫ fuerit ſemper predicte menſure quantitate contentus. Etenim memini ſeniores noſtros quod nos quoqꝫ retineo frequenter fuiſſe perpeſſos· cū tanto labore ac difficultate hanc parſimoniam ſuſtentaſſe· tantaqꝫ vi atqꝫ inedia predictā cuſtodiſſe mēſuram· vt inuiti quodammodo nec ſine gemitu atqꝫ triſticia hunc finem ſibi refectionis imponerēt.

## Qui nam generalis continentie ac refectionis modus ſit. Cap.xxij.

Eneralis tamen hic continentie modus eſt vt ſm capacitatem virium vel corporis vel etatis tantū ſibimet cibi vnuſquiſqꝫ concedat · quantum ſuſtentatio carnis non quantum deſiderium ſaturitatis expoſcit. In vtraqꝫ enim parte ſuſtinebit maximū detrimentum· quiſquis inequalitatem tenens nūc ventrem ieiuniorū ariditate conſtringit nūc eſcarū nimietate diſtendit. Vt enim mēs cibi inanitate laſſata perdit orationum vigorem· dum carnis laſſitudine nimia pregrauata condormitare compellitur· ita rurſū nimietate voracitatis oppreſſa emittere ſuas preces ad deum puras leueſqꝫ non poterit. Sed nec caſtimonie quidem ipſius puritatē indirupta valebit iugitate ſeruare· dum ei etiam diebus illis quibus carnem acriore videtur continentia caſtigare. preterita cibi materia quāuis ad preſens defecto ſit corpore ignem carnalis concupiſcentie ſubminiſtrat.

## Quemadmodum abundantie humorum genitalium caſtigentur. Cap.xxiij.

Am quod ſemel per eſcarū abundantiam concretū fuerit in medullis· neceſſe ē egeri atqꝫ ab ipſa nature lege propelli· que exuberantiam cuiuſlibet humoris ſuperflui velut noxiam ſibi atqꝫ contrariam in ſemetipſa reſidere nō patitur. Ideoqꝫ rationabilis ſemper et equalis impēdenda eſt caſtigatio· vt ſi naturali hac neceſſitate cōmorantes in carne omnimodis carere non poſſumus· ſaltē rarius nos et non amplius qꝫ trina vice reſperſos iſto deliquio totius anni curſus inueniat. Quod tamē ſine vllo prurito quietus egerat ſopor· nō fallax imago index occulte voluptatis eliceat. Quāobrē hec eſt temperata quā diximus cōtinētie equalitas atqꝫ menſurata que patrū quoqꝫ iudicio cōprobatur· vt quotidianā panis refectionē quotidiana comitetur eſuries· in vno eodēqꝫ ſtatu aīam pariter corpuſqꝫ conſeruās· nec ieiunij fatigatiōe concidere· nec grauari mētē ſaturitate permittens· Tanta nāqꝫ frugalitate finitur vt interdū ſe poſt veſperā nec ſentiat aut meminerit refeciſſe.

## De labore equalis refectiōis et de fratris beniamin edacitate. Cap.xxiiij.

T intantū ħ nō ſine labore per
ficitur· vt malint bi q̇ perfectio
nē diſcretionis ignorāt· etiā bi
duo ꝓtelare ieiunia· idq̈ꝫ qd̓ hodie ſum
pturi fuerāt ī craſtinū reſuare· dūmodo
ad refectionē ꝑuenientes deſiderata ſatie
te potiāť. Qd̓ nuꝑ benyamin ciuē vrm
ꝑtinaciter tenuiſſe ꝯgnoſcitiſ· q̇ ne q̊tidie
paximacia duo percipiens equali caſti
gatione continuatam parcitatem iugiť
retentaret· maluit biduana ieiunia ſem
per continuare· dūmodo ad refectionem
veniens duplicata menſura repleret vē
tris ingluuiem. Nam id qd̓ biduo fue
rat percepturus differēs· vno die abſo
lutionem ieiunij poſt biduū pariter in
ſumebat· vt quattuor paximacia come
dens deſiderata ſaturitate gauderet· et
expletionē ventris ſui biduano ieiunio
quodāmodo compararet. Qui obſtina
tione ⁊ pertinacia mentis ſue diffinitio
nibus potius ꝓprijs q̄m ſeniorū traditi
onibus acquieſcens· quali fine ſuum ꝓ
poſitum terminaret· proculdubio memi
niſtis. Siquidem relicta heremo· rurſus
ad inanem philoſophiā mundi huius
ac vanitatē ſeculi deuolutus· predictā
ſententiam ſeniorum ſui caſus ſignet ex
emplo· ruinaq̈ꝫ ſua cūctos doceat· nemi
nem ſuis moribus deditū, vl̓ proprio iu
dicio confidentē ꝑfectionis culmen ali
quando poſſe conſcendere· ſed nec dia
boli quidē ꝑnicioſas illuſiōes euadere.

**Interrogatio quō vna ſemper eademq̈ꝫ menſura ſeruetur. Cap. xxv.**

Ermanus. Quomodo igiť
a nobis hic modus indirupte
valebit cuſtodiri. Nam nōnū
q̈ꝫ hora nona ſoluta iam ſtatione ieiunij
superuenientibus fratribus neceſſe ē eo
rū obtentu· aut adijci aliquid ad ſtatu
tā ſolitamq̈ꝫ menſurā· aut certe huma
nitatem q̄m iubemur omnibus exhibe
re penitus abdicari.

**Reſponſio de nō excedendo refectionis modo. c. xxvi.**

Moyſes. Utraq̈ꝫ vno modo
ac ſollicitudine pari conuenit
obſeruari. Nam et menſuram
cibi cauſa continentie ac puritatis cū
omi ſcrupulo cuſtodire debemus· ⁊ hu
manitatem atq̈ꝫ adhortationē adueni
entibus fratribus charitatis obtentu ſi
militer exhibere· quia ſatis abſurdum ē
vt fratri imo chriſto menſam offerēs nō
cum eo cibum pariter ſumas· aut ab eiꝰ
refectione te facias alienū. Itaq̈ꝫ in neu
tra parte reprehenſibiles inueniemur· ſi
hec a nobis conſuetudo teneatur· vt ho
ra nona de duobus paximacijs que no
bis canonica mēſura iure debenť· vno
paximacio prelibato· aliud huius expe
ctationis gratia in veſperam reſeruemꝰ
quē ſi ſuperuenerit quiſpiam fratrū cū
ipō pariter inſumamus· nihil conſuetu
dini ſolite amplius adiūgentes· et hac
diſpēſatiōe neq̈ꝫ fratris nos ꝯtriſtabit
aduentus qui nobis debet eſſe gratula
bilis. Siquidem ita humanitatis exhi
bemus obſequelam· vt nihil a rigore
continentie relaxemus. Si vero nullus
aduenerit hunc quoq̈ꝫ velut de canoni
co modo debitum nobis libere preſume
mus· qua parcitate nec ſtomachꝰ veſpe
re poterit aggrauari· quippe hora nona
vno paximacio iam premiſſo· qd̓ plerū
q̈ꝫ his qui diſtrictiorem abſtinentiā ſe
tenere credentes· totam refectionem ad
veſperam differunt· euenire conſueuit.
Nam recens eſce perceptio tam in veſꝑ
tinis q̈ꝫ in nocturnis orationibus tenu
em leuemq̈ꝫ ſenſum non ſinit inueniri·
Ideoq̈ꝫ cōmodum ſatis ⁊ vtile hora no
na refectionis tempus indultū eſt. in q̊
reficiēs mōachꝰ nō ſolū ī nocť nis vigilijs
leuis ac vacuꝰ reꝑietiā ī ipis veſꝑtinis ſo
lēnitatibꝰ digeſto iā cibo iueniť aptiſſimꝰ
Talibus nos beatꝰ moyſes verbis eru
diens hoc nobis precipuū gemina inſti
tutione ꝯtulit vt nō ſolū diſcretionis
virtutem et gratiā ſed ipius quoq̈ꝫ ab
renunciationis rationē quā penitꝰ igno
rantes feruore tantūmodo ſpiritus nr̄i



ac zelo dei arripuiſſe videbamur incipi
entes agnoſcere· deinceps intelligeremꝰ
quantū a puritate cordis et directionis
linea fuiſſemus in id temporis euacuati
abſq̈ꝫ vlla dumtaxat deſtinatione vl̓ fi
ne tendentes· et quid ꝑncipaliter tenere
nos opteret. q̇d ve cauere ſimiliter ecō
trario deberemꝰ omnimodis ignorātes
illamq̈ꝫ pre omnibus definitionē ſenis
veriſſimā cōprobauimus· nulliꝰ artis
ſeu diſcipline ꝑiciam poſſe ſine deſtīa
tiōis ratione ſubſiſtere· nec ſine contem
platione certi finis attingi·

**Explicit collatio ſecūda Abbatis moyſi de diſcretione. Incipiūt capitula collationis abbatis paſuntij de tribus abrenūciationibus. Cap. i.**

De conuerſatione ac vita abba
tis paſuntij.
ij De ſermone eiuſdē ſenis ac re
ſponſione nr̄a.
iij Propoſitio abbatis paſuntij d̓
tribus vocationū generibus
et de tribus renūciationibus.
iiij Expoſitio triū vocationū.
v Q̄ et deſidioſo vocatio pria non
proſit· ⁊ ſtrenuo poſtrema non
obſit.
vi Expoſitio trium renūciationū.
vij Quēadmodum ſingularum re
nunciationum ſit apprehendē
da perfectio.
viij De ꝓprijs diuitijs in quibus cō
ſtat anime pulchritudo vel fe
ditas.
ix De tripartito genere diuitiarum
x Non poſſe quenquā primo tan
tum renunciationis gradu eē
perfectum.
xi Interrogatio de libero arbitrio
hominis ⁊ gratia dei.
xij Reſponſio de diſpenſatione di
uine gratie manente arbitrij li
bertate.
xiij Qd̓ directio vie noſtre ex deo ſit
xiiij Qd̓ ſcia legis magiſterio ⁊ illūi
natione dñi conferatur.
xv Qd̓ intellectus quo mādata dei
poſſimus agnoſcere ⁊ bone vo
luntatis effectꝰ a dño ꝯdoneť.
xvi Qd̓ ipā fides a dño concedatur.
xvij Qd̓ moderatio et tolerātia tem
ptationum nobis a domino tri
buantur.
xviij Qd̓ perpetuitas timoris dñi no
bis a dño conferať.
xix Qd̓ initiū volūtatis bone ⁊ con
ſummatio eius a dño ſit
xx Qd̓ nihil in hoc mūdo ſine deo
geratur.
xxi Obiectio ſuper liberi arbitrij po
teſtate.
xxij Reſpōſio q̇ liberū arbitriū nr̄m
adiutorio dñi ſꝑ indigeat.

**Expliciunt capitula. Incipit collatio Abbatis paſūtij de tribus abrenūciationibus. ca. i.**

N illo
choro ſanctorū
qui velut aſtra
puriſſima in no
cte mundi iſtiuſ
refulgebant. vi
dimus ſanctū
paſuntiū vice luminaris magni clarita
te ſcie choruſcantē. Hic nanq̈ꝫ preſbiter
congregationis noſtre· id eſt illius qui ī
heremo ſchyti morabatur fuit· in q̄ ita
vſq̈ꝫ ad extremā durauit etatē vt nūq̈ꝫ e
cella quā iunior ceperat habitare· q̄q̈ꝫ
ab eccleſia milibus q̇nq̈ꝫ diſtabat· ſaltē
ad viciniora migrauerit· nec feſſus ānis
tanti itineris ſpacio· die ſabbati vel dñi
co venturus ad eccleſiā vexareť· ſed nec
vacuus q̇dem reuerti exinde contentus
vas aq̄ quā ꝑ totā erat ebdomadā ſum
pturus ceruicibꝰ ſuis onerans reporta
bat ad cellam. Cunq̈ꝫ nonagenariam
exceſſiſſet etatem· nunq̈ꝫ paſſus eſt eam
iuniorum ſibi labore deferri. Hic itaq̈ꝫ
ab adoleſcētia ſua ſcole cenobij tanto
ardore ſe tradidit vt in ea paruo tem

poꝛe commoꝛatus tam ſubiectionis bo-
no ꝗꝫ vniuͤſarū ꝟtutū ſcā pic⁹ ditaret.
Humilitatis nāqꝫ ⁊ obedientie diſcipli
na· omnes ſuas moꝛtificans volūtates
et per hāc extinctis vniuerſis vicijs· cun
ctiſqꝫ virtutibus ꝯſummatis quas mo
naſterioꝝ inſtituta vel antiquiſſimoꝛuꝫ
patrū doctrina fundauit· ſublimioꝛis ꝑ
fectus ardoꝛe ſuccenſus· heremi feſtina-
uit ſecreta penetrare· vt domino cui inꝰ
fratrum turbas poſitus ſitiebat inſepa
rabiliter inherere· nullo deinceps ab eiꝰ
cōtemplatione hūano conſoꝛtio vꝰ ima
gine ſe retrahente facilius vniret. Ubi
rurſum tanto feruoꝛe etiā ipoꝝ anacho-
retarū ꝟtutes ſuperās· deſiderio ⁊ intē
tione ingis ac diuine illius theoꝛie· cun
ctoꝛū deuitabat aſpectus· vaſtioꝛa ⁊ in
acceſſibilia ſolitudinis penetrans loca·
multoqꝫ in eis tpe deliteſcens· vt ab ip-
ſis quoqꝫ anachoꝛetis difficulter ac ra-
riſſime depꝛehenſus· angeloꝝ ꝗtidiano
conſoꝛtio delectari ac perfrui crederetur
atqꝫ ei merito virtutis huius ab ipis in
ditū fuerit bubali cognomentū·

## De ſermone eiuſdem ſenis. ac reſponſione noſtra. Ca. ij.

Uius igitur magiſterio īſtitui
cupiētes cogitationū etiam ſti-
mulis agitati· ad cellam eiꝰ iaꝫ
die aduespera ſcēte peruenimꝰ. Qui ha
bito aliquātiſper ſilentio cū ꝓpoſitū no
ſtrū pꝛedicare cepiſſet· qꝺ ſcꝫ patriā reli-
quētes· tot ꝓuincijs ꝑ amoꝛe dn̄i perlu-
ſtratis egeſtateꝫ ac vaſtitatē heremi tole
rare ⁊ imitari rigoꝛē cōuerſationis illoꝝ
tantopꝫ niteremꝰ· quē vix ipi qui ī eadē
neceſſitate atqꝫ inopia nati educatiqꝫ
ſunt ſuſtinerēt· reſpondimus nos ob id
ad eius doctrinā ac magiſteriū ꝯtēdiſſe
vt imbui aliquatenus doctrina tāti vi-
ri poſſimus quā īnumeris documentis
ineſſe eidem ſenſeramus· nō vt illiꝰ que
tamen in nobis non eſſent laudibꝰ gra-
uaremur· aut in elatione animi· ꝗ in no-
ſtris quoqꝫ cellulis nōnunqꝫ ſuggeſtio
ne titillabamur inimici· ipiꝰ quoqꝫ ſer
monibus inflaremur. Quāobrem illa
nobis potius pꝛecabamur infundi· qui
bus cōpungi vel hūiliari· nō quibꝰ nob
metipis blandiri extolliqꝫ poſſimus.

## Pꝛopoſitio abbatis paſuntij ꝺ tribus vocationū generibus et de tribus abrenūciatioibus Cap. iij.

Aſuntius. Tres īqͥt voca
tionū ſunt oꝛdines· tres quoqꝫ
renunciationes monacho in ꝗ
cunqꝫ vocationis oꝛdine conſtituto ne
ceſſarias nouerimus. Et pꝛimā quideꝫ
cauſam qua tres eſſe vocationū oꝛdīes
diximus· opoꝛtet nos diligenter inquire
re vt cū agnouerimus nos ad dei cultū
pꝛimo gradu vocationis aſcitos· ſm̄ eiꝰ
ſublimitatem conuerſationis ꝗꝫ noſtre
congruentiam temperemus. Nihil eniꝫ
ꝓderit ſublimiter inchoaſſe· ſi ſimilē ꝑn
cipijs nō exhibuerimus et finē. Qꝫ ſi eti
am vltimo oꝛdine nos a ꝯuerſatione ſe
culi extractos fuiſſe cognoſcimus. quan
to minꝰ pꝛobabili ad religionē ꝑncipio
videmur inniti· tanto acrius noſmetip
ſos ad melioꝛē finem ſpiritali feruoꝛe in
citare curemus. Secūdam ꝗqꝫ cauſam
triē abrenūtiatōis om̄imodis noſſe nos
cōuenit· quia nullo modo perfectionem
poterimus attigere. ſi eam vel ignoꝛaue
rimus. vel ſcientes nō ꝯtenderimus ope
re conſūmare.

## Expoſitio triū vocationū. iiij.

Tigitur tres hi vocationum
modi ſpeciali diſtinctione pan
dantur. Pꝛimus ex deo eſt· ſe
cundus per hominē· tertius ex neceſſita
te. Ex deo quidem eſt· quotiens inſpira-
tio quedam immiſſa in coꝛ noſtrū nōnūꝗꝫ
etiā doꝛmientes nos ad deſideriū eter
ne vite ac ſalutis excuſcitat· deumqꝫ ſe-
ꝗ ⁊ eiꝰ inherere ꝑceptis cōpunctione ſa
luberrima cohoꝛtatur· vt ī ſcripturis ſan
tis abꝛahā voce dn̄ica· de genitali ſolo
⁊ totiꝰ ꝯgnatiōis ſue affectibꝰ· pr̄iſqꝫ do
mo legimꝰ euocatū dicēte dn̄o. Exi ꝺ tra
tua· ⁊ ꝺ ꝯgnatōe tua ⁊ ꝺ domo pr̄is tui



Quo etiam modo beatū Antoniū acci
tuꝫ eſſe cognouimus· qui occaſionē ſue
cōuerſionis a ſola diuinitate percepit·
Jngreſſus nāqꝫ eccl̄iaꝫ ibiqꝫ audiēs in
euāg dn̄m ꝑdicātē· ꝗ nō odit pr̄eꝫ ⁊ ma
trē ⁊ filios ⁊ vxoꝛē ⁊ agros· inſuꝑ ⁊ ani
mā ſuā nō pt̄ meꝰ eſſe diſcipulꝰ· et ſi vis
ꝑfectꝰ eē vade ⁊ vēde ꝗ habes· ⁊ da pau
pibꝰ. ⁊ hēb theꝫauꝝ ī celo ⁊ veī ſeꝗre me·
Pꝛeceptū hoc dn̄i velut ſpecialiter ad
ſe directū cum ſumma coꝛdis compun-
ctione ſuſcepit· confeſtimqꝫ renuncians
cunctis ſecutus eſt chꝛiſtum· nulla exhoꝛ
tatione neqꝫ doctrina hominum pꝛouo-
catus. Secundus vocationis modus
eſt quē fieri per hominē diximus· cuꝫ vꝰ
exemplis quoꝛundam ſanctoꝛū vel mo-
nitis inſtigati ad deſideriū ſalutis accē-
dimur. Quo nos ꝗqꝫ gratia domini re
tinemus aſcitos· qui pꝛedicti viri moni-
tis ac virtutibꝰ incitati huic nos ſtudio
pꝛofeſſioniqꝫ tradidimus· quo oꝛdine
etiā in ſcripturis ſanctis per moyſen fili
os iſrael de afflictione egipti legimus li
beratos. Tertius vero vocatiōis modꝰ
eſt qui ex neceſſitate deſcendit· cū nos di
uitijs mūdi huius vel voluptatibus ob
ligati· ingruētibus repente temptationi
bus que vel moꝛtis pericula cōminātur
vel amiſſione bonoꝛuꝫ ac ꝓſcriptione ꝑ
cutiūt vel caroꝛū moꝛte cōpungunt· ad
dn̄m quē ſequi in rerū ꝓſperitate ꝯtem
pſimus ſaltem inuiti ꝓperare cōpellimꝰ.
Cuius vocationis neceſſitatē in ſcriptu
ris quoqꝫ ſepiſſime reperimus· cū filios
iſrael ob merita peccatoꝝ ſuoꝛuꝫ legimꝰ
a domino traditos hoſtibus ſuis· ob ꝗꝝ
dn̄ationem crudelitatēqꝫ ſeuiſſimā rur
ſus conuerſos ad dn̄m ꝓclamaſſe· ⁊ mi
ſit eis inquit dominus ſaluatoꝛē aoth
filiū gera· filium gemini· qui vtraqꝫ ma
nu vtebatur ꝓ dextera. Et rurſum Cla
mauerunt inquit ad dominuꝫ qui ſuſci
tauit eis ſaluatoꝛē· et liberauit eos otho
niel filiū cheneꝫ fratrē caleph iunioꝛē. Et
de talibus in pſalmo dicitur. Cum occi
deret eos tūc querebāt eum et reuertebā
tur· et diluculo veniebant ad eū· et recoꝛ
dati ſunt· quia deus adiutoꝛ eoꝛum eſt·
et deus excelſus redemptoꝛ eoꝛuꝫ ē. Rur
ſumqꝫ. Et clamauerūt ad dn̄m cum tri
bularētur· ⁊ de neceſſitatibus coꝝ libera
uit eos.

## Qꝺ ⁊ deſidioſo vocatio pꝛia n̄ ꝓſitet ſtrenuo poſtrema n̄ obſit Cap. v.

Ex his itaqꝫ tribus modis licet
pꝛioꝛes duo melioꝛibus inniti
ꝑncipijs videātur· nonnūqꝫ ta
men inuenimus etiam de tertio gradu
qui infimus videtur ac tepidus perfe
ctos viros ac ſpiritu feruentiſſimos ex-
titiſſe illiſqꝫ conſimiles qui optimo ꝑn-
cipio aggreſſi domini famulatū reliqͥm
quoqꝫ vitam laudabili feruoꝛe ſpiritus
exegerunt· et iterum de illo ſuperioꝛi gra
du plurimos tabefactos ad vituperabi
lem finem ſepiſſime recidiſſe· ac perinde
ſicut illis nihil obfuit ꝙ non ſuo viderē
tur arbitrio ſed neceſſitatis compulſiōe
conuerſi· quippe quibus hāc ipam occa
ſionem qua compungerētur domini be-
nignitas pꝛocurauit· ita etiam iſtis om-
nino nihil pꝛofuit ſublimioꝛa conuerſi-
onis habuiſſe pꝛincipia· quia nō ſtudu-
erunt reliquā vitam fine congruo termi
nare. Nec eni abbati moyſi qui habita
uit in loco iſtius heremi cui calamꝰ nū-
cupatio eſt· quicqꝫ defuit ad perfecte be-
atitudinis meritum· ꝙ metu moꝛtis ꝗ
ei ꝓpter homicidij crimē intentabatur ī-
pulſꝰ ad monaſteriū decucurrit· quā ita
neceſſitate ꝯuerſionis arripuit vt eam ī
volūtatē ꝓmpta animi virtute conuer
tens ad perfectionis faſtigia ſumma per
uenerit· ſicut etiaꝫ econtrario plurimis
quos nominatim memoꝛare nō debeo
nihil pꝛofuit domini ſeruituteꝫ melioꝛe
arripuiſſe pꝛincipio· qui deīceps coꝛdis
ignauia ac duricia ſubſequente qua ſe
nioꝝ traditiōibꝰ acqͥeſcere noluerūt· in te
poꝛē noxiū· ac in ꝓfundū moꝛtis barathꝝ
conciderunt. Quam rem in apl̄oꝛuꝫ ꝗꝫ
vocatione videmus euidēter expꝛeſſaꝫ.

Quid enī ꝓfuit inde aplat⁹ ſublimiſſi
mū gradum eodem ordine quo petr⁹ ce
teriqꝫ apoſtoli aſciti ſunt voluntarie ſu
ſcepiſſe·qui vocationis ſue preclara ṗn
cipia cupiditatꝭ ac filargirie peſtifero fi
ne conſūmās·vſqꝫ ad traditionē domi
ni crudeliſſim⁹ parricida ꝓrupit. Aut
quid obfuit paulo ꝯrepēte cecatus ad
viā ſalutis velut inuitus videtur attra
ctus·qui poſtea dn̄m tota animi deuoti
one ſectatus·initium neceſſitatis volun
tate cōſūmans·glorioſam tantis virtu
tibus vitā īmutabili fine concluſit. To
tū ergo in fine conſiſtit in quo p̄t quis ⁊
optime cōuerſionis initijs dedicat⁹ in
ferior per negligētiā reperiri·et neceſſita
te attractus ad nomē monachi profiten
dum effici per timorem dei diligentiāqꝫ
perfectus. (Cap̄.vi.

## Expoſitio triū abrenūciationū

Nunc de abrenūciationib⁹ diſſe
rendum eſt quas tres eſſe et pa
trum traditio ⁊ ſcripturarum
ſanctaruꝫ demōſtrat autoritas·quaſqꝫ
vnūquēqꝫ noſtrū omni ſtudio optet im
plere. Prima eſt qua corporaliter vniu̾
ſas diuitias mundi facultateſqꝫ cōtēni
mus·ſecūda q̄ mores ac vicia affectuſqꝫ
priſtinos animi carniſqꝫ reſpuimus·ter
tia qua mentē noſtrā de preſentib⁹ vniu̾
ſis ac viſibilibus euocātes·futura tan
tūmodo ꝯtemplamur·et ea que ſunt in
uiſibilia concupiſcimus. Que tria vt ſi
mul perficiātur·ad abrahaꝫ legimus a
domino fuiſſe precepta cum dicit ad eū·
Exi de terra tua·et de cognatione tua·⁊
de domo patris tui. Primum dixit de
terra tua·id eſt de facultatibus mundi
huius·opibuſqꝫ terrenis·ſecūdo de co
gnatione tua·id eſt de cōuerſatiōe ⁊ mo
ribus vicijſqꝫ prioribus q̄ nob̄ a noſtra
natiuitate cohērētia velut affinitate q̄daꝫ
et conſanguinitate videntur eſſe cogna
ta·tertio de domo patris tui·id eſt omni
memoria mundi huius que oculorū oc
currit obtutibus. De duobus enī patri
bus·id eſt ſiue de illo quē deſerere ſiue d̄
eo quē debemus expetere.ita per Dauid
ex perſona dei caitur. Audi filia ⁊ vide
et inclina aurē tuā ⁊ obliuiſcere populū
tuū ⁊ domuꝫ patris tui. Nam qui dicit
audi filia pater vtiqꝫ eſt·et illum cui⁹ do
mū vel populum monet obliuioni dari
patrem nihilominus ſue filie fuiſſe te
ſtatur·Qz ita fit cū mortificati cum chri
ſto ab elementis huius mundi ꝯtempla
mur ſm̄ apoſtolum. Jam nō ea que vi
dentur·ſed que nō videtur·que eniꝫ vi
dentur temporalia ſunt·que aūt non vi
dentur eterna. Et exeuntes corde de hac
tꝑali ac viſibili domo in illā domū in q̄
iugiter erimus permanſuri·noſtros ocu
los mentemqꝫ dirigamus. Qd̄ tunc im
plebimus·cū in carne ambulantes non
ſm̄ carnē militare dn̄o ceperimus·illam
beati apoſtoli ſententiā opere ac virtute
nos quoqꝫ clamātes·noſter autē mūici
patus in celis eſt. His tribus abrenun
ciationib⁹ ꝓprie tres libri ſalomonis ap
tantur, Nam prouerbia prime abrenū
ciationi cōueniunt·quibus mores emē
dantur incipientiū·aut terrena vicia re
ſecātur. Secūde abrenūciatiōi eccleſia
ſtes·vbi vniuerſa que aguntur ſub ſole
vanitas pronunciātur· Tertie canticū
cāticorū·in q̄ mēs viſibilia cūcta trāſcē
dens verbo iam dei ⁊ celeſtiū rerū contē
plationi coniūgitur.

## Queadmodū ſingularū renū ciationū ſit apprehendēda per fectio. Cap̄.vij.

Quapropter nō multuꝫ ꝓderit
primā nos abrenūciationē ar
dore fidei ſuſcepiſſe·ſi ſecundā
nō eodem feruore ac ſtudio feſtinaueri
mus implere. Et ita cum etiam hāc fue
rimus indepti·ad illam quoqꝫ tertiā ꝑ
uenire poterimus q̄ de domo prioris no
ſtri parentis egreſſi·quē ab exordio nati
uitatis noſtre ſm̄ veterem hominē ac pri
ſtinā conuerſationē· quādo eramus na
tura filij ire ſicut ⁊ ceteri·patrem nobis
fuiſſe meminimus·omnē mētis intuitū
ad celeſtia deflectem⁹. De quo etiaꝫ pa



tre ad hieruſalem que verum patrem
deum contempſerat dicitur·pater tuus
amorre⁹·⁊ mater tua cethea. Et in euā
gelio. Vos ex patre diabolo eſtis·et de
ſideria patris veſtri vultis facere. Queꝫ
cū dimiſerimus de viſibilibus ad inuiſi
bilia tranſmigrantes·cuꝫ apoſtolo dice
re poterimus. Scim⁹ autē qm̄ ſi terreſtriſ
domus noſtra huius habitationis diſ
ſoluatur·ꝙ habitationem habeamus
a deo·domū non manufactā eternaꝫ in
celis. Et illud qd̄ pauloante cōmemora
uimus. Noſtra aūt cōuerſatio in celis ē
Vnde et ſaluatorē expectamus dn̄m ie
ſum chriſtū·qui reformabit corpus hūi
litatis noſtre conforme corpori claritatꝭ
ſue. Et illud beati Dauid· qꝛ īcola ego
ſum in terra et peregrinus. ſicut oēs pa
tres mei·vt ſm̄ dn̄i vocē taleſ efficiamur
quales illi de quibus hec dn̄s ad patreſ
in euangelio loquebatur. De mūdo hoc
nō ſunt· ſicut ⁊ ego nō ſum de hoc mun
do. Et rurſum ad ip̄os apoſtolos. Si d̄
hoc mūdo eſſetis: mūdus qd̄ ſuū eſt vti
qꝫ diligeret· ſed quia de hoc mūdo non
eſtis ſed ego elegi vos de hoc mundo·ꝓ
pterea odit vos mūdus. Huius ergo re
nūciationis tercie veraꝫ perfectionē tūc
merebimur obtinere·quādo mēs noſtra
nullo carnee pinguedinis hebetata con
tagio· ſed peritiſſimis elimationibus ex
polita ab omni affectu et qualitate terre
na per indeſinentē diuinorum meditati
onem·ſpiritaleſqꝫ theorias·ad illa que ī
uiſibilia ſunt eo vſqꝫ tranſierit·vt circū
datā ſe fragilitate carnis ac ſitu corꝑis
ſuꝑnis et īcorꝑeis intenta non ſentiat·
atqꝫ in huiuſmodi rapiatur exceſſus vt
nō ſolū nullas voces auditu corꝑali re
cipiat·nec intuendis preterentiū homi
nū imaginibus occupetur·ſed ne aſtan
tes quidem arborū moles·et ingētes ma
terias ſubiectas oculis carnis aſpiciat.
Cuius rei fidem atqꝫ virtutē nemo niſi
is capiet ſolus qui hec que dicūtur expe
riētia magiſtra percepit·cuius videlicet
ita dn̄s oculos cordis de vniuerſis pre
ſentibus auocarit vt ea nō tanq̄ꝫ tranſi
tura ſed iā quaſi nō exiſtentia reputans
⁊ velut inanē fumū in nihilū reſoluta cō
ſpiciat·ambulanſqꝫ vt enoch ⁊ ip̄e cuꝫ
deo·ac de hūana ꝯuerſatiōe moribuſqꝫ
trāſlatus· nullatenus poſſit a quoq̄ꝫ in
vanitate preſentiuꝫ reperiri. Qd̄ in illo
etiā corporaliter factum·lectio geneſeos
ita cōmemorat. Ambulauitqꝫ enoch cū
deo et nō inueniebatur· qꝛ tranſtulit eū
deus. Apoſtolus quoqꝫ ita cōmemorat
Fide enoch tranſlatus ē vt nō videret
mortē·et nō inueniebat᷑ quia tranſtulit
illum deus. De qua morte dn̄s in euan
gelio. Qui viuit inquit ⁊ credit in me n̄
morietur in eternū. Quapropter feſtina
re debemus ſi perfectionē verā deſidera
mus attingere vt quēadmodū corꝑe pa
rentes patriā diuitias mundi·volunta
teſqꝫ deſpexim⁹·ita etiā corde hec omia
relinquētes nlla rurſus ad ea q̄ dimiſim⁹
cōcupiſcentia reuertamur·ne ſicut de il
lis ſcriptura cōmemorat. q̄ educti ꝑ mo
yſen cū minime rediſſe corꝑore videātur
corde tamē reuerſi dicūtur ī egyptū·re
licto ſcꝫ deo·qui eos eduxerat cuꝫ tanta
virtute ſignorum· idola egipti que cōtem
pſerāt venerantes·ſic̄ ſcriptura cōmēo
rat. Et reuerſi ſunt cordibus ſuis in egy
ptū·dicētes ad aaron. Fac nobis deos
qui precedant nos. cum illis etiam pari
ter condemnemur. qui in heremo cōmo
rantes·poſt eſcā manne celeſtis deſide
rauerīt viciorꝫ fetidos·ac ſordide vilitatꝭ
cibos. noſqꝫ cum eis ſimiliter ꝓclamare
videamur. Bene nobis erat in egypto·
vbi ſedebamus ſuper ollas carniū et co
medebamus cepas ⁊ allia·et cucumeres
et pepones. Que figura licet in illo pre
ceſſerit ꝓplo·tamē nūc quoqꝫ eam quoti
die in noſtro ordine ac profeſſione vide
mus impleri. Omnis enī quicunqꝫ poſt
renūciationē mūdi huius ad antiqua re
uertitur ſtudia· et ad priſtina deſideria
reuocatur. hec eadem cum illis opere ac
virtute ꝓclamat dicēs. Bene mihi erat
in egypto. Quorum vereor ne tanta in

ueniēda ſit multitudo · quantas tunc
ſub moyſe preuaricantiū turbas legimꝰ
extitiſſe. Nam cum ſexcenta milia arma
torum de egypto dinumerentur egreſſa·
ex his nō ſunt amplius q̄m duo tantuꝫ
terram repromiſſionis ingreſſi. Unde
feſtinandum nobis eſt· vt a paucis ac
rariſſimis ſumamus exempla virtu·
tuꝫ· quia ſm illaꝫ quā diximus figurā·
in euangelio quoqꝫ multi vocati· pauci
aūt dicuntur electi. Nihil ergo nobis p
derit abrenūciatio corporalis· et localis
ex egypto tranſmigratio· ſi renunciatio
nem cordis que ſublimior ⁊ vtilior ē nō
valuerimus ſimiliter obtinere· De illa
enī qua diximus abrenunciatione corpo
rali ita pronunciauit apoſtolus. Si diſ
tribuero omnes facultates meas ī cibos
pauperū· et tradidero corpus meum vt
ardeam· charitatem aūt nō habuero· ni
chil mihi prodeſt. Quod beatus apoſto
lus nunqꝫ dixiſſet niſi fieri hoc poſſe ſpū
preuidiſſet· vt aliqui facultatibus vniū
ſis in pauperū alimenta diſperſis· ad p
fectionem euangelicam et charitatis ar
duū culmen peruenire nō poſſint· quia
ſcilicet priſtina vicia morumqꝫ inconti
nentiā vel ſuperbiam· vel impatientiaꝫ
dn̄antem in ſuis cordibus retinētes· ne
quaqꝫ ſe ab illis expurgare curauerint·
et ob id ad charitatem dei q̄ nunqꝫ ca
dit minime valeant peruenire· quiqꝫ in
feriores effecti· hoc ſecūdo renūciationis
gradu. multo minus illum tertiū qui p
culdubio eſt ſublimior apprehendūt. Di
ligentius tamen etiam hoc mente perpen
dite ꝙ nō ſimpliciter dixerit· ſi diſtribu
ero facultates meas. videret̄ enī de illo
forte dixiſſe qui nec dn̄i euangelicum im
plens mandatū· ſibi ex eis ſicut nōnulli
tepidorum faciunt aliquid reſeruaſſet·
ſed ſi diſtribuero inquit omnes faculta
tes meas in cibos pauperū· id eſt etiaꝫ ſi
perfecte abrenūciauero diuitijs iſtis ter
renis. Huic quoqꝫ renūciationi aliud
maius adiunxit· et tradidero corpꝰ meū
vt ardeam· charitateꝫ vero nō habuero

nihil ſum· Ac ſi alijs verbis dixiſſet. Si
diſtribuero in cibos pauperū omnes fa
cultates meas ſm euangelicū illud mā
datum quo dicit̄· ſi vis perfectus eſſe va
de vende omnia que habes ⁊ da paupe
ribus· et habebis theſaurū in celo · et ve
ni ſequere me· ita ſcilicet abrenūciās vt
ex his nihil penitus mihi reſeruem· et hu
ic erogationi martiriū qđ quotidie ſuſti
neo· extuſtionē mee carnis adiunxero· ita
vt corpus meū tradam pro chriſto· et tn̄
vel impatiens· vel iracundus· vel inuidꝰ
vel ſuperbus ſim· vel aliorum inflāmer
iniurijs· vel queram que mea ſunt· vel ea
q̄ mala ſunt cogitem· vel vniuerſa q̄ mi
hi poſſunt inferri· nō patiēter libenterqꝫ
ſuſtineam· nihil mihi proderit exterioris
hominis abrenūciatio atqꝫ cōbuſtio· in
teriore adhuc vicijs priſtinis inuoluto·
eo ꝙ ſimplicē ſubſtantiam mūdi huius
prime conuerſionis feruore contemnēs
que nec bona eſſe nec mala· ſꝫ media diffi
nit̄· vicioſi cordis noxias facultates ſi
milit̄ abijcere nō curarim· nec attigi do
minicam charitatem que patiens q̄ be
nigna eſt· que nō emulat̄· non inflamat̄
nō irritatur· nō agit perperaꝫ· nō querit
que ſua ſunt· nō cogitat malū que oīa
ſuffert· omnia ſuſtinet· poſtremo q̄ ſecta
torē ſuum nunqꝫ cadere ſinit ſupplātati
one peccati.

## De proprijs diuitijs in quibus cōſtat anime pulcritudo vel feditas. Cap. viij.

Feſtinare igitur debemus omi
inſtantia vt interior quoqꝫ no
ſter homo viciorū ſuorum diui
tias quas in anteriore conuerſatione cō
traxit· vniūſas abijciat atqꝫ diſpergat.
que corpori atqꝫ anime iugiter coheren
tes ꝓprie noſtre ſunt· ac niſi adhuc in hoc
corpore conſtitutis nobis abiecte fuerit
et abſciſe· etiā poſt exceſſum nos nō deſi
nēt comitari· vt enī virtutes vel ipa cha
ritas que earum fons ē in hoc ſeculo cō
quiſite· poſt finē quoqꝫ huius vite pul
chrum ac ſplendidū amatorem ſuū red



dunt· ita vicia obfuſcataꝫ qđammodo
mentē coloribꝫ tetris· ad illaꝫ perennem
cōmorationē infectamqꝫ tranſmittunt.
Pulchritudo enī vel feditas aīe virtu
tum ſeu vicioꝝ gignitur qualitate. Ex
quibꝫ quidā attractus color· aut ſplen
didam eā deo reddit ac pulchraꝫ· ita vt
a ꝓpheta mereat̄ audire. Et cōcupiſcet
rex decorem tuū. Aut certe atrā fetidam
atqꝫ deformē· ita vt ipm fetorē ꝓprie fedi
tatis ipa confiteatur ⁊ dicat. Cōputru
erūt et corrupte ſunt cicatrices mee a fa
cie īſipiētie mee· Ipeqꝫ dn̄s ad eā. Qua
re inquit nō eſt obducta cicatrix filie po
puli mei. Et idcirco he ſunt ꝓprie noſtre
diuitie· q̄ cuꝫ aīa iugiter cōmorātur· q̄s
nobis nullus regū· nullus hoſtiū nec cō
ferre poterit nec auferrē. He ſunt ꝓprie
diuitie noſtre quas ne ipa quideꝫ mors
valebit ab animo ſepare· quibus vel re
nūciantes ad perfectionē poſſumus pue
nire illigati· vel implicati eterna morte p
celli·

## De tripartito genere diuitiarū. Cap. ix.

Tripartito enī modo in ſcriptu
ris ſanctis intelligūtur diuitie
id eſt· male· bone· medie· Male
quideꝫ ſunt de quibus dicitur. Diuites
eguerūt ⁊ eſurierunt· Et ve vobis diui
tes quia recepiſtis conſolationē veſtrā.
Quas etiā diuitias peccatorum abieciſ
ſe ſumma perfectio eſt· Ad quarū diſtin
ctionē ſunt paupes illi qui in euāgelio
domini voce laudantur. Beati paupe
res ſpiritu· q̄m ipoꝝ eſt regnū celoꝝ. Et
in pſalmo. Iſte pauper clamauit· ⁊ dn̄s
exaudiuit eū. Et iterū Pauper ⁊ inops
laudabit nomē tuū. Sunt etiā bone q̄s
acquiſiſſe magne virtutis ac meriti ē· q̄s
vir iuſtus poſſidens collaudat̄· dicente
Dauid. Generatio rectoꝝ benedicetur·
Gloria ⁊ diuitie in domo eius· ⁊ iuſticia
eius manet in ſeculum ſeculi. Et iteruꝫ.
Redemptio anime viri ꝓprie diuitie eiꝰ.
De quibus diuitijs ſpiritalibꝫ in apoca
lipſi dicit̄ illi qui eas nō habēs vitupe

rabiliter pauper ⁊ nudus eſt. Incipiaꝫ
te inquit euomere ex ore meo· quia dicis·
ꝙ diues ſum ⁊ locuples· et nullius egeo·
et neſcis quia tu es miſer et miſerabilis
et pauper ⁊ cecus et nudus· ſuadeo tibi
a me emere aurū ignitū ꝓbatū vt locu
ples fias· et veſtimentis albis induaris·
et non appareat confuſio nuditatis tue.
Sunt quoqꝫ medie· id ē que poſſunt vel
bone eſſe vel male. Ad vtranqꝫ enī ptem
pro arbitrio vel qualitate vtentiū tranſ
ferunt̄. De quibꝫ b. apl's. Diuitibus ait
mūdi huius precipe non ſublime ſape
re· nec ſperare in incerto diuitiaꝝ · ſed in
deo qui preſtat nobis abunde oīa ad
fruendum bene facere· facile tribuere· cō
municare· theſaurizare ſibi fundamen
tum bonū in futurū· vt apprehendāt ve
ram vitā. Quas iterū diues ille in euā
gelio retinēs ac neqꝫ indigentibus ſb
miniſtrās, de cuius micis ſaturari pau
per Lazarus ante fores eius expoſitꝰ cu
piebat· intolerandis gehenne ignibus·
et eterno deputatur ardori.

## Nō poſſe quēquā primo tantū renūciationis gradu eſſe perfectū. Cap. x.

Has igitur viſibiles mundi di
uitias relinquētes· nō nr̄as ſed
alienas abijcimus facultates·
quis eas gloriemur vel noſtro labore q̄
ſitas· vel parentū ad nos hereditate trāſ
miſſas· Nihil enī vt dixi noſtruꝫ eſt niſi
hoc tantū qđ corde poſſeſſum· atqꝫ ani
me noſtre coherens· a nemine pt ꝓrſus
auferri. De quibus viſibilibus diuitijs
ad eos qui illas tanqꝫ ꝓprias retentātes
cōicare indigentibus nolūt· increpās lo
quitur chriſtus. Si in alienis fideles nō
fuiſtis· qđ veſtruꝫ eſt quis dabit vobis.
Euidenter igitur has diuitias alienas
eſſe nō ſolum quotidiana experiētia do
cet· verū etiā ſententia dn̄i ipa appellati
one qua eas ſignificauit expreſſit. De vi
liſſimis veriſqꝫ diuitijs loquit̄ petrꝰ ad
dn̄m. Ecce nos reliquimus omnia · ⁊ ſe
cuti ſumus te · quid ergo erit nob. Qui

vtiqꝫ nihil āpliꝰ q̄m viliſſia ꝯciſſaqꝫ re
tia dimiſiſſe noſcunť. Que oīa niſi in
hac abrenūciatione vicioꝝ· ꝗ vere mag
na ⁊ ſumma eſt fuerint intellecta· nec pre
cioſum aliquid inuenimus apl'os reli-
quiſſe· nec dn̄m habuiſſe· ꝓpter qd̄ illis
tantā btitudinis gloriaꝫ largireť· vt ab
eodē mererētur audire· in regn̄atiōe cuꝫ
ſederit filius hominis in ſede maieſtatis
ſue ſedebitis et vos ſuper ſedes duode-
cim· iudicātes duodeciꝫ tribꝫ iſrael. Si
igiť hi qui perfecte terrenas iſtas ac vi-
ſibiles abdicāt facultates· certis ex cau-
ſis ad illam apl'icam charitatem perue-
nire nō poſſunt· nec illū ſublimiorē pau
corumqꝫ admodū renūciatiōis graduꝫ
tertiū attingere queūt· quid illi de ſemet
ipſis iudicare debeāt· q̇ nec primā q̇dē ꝗ
perfacilis eſt perfecte arripiētes· atqꝫ an
tiquas pecuniarū ſuarū ſordes cuꝫ infi-
delitate priſtina retentātes· nudo tantū
ſibimet autumāt monachoꝝ vocabulo
gloriandū. Ergo prima quā dixímꝰ ab-
renūciatio rerū alienarū eſt· ideoqꝫ per ſe
ſolam perfectionē renūcianti cōferre nō
ſufficit niſi peruenerit ad ſcd̄am· ꝗ vere
abrenūciatio rerū noſtraꝝ ē· q̄m adepti
expulſione oīm viciorū· tertie quoqꝫ ab
renūciationis faſtigia conſcendemus· ꝑ
quā nō ſolū oīa q̄ in hoc mūdo gerūtur
vel particulatim ab hominibus poſſidē-
tur· verūetiā ipſam cunctoꝝ elementoꝝ
plenitudinem· ꝗ putatur eſſe magnifica
tanq̄ꝫ vanitati ſubiectam· et mox tranſi-
turā tranſcendentes animo ac mēte de-
ſpicimus· intuentes dumtaxat ſm̄ apo-
ſtolū nō ea que videnť ſ; que nō videnť
ꝗ enī videntur tp̄alia ſunt· que aūt non
videntur eterna· vt ita demū illud ſup̄-
mū mereamur audire· qd̄ dicit̄ ad abra
hā· et veni in terrā quā tibi mōſtrauero
Per qd̄ euidenter oſtenditur· ꝙ niſi q̇s
tres ſuperiores illas abrenūciationes i-
pleuerit· ad quartū hoc ꝑuenire n̄ poſſit·
qd̄ remūerationis ac premij vice taliter
renūciāti tribuitur· id eſt vt terrā repro-
miſſionis mereatur intrare· nequaq̄ꝫ ſi-

bi iam vicioꝝ ſpinas ac tribulos germi
nantē· ꝗ poſt expulſionē paſſionū cūcta-
rū puritate cordis in hoc corꝑe poſſideť
q̄m nō virtus vel induſtria laborantis
monſtrabit ei· ſ; ipſe dn̄s oſtenſurū ſe eſſe
ꝓmittit· et veni inquiēs in terrā quā tibi
mōſtrauero. Per qd̄ manifeſte probať
et initium noſtre ſalutis domini vocati-
one fieri dicentis· exi de terra tua· et con-
ſūmationē ꝑfectiōis ac puritatꝭ ab eodē
ſiſr tribui· cū dicit· et veni in terrā quaꝫ
tibi mōſtrauero· id ē· nō quā tu ex temet
ipſo noſſe. vel induſtria tua poteris repe-
rire· ſ; quā ego tibi nō ſolum ignorāti· ſ;
etiā n̄ iquirēti mōſtrauero. Ex quo ma
nifeſte colligitur ꝙ quēadmodū inſpira
tione dn̄i ꝓuocati ad viā ſalutis accur-
rimus· ita etiā magiſterio ipſius ⁊ illumi
natione deducti· ad perfectionē ſumme
beatitudinis peruenimus.

**Interrogatio d̄ libero arbitrio hominis et gratia dei. Cap̄. xi.**

Ermanus. In quo ergo li-
berū cōſiſtit arbitriuꝫ· n̄reqꝫ ꝙ
laudabiles ſumus reputat̄ in-
duſtrie· ſi deus in nobis oīa ꝗ ad noſtrā
perfectionē tēdūt ⁊ icipit ⁊ cōſummat.

**Reſponſio de diſpenſatione diuine gratie manente arbitrij libertate. Cap̄. xij.**

Afūtius. Hoc vos recte mo
uiſſet ſi in omi oꝑe vel diſcipli-
na principiū tantū eſſet ac finis
et nō etiā quedā medietas intereſſet. Ita
qꝫ ſicut occaſiones ſalutis diuerſis mo
dis deū cognoſcimus oꝑari· ita noſtrū
eſt occaſionibꝫ a diuinitate conceſſis· vl'
enixius vel remiſſius famulari. Nam ſi
cut dei fuit vocātis oblatio· exi de terra
tua· ita abrahe fuit exeūtis obedientia· et
quēadmodū illud qd̄ dicit̄· et veni i ter-
ram· vt faciat obtēꝑantis eſt opus· ita
illud qd̄ additur· q̄m tibi monſtrauero·
iubentis dei vel ꝓmittentis eſt gr̄a. Cer
tos tamen nos eſſe conuenit ꝙ omnem
virtutē indefeſſis conatibꝫ exercētes neq̄
q̄ꝫ diligentia vl' ſtudio noſtro ꝑfectiōeꝫ



poſſimus attingere· nec ſufficiat hūana
ſedulitas laboꝝ merito ad taꝫ ſublimia
beatitudinis premia ꝑuenire· niſi ea do-
mino nobis cooperāte· et cor noſtruꝫ ad
id qd̄ expedit dirigente fuerimus indep-
ti· ideoqꝫ debemus cum Dauid orantes
momētis ſingul' dicere. Perfice greſſus
meos in ſemitis tuis· vt nō moueantur
veſtigia mea· et ſtatuit ſupra petram pe-
des meos· et direxit greſſus meos· vt no
ſtrum arbitriū qd̄ ꝓcliuius vel ignorati
one boni· vel oblectatione paſſionū ferť
ad vicia· ille inuiſibilis rector mētis hu-
mane ad virtutū potius ſtudia contor-
quere dignetur. Qd̄ vno verſiculo per
ꝓphetam manifeſtiſſime legimus decan-
tari. Impulſus verſatus ſuꝫ vt caderē·
in quo liberi arbitrij infirmitas deſigna
tur· et dn̄s ſuſcepit me· rurſum adiuto
riū dn̄i iunctū eidem ſemper oſtenditur
quo ne penitus libero collabamur arbi-
trio· cū titubaſſe nos viderit· porrectiōe
quodāmodo manuū ſuarū ſuſtentat at
qꝫ confirmat. Et iterū. Si dicebā motꝰ
eſt pes meus· lubrica ſcꝫ arbitrij faculta
te miſcd̄ia tua dn̄e adiuuabat me· ite-
rū mobilitati ſue dei coniungit auxiliū
quo ne moueretur pes fidei ſue· nō indu
ſtrie ꝓprie fuiſſe· ſed miſcd̄ie dn̄i confiteť
Et iterum. Scd̄m multitudinē doloꝝ
meorum in corde meo· q̇ libero vtiqꝫ mi
hi naſcebantur arbitrio· conſolationes
tue letificauerunt animā meam· per tuā
ſcilicet inſpirationē venientes in cor me
um· et reſerantes contemplationē futu-
rorum bonorum· que pro tuo nomine la
borantibus preparaſti· nō ſolum abſtu-
lerunt omnē anxietatē cordis mei· verū-
etiā ſummā leticiā contulerūt. Et rurſū
Niſi quia dn̄s adiuuit me paulominꝰ
habitauerat in inferno anima mea· libe-
ro vtiqꝫ arbitrio· per quod ſe in inferno
habitaturū fuiſſe teſtatur· niſi dn̄i fuiſſꝫ
adiutorio ac ꝓtectiōe ſaluatꝰ. A dn̄o enī
nō a libero arbitrio greſſus hominis di-
rigētur. Et cū ceciderit iuſtus libero dū-
taxat arbitrio. nō collidetur. Quare· q̄r

dn̄s ſupponit manū ſuā. Hoc eſt aptiſſi
me dicere. Nullꝰ iuſtoꝝ ſibi ſufficit ad
obtinendam iuſticiā· niſi per momenta
ſingula titubanti eidem ⁊ corruenti ful-
cimenta manus ſue ſuppoſuerit diuina
clemētia· ne proſtratus intereat penitus
cum fuerit liberi arbitrij infirmitate col-
lapſus.

**Q' directio vie noſtre ex deo ſit. Cap̄. xiij.**

Ec ſane vnq̄ꝫ viri ſancti dire-
ctionē vie q̄ gradiebanť ad ꝑ-
fectū ꝟtutum conſūmationēqꝫ
tendentes· induſtria ſe ꝓpria obtinuiſſe
teſtati ſunt· ſed eam potius a dn̄o conſe-
qui precabātur dicentes. Dirige me in
veritate tua· et dirige in conſpectu tuo
viam meā. Alius aūt nō ſolum fide· ſed
etiā experimēto· et quodāmodo in ipſa re
rū natura· hoc ipſm̄ ſe deprehendiſſe pro-
clamat. Cognoui dn̄e quia nō eſt in ho-
mine via eius. nec viri eſt vt ambulet et
dirigat greſſus ſuos. Et ipſe dn̄s ad iſra
helez. Et dirigā eū ego in q̇t vt abietē vi
rentē· ex me fructus tuus inuentus eſt.

**Q' ſcientia legis magiſterio ⁊ illūinatiōe domini cōferatur. Cap̄. xiiij.**

Egis quoqꝫ ipſius ſcientiā nō
lectionis induſtria· ſed magiſte
rio ⁊ illuminatione dei quoti-
die deſiderant adipiſci· dicentes ad eū.
Uias tuas dn̄e demōſtra mihi· et ſemi-
tas tuas edoce me· et reuela oculos me-
os· et conſiderabo mirabilia de lege tua
et doce me facere voluntatē tuam· q̄r de-
us meus es tu. Et iteꝝ. Qui docet homi
nem ſcientiam.

**Q' itellectus quo mādata dei poſſimus agnoſcere ⁊ bone voluntatis effectus a dn̄o condonetur. Cap̄. xv.**

Pſum etiā intellectuꝫ beatus
dauid quo mandata dei poſſit
agnoſcere· que vtiqꝫ in libro le
gis nouerat eſſe perſcripta· a domino po
ſtulat promereri dicēs. Seruus tuꝰ ego

ſum· da mihi intellectum vt diſcaꝫ man
data tua. Utiqꝫ et intellectū ſemel ſibi ꝑ
naturam preſtitum poſſidebat· noticiaꝫ
quoqꝫ mandatorum dei que deſcripta
tenebant in lege· vtiqꝫ habebat in ꝓm/
ptu ·et tamen vt hanc plenius apprehen
dat dominum deprecatur ·ſciens neqꝫ
ſibimet ſufficere poſſe id quod per natu
ram conditionis inſertum eſt· niſi quoti
diana domini illuminatione ad intelli/
gendam ſpiritualiter legem ac manda/
ta eius apertius agnoſcenda· ſenſus ip/
ſius ab eodem fuerit illuſtratus· ipo eti/
am vaſe electionis· hoc qđ dicimus cla/
rius predicante· deus eſt eniꝫ qui opera/
tur in nobis· et velle ⁊ perficere pro bōa
voluntate. Quid potuit apertius dici·
ꝙ vt ⁊ bonā voluntatem noſtram ⁊ ope
ris conſūmationem a domino in nobis
pronunciaret impleri. Et iterum Quia
vobis donatum eſt ꝑ chriſto non ſoluꝫ
vt in eum credatis· ſed vt etiam pro illo
patiamini. Hic quoqꝫ et initium conū/
ſionis ac fidei noſtre et paſſionū tolerā
tiaꝫ donari nobis a domino declarauit·
Quod intelligens dauid quoqꝫ ſimilit
orat ſibi hocipſum domini miſeratione
concedi dicens. Confirma deus hoc qđ
operatus es in nobis· oſtendens nō ſuf/
ficere ſibi ſalutis pricipia dono dei gra/
tia qꝫ collata · niſi fuerint eadeꝫ miſera/
tione ipius et quotidiana opitulatione
perfecta. Non enim liberum arbitrium
ſed dominus ſoluit compeditos. Non
noſtra virtus· ſed dominus erigit eliſos
Non lectiōis induſtria· ſed dominus il/
luminat cecos. Qđ grece dicitur.

id eſt dominus ſapiē/
tes facit cecos· Non noſtra cautio· ſ; do/
minus cuſtodit aduenas. Non noſtra
fortitudo· ſed dominus alleuat ſiue ſuf/
fulcit omnes qui corruunt. Hec autem
dicimus non vt ſtudium noſtrum vel la
borem atqꝫ induſtriam quaſi inaniter ⁊
ſuperfluo impendenda vacuemus· ſ; vt
nouerimus nos ſine auxilio dei· nec ad/
niti poſſe· nec efficaces noſtros eſſe cona
tus ad capeſcendum tam immane ꝓmi
um puritatis· niſi nobis adiutorio do/
mini ac miſcdia fuerit contributum. E/
quus enī paratur in diē belli· a domino
eſt adiutorium· quia nō eſt in fortitudīe
ſua potens vir. Oportet igitur nos ſem/
per cum beato dauid canere. Fortitudo
mea et laudatio mea· non liberum arbi/
triū· ſed dominus· et factus ē mihi in ſa/
lutem. Qđ doctor quoqꝫ gentium non
ignorans· idoneum ſe factuꝫ miniſterio
noui teſtamenti· non ſuo merito nec ſu/
dore ſed dei miſeratione proclamat · nō
ꝙ ſim⁹ igt idonei cogitare aliqd a nob
qſi ex nobis ·ſed ſufficiētia nr̄a ex deo ē
qđ minus latine ſed expreſſius dici po/
teſt· idoneitas noſtra ex deo eſt. Deniqꝫ
ſequitur. Qui et idoneos nos fecit mini
ſtros noui teſtamenti.

## Q ipſa fides a domino conce/datur. Cap. xvi.

Ntantum autē vniuerſa q ad
ſalutem pertinent apl'i ſibimet
a domino largita ſēſerūt· vt ip/
ſam quoqꝫ fidem preſtari ſibi a domino
poſtularent dicentes. Domine adde no
bis fidem. Plenitudinem eius non libe
ro arbitrio preſumentes· ſed dei ſibi cre/
dentes munere conferendaꝫ. Deniqꝫ do
cet nos idem auctor ſalutis humane ꝙ
ipa fides noſtra lubrica ſit et infirma· et
nequaꝙ ſibi ſufficiens niſi fuerit auxi/
lio domini roborata· dicens ad petrum.
Simon ſimon· ecce ſathanas expetiuit
vos vt cribraret vos tāꝙ triticū . ſ; ego
rogaui p͛ꝫ meū ne deficeret fides tua·
Quod alius in ſemetipſo ſentiens fieri
et quodāmodo fidem ſuam infidelitatꝭ
fluctibus ad pernicioſi naufragij vidēs
ſcopulos perurgeri · ad eundeꝫ dominū
auxilium fidei ſue poſtulans dicit. Do/
mine adiuua infidelitatem meā. Intan
tum itaqꝫ ſenſerunt euangelici et apoſto
lici viri vniuerſa q bona ſunt· auxilio do
mini conſummari· vt ne ipſam quidem
fidem ſuam confiſi ſint illeſam ſe poſſe



ſuis viribus vel arbitrij libertate ſerua/
re· vt hanc vel adiuuari in ſe vel donari
ſibi a domino poſtularent. Que ſi in pe/
tro ne deficeret domini egebat auxilio·
quis erit tam preſumptor ⁊ cecus· qui ſe
erga huius cuſtodiam quotidiano do/
mini credat adiutorio non egere· preſer/
tim cum ipſe dominus in euangelio hoc
ipſum euidenter expreſſerit dicens. Si/
cut palmes non poteſt fructum facere a
ſemetipſo niſi in vite māſerit· ita et vos
niſi in me manſeritis· Et iterū· Quia ſi/
ne me nihil poteſtis facere. Q ſit igitur
ineptum ac ſacrilegum quicꝙ de bonis
actibus noſtre induſtrie ⁊ non dei gra/
tie vel adiutorio deputare· manifeſte ꝓ/
batur dominica proteſtante ſententia· ſi
ne ſua opitulatione vel inſpiratione· ſpi
ritales fructus exhibere neminem poſſe.
Omne enim datum bonum · et omne
donum perfectum deſurſum eſt· deſcen/
dens a patre luminuꝫ. Zacharias quo
qꝫ· quia ſiquid boni ipius ē· et ſiquid op
timum ab ipſo. Et ideo conſtanter bea/
tus apoſtolus. Quid enim habes qđ
non accepiſti. Quod ſi accepiſti qd glo/
riaris quaſi non acceperis.

## Q moderatio et tolerantia tē/ptationuꝫ nobis a domino tri/buatur. Cap. xvij.

Ummam quoqꝫ tolerantie· q
temptationes illicitas ſuſtine/
re poſſimus· non tam in noſtra
virtute qm in dei miſericordia et mode/
ratione conſiſtere· beatus apoſtolus ita
pronunciat. Temptatio vos non appre
hendat niſi humana ·fidelis auteꝫ deus
qui non permittit vos temptari ſuꝑ id
quod poteſtis· ſed faciet cum temptatio/
ne etiam exituꝫ vt ſuſtinere poſſitis. De/
um quoqꝫ aptare ſiue confirmare ani/
mos noſtros ad omne opus bonū· ⁊ ope
rari in nobis ea q ſibi ſunt placita· ideꝫ
apoſtolus docet. Deus autem pacis qui
eduxit de tenebris paſtorem magnū oui
um in ſanguine teſtamenti eterni ieſum
chriſtum aptet vos in omī bono· faciēs
in vobis quod placeat coram ſe. Quod
etiam theſſalonicenſibus vt eueniat ita
precatur dicens. Ipſe autem dominus
ieſus chriſtus et de⁹ pater noſter qui di/
lexit nos· et dedit conſolationem eternā
et ſpem bonam in gratia· exhortetur cor/
da veſtra et confirmet in omni oꝑe ⁊ ſer/
mone bono.

## Q perpetuitas timoris dñi no/bis a dño conferatur. Cap. xviij.

Pſum deniqꝫ timoreꝫ dei quo
firmiter eum tenere poſſimus a
domino nobis infundi· Hiere
mias propheta ex perſona dei manifeſte
teſtatur ita dicens. Et dabo eis cor vnū
et viam vnam· vt timeant me vniuerſis
diebus· et bene ſit eis· et filijs eorum poſt
eos· et faciam eis pactum ſempiternum·
et non deſinam eis benefacere· et timoreꝫ
meum dabo in corda eorum vt non rece/
dant a me. Ezechiel quoqꝫ Et dabo eis
cor nouum et ſpiritum nouum tribuaꝫ
in viſceribus eorum· et auferam cor lapi
deum de carne eorum· ⁊ dabo eis cor car
neum· vt in preceptis meis ambulent· et
iudicia mea cuſtodiant· faciantqꝫ ea· et
ſint mihi in populuꝫ· et ego ſim eis in de
um.

## Q initiū voluntatis bone et cō/ſummatio eius a domino ſit. Cap. xix.

Uibus manifeſtiſſime perdoce
mur et initium voluntatis bo/
ne nobis domino inſpirāte cō/
cedi· cum aut per ſe· aut per ex/
hortationem cuiuſlibet hominis· aut per
neceſſitatem nos ad ſalutis attrahit vi/
am· et perfectionem virtutum ab eodem
ſimiliter condonari· noſtrum vero hoc
eſſe· vt exhortationē auxiliumqꝫ dei vel
remiſſius vel enixi⁹ exeqmur · ⁊ ꝑ hoc nos
vl' remunerationē vl' ſupplicia digniſſi/
ma ꝓmereri· ꝙ ei⁹ diſpēſatiōi ac ꝓuidē/
tie circa nos benigne collate vl' neglexim⁹
vl' ſtuduim⁹ nr̄e obedie deuotōe ꝯgruere

Qđ euidēter in deuteronomio apteq́ꝫ deſcribitur. Cum inquit introduxerit te dñs deus tu⁹ in terrā quā poſſeſſur⁹ ingredieris ⁊ deleuerit gentes multas corā te ethēū ⁊ gergeſeū ⁊ amorreū · chananeū ⁊ pherezeū . eueū ⁊ iebuſeū · ſeptē gentes multo maioris nūeri ⁊ robuſtiores te · t̄diderítq́ꝫ eas tibi · ꝑcuties eos vſq́ꝫ ad internetionē · nō inib' cū eis fed⁹ · neq́ꝫ ſociabis cū eis cōiugia . Qꝫ igitur introducūtur in terrā repromiſſionis · ꝙ delētur gentes multe corā eis · ꝙ tradūtur in manus eorum nationes maioris numeri . ⁊ robuſtiores q̄ꝫ ꝑpl'us iſrael · dei eſſe gr̄tiā ſcriptura ꝓnūciat . Utrū aūt percutiat eas iſrael vſq́ꝫ ad internetionē an reſeruet eas ⁊ parcat · ⁊ nō ineat cū eis fedus · et vtrū nō ſociet cū eis cōiugia · an ſociet · ipoꝝ eſſe teſtat' · Quo teſtimonio manifeſte diſcernitur · quid libero arbitrio · quid de diſpenſationi vel quotidiano adiutorio dñi debeamus aſcribere · et ꝙ diuine ſit gratie preſtare nobis ꝓuentus ſecūdos atq́ꝫ victoriā nr̄m vero eſſe vt cōceſſa dei beneficia vel intentius vel ſegnius exequamur . Quā rōem etiā illoꝝ cecoꝝ curatiōe ſatis euidenter videmus expreſſam . Qꝫ enī tranſijt ante eos ieſus . diuine ꝓuidentie et dignationis eſt gratia . Qꝫ vociferātur ⁊ dicūt · miſerere noſtri dñe fili dauid · fidei ipoꝝ ⁊ credulitatis eſt opus . Qꝫ viſum recipiunt oculoꝝ · diuine miſeratiōis ē mun⁹ Qꝫ autē etiā poſt perceptionē cuiuſlibet muneris tā gratia dei q̄m ratio liberi arbitrij perſeueret · leproſoꝝ quoq́ꝫ decem qui pariter curati ſunt · declarat exēplū . Ex quib' dū vnus per arbitrij ſui bonū gratiarū reſtituit actionē · dñs nouē inq̄rēs vnū q́ꝫ collaudās · ſollicitudinē adiutorij ſui etiā circa imemores bñficiorū ſuoꝝ iugē retinere ſe mōſtrat · Hoc ipm̄ enī viſitationis ſue donū eſt · ꝙ vel ſuſcipit ⁊ approbat gratū · vel requirit ac rep̄hendit ingratos .

## Qꝫ nihil in hoc mūdo ſine deo geratur. Cap̄. xx.

Credere tamen inconcuſſa fide nos cōuenit · nihil ſine deo prorſus in hoc mūdo geri . Aut eniꝫ volūtate eius aut permiſſu agi vniūſa fatendū eſt · vt ſcꝫ hec q̄ bona ſunt volūtate dei ꝑfici auxilio q́ꝫ credātur · q̄ autē cōtraria ſunt ꝑmiſſu · cum ꝓ neq̇tijs ac duricia cordis nr̄i deſerēs nos diuina ꝓtectio · diabolū nob' vl' ignomioſas corpis paſſiōes patit' dñari . Qđ et apl'i vocib' euidentiſſime perdocem̄ dicētis Propter qđ tradidit illos deus in paſſiones ignominie . Et iterū . Quia nō crediderūt deū habere in noticia · tradidit illos de⁹ in reprobū ſenſum · vt faciāt ea q̄ nō cōuenit . Jp̄e quoq́ꝫ dñs per ꝓphetam ait . Et nō audiuit ꝑpl's meus vocē meaꝫ · et iſrael nō intēdit m̄ . Propter qđ dimiſi eos inq̇t ſm̄ adinuētiōes cordis eoꝝ ambulabūt in adinuentionib' ſuis .

## Obiectio ſup liberi arbitrij poteſtate. Cap̄. xxi.

Ermanus . Hoc teſtimoniū aptiſſime liberꝝ dmōſtrat arbitriū q̊ dī . Si ꝑpl's me⁹ audiſſet me · ⁊ nō audiuit ꝑpl's me⁹ vocē meā . Cū enī dicit · ſi audiſſet · oſtēdit in ꝑtāte illi⁹ fuiſſe vel acq̇eſcendi vel nō acq̇eſcēdi indiciū . Quomodo igit' nō in nob' nr̄a ſalus eſt collocāda · cū ſit in nob' · vel audiendi · vel nō audiēdi facultas .

## Reſponſio ꝙ liberū arbitriuꝫ noſtruꝫ adiutorio domini ſemper indigeat. Cap̄. xxij.

Paſuntius · Acute quideꝫ cōſideraſtis hoc qđ dicit' . Si audiſſet me · ⁊ ſi attēdiſſet illū q̇ ad audiētē vl' ñ audiētē loq̇t' · nec illđ qđ ſeq̇t' . Pro nihilo vtiq́ꝫ īimicos e⁹ hūiliaſſem · et ſup tribulātes eos miſiſſeꝫ manū meā . Nemo igit' hec q̄ ꝓtulim⁹ vt nihil geri ſine dño ꝓbaremus · praua interp̄tatione detorquēs ad defenſioneꝫ liberi arbitrij ita pertēptet aſſumere · vt ab homine gratiā dei ꝓuiſionem q́ꝫ quotidianā velit auferre per hoc ꝙ dicitur · et non audiuit populus meus vocē meā · et iterū · ſi populus meus audiſſet me · iſrael ſi in vijs meis ambulaſſet ⁊c̄ . Sed reſpiciat ꝙ ſicut liberi arbitrij facultas populi inobedientia cōprobat' . ita quotidiana circa eū prouiſio dei clamantis qđammodo et monētis oſtenditur . Cum enī dicit · ſi populus meus audiſſet me · priorē vtiq́ꝫ ſe locutū eis euidenter oſtēdit · qđ fieri a dño nō ſolū per legē perſcriptā liter' · verūetiā quotidianis monitis ſolet · ſm̄ illud qđ per yſaiā dicit' · tota die expandi manus meas ad ꝑplm̄ nō credentē mihi ſed contradicentem . Utrunq́ꝫ ergo p̄t hoc teſtimonio cōprobari quod dicitur . Si populus me⁹ audiſſet me · iſrael ſi in vijs meis ambulaſſet · pro nihilo vtiq́ꝫ inimicos eoꝝ hūiliaſſem · et ſuper tribulātes eos miſiſſeꝫ manū meā . Nā ſicut liberum arbitrium per inobedientiam populi demōſtratur · ita diſpenſatio dei et auxiliū eius verſiculi ipius initio declaratur ac fine · cum ſe ⁊ priorem locutū fuiſſe teſtatur · et poſtea inimicos e⁹ hūiliaturū ſi ab eodem fuiſſet auditus . Nos enī per hec q̄ ꝓtulimus nō liberuꝫ arbitriū hominis volumus ſubmouere ſed huic adiutoriū ⁊ gratiā dei per ſingulos dies ac momēta neceſſariā cōꝓbare Hijs ep'ul' nos ſagmatos pafunti⁹ e ſua cella nō tam alacres q̄ꝫ cōpunctos corde ante mediū noctis emiſit . hoc nobis precipuū ſua collatione conferēs · vt cū abrenūciationē primaꝫ tota virtute ac diſciplina · ſm̄ omnia patrū inſtituta exequentes · per eandem ſolaꝫ attingenda nobis perfectionis culmina blandirem̄ · inciperemus agnoſcere nec dum nos cepiſſe monachoꝝ faſtigia ſomniare · quippe qui de ſc̄da abrenūciatione parū q̇d in cenobijs eruditi · tertiā in qua omnis perfectio continetur · que q́ꝫ illas inferiores duas mult̄ modis excedit · ne audiſſe quidē nos antea penitus noſcerem⁹ .

## Explicit collatio abbatis paſūtij đ tribus abrenūciationibus

## Incipiunt capitula collatōis Abbatis danielis. Cap̄. i.



De abbatꝭ danielis ꝯuerſatiōe.
ij Inquiſitō vñ oriat' repētina cōmutatio mentiū ab ineffabili leticia in meſtiſſimaꝫ animi deiectionem.
iij Reſponſio ſup ꝓpoſita q̄ſtiōe.
iiij Qꝫ diſpenſationis ac ꝓbationis dei duplex cauſa ſit.
v Qꝫ ſtudiū et induſtria noſtra nihil ſine adiutorio dei p̄ualeat.
vi Qꝫ vtile nobis ſit interduꝫ a domino derelinqui.
vij De vtilitate eius pugne q̄m apoſtolus ponit in colluctatiōe carnis et ſpiritus
viij Interrogatio quid ſit qđ in capitulo apl'i poſt aduerſantes ſibi cōcupiſcētias carnis et ſpūs tertia adijciatur voluntas.
ix Reſpōſio de intellectu recte interrogantis.
x Qꝫ vocabulū carnis nō in vna ſignificatione ponatur.
xi Quid in hoc loco caro ab apoſtolo noīetur · et q̇d ſit cōcupiſcentia ſpiritus.
xij Que ſit voluntas noſtra q̄ inter cōcupiſcentiā carnis et ſpirit⁹ ponitur.
xiij De vtilitate cūctationis q̄ ex colluctatione oritur carnis ⁊ ſpūs
xiiij De inemēdabili malicia ſpiritalium nequiciarū.
xv Quid nobis ꝓſit carnis aduerſus ſpiritū ꝯcupiſcentia ·
xvi De incentiuis carnis quibus vt humiliaremur ġui⁹ tenerem̄ .
xvij De eunuchoꝝ tepore.
xviij Interrogatio quid interſit inter carnalem ⁊ aīalem.
xix De triplici aīarū ſtatu.
xx De male abrenūciātibus.
xxi De his qui contemptis magnis occupantur in paruis.

## Expliciūt capitula. Incipit collatio Abbatis Danielis de cōcupia carnis et ſpiritus. Ca. i.

Inter ceteros christiane philoſophie viros abbatē quoqꝫ vidimus Danielem· equalem ꝗdeꝫ in omni virtutum genere .his qui in heremo ſcithi commanebant· ſed peculiarius gratia humilitatis ornatum ·ꝗ merito puritatis ac māſuetudinis ſuę a beato paſuntio ſolitudinis eiuſdem preſbitero· et quideꝫ cum multis iunior eſſet etate. in diaconij ꝓelectus eſt gradu· In tm̄ enim eidē beatus paſuntius virtutibus ipi⁹ adgaudebat· vt quē vitę meritis ſibi et gratia parē non erat· coequare ſibi etiā ſacerdotij ordine feſtinaret· ſiquidem nequaqꝫ ferens in inferiore eū miſterio diutius immorari· optanſqꝫ ſibimet ſucceſſorem digniſſimū prouidere· ſuꝑſtes cum preſbiteralis gradus honore ꝓuexit. Qui tamē prioris humilitatis cōſuetudinem nō omittens· nihil vnqꝫ ſibi illo preſente de ſublimiori ordinis collatione donauit· ſed ſemper abbate paſuntio ſpiritales hoſtias offerente ·hic velut diaconus in prioris miniſterij permanſit officio. In quo tamen beatum paſuntiū cum talis vir eſſet ac tātus vt in multis etiā pre ſcientie gratiā poſſideret. hec ſpes ſubſtitutionis ⁊ electio valde fefellit. Nam non multo poſt tempore hūc quem ſibi parauerat ſucceſſorem deceſſorem premiſit ad deum.

## Inquiſitio vnde oriatur repētina cōmutatio mentiū ab ineffabili leticia in meſtiſſimaꝫ animi deiectionem. Cap. ij.

Hic igitur beatus daniel inquirentibus nobis cur interduꝫ reſidentes in cellula tanta alacritate cordis· cum ineffabili quodam gaudio ⁊ exuberantia ſacratiſſimoꝝ ſenſuū redundemus· vt eam nō dicam ſermōe percurrere· ſed ne ipē quidem ſenſus occurrat· oratio quoqꝫ pinguis emittatur ac ꝓmpta· et mens plena ſpiritalib⁹ fructibus preces ſuas efficaces ac leues etiam per ſoporem ſupplicans ad deū ſentiat penetrare· ac rurſum nullis exiſtētib⁹ cauſis tāta ſubito anxietate repleamur et irrationabili quodam merore· vt nō ſolum noſmetipōs huiuſmodi ſenſib⁹ areſcere ſentiamus· verūetiam horreat cella ſordeat lectio· ipā quoqꝫ īſtabilis ac rutabunda ⁊ quodammodo ebria ⁊ grauis emittatur oratio· ita vt ingemiſcentibus et conantibus nobis ad directionem priſtinā reduci mēs noſtra nō poſſit· quantoqꝫ intentius fuerit reuocata· tanto vehementius ad diſcurſus inſtabiles lubrico rapiatur exceſſu· et ita omī ſpiritali fructu reddatꝰ effeta· vt nec deſiderio regni celorū· nec metu gehenne ꝓpoſito ab hoc letali quodam ſomno valeat ſuſcitari. ita reſpondit.

## Reſpōſio ſuper propoſita queſtione. Cap. iij.

Tripartita nobis ſuꝑ hac q̄m dicitis ſterilitate mentis tradita ratio eſt. Aut enī de negligētia noſtra· aut de impugnatione diaboli· aut de diſpenſatiōe dn̄i ac probatiōe deſcendit. Et de negligentia quidem· cū noſtro vicio tepore precedente indifferēter noſmetipōs ⁊ remiſſius exhibem⁹· ꝑ quā deſidiā noxijs cogitationibus paſti· terram cordis noſtri ſpinas ⁊ tribulos facimus germinare· q̇bus in ea pullulantib⁹ conſequēter efficimur ſteriles; atqꝫ ab omni reddimur ſpiritali fructu et cōtemplatione deſerti. De impugnatione vero diaboli· cū etiā bonis nōnūqꝫ ſtudijs deditos· callida ſbtilitate mēteꝫ nr̄am irrepēs· vel ignorātes ab optimis intētionib⁹ abſtrahit vel inuitos.

## Q dispenſationis ac ꝓbationis dei duplex cauſa ſit. C. iiij.

Diſpēſatiōis aūt ac ꝓbationis dn̄i duplex cauſa eſt. Prima vt pauliſꝑ ab ipō derelicti· et mētiꝫ nr̄e ſētiam⁹ īfirmitatē· ⁊ neqꝫ ſuꝑ ꝓcedēte puritate cordis ꝗ nob illi⁹ ē viſitatiōe donata poſſim⁹ extolli· ꝓbātesqꝫ nos ab eo derelictos· gemitibus noſtris et induſtriā illum leticie ac puritatis ſtatum recuperare non poſſe intelligamus· ⁊ preteritā cordis alacritatem nō noſtro ſtudio ſed illius dignatione nobis fuiſſe infuſam· et preſentem de ipius rurſuꝫ gratia et illuminatione eſſe poſcendam· Secunda vero ꝓbationis eſt cauſa vt ꝑſeuerātia noſtra vel mentis conſtantia ⁊ deſideriū comprobetur· quaqꝫ intentōe cordis ⁊ orationū inſtantia· deſerentem nos viſitationem ſancti ſpiritus requiramus manifeſtetur ī nobis· ac pariter agnoſcentes quanto labore amiſſū iſtō ſpiritale gaudium ⁊ puritatiſ leticia conquiratur· ſollicitius inuentaꝫ cuſtodire ac tenere attentius ſtudeamus. Quodā modo enim negligenti⁹ cuſtodiri ſolet· quicq̇d creditur facile poſſe reparari.

## Q ſtudium ⁊ induſtria noſtra nihil ſine adiutorio dei preualeat. Cap. v.

Ex quę euidenter probatur· gratiam dei ac miſericordiam ſemper operari in nobis ea quę bona ſunt· Qua deſerente nihil valere ſtudium laborantis· et quantalibet annitētis induſtria ſine ipius iteruꝫ adiutorio ſtatum priſtinū recuperare nō poſſe· illō qꝫ iugiter in nobis impleri· nō volentis neqꝫ currentis ſꝫ miſerentis eſt dei. Quę gratia nōnūqꝫ econtrario negligentes ac reſolutos inſpiratione hac qua dicitiſ ſancta· et abundantia ſpiritualium cogitationum viſitare nō deſpicit· ſꝫ inſpirat indignos· exſuſcitat dormientes· ⁊ illuminat obſeſſos ignorantie cecitate· clementerqꝫ nos arguit atqꝫ caſtigat· infūdens ſe cordibus noſtris vt vel ſic de inertie ſomno compūctione ipius inſtigati conſurgere prouocemur. Deniqꝫ frequenter etiam odoribus vltra omnē ſuauitatem compoſitionis hūane· in his ipis ſubito viſitationib⁹ adimplemur· ita vt mens hac oblectatione reſoluta ī quendam ſpiritus rapiatur exceſſum· ſe qꝫ cōmorari obliuiſcatur in carne.

## Q vtile nobis ſit interdū a domino derelinqui. Cap. vi.

Et tantuꝫ vero illum quem diximus abſceſſum· et vt ita loqr deſertionē dei· beatus Dauid vtilem eſſe cognouit· vt neq̄quā maluerit orare ne a deo penit⁹ in nullo relinqueretur. hoc enim ſciebat incongruū eſſe vl ſibi vl hūane nature ad qualibet ꝑuenienti perfectionem· ſꝫ temperari eaꝫ potius deprecatus ſit dicens. Non me derelinquas vſqꝫquaqꝫ. Ac ſi diceret alijs verbis. Scio qꝛ derelinquere ſoleas vtiliter tuos ſanctos vt probes. Aliter eniꝫ ab aduerſario temptari nō poſſunt· niſi a te pauliſper fuerint derelicti· ⁊ ideo nō rogo vt nūqꝫ me derelinquas· quia nō expedit mihi vt nō vel meā infirmitateꝫ ſentiens dicā Bonum mihi quia humiliaſti me· vel exercitiū non habeā preliandi· qd ſine dubio habere non potero· ſi mihi ſemper ⁊ indirupte coheſerit ꝓtectio tua. Suffultū namqꝫ me tua defenſione temptare diabolus nō audebit· illud obijciens ⁊ exprobrans· vl mihi vel tibi· qd aduerſus athletas tuos ſolet calumnioſa voce proferre. Nunquid gratis iob colit deum· nonne tu vallaſti euꝫ ac domū eius· vniuerſamqꝫ ſubſtantiaꝫ eius per circumitum· ſed magis ꝑto ne me vſqꝫquaqꝫ deſeras. Quod grece dicitur·

id eſt vſqꝫ ad nimietatem. Quantum enim mihi vtile eſt ſi derelinquas me pauliſper ad tempus vt deſiderij mei cōſtantia comprobetur· tantum noxiuꝫ eſt ſi pro meritis ac delictis meis nimiuꝫ me deſerere volueris· quia nulla virtus humana ſi diutius in temptatione tuo deſeratur auxilio· ſua poterit conſtantia ꝑdurare· et non protinus aduerſarij vel potentia vel factione ſuccumbere· niſi tu ipſe qui es humanarum virium conſcius ac luctaminum moderator non ꝑmiſeris temptari nos ſuꝑ id qd poſſum⁹ ſꝫ feceris cū tēptatiōe et exitū vt ſuſtinere poſſim⁹

Tale q̇d ⁊ in iudicū libro ſup exterminatione gētiū ſpiritaliū que aduerſantur iſrabeli miſtice legimus deſignatū. He ſunt gentes quas dn̄s dereliquit vt erudiret in eis iſrabelem·et haberet conſuetudinem cum hoſtibus preliandi. Et iterum poſt pauca. Dimiſitqꝫ eos deus vt in ipis experiretur iſrabelē vtrū audiret mādata dn̄i que preceperat patribꝰ eorū per manū moyſi an nō. Quā vtiqꝫ pugnā nō inuidens deus quieti iſrahel nec male eidem conſulens ſed ſciens eſſe vtiliſſimā reſeruauit·vt dū gentiū ſemper iſtarū impugnatiōe deprimitur nūqꝫ ſe ſentiat auxilio dn̄i non egere· ⁊ ob id ſemper in eius meditatione ⁊ inuocatione perſiſtens·nec inerti ocio diſſoluatur·nec bellandi vſum ⁊ exercitia virtutis amittat· Frequenter enī quos ſuperare nō potuerunt aduerſa·ſecuritas et res proſpere colliſerunt.

## De vtilitate eius pugne quam apoſtolus ponit in colluctatione carnis et ſpūs. Cap̄. vij.

Hanc pugnā vtilit̄ nr̄is q̄ȝ mēbris inſertam·etiā in aplō ita legimus. Caro enī concupiſcit aduerſus ſpiritū·ſpiritus aūt aduerſus carnē. Hec aūt inuicē aduerſantur ſibi· vt nō quecunqꝫ vultis illa faciatis. Habes ⁊ hic pugnā inuiſceratā quodammodo corpori noſtro·diſpenſatione domini ꝓcuratā. Quicq̇d enī generalit̄ ⁊ ſine alicuius exceptiōe om̄ibus ineſt· q̇d aliud iudicari poteſt·niſi ipi humane ſubſtantie poſt ruinā primi hominis velut naturaliter attributū·et qd̄ vniuerſis cōgenitū cōcretūqꝫ deprehenditur·quomodo nō credendū ſit arbitrio dn̄i non nocentis ſed conſulentis inſertū. Cauſam vero huius belli·id eſt·carnis et ſpiritus hāc eſſe deſcribit·vt non inquit q̄cunqꝫ vultis illa faciatis. Ergo id qd̄ ꝓcurauit deus vt nō poſſet a nobis impleri·id eſt vt nō quecunqꝫ volumus faciamus·q̇d aliud ſi impleatur credi poteſt eſſe q̄m noxiū. Et eſt quodammodo vtilis hec pugna diſpenſatiōe dei nobis inſerta·et ad meliorē nos ſtatū ꝓuocans atqꝫ cōpellens·qua pugna ſublata ꝓculdubio pax econtrario pernicioſa ſuccedet.

## Interrogatio quid ſit qd̄ in capitulo apoſtoli poſt aduerſantes ſibi concupiſcentias carnis et ſpiritus tertia adijciatur volūtas. Cap. viij.

Germanus. Licet nobis quedam intellectus linee iam prelucere videātur·tamē quia nec dū poſſumus apl̄i ſententiā ad liquidū peruidere volumus hec nobis apertius explanari. Tres enī res hic indicari videntur. Prima carnis aduerſus ſpiritum pugna. Secunda ſpiritus aduerſus carnis concupiſcentia· Tertia voluntas noſtra que velut media ponitur· de qua dicitur vt nō quecunqꝫ vultis illa faciatis. Super qua re licet vt dixi ſuſpitiones quaſdam ex his que expoſita ſunt intelligentie colligamus·volumus tamen quia ſe huius collatiōis occaſio dedit, aliquid nob̄ lucidius diſputari.

## Reſponſio de intellectu recte interrogantis. Cap̄. ix.

Daniel. Diſcernere diuiſiones et lineas queſtionū portio ītellectus eſt · ⁊ maxima pars intelligentie eſt ſcire quod neſcis. Propt̄ qd̄ dicitur· inſipienti interroganti ſapientia reputabitur·quia licet is qui interrogat vim ꝓpoſite queſtiōis ignoret·tamē quia prudenter inquirit·et ꝙ nō intelligebat intellexit, hoc ipm̄ illi reputatur ad ſapientiā·eo ꝙ q̇d neſciret prudenter agnouit. Scd̄m diuiſionē itaqꝫ veſtrā tres res ab apoſtolo noīari videntur·cōcupiſcentia carnis aduerſus ſpiritū·et ſpūs aduſ̓ carnē·q̄r aduſus ſe īuicē pugna hāc videtur habere cauſam atqꝫ ꝓuentū·vt ea que nolumus facere nequeamꝰ. Quarta igitur ſupereſt cauſa q̄m minime vidiſtis vos·vt illud ſcȝ qd̄ volumus faciamus. Nunc ergo opus eſt nob̄ vt ꝑus duarū ꝯcupiſcentiarū vim id eſt carnis et ſpiritus agnoſcamus·et ita demū q̄ voluntas ſit noſtra·que int̄ vtrāqꝫ poſita eſt diſcutere valeamꝰ. deinde quid poſſit voluntatis noſtre nō eē ſimiliter diſcernamus.

## Q̄ vocabulū carnis nō in vna ſignificatione ponatur. Cap̄. x.

Vocabulum carnis in ſcripturis ſanctis multifarie legimus nominari. Nam nōnunqꝫ ſignificat hominē integrum·id eſt qui ex corpore conſtat ⁊ anima·vt ibi. Et vbū caro factum eſt·et videbit omnis caro ſalutare dei noſtri. Nonnūqꝫ homines peccatores atqꝫ carnales·vt ibi. Non permanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis· eo ꝙ ſint caro. Interdum ꝓ ipis peccatis ponitur·vt ibi. Vos aūt nō eſtis in carne ſꝫ in ſpiritu. Et iterū. Caro ⁊ ſanguis regnū dei nō poſſidebūt. Deniqꝫ ſequit̄. Neqꝫ corruptio incorruptelam poſſidebit. Nōnūqꝫ pro agnatione ⁊ ꝓpiquitate·vt ibi. Caro mea ⁊ oſſa mea vos. Et apoſtolus. Si quomodo in emulationē inducā carnē meam·et ſaluos faciā aliquos ex illis. Querendū ergo nobis eſt: ſm̄ quā ſignificationē ex his quattuor carnē hic debeamus accipere. Manifeſtum namqꝫ eſt ſm̄ illud qd̄ poſitū eſt· Et verbū caro factū eſt· Vel illud. Et videbit omnis caro ſalutare dei · penitꝰ ſtare nō poſſe. ſꝫ neqꝫ ſm̄ illud qd̄ dicitur Non permanebit ſpiritus meus in hoībus iſtis eo ꝙ ſint caro·quia nō ſicut ibi abrupte de homine peccatore·ita ⁊ hꝫ ponitur caro·cum dicit. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum·⁊ ſpiritus aduerſus carnem. Neqꝫ enī de rebus ſubſtantialibus loquitur·ſꝫ de actualibus· que in vno eodēqꝫ hoīe vel pariter vel ſingillatim cum quadam temporis viciſſitudīe et mutatione luctantur.

## Quid in hoc loco caro ab apoſtolo nominetur·et quid ſit concupia ſpūs. Cap. xi.

Vam obrem in hoc loco carnē nō hominē·id eſt homininis ſubſtantiam·ſed voluntatem carnis et deſideria debemus peſſima accipere· ſicut nec ſpiritum quidē aliquā rē ſubſtātialem·ſꝫ anime deſideria bona et ſpiritualia ſignificare ſentimus. Quem ſenſum idem beatus aplꝰs in ſuperioribꝰ eiuſdē ſententie euidenter expreſſit·ita incipiēs Dico aūt. Spiritu ambulate ⁊ deſideria carnis nō perficietis. Caro enī cōcupiſcit aduerſus ſpiritū·ſpiritus vero aduerſus carnem. Hec aūt inuicē aduſantur ſibi·vt non quecūqꝫ vultis illa faciatis. Que cū vtraqꝫ deſideria· id eſt carnis et ſpiritus in vno eodēqꝫ ſint homine·inteſtinū quotidie intra nos geritur bellum· dum concupiſcentia carnis que precipitāter fertur ad vicia· his q̄ ad p̄ſentem requiem pertinent·et temporalibus delicijs gaudet. Quibus ecōtra cōcupiſcentia ſpiritus aduerſata·ita deſiderat tota ſpiritalibus ſtudijs inherere; vt etiam neceſſarios carnis vſus optet excludere·ſic illis iugiter occupari feſtinans·vt nullā penitus fragilitati eius curam cupiat impartiri. Caro luxurijs ac libidine delectatur· ſpiritus ne ipſis quidem naturalibus deſiderijs acq̇eſcit Illa cōcupiſcit ſatiari ſomno·repleri cibo. Hic vigilijs ⁊ ieiunijs ita ſaginatur vt ne ad ipm̄ quidē neceſſariū vite vſū ſomnū cibūmqꝫ velit admittere. Illa cupit exuberare copijs vniuerſis·hic ne ipius quidem anguſti panis quotidianā ſꝫ ſꝫam habere contētus eſt. Lauachris illa niteſcere ⁊ quotidianis adulātiū turmis appetit conſtipari. Hic ſqualore inacceſſibilis heremi paſcitur·cunctorūqꝫ mortaliū p̄ntiam perhorreſcit. Honoribus illa et laudibꝰ hominū confouetur· Hic irrogatis ſibi ꝯtumelijs iniurijſqꝫ letatur.

## Que ſit volūtas noſtra q̄ inter concupiſcentiam carnis et ſpiritus ponitur. Cap̄. xij.

Nter has igitur vtraſqꝫ cōcupiſcentias·anime voluntas in meditullio quodā vituperabi-

hore conſiſtens· nec vicioꝝ flagitijs oblectatur. nec virtutū laboribꝫ acquieſcit· ſic querēs a paſſionibꝫ carnalibus tēperari· vt nequaq̄ꝫ velit dolores neceſſarios ſuſtinere· ſine quibus ꝟtutes ſpiritꝰ nequeūt poſſideri· abſqꝫ caſtigatōe carnis caſtimoniā cupiens corporis obtinere· ſine vigiliaꝝ labore cordis acquirere puritatē cū requie carnis ſpiritalibꝫ virtutibꝫ exuberare· abſqꝫ vlliꝰ exaſperatōe conuicij patientie gratiā poſſidere· humilitatē chriſti ſine honoꝝ mundi exercere iactura· religionis ſimplicitatē cū ſeculi ambitione ſectari· chriſto cū hominum laude ac feruore ſuire· diſtrictionē veritatꝭ ſine cuiuſpiā vel tenui offenſione ꝓferre. Poſtremo ſic vult futura conſeq̄ bona· vt preſentia nō amittat. Que voluntas nunq̄ꝫ nos ad perfectionē veram faceret peruenire· ſꝫ in tepore quodam teterrimo collocaret· taleſqꝫ faceret q̄les illi ſunt q̇ ī apocalippi increpatiōe dn̄i caſtigant᷑· ſcio opera tua· quia neqꝫ calidꝰ es neqꝫ frigidus· vtinā frigidꝰ eſſes aut calidus· nūc aūt quia tepidus es· incipiam te euomere de ore meo· niſi hunc tepidiſſimū ſtatū altrinſecus hec inſurgētia bella dirūꝑent. Naꝫ cū famulantes huic voluntati noſtre ad hanc remiſſionē voluerimus noſmetipōs paululū relaxare· confeſtim aculei carnis inſurgūt· ſuiſqꝫ nos vicijs ⁊ paſſionibꝫ ſauciātes nequaq̄ꝫ in illa qua delectamur puritatis qualitate ſtare ꝑmittunt· atqꝫ ad illam quā horremꝰ frigidā voluptatē· plenā qꝫ ſentibus pertrahunt viā. Rurſus ſi ſpiritus feruore ſuccenſi opa carnis volentes extinguere· ſine vllo reſpectu fragilitatis hūane totos noſmetipſos temptauerimus ad īmoderata ꝟtutum ſtudia cordis elatione conferre· interpellās imbecillitas carnis ab illa reprehenſibili nimietate ſpiritus reuocat ac retardat et ita fit vt vtraqꝫ concupiſcētia tali colluctatōe alterna ſibimet repugnāte· anime voluntas que nec totā ſe carnalibus deſiderijs dedere· nec virtutū vult laboribus deſudare quodāmodo iuſto moderamīe temperetur· dū hec inter vtraqꝫ cōtentio· illam pernicioſiorem excludēs anime voluntatē· vt quādam equitatis librā ī ſtatera noſtri corporis collocat q̄ ſpiritus carniſqꝫ cōfinia iuſto diſcernit examine· nec a dextris mentē ſpūs ardore ſuccenſam· nec a leua carnē viciorum aculeis preponderare permittit. Dum hꝫ pugna quotidianis diebꝫ vtiliter exagitatur in nobis· ad illud quartū qđ noluimus ſalubriter venire cōpellimur· vt puritatē cordis nō ocio nec ſecuritate. ſꝫ iugi ſudore et cōtritione ſpiritus acquiramus· caſtitatemqꝫ carnis diſtrictis ieiunijs fame ⁊ ſiti ac vigilantia retētemus· directionē etiā cordis· lectione· vigilijs· oratione cōtinua· et ſolitudinis ſqualore capiamus· patientiā tribulationū exercitijs retentemus· cū blaſſemijs ⁊ oꝑꝓbrioꝝ ſaturitate noſtro ſuiamus auctori· veritatē cū inuidia mūdi iſtius ⁊ inimicicijs ſi neceſſe fuerit exequamur· et tali colluctatione in noſtro corpore militāte· ꝓtractis nobis ab hac ignaua ſecuritate atqꝫ ad iſtū quē volumus laborem ac virtutū ſtudia ꝓuocatis· equitas optime media retineatur· et tepidū nr̄e voluntatis arbitrium· hinc ſpiritus feruor illinc carnis gelidiſſimus rigor moderatiſſimo calore cōtēperet· ac neqꝫ ad effrenata vicia mentē ꝑtrahi concupiſcētia ſpiritus ſinat· nec rurſum ad virtutū irrationabiles appetitꝰ· fragilitas carnis ſpiritū patiat᷑ extolli· ne vel inde origenū pullulent fomites vicioꝝ· vl' hinc elatio morbi principalis emergens telo nos ſuperbie grauiore cōfodiat· ſꝫ pugne horū equa libratio iuſte ſuccedēs ſanā ⁊ moderatā inter vtraqꝫ virtutū reſeruet viam· itinere regio docēs militē chriſti ſemper incedere· atꝫ ita fit vt cū ꝓ tepore huius quā diximus ignauiſſime volūtatis ꝓpenſius mēs ad deſideria carnis fuerit deuoluta· ſpiritus ꝯcupiſcentia refrenetur· nequaq̄ꝫ ea vicijs acquieſcente teterrimis· rurſumqꝫ ſi immoderato feruore



per exceſſum cordis ad impoſſibilia fuerit ſpiritus noſter ⁊ incōſiderata prereptus· īfirmitate carnis ad iuſtū retrahatur examē· et tranſcendēs volūtatis noſtre tepidiſſimū ſtatū cōmodiſſima tēperie planoqꝫ tramite cū ſudoris īduſtria viam perfectiōis incedat. Simile quid etiā ī illius turris extructiōe legimus a domino diſpenſatum in libro geneſeos· vbi linguarū oborta repente cōfuſio ſacrilegos auſus hominū nefandoſqꝫ cōpeſcuit. Permanſiſſet enī etiam ibi aduerſus deū· immo aduerſus eos qui diuinā eius attēptare ceperāt maieſtatem conſenſus noxius· niſi eos diſpenſatōne dei repugnās inter ſe diuerſitas lingue per diſſonantiā vocis in meliorē ſtatum ꝓficere compuliſſet· et quos ad excidiū ſui animauerat pernicioſa cōſenſio· ad ſalutem reuocaſſet bona vtiliſqꝫ diſcordia· incipientes ſcꝫ humanā fragilitatē intercedente diuiſione ſentire· quā ꝑ noxiā conſpirationē elati antea neſciebāt.

### De vtilitate cunctationis q̄ ex colluctatiōe oritur carnis et ſpiritus. Cap. xiij.

Ntantum vero vtilis nobis ex huius pugne diuerſitate cūctatio naſcitur· et ſalutaris ex hac ꝯcertatōe dilatio· vt reſiſtente ſoliditate corporea dū ab eoꝝ effectu q̄ nequit᷑ mēte concipimus retardamur· nōnunq̄ꝫ in meliorem ſtatū· ſeu penitudine ſꝫſequēte· ſeu emendatiōe quadam que ſolet ꝓcraſtinatione operis ⁊ recogitatione int᷑ueniente deſcendere corrigamꝰ. Deniqꝫ hos quos intelligimus ad voluntatū ſuarū deſideria perficienda· nullo carnis obſtaculo retardari· demones ſcꝫ ac ſpiritales nequitias· et quidē cū ſint de eminētiore āgeloꝝ ordine deuoluti· deteſtabiliores eē hominibꝫ ꝯtemplamur· eo ꝙ poſſibilitate eoꝝ deſiderijs adiacēte id qđ nequiter ſemel ꝯceperint irreuocabili malo perficere nō morētur· quia ſicut eſt animꝰ velox ad excogitandū· ſic ad ꝑficiendū pernix ⁊ abſoluta ſubſtantia· et dū ſuppeditat eis prona facilitas ea que voluerit peragendi· ꝯceptū malū nulla intercedens deliberatio ſalutaris emendat.

### De inemendabili malicia ſpiritalium nequiciarū. Cap. xiiij

Piritalis nanqꝫ ſꝫa nec vlla carnis ſoliditate deuicta vt excuſationē exorte in ſe praue nō recipit voluntatis· ita veniā malignitatis excludit· quia nulla quemadmodū nos ad peccandū impugnatione carnis extrinſecus laceſſita eſt· ſꝫ vicio ſoliꝰ male voluntatis accenſa· et ob hoc ſine venia peccatū· et languor ſine remedio eſt· Sicut enī nulla ſollicitāte terrena materia corruit· ita ne indulgentiā quidem aut locū penitudinis obtinere pt. Quibus ex rebus euidenter colligitur ꝙ nō ſolū noxia nō ſit hec que contra ſe inuicē ſuſcitatur in nobis carnis ſpirituſqꝫ cōtentio· verūetiā multā ꝯferat vtilitatē.

### Quid nobis ꝓſit carnis aduerſus ſpiritū cōcupiā. Cap. xv.

Rimo ꝙ deſidias ac negligentias noſtras ſtatim arguit· ⁊ vt q̇dā diligētiſſimꝰ pedagogꝰ a diſtrictiōis ⁊ diſcipline rectitudīe nūq̄ꝫ nos deuiare cōcedens· ſi paululū q̇d ſecuritas noſtra menſurā congrue ſerietatis diſtrictioniſqꝫ exceſſerit· flagellis incentiuoꝝ ſtimulat confeſtim ⁊ increpat atqꝫ ad cōpetentem reuocat parcitatem. Secūdo ꝙ pro caſtimonie ac puritatis integritate cū dei gratia concedente· ita nos longo tp̄e genitali pollutione viderimus immunes· vt ne ipā quidem ſimplici cōmotione carnis vlterius nos inquietandos eſſe credamus· et per hoc velut qui nō geſtemus corruptela carnis in ſecretis ꝯſcientie noſtre fuerimus elati· ſuo nos rurſum quāuis q̇eto ac ſimplici viſitans fluxu humiliat ac retūdit· noſqꝫ homines eſſe ſtimulis ſuis ammonet· Quodāmodo enī cū in ceteris generibus vicioꝝ et quidem grauioribꝫ magiſqꝫ noxijs indifferētius ſoleamꝰ incur

tere· nec tā facile ī eoꝝ cōpungamur ad-
miſſu· in hoc peculiarius hūiliat̃ conſciē
tia nr̄a· per q̄ hanc illuſionē neglectarū
quoq̄ paſſionū recordatione mordet̃·
euidenter intelligens immūdā ſe factā
naturalibus incentiuis· que cū eſſet im-
mūdior ſpiritalibꝫ vicijs ignorabat· ⁊ re
currens ꝓtinus ad emendationē anteri-
oris ignauie cōmonetur pariter ne ſuꝑ
ſucceſſibꝫ preterite puritatis debere con
fidere· quā ſe perſpicit puſillū quid de
clinantem a domino perdidiſſe· nec poſſe
huius purificationis donū niſi per ſoli
us dei gratiā poſſidere· docentibus nos
quodāmodo ipſius rei expimētis· vt ſi ī-
tegritatē cordis perpetuo ꝯſequi delec-
tamur· hūilitatis ſtudeamus virtutē in-
giter obtinere.

## De incētiuis carnis quibus vt humiliaremur grauiuſ teneremur Cap. xvi.

Uius igitur puritatis elatio-
nem pniciosiorē futurā cūctis
ſceleribus atq̄ flagitijs· et ob
hanc nihil nos emolumēti cōſecuturos
ꝓ qualibet caſtitatis integritate· teſtātur
ille virtutes quarū ſuperius fecimꝰ mē-
tionē· q̄ cū nullas huiuſmodi titillatōes
carnis habuiſſe credātur ob ſolā cordiſ
elationē ꝑpetua ruina de ſublimi celeſti-
q̄ ſtatione deiecte ſunt. Eſſemus itaq̄
penitꝰ abſq̄ remedio tepidi· vt pote non
habētes indicē negligentie noſtre· vel in
corꝑe nr̄o aut in conſciētijs ꝓprijs inſidē
tem· nec ſtuderemus ad perfectionis ꝑ-
uenire feruorē· ſed nec frugalitatis q̄dē
diſtrictionē vel cōtinentiā teneremꝰ· ni-
ſi nos hec titillatio carnis increſcēs hūi-
liaret atq̄ retunderet· aduerſus ſpirita-
liū quoq̄ vicioꝝ purgationē ſollicitos
redderet ⁊ intentos.

## De eunuchorum tepore. Cap. xvij.

Enīq̄ in his q̄ ſpadones ſunt
corꝑe· idcirco hūc aīe teporem
plerūq̄ ineſſe deprehēdimꝰ· q̄r
velut ſoluti ab hac neceſſitate carnali·
nec labore ꝯtinentie corporalis· nec cōtri
tione cordis ſe eſtimant indigere· et hac
ſecuritate reſoluti· nunq̄ perfectionē cor
dis ſed nec ſpiritaliū quidē viciorū pur
gationē vel querere in veritate vel poſſi-
dere feſtinat. Qui ſtatus a carnali q̄li-
tate deſcendens efficitur aīalis· qui eſt ꝓ
culdubio deterior gradus· ipſe eſt enī q̄
de frigido ad tepidum trāſiens deteſta-
bilior dn̄i voce ſignatur.

## Interrogatio quid īterſit inter carnalem et animalē. Cap. xviij.

Ermanus. De vtilitate col-
luctationis que inter carnem ⁊
ſpiritū ſuſcitatur· quātū vide
tur nobis euidenter expreſſum eſt· ita vt
eam ipſis quodāmodo manibꝫ nr̄is pal-
pabilem factā eſſe credamus. Et idcir-
co hanc quoq̄ rationē nobis ſimilit̃ cu-
pimus aperiri· quid interſit inter carna
lem ⁊ aīalem virū· vel quēadmodū aīa
lis carnali poſſit eſſe deterior.

## De triplici aiarū ſtatu. Ca. xix

Aniel. Scd̄m diffinitiōē ſcri
pture tres ſunt aīarum ſtatus.
Primus carnalis. Secūdus
aīalis· Tertius ſpiritalis. Quos in apo
ſtolo ita legimus deſignari. Nam ḋ car
nali dī· Lac vobꝭ potū dedi nō eſcā· nec
dū eī poterat̃· ſꝫ nec adhuc q̄dē poteſtꝭ. ad
huc enī eſtꝭ carnales. Et iterū. Ubi eī eſt
inter vos zelus ⁊ ꝯtētio· nonne carnales
eſtis. De aīali q̄z alit̃ cōmemorat̃. Anīa
lis aūt hō nō ꝑcipit ea q̄ ſunt ſpiritꝰ dei
ſtultitia eī ē illi. De ſpiritali ꝟo. Spiri-
tal̃ aūt examīat oīa· ipſe aūt a nemine iudi
cat̃. Et iterū. Uos aūt q̄ ſpiritales eſtis
inſtruite eos q̄ eiuſmodi ſunt in ſpū leni
tatis. Itaq̄ feſtinādū eſt nobꝭ vt cū renū
ciātes deſierimus eſſe carnales· id ē a ſe
culariū cepimus cōuerſatiōe ſeiungi· et
ab illa manifeſta carnis pollutione ceſſa
re· ſpiritalem ſenſum ꝓtinus apprehēde
re tota ꝟtute nitamꝰ· ne forte blandiētes
nobꝭ q̄ videmur ſm̄ exteriorē hominem
huic renūciaſſe mūdo· vel carnaliū forni
cationū deſeruiſſe cōtagia· tāq̄ q̄ ſum-



mā perfectionē ꝑ hoc apprehēderimꝰ· re
miſſiores deinceps erga emūdationē ce-
terarū paſſionū lentioreſq̄ reddamur·
⁊ inter vtraq̄ detenti gradū ſpiritalis
ꝓfectus aſſeq̄ nequeamus· exiſtimātes ad
ꝑfectionē nobꝭ abūde ſufficere· q̄ exterio
re hoīe videamur de ꝯuerſatiōe mundi
huiꝰ ac voluptatibꝫ ſegregari· vel q̄ im-
munes ſumus a corruptela et cōmixtio-
ne carnali· et ita inuēti in illo tepido ſta-
tu· q̄ deterrimꝰ indicat̃· euomendos nos
ex ore dn̄i ſm̄ eius ſn̄iā nouerimꝰ ita di
centis. Utinā calidus eſſes aut frigidꝰ·
nūc aūt tepidus es ⁊ incipiā te euomere
ex ore meo. Nec īmerito eos dn̄s q̄s iam
viſceribꝫ receperat charitatis· noxios ⁊ te-
pefactos· cū q̄dā cōuulſiōe pectoris ſui
euomēdos eē ꝓnūciat· q̄ cū ſalutarē q̄d-
āmodo ei potuiſſent prebere ſꝫam· euelli
ab eius viſceribꝫ maluerūt· tāto deterio
res effecti illis q̄ nūq̄ ori dn̄i illati ſunt
cibis· q̄nto id qḋ nauſea cōpellēte ꝓijci-
mus odibilius deteſtamur· Quicq̄d eī
frigidū eſt. etiā ore ſuſceptū vertit̃ in ca-
lorē· ⁊ ſalutifera ſuauitate percipit̃· qḋ
aūt ſemel vicio teporis abiectū eſt· nō di
cā labijs admouere· ſꝫ eciā eminꝰ ītueri ſi
ne ingenti horrore nō poſſumus. Rectiſ-
ſime ergo ꝓnūciatur eſſe deterior· q̄r faci
lius ad ſalutarē ꝯuerſationē ac ꝑfectio-
nis faſtigiū carnalis q̄s id eſt ſecularis vl̃
gētilis accedit· q̄ is q̄ profeſſus mona-
chū· nec tn̄ viā perfectionis arripiēs ſm̄
regulā diſcipline· ab illo ſemel ſpiritali
feruore ſegnis diſceſſit. Ille nāq̄ corpo-
ralibꝫ ſaltē vicijs hūiliatus atq̄ imūdū
ſe ſentiēs ꝯtagione carnali· ad fontē ve-
re purificatiōis ac perfectionis culmen·
q̄nq̄ cōpūctꝰ accurrit· ⁊ horreſcēs illū
in quo eſt infidelitatis gelidiſſimū ſtatū
ſpiritus ardore ſuccēſus ad perfectionē
facilius cōuolabit. Nā q̄ ſemel vt dixi-
mus tepido exorſus initio monachi ce-
pit abuti vocabulo· nec tn̄ hūilitate ac
feruore quo debuit iter huius ꝓfeſſiōis
arripuit· infectus ſemel hac miſerabili
lue ⁊ in ea q̄dāmodo reſolutꝰ· nec ex ſe
vlteriꝰ ꝑfecta ſaꝑe· nec alteriꝰ poterit mo
nitis erudiri. Dicit eī in corde ſuo ſm̄ il-
lā ſn̄iam· q̄r diues ſum ⁊ locuples· ⁊ nul
lius egeo· Cui illud q̄z qḋ ſꝫſequit̃ con-
ſequēter aptabit̃· tu aūt es miſer ⁊ miſe-
rabilis· ⁊ pauꝑ ⁊ cecus ⁊ nudꝰ· ī eo factꝰ
etiā ſeculari deterior· q̄ nec miſerū ſe nec
cecū ac nudū aut emēdatione dignū· vel
egere monitis alicuius aut inſtitutione
cognoſcit· et ob hoc nec exhortationē q̄-
dem vllā verbi ſalutaris admittit· nō ī
telligēs ipſe monachi ſe noīe pregrauari
ac depmi opinione cūctoꝝ· qua dū cre-
ditur ab oībꝫ ſanctus· et velut dei famu-
lus colit̃· neceſſe eſt vt in futuro vehemē-
tiori iudicio peneq̄ ſubdat̃. Poſtremo
q̄d diutiꝰ immoramur ī his q̄ nobis ex-
perimēto ſatis cōpta ſunt ac ꝓbata· Fre
quēter enī vidimus de frigidis atq̄ car-
nalibꝫ· i· ḋ ſecularibꝫ ac paganis· ad ſpi-
ritalē perueniſſe feruorē· de tepidis atq̄
aīalibꝫ omnino n̄ vidimꝰ. Quos etiā ꝑ
ꝓphetā ita legimꝰ dn̄m deteſtari· vt ſpiri
talibꝫ viris atq̄ doctoribꝫ ꝑcipiatur· vt
ab eis monēdis docēdiſq̄ diſcedāt· ⁊ ne
quaq̄ velut in ſterili atq̄ īfructuoſa ter
ra noxijſq̄ ſentibꝫ occupata· ſemē verbi
ſalutaris expendant· ſꝫ vt ꝯtēnentes eā
nouā potius excolāt terrā· i· erga paga-
nos ac ſeculares omnē doctrine culturā
ac verbi transferāt ſalutaris inſtantiā·
qḋ ita legit̃. Hec dicit dn̄s viro iuda et
habitatoribꝫ hieruſalē. Nouate noua-
le· et nolite ſerere ſuꝑ ſpinas.

## De male abrenūciātibus. c. xx.

Eniq̄ qḋ pudet dicere ita ple-
roſq̄ abrenūciaſſe cōſpicimus
vt nihil āplius immutaſſe de
anterioribus vicijs ac mori-
bꝫ cōprobētur· niſi ordinē tantūmodo
atq̄ habitū ſecularē. Nam ⁊ acquirere
pecunias geſtiūt· q̄s nec ante poſſederūt
vel certe quas habuerūt retinere nō de-
ſinūt· aut qḋ eſt lugubrius etiā amplifi-
care deſiderāt· ſꝫ hoc pretextu· vel famu-
los ſꝑ exinde vel fratres alere ſe debere iu
ſtū eſſe contēdūt· vel certe obtētu congre

gādi cetus refuāt quos velut abbates inſtituere ſe poſſe preſumunt. Qꝛ ſi in veritate viā pfectiōis inq̄rerēt·hoc potiꝰ tota ꝟtute pficere niterent·vt ſcꝫ exuti nō ſolū pecunijs·ſꝫ etiā affectiōib⁹ pſtinis ꝛ diſtentionib⁹ vniūſis·ſemetipos ſingulares ac nudos ita ſꝫ ſenioꝝ imperio collocarēt·vt curā nō modo alioꝝ nullā·ſꝫ ne ſui quidē gererēt. Ecōtrario autē euenit·vt dū fratrib⁹ preeſſe feſtināt·nū q̄ſ ſeniorib⁹ ipi ſubijciātur·ꝛ a ſuperbia inchoātes dū inſtituere cupiūt·nec diſcere ipi nec agere ea que ſunt deo agenda mereātur. Quib⁹ neceſſe eſt vt ſꝫm ſaluatoris ſniam ceci duces cecoꝝ effecti·pariter in foueā cadant. Cuius ſupbie licꝫ vnū ſit genus·duplex tñ eius eſt ſpecies·vna q̄ ſerietatē grauitatēq̄ iugiter imitatur·alia q̄ effrenata libertate in cachinnos fatuos riſuſq̄ diſſoluit. Et illa quidem taciturnitate congaudet. hec vero dedignat ſilentio coartari·nec confundit paſſim ploq̄·etiā res incognitas ꝛ ineptas·dū erubeſcit vel inferior ceteris vel indoctior iudicari. Alia ob elationē clericatus ambit officiū·altera deſpicit·vt pote indicās illud·aut dignitati priſtine aut vite ac nataliū ſuoꝝ meritis incōgruū vel indignū. Quarū q̄ deterior pnūcianda ſit·vniuſcuiuſq̄ diſcutiat ac ppendat examē. Unū ſane atq̄ idē inobediētie genus eſt·vel pp̄ter opatiōis inſtantiā·vel pp̄ter ocij deſideriū ſenioris violare mandatū·tanq̄ diſpēdioſum ē p ſomno q̄ꝫ p vigilantia monaſterij ſtatuta 9uellere. Tantū deniq̄ eſt abbatis tranſire pceptū vt legas·q̄ntū ſi cōtemnas vt dormias·nec aliꝰ ſuperbie fomes eſt p ieiunio fratrē q̄ꝫ p refectiōe 9tēnere·niſi q̄ pniciōſiora et a remedijs longinquiora ſunt vicia que ſub ſpecie ꝟtutū ꝛ imagine ſpiritaliū rerū vident emergere·q̄ꝫ illa q̄ ex aperta carnali voluptate gignūtur. Hec enī velut palā expoſiti ac manifeſti languores·et arguūtur cominus ꝛ ſanātur·illa vero dū pretextu ꝟtutū tegūtur·incurata pdurāt·et deceptos quoſq̄ pericloſius faciunt ac deſperatius egrotare.

**De his qui cōtēptis magnis occupātur in paruis. Cap. xxi.**

Iam illud ridiculū q̄liter exprimat·q̄ nōnullos poſt prime renūciatiōs ardorē·quo vel res familiares vel opes plurimas ac militiam ſeculi relinquētes ſemetipos ad monaſteria cōtulerūt·tāto ceruimꝰ ſtudio in his que penitus abſcidi nō poſſunt·ꝛ q̄ nequeūt in ſꝫ ordine nō haberi·q̄uis parua viliaq̄ ſint·eſſe deuinctos·vt horū cura priſtinarū oīm facultatū ſuperet paſſionē. Quib⁹ pfecto nō magne proderit maiores opes ac ſꝫbas cōtēpſiſſe·qꝛ affectus earū ob q̄s ille contēpte ſunt in res paruas atq̄ exiguas tranſtulerunt. Nā viciū cupiditatis ꝛ auaricie qd erga ſpēs precioſas exercere non poſſunt·circa viliores materias retinētes·nō abſcidiſſe ſꝫ immutaſſe pbāt priſtinā paſſionē. Nam nimia deuicti diligentia erga curā pſiathij·ſportelle ſagelli·codicū matte aliarūq̄ ſimiliū rerū q̄uis viliſſimarū eadē tñ qua antea libidine detinētur. Que etiā tanta emulatione cuſtodiunt atq̄ defendūt·vt p ipis aduerſus fratrē cōmoueri·atq̄ litigare qd etiā turpius eſt nō pudeat. In quib⁹ adhuc egritudine cupiditatis priſtine laborātes·ſꝫ eadē q̄ vſus corpis poſſidere monachum vel neceſſitas cogit. hi ſcdm numerū menſurāq̄ cōmunē nō ſūt hr̄e 9tēti·in hoc q̄ꝫ ſui cordis auaritiam deſignātes·cū vel ea quib⁹ vti neceſſe eſt ppenſius ſtudent habere q̄ꝫ ceteri·vel excedentes diligētie modū peculiarius ea attētiuſq̄ cuſtodiunt·et ab alioꝝ 9trectatione defendūt·q̄ vniuerſis fratrib⁹ debēt eē cōmunia·quaſi ꝓo differētia tātūmodo metallorū·et nō ipa paſſio cupiditatis habeat innoxia. ꝛ cū p reb⁹ quidem magnis iraſci nō liceat·p viliorib⁹ vero hoc ipm feciſſe ſine culpa ſit·et nō idcirco precioſiores abiecerimus materias·vt facilius diſcerem⁹ viliora 9tēnere. Quid enī differt vtrū quis perturbationē cupiditatis erga opes amplas atq̄ magnificas. an erga viliores exerceat ſpecies·niſi q̄ ī eo reprebēſibilior indicādus eſt·q̄ qui maxima ſpreuerit in minimis obligetur. Iō perfectionē cordis abrenūciatio iſta nō obtinet·qꝛ cū cenſum habeat pauperis·nō abijcit diuitis voluntatem.

**Explicit collatio abbatis danielis de concupiſcentia carnis ꝛ ſpiritus. Incipiūt capitula collationis ſerapionis abbatis de octo pricipalibus vicijs. Ca. i.**




Duentus noſter ad abbatis ſerapionis cellā·et inq̄ſitio de generib⁹ ꝛ impugnatiōe vicioꝝ.

ij Narratio abbatis ſerapiōis de octo principalib⁹ vicijs.

iij De duob⁹ vicioꝝ generib⁹ ꝛ efficientia eoꝝ quadripartita.

iiij Recapitulatio de caſtrimargie ꝛ fornicatiōis paſſiōe ꝛ curatione earum.

v Quō dñs nr̄ ſolus abſq̄ peccato temptatus ſit.

vi De rōe tēptatiōis qua a diabolo tēptatus eſt dñs.

vij De cōſummatione cenodoxie et ſupbie ſine miſterio corpali.

viij De filargiria q̄ extra naturam ſit·ꝛ q̄d interſit inter ipam ꝛ naturalia vicia.

ix De ira atq̄ triſticia q̄ inter accidentia vicia plerumq̄ inueniantur.

x De ſex vicioꝝ 9cordia ꝛ duoꝝ ab eis diſſidentiū cognatiōe.

xi De origine ꝛ qualitate vniuſcuiuſq̄ vicij.

xij In q̄ ſit vtilis cenodoxia.

xiij De varia oppugnatōe oīū vicioꝝ.

xiiij De inſtituēdo aduerſus vicia certamie ſꝫm ipoꝝ infeſtationē.

xv Nihil nos poſſe aduerſum vicia ſine auxilio dei nec debere nos in eoꝝ extolli victoria.

xvi De ſigificatiōe ſeptē gētiū q̄ꝫ iſrael accepit t̄ras·ꝛ q̄re alibi ſeptē alibi mlte gētes eē dicātur.

xvij Interrogatio de cōpatiōe ſeptē gentiū ꝛ octo vicioꝝ.

xviij Reſpōſio quō ſꝫm octo vicia octo gentiū numerus ipleat.

xix Cur vna gēs q̄dē deſeri ſeptē vero iubētur extingui.

xx De natura caſtrimargie ad ſimilitudinē aq̄le cōparāde.

xxi De perſeuerātia caſtrimargie ad ūſus philoſophos diſputata

xxij Cur abrahe predixerit deus decē gentes expugnandas a pp̄lo iſrael.

xxiij Quomodo vtile nobis ſit viciorum terras poſſidere.

xxiiij Qꝛ terre de q̄b⁹ expulſi ſunt populi chananeoꝝ ſemini ſem fuerīt deputate.

xxv Teſtimonia diuerſa ſuper ſignificatione octo vicioꝝ.

xxvi Qꝛ deuicta paſſiōe gule īpendēdus ſit labor ad ꝟtutes ceteras obtinendas.

xxvij Qꝛ nō idē ordo prelioꝝ ſit q̄ ponitur in cathalogo vicioꝝ.


**Expliciūt capitula. Incipit collatio ſerapionis de octo principalibus vicijs. Cap. i.**

In illo cetu antiquiſſimoꝝ ſenum fuit vir noīe ſerapion adpme gratia diſcretiōis ornatꝰ·cuiꝰ collationē ope pciū reor lr̄is ēdere. Ambiētib⁹ enī nob vt de impugnatiōe vicioꝝ aliq̄ diſputaret. q̄b⁹ origines eoꝝ ꝛ cauſe manifeſtius pāderētur·ita exorſus eſt.

**Narratio abbatis ſerapiōis de octo pricipalibus vicijs. Ca. ij.**

Cto ſunt ꝓncipalia vicia q̄ hu
manū infeſtāt genus.i. primū
caſtrimargia qđ ſonat ventris
ingluuies. Scđm fornicatio. Tertiū fi/
largiria.id ē auaricia ſiue amor pecunie
Quartū ira· Quītū triſtitia· Sextū acci
dia·id ē anxietas ſiue tediū cordis· Sep
timū cenodoxia·id ē iactantia ſeu vana
gloria. Octauū ſuperbia.

## De duobus viciorū generibus et efficiētia eorū quadripartita Cap̄.iij.

Duū igitur viciorꝫ genera ſunt
duo. Aut enī naturalia ſunt vt
caſtrimargia·aut extra naturā
vt filargiria. Efficientia vero quadrip/
tita eſt. Quedā enī ſine actōe carnali cō
ſummari nō poſſunt·vt eſt caſtrimargia
⁊ fornicatio·quedā xo etiā ſine vlla cor
poris actiōe cōplētur·vt eſt ſuꝑbia ⁊ ce/
nodoxia·nōnulla cōmotiōis ſue cās ex
triſecus accipiunt. vt eſt filargiria ⁊ ira.
alia vero inteſtīs motibꝫ excitant᷑·vt eſt
accidia atꝙ triſticia.

## Recapitulatio de caſtrimargie et fornicationis paſſione et curatione earū. Cap̄·iiij.

Et vt hec eadē diſputatiōe q̄n/
tū poſſumus nō ſolū breui ſ; eti
am ſcripturarꝫ teſtimonijs ma
nifeſtiora reddam⁹. caſtrimargia ⁊ forni
catio cū naturaliter nobis inſint·nā nō/
nūꝙ etiā ſine vllo aīe incitamēto ſolius
inſtigatione ac pruritu carnis oriūtur.
materia tū vt cōſummētur egent extrin/
ſecus·et ita in effectū corporali actione ꝑ
ueniūt. Unuſquiſꝙ enī tēptat᷑ propria
cōcupia·deinde cōcupiſcētia cū fuerit
cōcepta pariet peccatū. Peccatū xo cū
fuerit cōſummatū generat mortē. Nam
nec ꝑmus adā per caſtrimargiā decipi
potuit niſi eſce materiā habēs in ꝓmptu
abuſus ea fuiſſet illicite·nec ſcđs ſine cu/
iuſdā materie illicitatiōe temptatur cū
dicitur ei·ſi fili⁹ dei es dic vt lapides iſti
panes fiāt. Fornicatio q̄ꝫ ꝙ nō niſi per
corp⁹ ꝑficiat᷑ oībꝫ patet·ita de ſ; ſpū dicē
te deo ad btm̄ iob. Et xt⁹ eius in lūbis
⁊ ptās ei⁹ ſuꝑ vmbilicū ventri. Ideo q̄ꝫ
ſ; ſpālit᷑ duo q̄ miſterio carnis explēt᷑·ex
tra illā ſpiritalē aīe curā egēt peculiari⁹
etiā ꝯtinētia corꝑali. Siqdē ad retūden
dos horꝫ ſtimulos nō ſufficit mētis intē
tio·vt nōnūꝙ ſolet aduſus irā ſeu triſti
ciā ceteraſꝙ fieri paſſiōes·q̄s etiā ſine
vlla carnis afflictione ſola nouit expug
nare mētis īduſtria·niſi etiā caſtigatio
corꝑalis acceſſerit·q̄ ieiunijs·vigilijs et
oꝑis ꝯtritione ꝑficit᷑. hiſꝙ fuerit remo/
tio localis adiūcta·q̄ ſicut ābo[ꝝ] vicio·
id ē aīe ⁊ corꝑis generant᷑·ita ſuꝑari niſi
vtriuſꝙ labore nō poterīt. Et licet beat⁹
apl's oīa vicia generalit᷑ ꝓnūciauerit eē
carnalia·ſiqdē inimicitias ⁊ iras atꝫ he/
reſes inter cetera carnis oꝑa nūerauerit·
nos tū ad illorꝫ curatiōes atꝫ naturas di/
ligēti⁹ colligendas duplici ea diuiſione
diſtīguim⁹. Nā ex his q̄dā dicim⁹ eſſe
carnalia·q̄dā xo ſpiritualia·et illa q̄dē
carnalia q̄ ſpālr ad fotū ⁊ ad ſenſū ꝑ/
tinēt carnis·q̄bꝫ illa ita delectat᷑ ac paſci
tur·vt etiā q̄etas īcitet mētes·inuitaſꝙ
eas nōnūꝙ ꝑtrahat ad ſue volūtatꝫ aſ/
ſenſū· De q̄bꝫ btūs apl'us. In q̄bꝫ ait et
nos oēs aliq̄n ꝯuſati ſum⁹ in deſiderijs
carnis nr̄e faciētes volūtatē carnis ⁊ co/
gitationū·⁊ eramus natura filij ire ſicut
⁊ ceteri. Spiritalia vero dicimus q̄ in/
ſtinctu anime ſolius orta·nō ſolū nihil
voluptatis conferūt carni·ſed etiā gra/
uiſſimis eam lāguoribus afficiētia·mi/
ſerrime iocunditatis paſtu animā tātū
nutriunt egrotantem. Et idcirco hec q̄/
dem ſimplici cordis indigent medicina·
que autem carnalia ſunt non niſi dupli
ci quemadmodum diximus ad ſanita/
tem curatione perueniūt. Unde purita/
tē ſtudentibꝫ plurimū confert·vt harum
naturaliū paſſionū ipſas materias ſibi
primitus ſubtrahāt·quibꝫ poteſt vel oc/
caſio vel recordatio earūdem paſſionū
egrotāti adhuc anime generari. Neceſ/
ſe eſt enī vt morbo duplici·duplex adhi



beatur curatio. Nam corꝑori ne cōcupi/
ſcentia in effectū temptet ꝓrumpere·ne/
ceſſario effigies ⁊ materia illiciens ſub/
trahenda eſt·⁊ anime nihilominus ne eā
vel cogitatione cōcipiat·attentior medi
tatio ſcripturarū·et ſollicitudo peruigil
ac remotio ſolitudinis apponēda. In ce
teris aūt vicijs humana conſortia nihil
obſunt·quinimo etiā plurimū conferūt
his qui carere eis in veritate deſiderant
quia frequētia hominum magis arguū/
tur·et dum laceſſita crebrius manifeſtā
tur·celeri medicina ꝑueniūt ad ſalu/
tem.

## Quomodo dominus noſter ſolus abſꝙ peccato tēptatus ſit. Cap̄.v.

Deoꝙ dominus noſter ieſus
chriſtus cū apoſtoli pronūciet᷑
ſententia temptatus fuiſſe per
omnia ſ; m ſimilitudinē noſtrā·dicitur
tamen abſꝙ peccato·id eſt·abſꝙ huius
paſſionis cōtagio·neq̄ꝙ ſcꝫ aculeos cō
cupiſcentie carnalis expertus·quibꝫ nos
neceſſe eſt etiā ignorātes inuitoſꝙ com/
pungi·quippe cui nulla inerat ſimilitu/
do ſeminationis vel cōceptionis huma/
ne·ita rōem conceptus eius archangelo
nūciante. Spiritusſanctus ſuꝑueniet in
te·et virt⁹ altiſſimi obūbrabit tibi. Ideo
q̄ꝫ et qđ naſcetur ex te ſanctū: vocabitur
filius dei.

## De ratione temptationis q̄ a diabolo tēptatus eſt dn̄s. Cap̄.vi

In illis enī paſſionibus etiā ip
ſe temptari debuit·incorruptā
imaginē dei ac ſimilitudinem
poſſidens·in quibus ⁊ adam temptatus
eſt·cū adhuc in illa inuiolata dei imagi/
ne perduraret·hoc eſt caſtrimargia·ceno
doxia·ſuperbia·nō in quibꝫ poſt preuari
cationē mandati imagine dei ac ſimili/
tudine violata·ſuo iā vicio deuolutus
inuoluit᷑. Caſtrimargia nāꝙ eſt qua in
terdicti ligni preſumit edulium. cenodo/
xia qua dicitur·aperiētur oculi vr̄i·ſuꝑ/
bia·qua dicitur·eritis ſicut dij ſciētes bo/
nū ⁊ malū. In his tribꝫ vicijs etiā domi
nū ſaluatorē legimus fuiſſe temptatum
Caſtrimargia cum dicitur ei a diabolo·
Dic vt lapides iſti panes fiāt. Cenodo/
xia. Si filius dei es·mitte te deorſū. Su
perbia·cū oſtendens illi om̄ia regna mū
di ⁊ eorꝫ gloriā dicit. Hec oīa tibi da
bo ſi cadens adoraueris me·vt iſdē qui/
bus ille temptationū lineis ē appetitus
nos quoꝙ quēadmodū temptatorē vi/
cere deberemus ſuo doceret exēplo. Ide/
oꝙ ⁊ ille adam dicitur·et iſte adam. Il/
le primus ad ruinā et mortē. Hic ꝑmus
ad reſurrectionē ⁊ vitā. Per illū omne
genus hominū cōdemnatur·per iſtū om
ne genus hominū liberatur. Ille de ru/
di atꝙ intacta fingitur terra. Hic đ ma
ria virgine ꝓcreatur. Huius ergo vt ſu
ſcipere eū temptationes oportuit·ita ex/
cedere neceſſariū nō fuit. Nec enī qui ca
ſtrimargiā vicerat·poterat fornicatione
temptari·que ex illius abūdantia ac ra/
dice procedit·qua ne ille quidē ꝑmus
adam fuiſſet eliſus·niſi ante genitricē ei⁹
paſſionē deceptus illecebris diaboli rece
piſſet. Et ob hoc filius dei nō abſolute ī
carne peccati veniſſe dicitur·ſ; in ſimili/
tudine carnis peccati·quia cū eſſet in eo
vera caro manducās ſcꝫ ⁊ bibens ⁊ dor
miens·clauorū q̄ꝫ confixionē in veritate
ſuſcipiens·peccatū eius qđ preuaricati/
one contraxit verū nō habuit ſed imagi
nariū· Nō enī ignitos aculeos concupi
ſcentie carnalis expertus eſt·qui etiā no/
lentibus nobis natura iam āminiſtran/
te conſurgunt. ſed huius quandā ſimi
litudinem naturā participādo ſuſcepit
Nam cum omnia que officij noſtri ſunt
in veritate compleret·et vniuerſas infir/
mitates geſtaret humanas·conſequen/
ter huic quoꝙ paſſioni putatus eſt ſub
iacere·vt per has infirmitates etiā cōdi/
tionem huius quoꝙ vicij atꝙ peccati
videretur in ſua carne portare. Deniꝙ
in his eum tantummodo vicijs diabo/
lus temptat·in quibus etiam illū ꝑmū
deceperat·conijciens hunc quoꝙ velut

hominē ſilr̄ in ceteris illudendum·ſicuz
in illis quibꝫ priorē deiecerat ſenſiſſet eli
ſum. Verū ei ſcd̄m iam morbū q̄ de ra/
dice principalis vicij pullularat·primo
certamine cōfutatus inferre nō potuit.
Videbat eī nullatenus eū initialē cau/
ſam egritudinis hui⁹ ſuſcepiſſe· eratqꝫ
ſuperfluū ſperari ab eo fructū peccati cu
ius eum ſemina vel radices nullomodo
recepiſſe cernebat. Licet ſm̄ lucam qui
poſtremā temptationē illam ponit· qua
dicitur. Si filius dei es mitte te deorſuz
hec ſuperbię paſſio poſſit intelligi·ita vt
illa ſupior quā matheus tertiā ponit· in
qua iuxta predictū lucam euangeliſtaz
omnia ei regna mūdi in pūcto temporis
oſtendens diabolus repromittit·accipi/
atur paſſio filargirię ꝙ ſcilicꝫ poſt caſtri
margię victoriā fornicatione eū tempta
re nō preualens ad filargiriā tranſierit
q̄m radicē maloꝝ oīm nouerat·in q̄ iteꝝ
ſuperatus·nullū ei viciū ex his q̄ ſeque/
bātur eam auſus ē ingerere·quippe quę
nouerat de eius radice ac fomite pullu/
lare·ad extremā ſuperbię tranſierit paſ/
ſionē·qua nouerat etiā perfectos quoſ/
qꝫ deuictis oīmibus vicijs poſſe pulſari
qua etiā vel ſeipm̄ cum eſſet vt lucifer vł
cōplures alios abſqꝫ vllo incitamento
precedentiū paſſionū de cęleſtibꝫ memi/
nerat corruiſſe. Juxta hūc ergo quē pre/
diximus ordinē qui ab euangeliſta luca
deſcribit᷑·etiā ipa illa illicitatio ꝛ figura
temptationū quibꝫ vel illū primū vł iſtū
ſcd̄m adam callidiſſim⁹ aggreditur in/
imicus elegantiſſime cōgruit. Jlli nāqꝫ
dicit·aperiētur oculi veſtri· huic oſtēdit
oīa regna mūdi et gloriā eorū. Jbi di
cit·eritis ſicut dij· h̄ dic᷑·ſi filius dei es.

**De conſummatione cenodoxie et ſuperbie ſine miſterio corporali. Cap. vij.**

T vt de efficiētijs ceterarū qꝫ
paſſionū quarū rōnem interci
dere nos expoſitio caſtrimargie
vel dn̄ice temptationis neceſſario cōpu
lit·eodem quo ꝓpoſueramus ordine diſ
ſeramus·cenodoxia atqꝫ ſuperbia etiaz
ſine vllo conſummari ſolent miniſterio
corporali. Jn quo enī egent actione car/
nali·quę ꝑ concupiſcentia ꝛ voluntate
ſola cōquirende laudis ꝛ hūane glorie
conſequēde abunde ruinā generāt anię
captiuate. Aut quē effectū habuit cor/
poralem predicti luciferi illius antiqua
ſuperbia·niſi ꝙ eam tantūmodo aīo et
cogitatione ↄcepit·ita ꝓpheta cōmemo/
rāte. Qui dicebas ī corde tuo·ī celū cō
ſcendam ſuper aſtra dei ponā ſoliū meū
aſcendam ſuper altitudinē nubiū·ero ſi
milis altiſſimo. Qui ſicut huius ſupbię
neminē habuit incentorem·ita ei ↄſum/
mationē criminis ruineqꝫ perpetuę co/
gitatio ſola perfecit·equidem cū affecta/
te tyrannidis nulla fuerint opera ſubſe/
cuta.

**De filargiria ꝙ extra naturā ſit et quid interſit īter ipſam et naturalia vicia. Cap. viij.**

Filargiria ꝛ ira licet nō ſint vni
us nature·nā prior extra natu/
rā eſt·ſequēs vero originale vi/
detur in nobis ſeminariū poſſidere·ſimi
li tamē oriūtur modo·extrinſecus ſiqui/
dem cauſas cōmotionis plerūqꝫ cōcipi/
unt. Etenī frequēter hi qui adhuc infir
miores ſunt· vel irritatione·vel inſtinctu
quorundam·in hec ſe corruiſſe vicia con
querūtur· ac precipitatos ſe vł ad iracū
diā·vel ad filargiriā alioꝝ ꝓuocatione
cauſantur. Qꝫ extra naturam ſit filargi/
ria·hinc liquido ꝓuidetur·quia nec ori/
ginale probatur in nobis habere prin/
cipiū·nec de materia concipitur quę per
tingit ad anime vel carnis participatio
nem·viteqꝫ ſubſtantiam. Nihil enīz ad
vſum ac neceſſitatē nature cōmunis pre
ter eſcam quotidianā ac potum certū eſt
peruenire·relique vero vniuerſe materię
q̄ntolibet ſtudio atqꝫ amore ſeruentur.
aliene tm̄ ab hūana indigentia etiaz vſu
vitę ipius approbātur·ideoqꝫ hoc velut
extra naturā exiſtens nō niſi tepidos ac



male fundatos monachos pulſat. Quę
aūt naturalia ſunt etiaz probatiſſimos
monachorum equidem in ſolitudine cō
morantes attemptare nō deſinūt. Et in/
tantum hoc veriſſimuz cōprobatur·vt
etiam gentes nōnullas ab hac paſſione
id eſt filargiria liberas oīmimodis agno
ſcamus·quia nequaqꝫ vicij huius egri/
tudinem vſu et conſuetudine receperūt
Jllum quoqꝫ priorem mundum qui an
te diluuium fuit· diutiſſime concupiſcē
tie huius rabiem credimus ignoraſſe.
Que etiam in vnoquoqꝫ noſtruz recte
abrenūciante ſine vllo labore probatur
extingui·cuz ſcꝫ vniuerſis quis faculta
tibus abiectis·ita expetierit cenobij diſ/
ciplinam·vt ex eis ne vnum quidem de/
narium ſibimet ſupereſſe patiatur. Cu/
ius rei teſtes multa hominum milia poſ/
ſumus inuenire· q̄ cū ſub momento bre
uiſſimo diſperſis omnibus ſubſtantijs
ſuis ita hanc eradicauerunt paſſionem·
vt ne tenuiter quidem ab ea pulſent᷑ vl/
terius·nihilominus omni tempore con/
tra caſtrimargiam pugnantes·niſi ingē
ti circumſpectione cordis et abſtinentia
corpis dimicauerint ſecuri eſſe n̄ poſſūt

**De ira atqꝫ triſticia ꝙ inter accidentia vicia plerūqꝫ inueniātur. Cap. ix.**

Triſticia et accidia nl̄ā queād
modū ſupiora dixim⁹ accedē/
te extrinſecus prouocatione ge
nerari ſolent. Nam ſolitarios quoqꝫ et
in heremo conſtitutos·nulliqꝫ humano
cōmixtos conſortio· frequēter atqꝫ ama
riſſime vexare noſcuntur·qđ eſſe veriſſi/
mū quiſqꝫ cum fuerit in ſolitudine com
moratus·et pugnas hominis interioris
expertus· ipis experimentis perfacile cō
probabit.

**De ſex viciorū cōcordia et duorū ab eis diſſidentiū cognatiōe. Cap. x.**

Hec igitur octo vicia licet diuͦ/
ſos ortus ac diſſimiles efficien/
tias habeant·ſex tamen priora·id eſt ca/
ſtrimargia·fornicatio· filargiria· ira ·tri
ſticia·accidia·quadam inter ſe cognati/
one·et vt ita dixerī cōcathenatiōe cōne/
xa ſunt·ita vt prioris exuberātia ſequen
ti efficiatur exordiū. Nam de abundan
tia caſtrimargie fornicationē· de fornica
tione filargiriā· de filargiria iram· ď ira
triſticiā. de triſticia accidiā neceſſe ē pul/
lulare·ideoqꝫ ſimili cōtra hec modo atꝫ
eadem rōne pugnādum eſt·et a precedē
tibꝫ ſemꝑ aduerſus ſequētes oꝑtet nos
inire certamina. Facilius enīz cuiuſlibet
arboris noxia latitudo ac ꝓceritas exare/
ſcit·ſi antea radices ei⁹ quibꝫ innitit᷑ vel
nudate fuerint vel ſucciſe. Et infeſtan/
tes humores aquarū ↄtinuo ſiccabūtur
cū generator earū fons ac profluētes ve/
ne ſollerti īduſtria fuerint obturate. Qꝛ/
obrem vt accidia vincat᷑ ante triſticia ſu
perāda eſt· vt triſticia propellatur· ira ꝓ/
us eſt extrudēda· vt extinguat᷑ ira. filar/
giria calcāda eſt ·vt euellatur filargiria
fornicatio compeſcenda eſt · vt fornica
tio ſubtrahatur·caſtrimargie vitium eſt
caſtigandum. Reſidua vero duo·id eſt·
cenodoxia et ſuperbia· ſibi quidē ſimilit᷑
illa qua de ſuperioribus vicijs diximus
ratione iunguntur·ita vt incrementum
prioris ortus efficiatur alterius. Ceno/
doxie enim exuberantia ſuperbie fomitez
parit. Sed ab illis ſex prioribus vicijs
penitus diſſident·nec ſimili cum eis ſoci
etate federantur. Siquidem non ſolum
nullā ex illis occaſionē ſuę generationis
accipiunt. ſed etiā contrario modo atqꝫ
ordine ſuſcitantur. Nam illis euulſis h̄
vehementius fructificant· et illoꝝ morte
viuacius pullulant atqꝫ ſuccreſcunt.
Unde etiam diuerſo modo ab his duo
bus vicijs impugnamur. Jn vnūquod
qꝫ enim illorum ſex viciorū tunc incidi
mus·cum a precedentibꝫ eorum fuerim⁹
eliſi·in hec ꝟo duo victores ꝛ maxīe pt⁹
triumphos periclitamur incurrere. Oīa
igit᷑ vicia queādmodū incremēto prece
dentium generātur·ita illorum diminu
tione purgātur. Et hac rōe vt ſuperbia

poſſit explodi cenodoxia eſt prefocanda
Et ita ſemꝑ priorib; ſuperatis ſequētia
cōquieſcēt· et extinctione precedentium·
reſidue paſſiōes abſq; labore marceſcēt
Et licet hec q̄ prediximus octo vicia il/
la q̄ cōmemorauimus rōne inuicem ſibi
cōnexa atq; permixta ſint· ſpālius tñ in
q̄ttuor cōiugationes ⁊ copulas diuidū
tur. Caſtrimargie namq; fornicatio pe
culiari cōſortio federatur· filargirie ira
triſticia accidia· cenodoxie ſuꝑbia fami/
liariter coniugatur.

## De origine et qualitate vniuſ cuiuſq; vicij· Cap. xi.

Et vt ſingillatim nūc de vniuſ
cuiuſq; vicij generib; diſpute/
mus· caſtrimargie genera ſunt
tria. Primū qd̄ ad refectionē perurget
monachū ante horā ſtatutam ac legitti/
mā feſtiare· Scd̄m qd̄ expletōe ventrj· ⁊
quarūlibet eſcarū voracitate letat᷑. Ter
tiū q̄ accuratiores ac delicatiſſimos de/
ſiderat cibos. Que tria nō leui diſpen/
dio monachū feriūt. niſi ab omnib; iſtl
pari ſtudio atq; obſeruantia ſemetipſū
expedire cōtenderit. Nam queadmodū
abſolutio ieiunij ante horā canonicam·
nullatenus preſumēda eſt· ita et vētris
ingluuies et eſcarū ſumptuoſa atq; exq̄
ſita preparatio ſilr amputāda. Ex his
enī tribus cauſis diuerſe ac peſſime vali
tudines aīe ꝑcreātur. Naȝ de p̄ma mo
naſterij odiū gignit᷑· atq; exinde horror·
et intolerātia eiuſdem cōcreſcit habita/
culi· quā ſine dubio mox diſceſſio aut fu
ga velociſſima ſubſequetur. De ſecūda
igniti luxurie et libidinis aculei ſuſcitā/
tur. Tertia etiā inextricabiles filargirie
laq̄os nectit ceruicib; captiuoꝝ· nec ali/
quādo monachū ſinit ꝑfecta chriſti nu/
ditate fundari. Cuius nobis paſſionis
ineſſe veſtigia · iſto q̄q; deprehendimus
indicio· cū forte ad refectionē detenti ab
aliquo fratrū· ꝯtenti nō ſumus eo ſapo
re cibos ſumere. quo ab exhibente condi
ti ſunt· ſed q̄ddā ſuperfundi eis vel adij/
ci importuna atq; effrenata poſcimus li

bertate. Qd̄ fieri penitus nō oportet· tri
bus de cauſis. Primo q̄r mēs monachi
ſemper debet in omni tolerātie ac parci/
tatis exercitatione verſari· et ſm̄ apoſto/
lū diſcere in quib; eſt ſufficiēs eſſe· nulla
tenus enī poterit· vel occulta vel maiora
corporis deſideria refrenare· quiſq; degu/
ſtatione modice inſuauitatis offenſus·
ne ad momentū quidē delicias gutturis
ſui valuerit caſtigare. Secūdo q̄ non/
nūq; euenit vt ad horaȝ deſit illa ſpēs q̄
poſtulatur a nobis· et verecūdiā neceſſi
tati vel frugalitati ſuſcipiētis incutim᷒·
publicātes ſcȝ pauꝑtatē eius quaȝ ſoli
deo cognitā eſſe maluerat. Tertio q̄ in/
terdū ſolet ſapor ille quē noſ adijci poſci
mus alijs diſplicere et inuenimur iniu/
riam multis dum noſtre gule ac deſide/
rio ſatiſfacere cupimus irrogare. ꝓpter
quod omnimodis hec in nobis eſt caſti
ganda libertas. Fornicationis genera
ſunt tria. Primū qd̄ per cōmixtionē ſe/
xus vtriuſq; ꝑficitur· Secūdū qd̄ abſ/
q; femineo tactu. pro quo her patriar/
che iude filius a dn̄o ꝑcuſſus legit᷑· qd̄
in ſcripturis ſanctis immūdicia nuncu
patur· ſuper quo apl̄s. Dico aūt innup
tis ⁊ viduis· bonū eſt illis ſi ſic perman
ſerint ſicut et ego· q̄ ſi ſe nō cōtinent nu
bant· melius eſt enī nubere q̄ vri. Terti/
um qd̄ animo ac mēte cōcipit᷑. De quo
dn̄s in euangelio· qui viderit mulierem
ad concupiſcendum eam · iam mechat᷒
eſt eam in corde ſuo. Que tria genera be
atus apl̄us pari modo extinguēda pro/
nūcians. Mortificate inquit mēbra ve/
ſtra que ſunt ſuper terrā· fornicationeȝ
immūdiciā libidinē ⁊c̄. Et iterū de duo
bus ad epheſeos. Fornicatio et immūdi
cia nec noīetur in vobis. Et iteꝝ. Illud
aūt ſcitote q̄ omīs fornicator· aut imū/
dus· aut auarus qd̄ eſt idolorū ſeruitus
non habet hereditatē in regno chriſti et
dei. Que tria vt a nobis pari obſeruati
one caueantur· ſimili nos eoruȝ a regno
chriſti atq; vna deterret excluſiōe. Filar/
girie genera ſunt tria. Primū q̄ renūci/



antes diuitijs ac facultatibus ſuis ſpoli
ari ñ ſinit· Scd̄m q̄ ea q̄ a nob diſpēſa
ta ſunt vel indigentibus diſtributa · re/
ſumere nos maiori cupiditate perſuadet
Tertiū q̄ ea que ne antea quidem poſſe
dimus deſiderare acquiri ne compellit.
Ire genera ſunt tria. Unum qd̄ exarde
ſcit intriſecus qd̄ grece thimos dr̄. Aliud
qd̄ ī ꝟbū ⁊ op᷒ effectūq; ꝓrūpit qd̄ or/
ce nūcupat᷑. d̄ q̄b; ⁊ apl̄s. Nūc aūt d̄po
nite inquit et vos oīa · irā indignatio
nē. Tertiuȝ q̄ nō vt illa feruēs ad horā
dirigit᷑ ſꝫ p dies ⁊ tp̄a r̄ſuat᷑ qd̄ aleis dr̄
Que oīa eq̄li ſūt a nob horrore dānan/
da. Triſtitie gn̄a ſūt duo. Unuȝ qd̄ vel
iracūdia deſinente· vl̄ de illato dāno ac
deſiderio p̄pedito caſſatoq; generatur.
Aliud qd̄ d̄ irrationabili menti anxieta/
te ſeu deſperatiōe deſcendit. Accidie ge/
nera ſunt duo. Unū qd̄ ad ſomnū preci
pitat eſtuantes· aliud qd̄ cellaȝ deſerere
ac fugere cohortat᷑. Cenodoxia licet mul
tiformis ac multiplex ſit· et in diuerſas
ſpecies diuidatur· genera tamē eius ſūt
duo. Primū qd̄ pro carnalibus ac ma/
nifeſtis extollimur rebus. ſcd̄m q̄ ſpiri/
talibus ⁊ occultj deſiderio vane laudis
inflāmamur.

## In quo ſit vtilis cenodoxia. Cap. xij.

Na re tamen cenodoxia vtilit᷑
ab incipientibus aſſumitur· ab
his dūtaxat qui adhuc vicijs
carnalibus inſtigātur· vt verbi gratia·
ſi illo tempore quo fornicationis ſpiritu
perurgentur mente cōceperint vel ſacer/
dotalis officij dignitatē vel opinionem
cūctorum qua ſancti ⁊ immaculati eſſe
credātur· et ita immūdos cōcupiſcentie
ſtimulos quaſi turpes atq; indignos vl̄
exiſtiationi ſue vel illi ordini iudicātes.
hac ſaltē cōtemplatione declinēt· mino/
re malo id qd̄ maius eſt retūdētes Sa/
tius eſt cenodoxie vicio quēcūq; pulſari
q̄ incidere in fornicationis ardorē· vnd̄
reparī aut ñ valeat aut vix valeat p᷒ ru
inā. Quē ſēſū ex ꝑſona dei vn᷒ ꝓphetaꝝ

eleganter expreſſit dicens. Propter me
longe faciam furorē meū· et laude mea ī/
frenabo te ne intereas· id eſt· vt duȝ ceno
doxie laudibus cōpediris nequaq; ad ī/
ferni ꝓfunda ꝓruas· et irreuocabiliter
mortaliuȝ peccatorum conſummatione
mergaris. Nec mirū tantā paſſioni hu
ic ineſſe virtutem· vt irruentē quēpiā in
fornicationis labem valeat refrenare· cū
ſit multoꝝ experimentis ſepiſſime com/
ꝓbatū· q̄ ita eū quē ſemel veneni ſui pe/
ſte corrupit infatigabilem reddat· vt fa
ciat ab eo ne biduana quidē ieiunia vel
triduana ſentiri. Nā etiā nōnullos ī hac
heremo frequēter nouim᷒ fuiſſe ꝯfeſſos·
ſe in cenobijs ſyrie cōſtitutos quinis die
bus refectionem cibi ſine labore tolera/ſ
ſe· nūc aūt tanta ſe fame ab hora tertia ꝑ
urgeri· vt vſq; nonā vix queant differre
ieiunia quotidiana. Super qua re pul/
cre abbas macharius cuidam percūctā
ti cur fame ab hora tertia in heremo pul/
ſaretur· qui in cenobio ebdomadib; in/
tegris refectionē ſepe cōtemnens nō ſen/
ſiſſet eſuriem · reſpondit. Quia null᷒ h̄
eſt ieiunij tui teſtis qui te ſuis laudibus
nutriat atq; ſuſtentet· ibi aūt te digitus
hominū ⁊ cenodoxie refectio ſaginabat·
Huius aūt rei figura qua diximus ſuꝑ
ueniente cenodoxia vicium fornicatiōis
excludi· pulchre in regum libro ac ſignā
ter exprimitur· vbi populum iſraelem a
nechao rege egypti captiuatū aſcendēs
nabuchodonoſor rex aſſirioꝝ de finibuſ
egypti ad ſuam tranſtulit regionem ſci/
licet vt nō eos libertate priſtine ⁊ genita
li reſtitueret regioni. ſed ad ſuas abduce
ret terras· et longius aſportandos q̄ fu
erant in terra egypti captiui. Que figu/
ra in hoc quoq; competenter aptabitur·
licet enī tolerabilius ſit cenodoxie q̄ for
nicationis vicio deſeruire. difficilius ta
men a cenodoxie dominatione diſcedit᷑·
Qd̄ammodo enī longiore itineris ſpa
cio captiuus abductus laborioſius ad
genitale ſolū ⁊ libertatē priſtinā reūtetur
meritoq; ad eū increpatio illa ꝓphetica

dirigetur. Quare inueteratus es in ter-
ra aliena. Recte ſiquidem inueteratꝰ dī
in terra aliena· quiſquis a terrenis viciꝭſ
nō innouatur. Supbie genera ſūt duo
Primū carnale· Scdm ſpiritale· qđ eti
am pernicioſius eſt. Illos nanqꝫ deſpe-
ratiꝰ impugnat quos in quibuſdā vir-
tutibus profeciſſe repererit.

## De varia oppugnatione omnium viciorū. Cap. xiij.

Ec igitur octo vicia cum om-
ne hominum genus pulſent·
nō tamen vno modo impetūt
cunctos. In alio namqꝫ ſpiritus forni-
cationis locum obtinet principalem· in
alio ſuperequitat furor· ī alio cenodoxia
vendicat tyrannidem· in alio arcem ſup
bia tenet. Et cum conſtet omēs ab omni
bus impugnari· diuerſo tamen modo ⁊
ordine ſinguli laboramus.

## Di inſtituendo aduerſuz vicia certamine ſm ipſorū infeſtationem. Cap. xiiij.

Uāobrem ita nobis aduerſus
hec arripienda ſunt prelia· vt
vnuſquiſqꝫ vicium quo maxīe
infeſtatur explorans· aduerſus illud ar-
ripiat pncipale certamen· omnez curam
mentis ac ſollicitudinem erga illius im-
pugnationē obſeruationemqꝫ defigēs·
aduerſus illud quotidiana ieiuniorum
dirigens ſpicula· ꝯtra illud cunctis mo
mentis cordis ſuſpiria crebraqꝫ gemitu
um tela contorquens· aduerſus illđ vi-
giliarū labores ac meditationem ſui cor
dis impendēs· īdeſinentes quoqꝫ orati
onū ad deū fletus fundens· et impugna
tionis ſue extinctionē ab illo ſpāliter ac
iugiter poſcens. Impoſſibile namqꝫ eſt
de qualibet paſſione triūphum quēpiā
promereri· priuſqꝫ intellexerit induſtria
vel labore proprio victoriā certaminis
ſemet obtinere nō poſſe· cū tamen vt va
leat emundari· neceſſe ſit eū die noctuqꝫ
in omni cura ⁊ ſollicitudine permanere.
Cumqꝫ ſe ab ea ſenſerit abſolutum· rur
ſum latebras ſui cordis ſimili intentiōe
perluſtret· ⁊ excipiat ſibi quam inter reli
quas perſpexerit duriorem· atqꝫ aduer-
ſus eam ſpālius omnia ſpiritus arma
cōmoueat· et ita ſemper validioribus ſu
peratis celerem de reſiduis habebit faci-
lemqꝫ victoriam· quia et mens triūpho-
rum proceſſu redditur fortior· ⁊ infirmo
rum pugna ſuccedens promptiorē ei ꝓ-
uentum faciet preliorꝫ· vt fieri ſolet ab
his qui coram regibus mundi huiꝰ om
nigenis congredi beſtijs premiorum con
templatione conſueuerunt· quod ſpecta
culi genus vulgo pancarpū nūcupatur
Hi inquā feras quaſcunqꝫ fortiores ro
bore vel feritatis rabie conſpexerint diri-
ores· aduerſus eas prime congreſſionis
certamen arripiunt· quibus extinctis re
liquas qui minus terribiles minuſqꝫ ve
hementes ſunt exitu faciliore proſternūt·
Ita et vicijs ſemper robuſtioribus ſupe
ratis· atqꝫ infirmioribus ſuccedētibus·
parabitur nobis abſqꝫ vllo diſcrimine
perfecta victoria. Nec tamen putanduꝫ
ꝙ principaliter quis contra vnuꝫ dimi-
cans vicium· et velut incautius alioruꝫ
tela proſpiciēs· inopinato ictu facilius
valeat ſauciari. qđ neq̄qꝫ fiet. Impoſſi-
bile nanqꝫ eſt· eū qui pro cordis ſui emū
datione ſollicitus erga impugnationeꝫ
viciꝭ cuiuſlibet intentionē ſue mentis ar
mauerit· aduſus cetera quoqꝫ vitia ge-
neralem quendam horrorem ⁊ cuſtodiā
ſimilem nō habere. Quo enī modo vel
đ illa qua abſolui deſiderat paſſiōe me
rebitur obtinere victoriaꝫ· quē indignū
purgationis premio alioruꝫ facit conta
gio viciorum· Sed cum principalis cor
dis noſtri intentio· velut ſpecialem pug-
nam aduerſus vnam exceperit paſſiōeꝫ
pro ipſa orabit attentius· peculiari ſolli-
citudine ac ſtudio ſupplicans· vt eam di
ligentius obſeruare· et per hec celerē me-
reatur obtinere victoriam. Hunc nāqꝫ
nos ordinem preliorum exercere debere·
nec tamen de noſtra virtute cōfidere· eti-
am legiſlator his docet verbis. Non ti-
mebis eos· quia dominus deus tuus in



medio tui eſt· deus magnus ⁊ terribilis·
ipſe conſumet natiōes has in conſpectu
tuo paulatim atqꝫ per partes. Non po-
teris delere eas pariter ne forte multipli
centur cōtra te beſtie terre. Dabitqꝫ eos
dn̄s deus tuus in conſpectu tuo· et inter
ficiet illos donec penitus deleantur.

## Nihil nos poſſe aduerſū vicia ſine auxilio dei. nec debere nos in eorū extolli victoria. Cap. xv

Ed neqꝫ debere nos in eorū ex-
tolli victoria ſimiliter āmonet.
Ne poſtqꝫ comederis inquit ⁊
ſatiatus fueris· domos pulchras edifica
ueris· et habitaueris in eis· habuerisqꝫ
armenta et ouium greges· auri ⁊ argēti
cunctarumqꝫ rez copiā· eleuetur cor tu
um· et nō reminiſcaris dn̄i dei tui q̇ edu-
xit te de terra egypti· đ domo ſuitutis· ⁊
ductor tuus fuit in ſolitudine magna
atqꝫ terribili· Salomon quoqꝫ in ꝓuer
bijs. Si ceciderit inimicus tuus noli ḡ-
tulari· in ſupplantatione autem eius nō
li extolli· ne videat dn̄s ⁊ nō placeat ei· et
auertat iram ſuam ab eo. id eſt· ne per-
ſpiciens elationem cordis tui ab eius
impugnatione diſcedat· ⁊ incipias dere
lictus ab eo rurſus illa quā per dei gra-
tiam ante ſuperaueras paſſione vexari.
Non enī oraſſet ꝓpheta dicens. Ne tra-
das dn̄e beſtijs animaꝫ confitentem tibi
niſi ſciſſet ꝓpt inflationē cordis quoſdā
vt humilientur eiſdem rurſum vicijs q̄
vicerant tradi. Quobrem certos nos eē
cōuenit· tam ipſis rerū experimentis qꝫ ī
numeris ſcripture teſtimonijs eruditos·
noſtris nos viribꝫ niſi dei ſolius auxilio
fulciamur· tātos hoſtes ſuperare nō poſ
ſe· et ad ipm quotidie ſummam victorie
noſtre referre debere· Ita ſuper hꝫ quoqꝫ
per moyſen dn̄o cōmonēte. Ne dicas in
corde tuo· cum deleuerit eas dn̄s deꝰ tu
us in conſpectu tuo· ꝓpter iuſticiā meā
introduxit me dn̄s· vt terrā hāc poſſide-
rem· cum propter impietates ſuas iſte de
lete ſint nationes. Neqꝫ enī propter iu-
ſticias tuas et equitatem cordis tui tu ī-
gredieris vt poſſideas terras earum· ſed
quia ille egerunt impietatem· te introeū
te delete ſunt. Rogo quid apertius potu
it dici contra pernicioſam opinioneꝫ ꝓ-
ſumptionemqꝫ noſtraꝫ· qua totum qđ
agimus· vel libero arbitrio vel noſtre vo
lumus induſtrie deputare. Ne dicas in
quit in corde tuo· cum deleuerit eas do-
minus deus tuus in conſpectu tuo· pro
pter iuſticiam meam introduxit me do-
minus. vt terram hanc poſſiderem. Nō
ne his qui oculos anime reſeratos ⁊ au
res habēt ad audiendū euidenter expreſ
ſit. Cum tibi proſpere viciorum carnali
um bella ſucceſſerint· et videris te de ipſo
rum ceno et conuerſatione mundi iſtiuſ
liberatum· non tue id virtuti nec ſapien-
tie prouentum pugne atqꝫ victorie infla
tus aſcribas· credens te propter labores
et ſtudium tuū· et arbitrij libertatē de ſpi
ritalibꝫ nequitijs vel carnalibꝫ vitijs ob
tinuiſſe victoriam. Quibus proculdu-
bio in nullo penitus preualere potuiſſes
niſi te dn̄i communiſſet ac ꝓtexiſſet au-
xilium.

## De ſignificationē ſeptē gentiū quarū iſrael accepit terras. ⁊ q̄re alibi ſeptē et alibi multe gentes eſſe dicantur. Cap. xvi.

E ſunt ſeptem gentes quarum
terras egreſſis ex egypto filijs iſ
rael daturum ſe dominꝰ repro-
mittit. Que omnia ſm apoſtolum cū in
figura contigerint illis· ad noſtram cō-
monitionem ſcripta debemus accipere.
Ita enim dicitur. Cum introduxerit te
dominus deus tuus in terram quā poſ-
ſeſſurus ingredieris· et deleuerit gentes
multas coram te· ethеum ⁊ gergeſeum et
amorreum ⁊ chananeum ⁊ fereçeum et
eueum et iebuſeum· ſeptem gentes mul-
to maiorꝭ numeri qꝫ tu es· et robuſtiores
te· tradideritqꝫ eas dominus tibi· percu
ties eas vſqꝫ ad internetionem. Que vero
multo maioris numeri eſſe dicūtur· hec
eſt ratio· quia plura ſunt vicia qꝫ virtu
tes. Et ideo in cathalogo quidem diui

merantur ſeptẽ nationes· in expugnati-
one vero earum ſine numeri aſcriptione
ponũtur. Ita enĩ dicitur· et deleuerit gẽ-
tes multas coram te. Numeroſior enim
eſt q̃ȝ iſrael· carnaliũ paſſionũ populus·
de hoc ſeptenario fomite viciorum ac ra
dice procedens. Exinde enim pullulant
homicidia· contentiones· hereſes· furta·
falſa teſtimonia· blaſſemie· comeſatiões
ebrietates· detractiones· ludicra· turpilo
quia· mẽdacia· periuria· ſtultiloq̇a· ſcur-
rilitas· inquietudo· rapacitas· amaritu
do· clamor· indignatio· cõtemptus· mur
muratio· temptatio· deſperatio· multaqȝ
alia que cõmemorare ꝓlogũ ẽ. Que cũ
a nobis leuia iudicent̕· quid de illis apo
ſtolus ſenſerit· vel q̃m ſuper his ſententi
am intulerit audiamus. Neqȝ murmu-
raueritis inquit· ſicut quidam illorum
murmurauerũt· et ab exterminatore pe-
rierũt. Et de temptatiõe· Neqȝ tempte
mus chriſtum· ſicut quidam illorum tẽ-
ptauerunt· et a ſerpentibus perierũt. De
detractatiõe. Noli diligere detrahere ne
eradiceris. Et de deſperatione· Qui deſpe
rantes ſemetipſos tradiderunt impudi-
citie· ĩ opationẽ oĩs erroris· in immundici
am. Quod vero clamor ſicut ira ⁊ indigna-
tio ⁊ blaſſemia condemnet̕· eiuſdeȝ apo-
ſtoli vocibus manifeſtiſſime perdocetur
ita precipientis· Oĩs amaritudo ⁊ ira
⁊ indignatio· ⁊ clamor· ⁊ blaſſemia tol-
latur a vobis· cum omni malicia· aliaqȝ
cõplura his ſimilia. Que cum ſint mul
to maioris numeri q̃ȝ virtutes· deuictis
tamen illis octo principalibus vicijs. ex
quorum natura eas certum eſt emanare
omnes protinus conquieſcunt· ac perpe
tua pariter cum his internetione delent̕
De caſtrimargia nanqȝ naſcunt̕ come-
ſationes· ebrietates. De fornicatiõe tur-
piloquia· ſcurilitas· ludicra· ac ſtultilo-
quia. De ſilargiria· mẽdaciũ· fraudatio· fur
ta· periuria· turpis lucri appetit⁹· falſa teſti
monia· violẽtia ihũanitas ac rapacitas
De ira· homicidiũ· clamor ⁊ indignatio
De triſtitia· rãcor· puſillanimitas· ama

ritudo· deſperatio. De accidia· ocioſitas
ſomnolẽtia· iptunitas· inquietudo· per
uagatio· inſtabilitas mentis et corporis
verboſitas. curioſitas. De cenodoxia cõ
tentiones· hereſes· iactantia· ac preſump
tio nouitatum. De ſuperbia· contempt⁹
inuidia· inobediẽtia· blaſſemia· murmu
ratio· detractio. Quod aũt he peſtes etiaȝ ro
buſtiores ſint· maĩfeſte nature ipĩus im
pugnatione ſentimus. Fortior enĩ mili
tat in membris noſtris oblectatio carna
lium paſſionũ q̃ȝ ſtudia virtutum· q̄ nõ
niſi ſumma contritione cordis ⁊ corpo
ris acquiruntur. Si autem ⁊ illas innu
merabiles hoſtiũ cateruas ſpiritalibus
oculis contemplerís· quas beatus apl's
enumerat dicens· nõ eſt nobis collucta
tio adůſus carnẽ ⁊ ſanguinẽ· ſ3 adůſus
ꝓncipat⁹· adůſus ptãtes· adůſus mũdi
rectores tenebrarũ harum· cõtra ſpiritalia
nequitie in celeſtibus· et illud qđ đ viro
iuſto ĩ nonageſimo dicitur pſalmo. Ca
dent a latere tuo mille· et decem milia a
dextris tuis· liquido peruidebis· q̄ mul
to maioris ſint numeri et validiores q̃ȝ
nos carnales ſcȝ atqȝ terreni· quippe cũ
illis ſpiritalis atqȝ aeria conceſſa ſub-
ſtãtia ſit.

## Interrogatio de cõparatione ſeptẽ gẽtium ⁊ octo viciorum.

### Cap. xvij.

Ermanus. Quõ igitur octo ſunt vicia que nos impugnãt. cum per moyſen ſeptẽ dinume rate ſint gentes que aduerſantur popu lo iſrael· vel queadmodum terras vicio rum cõmodum nobis eſt poſſidere.

## Reſpõſio quõ ſm octo vicia octo gẽtiũ numerus impleatur.

### Cap. xviij.

Erapion. Octo eſſe pricipa lia vicia que impugnãt mona chum· cunctorũ abſoluta ſen tentia eſt. Que figuraliter ſub gentium vocabulo nominata· idcirco nũc oĩa nõ ponũtur· eo q̄ egreſſis iaȝ de egypto et liberatis ab vna gẽte validiſſima· id ẽ



egyptiorũ· moyſes vel per ipm dñs in de
uteronomio loquebat̕. Que figura ĩ no
bis quoqȝ rectiſſime ſtare deprehẽditur
qui de ſeculi laqueis expediti· caſtrimar
gie· id eſt· ventris vel gule vicio caruiſſe
cognoſcimur· Et habemus iã cõtra has
reſiduas ſeptem gentes ſimili rõe confli
ctum. prima ſcilicet q̄ iam deuicta eſt mi
nime cõputata. Cuius etiã terra in poſ-
ſeſſionẽ iſraeli nõ datur. ſ3 vt deſerat eaȝ
perpetuo· ⁊ egrediatur ab ea· dñi ꝓcepti
one ſancitur. Et idcirco ita ſunt mode-
rãda ieiunia· vt nõ neceſſe ſit per immo-
derationẽ cõtinẽtie· q̄ defectione carnis
vel infirmitate ꝯtracta ẽ· reuerti rurſus
ad egyptiorum terrã· id eſt· priſtinã gule et
carnis ꝯcupiſcentiã· q̃m cũ mũdo huic
abrenũciaremus abiecimus. Quod figu-
raliter illi perpeſſi ſunt· q̇ egreſſi in ſolitu
dinẽ heremi· rurſus deſiderauerũt ollas
carniũ ſuper quas ſedebãt in egypto.

## Cur vna gens quidem deſeri ſeptem vero iubetur extingui.

### Cap. xix.

Quod aũt illa gens in qua nati ſunt filij iſrael nõ penitus extin gui· ſ3 tantummodo deſeri eius terra precipit̕. he vero ſeptẽ vſqȝ ad iter netionẽ iubẽtur extingui· hec rõ eſt· q̄ q̃ȝ tũlibet ardore ſpũs ſuccẽſi heremũ fuerimus ingreſſi· in ciuitate ac miniſte rio caſtrimargie· et quodãmodo quoti diano eius cõmertio neq̃qȝ carere pote rimus. Semp enĩ in nobis edulij ⁊ eſca rũ vt ingenitus ac naturalis viuit affe ctus· licet amputare ſuperfluos eius ap petitus ac deſideria feſtinemus· q̄ ſicut per oĩa deleri nõ poſſunt· ita debent q̄ dam declinatione vitari. De hac enĩ di cit̕· Et carnis curã ne feceritis in deſide rijs. Dum huius ergo cure quã precipi mur non per oĩa abſcidere· ſed abſqȝ deſiderijs exhibere retinemus affectum· euidenter egypti dñatiõnẽ non extingui mus· ſ3 ab ipa quadã diſcretiõe ſepara mur· nõ de ſupfluis ſeu lautioribus epul̕ cogitãtes· ſ3 ſm apoſtolũ· victu quotidi

ano indumentoqȝ ꝯtenti. Quod figuralit̕
etiã in lege mãdatur Nõ abbominaberis
egyptiũ· quia fuiſti incola ĩ terra eius. Ne
ceſſari⁹ eſt victus corpori· nõ ſine vl'ipi⁹
pernicie vel aĩe ſcelere denegatur· Illarum
vero ſeptẽ ꝑturbationũ velut omnimo-
dis noxiarũ· de receſſibus aĩe noſtre peni-
tus exterminãdi ſunt motus. De his eĩ
ita dicit̕. Oĩs amaritudo ira ⁊ indignatio· ⁊ clamor ⁊ blaſſemia· tollat̕ a vobis
cũ oĩ malicia. Et iterũ. Fornicatio au
tẽ ⁊ oĩs imũdicia ⁊ auaritia nec noĩet̕
in vobis· aut turpitudo· aut ſtultiloq̇ũ·
aut ſcurrilitas. Poſſumus ergo horuȝ
q̄ nature ſupinducta ſunt radices abſ-
cidere viciorum· vſum vero caſtrimargie ne-
quaq̃ȝ valebimus amputare. Nõ eniȝ
poſſumus q̃ntũlibet ꝓfecerimus· id non
eſſe quod naſcimur. Quod ita eẽ tã nr̃a q̇ ſu
mus exigui· q̃ȝ oĩm perfectorum vita ⁊ con
uerſatiõe mõſtratur· q̇ cum reliquarum
paſſionũ reciderit ſtimulos· atȝ heremũ
toto mẽtis feruore ⁊ corporis expetãt nu
ditate· nihilominus quotidiani victus
ꝓuidentia ⁊ annui panis ꝑparatiõe ne-
queunt liberari.

## De natura Caſtrimargie ad ſimilitudinẽ aquile comparãde.

### Cap. xx.

Cuius paſſionis figura qua ne ceſſe ẽ q̃ȝuis ſpiritalẽ ſummũqȝ monachuȝ coartari· ꝓprie ſatis aq̇le ſimilitudĩe deſignat̕. Que cũ excel ſiſſimo volatu vltra nubiũ fuerit altitu dinẽ ſublimata· ſeſeqȝ ab oculis cũctorum mortaliũ· ac a facie terre totius abſcõde rit· rurſus ad valliũ ima ſubmitti· et ad terrena deſcendere· ac morticinis cada ueribus implicari vẽtris neceſſitate cõpel litur· Quibus manifeſtiſſime cõprobatur caſtrimargie ſpiritũ neq̃qȝ poſſe vt cete ra vitia reſecari· vel ꝑ oĩa ſimiliter exti gui· ſ3 aculeos eius ac ſuperfluos appeti tus virtute animi retũdi tm̃ atqȝ cohiberi

## De perſeuerãtia Caſtrimargie aduerſus philoſophos diſputata.

### Cap. xxi.

n Am huius vitij naturā quidā
ſenū cū philoſophis diſputās
qui eum ꝑ ſimplicitate chriſtia
na velut ruſticū crederēt fatigandū· ſub
hoc ꝓblematis figurās colore elegāter
expreſſit· Multis inq̄t creditoribꝰ pr̄ me
us me dereliquit obnoxiuꝫ.ceteris ad in
tegrū ſoluēs·ab om̄i cōuentiōis eoꝝ mo
leſtia liberatus ſum· vni ſatiſfacere quo·
tidie ſoluendo nō poſſum. CunctꝪ illi ig
norātes vim ꝓpoſite queſtionis abſolu·
tionē eius precario poſtularēt· mulꝗ ait
vitijs fui naturali cōditiōe ꝯſtrictꝰ. ſed
inſpirāte dn̄o deſideriū libertatis· cūctꝗ
illis tanq̄ꝫ moleſtiſſimis creditoribus re
nūcians huic mūdo· ⁊ omnē ſbam q̄ mi
hi ſucceſſiōe patris obuenerat a me pa·
riter abijciēs ſatiſfeci·atqꝫ ab eis ſū om
nimodis abſolutus·caſtrimargie ꝟo ſti
mulis nullo modo carere preualui Nec
enī q̄ꝫuis eā in paruū modū viliſſimā qꝫ
redigerem q̄ꝫtitatē vim quotidiane cō·
pulſionis euado·ſ necesse eſt me perpetu
is eius cōuentionibꝰ perurgeri·et īter mi
nabilē quandā ſolutioneꝫ iugi functiōe
depēdere·atqꝫ inexplebile indictionibus
eius inferre vectigal Tum illi hūc quem
velut ideotā ac ruſticū ante deſpexerant
ꝓnūciauerūt primas philoſophię ꝑtes·
id eſt·ethicā diſciplinā apprimę cōpre·
hendiſſe·mirati admodū potuiſſe eū na·
turaliter aſſequi·ꝙ nulla ei ſecularis eru
ditio ꝯtuliſſet·cum ipi ſudore multo lō·
gaqꝫ doctrina hec attingere nequiuiſſēt·
Hec ſpāliter de caſtrimargia dixiſſe ſuf
ficiat· Nunc reuertamur ad diſputatio
nē quā de generali vicioꝝ cognitione ce
peramus exponere.

## Cur abrae predixerit deus de·cē gentes expugnādas a popu·lo iſrael. Cap.xxij.

c Um ad abrahā dn̄s de futuriſ
loqueretꝰ q̄ꝺ vos minime requi
ſiſtis·nō ſeptē gentes legitꝰ di·
numeraſſe ſ decē·quarū terra ſemini eiꝰ
danda ꝓmittitꝰ. Qui numerus adiecta
idolatria atqꝫ blaſſemia euidentꝰ imple
tur·q̄bus ante notitiā dei et gratiaꝫ ba
ptiſmi vel impia gentiliuꝫ vel blaſſema
iudeoꝝ multitudo ſubiecta ē. donec in ī
tellectuali egypto cōmoratꝰ· Si aūt ab·
renuncians quis ⁊ egreſſus inde per dei
gratiā deuicta pariter caſtrimargia ad
heremū peruenerit ſpiritalem· de impug
natiōe triū gentiū liberatus ꝯtra ſeptem
tantuꝫ quę per moyſen dinumeranꝰ bel·
la ſuſcipiet.

## Quō vtile nobis ſit vicioꝝ ter·ras poſſidere. Cap.xxiij.

Uod vero iſtarū pernicioſarū
gentiū regiones ſalubriter poſ·
ſidere precipimur· ita intelligitꝰ
Habēt vnūquodqꝫ viciuꝫ in corde nr̄o
ꝓpriā ſtationē·quā ſibi vendicās in aīę
noſtre receſſu exterminat iſraelem·id eſt·
contemplationē rerū ſummarū atqꝫ ſan
ctarū·eiſqꝫ ſemper aduerſari nō deſinit.
Nō eñi poſſunt ꝟtutes cū vicijs paritꝰ
cōmorari. Que enī participatio iuſticię
cuꝫ iniquitate. aut q̄ ſocietas luci ad te
nebras: Sed cū ab iſraele ꝓplō·id eſt. vir
tutibus contra ſe dimicantibꝰ fuerīt vi·
cia ſuperata·locuꝫ quē ſibi in corde nr̄o
concupiſcentie vel fornicationis ſpiritꝰ
retentabat· deinceps caſtitas obtinebit:
quē furor ceperat·patientia vendicabit
quē triſtitia mortem operans occupaue
rat· ſalutaris et plena gaudio letitia poſ
ſidebit·quē accidia vaſtabat· incipiet ex
colere fortitudo · quē ſuperbia conculca
bat· humilitas honeſtabit. et ita ſingulꝰ
vicijs expulſis·eoꝝ loca. id eſt· affectus
virtutes contrarię poſſidebunt. Quę fi·
lij iſraelꝰ·id eſt·aīę videntis deū·non im·
merito nūcupātur · q̇ cuꝫ vniuerſas cor
dis expulerint paſſiones·nō taꝫ alienas
poſſeſſiones peruaſiſſe q̄ꝫ ꝓprias recupe
raſſe credendi ſunt.

## Q terre de quibus expulſi ſunt populi chananeoꝝ ſemini ſem fuerint deputate. Cap.xxiiij.

Eni quantuꝫ docet vetus tra·
ditio·has eaſdem terras chana
neorū in quas itroducūtur filij
iſrael·filij ſem fuerūt quondaꝫ in orbis
diuiſione ſortiti ·quas deinceps per viꝫ
atqꝫ potentiā poſteritas cham ꝑuaſiōis
iniq̄tate poſſedit. In q̄ et dei iudiciū re·
ctiſſimū cōprobatur·qui ⁊ illos de locis
alienis q̄ male occupauerant expulit· et
iſtis antiquā patrū poſſeſſionē·q̄ proſa·
pie eorū in diuiſione orbis fuerat depu·
tata reſtituit. Que figura in nobis q̄qꝫ
ſtare certiſſima ratiōe cognoſcitꝰ. Nam
volūtas dn̄i poſſeſſionē cordis noſtri nō
vicijs ſ ꝟtutibꝰ naturaliter deputauit.
Que poſt preuaricationē ade inſoleſcen
tibꝰ vicijs·i·ꝓplis chananeis·a ꝓpria re·
gione depulſe·cū ei rurſum per dei ḡtiā
diligētia nr̄a ac labore fuerint reſtitute·n̄
tam alienas occupaſſe terras q̄ꝫ ꝓprias
credende ſunt recepiſſe.



## Teſtimonia diuerſa ſuper ſignificatione octo vicioꝝ. Ca.xxv.

E his octo vicijs et in euange
lio ita ſignificatur. Cum auteꝫ
immūdus ſpiritus exierit ab ho
mine· ambulat per loca arida ·querēs re
quiē ⁊ nō inuenit. Tūc dicit. Reuertar ī
domū meā vnde exiui. Et veniens inue
nit vacantē·ſcopis mundatā ⁊ ornataꝫ
Tūc vadit ⁊ aſſumit alios ſeptem neq̇o
res ſe ſpiritus· ⁊ intrantes habitāt ibi· ⁊
fiunt nouiſſima hominis illius peiora ꝓ̇
oribꝰ. Ecce vt ibi ſeptē gētes legimꝰ exce
pta egyptiorū· de q̄ egreſſi fuerāt filij iſ·
rael. ita ⁊ hic ſeptē reuerti ſpūs dicuntur
immūdi·excepto eo q̇ ab homīe ꝑ̇us nar
ratur egreſſus. De hoc ſeptenario fomi
te viciorū ſalomon quoqꝫ in prouerbijs
ita deſcribit· Si te rogauerit inimicꝰ vo
ce magna·ne conſenſeris ei·ſeptē enī neq̇
tie ſunt in aīa eius·id eſt·ſi ſuperatus ca
ſtrimargię ſpūs ceperit tibi ſua hūiliati·
one blandiri·rogās quodāmodo vt ali
q̇d relaxās a cepto feruore impertias ei·
q̄ꝺ cōtinentie modū ⁊ menſurā iuſte diſ
cretionis excedat·ne reſoluaris eiꝰ ſubie
ctione·nec arridente impugnationis ſe
curitate·qua videris paulisper a carna
libus incentiuis factus quietior·ad ꝓ̇ſti
nā remiſſionē vel preteritas gule concu
piſcētias reuertaris. Per ſ enī dicꝰ ſpūs
ille quē viceras. Reuertar in domū meā
vnde exiui. Et procedentes ex eo ꝯfeſtim
ſeptem ſpiritus vicioꝝ erūt tibi acriores
quā illa paſſio q̄ ī ꝓ̇mordijs fuerat ſupe
rata· q̇ te mox ad deteriora ꝯtrahēt ḡnā
peccatorum.

## Q de victa paſſione gule impē·dendus ſit labor ad virtutes ce·teras obtinendas. Cap.xxvi.

Ua propter ieiunijs et continē
tie incūbentibus nobis·feſtinā
dum eſt vt gule paſſione ſupe
rata·protinus aīam noſtram vacuā eſſe
a neceſſarijs virtutibus non ſinamus·ſ
eis vniuerſos receſſus cordis noſtri ſtu
dioſius occupemus·ne reuerſus concu
piſcētie ſpiritus·inanes nos ab ipis va
canteſqꝫ reperiat·et non ſibi iam ſoli adi
tum parare contentus introducat ſecuꝫ
in animam noſtram ſeptenarium hunc
fomitem viciorum· ⁊ faciat noſtra nouiſ
ſima peiora prioribus. Turpior enī erit
poſt hec ⁊ immūdior anima·ac ſupplicio
grauiore plectetur·quę ſe renūciaſſe hu·
ic ſeculo gloriatur·dominātibus ſibi oc
to vicijs·quā fuerat q̄ndā ī ſeculo ꝯſtitu
ta. cum nec diſciplinaꝫ monachi fuiſſet
profeſſa nec nomen. Nam et nequiores
hi ſeptem ſpiritus illo priore qui egreſ·
ſus fuerat·idcirco dicūtur·quia deſide·
rium gulę·id eſt caſtrimargia per ſeſe nō
eſſet noxia · niſi intromitteret grauio·
res alias paſſiones·id eſt· fornicationis
filargirię·irę. triſtitię ſiue ſupbię· q̄ ꝑ ſe
met noxia aīę ac ꝑ̄ſe pto ua eē nō dubiū ē.
Et idcirco perfectionis puritatē numq̄ꝫ
poterit obtinere·quiſquis eam de hac ſo
la continentia·id eſt ieiunio corꝑali ſpe·
rauerit acq̇rendaꝫ·niſi nouerit ob id ſe
hanc exercere debere·vt humiliata carne
ieiunijs facilius poſſit aduerſus alia vi·
cia inire certamen·nō inſoleſcente carne

ſaturitatis ingluuię.

## Q nō idem ordo preliorū ſit q̄ ponitur in cathalogo viciorū. Cap̄.xxvij.

Ciendum tamen nō eundē eē in omnibus ordinē preliorum. qꝛ ſicut diximus nō vnomodo impugnamur oēs et oportet vnūquēq nostrū ſm qualitatē belli quo principaliter infeſtatur concertationū luctamen arripere ita vt aliū neceſſe ſit aduerſus vicium qd̄ tertiū ponitur primū exercere cōflictum aliū contra quartū ſeu quītū et ita prout ipa vicia in nobis obtinent principatum vtq impugnatiōis exigit modus nos quoq oportet ordinem inſtituere preliorū ſm quē prouentus q̄ victorie triūphiq ſuccedens faciet nos ad puritatem cordis ⁊ perfectionis plenitudinē peruenire. Hucuſq abbas ſerapion de natura octo principaliū viciorum nobis diſſerens latentiū in corde noſtro paſſionum genera quarū cauſas atq affinitates cum ab ipis quotidie vaſtaremur nec cognoſcere poteramus ita lucide reſerauit vt eas quodāmodo ante oculos poſitas intueri nobis velut in ſpeculo videremur.

## Explicit collatio abbatis ſerapionis. Incipiunt capitula collationis theodori de nece ſanctorum. Cap̄.i.

Eſcriptio heremi et inquiſitio de nece ſanctorum.
ij Reſponſio abbatis theodori ad ꝓpoſitam queſtionem.
iij De tribus q̄ in hoc mūdo ſunt i. bonis ⁊ malis ⁊ medijs.
iiij Q̄d malum nulli inuito ab alio poſſit inferri.
v Obiectio queadmodum ipe deus dicatur creare mala.
vi Reſponſio ſuper interrogatione ꝓpoſita.
vij Interrogatio an reus ſit qui iuſto intulit mortem cum iuſtus habeat de morte mercedem.
viij Rn̄ſio ad precedentē interrogationem.
ix Exemplum beati iob a diabolo temptati ⁊ dn̄i a iuda traditi et q iuſto tam pſpera q̄ aduerſa pficiant ad ſalutem.
x De virtute viri perfecti qui ambidexter figuraliter nuncupatur.
xi De duplici genere temptationū que triplici modo inferūtur.
xij Q̄ vir iuſtus nō cere ſed adamātino ſignatorio debeat eſſe conſimilis.
xiij Interrogatio ſi poſſit mens iugiter in vna atq eadem qualitate durare.
xiiij Rn̄ſio ad interrogātis ꝓpoſitiōē
xv Q̄d detrimentum ſit diſcedētis e cella.
xvi De mutabilitate etiā ſupernarū celeſtium q virtutū.
xvij Q̄d nemo ruina ſubitanea collabatur

## Expliciūt capitula. Incipit collatio theodori abbatis de nece ſanctorum. Cap̄.i.

In paleſtinę partibus iuxta tecuę vicū q̄ amos ꝓphetā meruit procreare ſolitudo vaſtiſſima ē vſq arabiā ac mare mortuū q̄ ingreſſa deficiunt fluēta iordanis et alphei ſui faciūt finem et cineres ſodomorum ampliſſima extenſione porrecta. In hac ſūme vitę ac ſanctitatis viri monachi diutiſſime cōmorantes repēte ſunt a diſcurrentibus ſaracenorū latrunculis interempti. Quorum corpora licet ſciremus tam a pontificibus regionis illius q̄ ab vniuerſa plebe arabū tanta veneratione prerepta et inter reliquias martirum cōdita vt innumeri ꝓpli e duobus opidis concurrētes grauiſſimū ſibi certamen indixerint et vſq ad gladiorum conflictum pro



ſancta rapina ſit eorum progreſſa cōtentio dum pia inter ſe deuotione decertāt qui nā iuſtius eorum ſepulturam ac reliquias poſſiderent alijs ſcilicet de vicinia cōmorationis ipſorum alijs de originis propinquitate gloriantibus nos tamen vel noſtrorum vel quorundam nō mediocriter ex hac parte ſcādalizantiū fratrū offenſione permoti inquirētesq cur tanti meriti ac tantarū virtutū viri ita ſint a latrunculis interfecti tantūq dn̄s paſſus fuerit erga ſuos famulos facinus perpetrari vt viros cunctis mirabiles in manus traderet impiorū meſti ad ſanctū theodorū ſingularem in cōuerſatione actuali perreximus virum. Hic namq morabatur in cellis qui locus inter nitriā ac ſcithiā ſitus et a monaſterijs quidem nitrię quinq milibus diſtans octoginta miliū ſolitudine ab heremo ſcithi in qua cōmorabamur interueniente diſcernitur. Cui cū de predictorum virorum nece querimoniā fudiſſemus ammirātes tantā dei patientiā q viros ſcilicet illius meriti taliter perimi permiſiſſet vt qui alios quoq ſuę ſanctitatis pondere de huiuſmodi liberare temptatione debuerint ne ſeipſos quidē preripuerint de manibus impiorum aut cur deus admitti in ſeruos ſuos tantū facinus conſenſiſſet.

## Reſpōſio abbatis theodori ad ꝓpoſitam queſtionem. Cap̄.ij.

Eatus Theodorus reſpondit Hec q̄ſtio illorum ſolet animos permouere qui paruū fidei vel ſcientie poſſidentes merita ſanctorum vel premia q̄ nō in preſenti redduntur. ſed repoſita ſunt in futurū arbitrātur in huius tēporalis vitę breuitate reſtitui. Ceterū nos qui nō ſumus in hac vita tantū ſperantes in chriſto ne ſm apoſtolū miſerabiliores ſimus omnibus hominibus quia ſcilicet in hoc mūdo nihil ꝓmiſſionū recipiētes etiam in futuro eas ꝓ hac incredulitate perdamus opinionibus eorū nō debemus errare ne ignorata vere diffinitionis ſententia titubantes ac trepidi temptationibus moueamur cū eiſdem nos quoq traditos viderimus vel iniuſticiā ſcilicet vel incuriā humanarū rerum deo qd̄ dictu quoq nefas eſt aſcribentes qꝛ ſanctos viros recteq viuētes in temptatione nō protegat nec bonis ea que bōa ſunt nec mala malis retribuat in preſenti et cū illis damnari mereamur quos ſophonias ꝓpheta caſtigat qui dicūt in q̄t in cordibus ſuis nō faciet dn̄s bene ſed neq faciet male vel certe cum illis inueniamur q̄ huiuſmodi querimonijs deū blaſſemare dicuntur oīnis qui facit malum bonus eſt in conſpectu domini et tales ei placent aut certe vbi ē deus iuſticie illam quoq blaſſemiā quę in ſubſequentibus deſcribitur ſimiliter adiungentes vanus ē q̄ ſeruit deo aut qd̄ emolumētum quia cuſtodiuimus precepta eius et quia ambulauimus triſtes coram domino ergo nūc beatos dicimus arrogātes ſiquidem ditati ſunt facientes impietatem et temptauerunt deū et ſalui facti ſunt. Q̄obrem vt hanc ignorationē quę prauiſſimi huius erroris radix et cā eſt poſſimus euadere primū noſſe debemus quid vere ſit bonū quid malum et ita demū ſuper his nō falſam vulgi ſed verā ſcripturarum diffinitionē tenētes minime infideliū hominū decipiemur errore.

## De tribus que in hoc mūdo ſūt id eſt bonis et malis et medijs. Cap̄.iij.

Ria ſunt enī quę in hoc mūdo ſunt id eſt bonū. malū. mediū. Debemus itaq noſſe q̄d proprie bonū quid malum quid ve ſit mediū vt noſtra fides vera ſcientia communita in cunctis temptationibus incōcuſſa perduret. Nihil igitur in rebus dumtaxat humanis principale bonum eē credendū eſt niſi virtus animi ſola quę ſide ſincera nos ad diuina perducens illi immutabili bono facit iugiter inherere Et ecōtrario nihil malū eē dicēdū eſt niſi peccatū ſolum qd̄ a bono deo nos ſeparans

malo facit diabolo copłari. Media ſūt
quę in vtramqꝫ partem ꝓ affectu ⁊ arbi
trio vtentis diriuari poſſunt· vtputa di
uitie. poteſtas· honoꝛ· robur coꝛpis· ſani,
tas· pulchritudo· vita ipā vł moꝛs· pau
pertas· infirmitas carnis· iniurię· et cete
ra his ſimilia· quę ꝓ qualitate ⁊ affectu
vtentis· vel ad bonā poſſunt partē pꝛofi
cere vel ad malā. Nam ⁊ diuitie pꝛofici
unt frequēter ad bonū ſm̄ apoſtolū· qui
diuitibꝫ huius mundi pꝛecipit vt facile
tribuāt· cōmunicēt indigētibꝫ· theſauri
zent ſibi fundamentū bonū in futurū· vt
per has appꝛehendāt verā vitā. Et ſm̄
euāgeliū bone ſunt illis qui faciunt ſibi
amicos de iniquo māmona. Quę rur,
ſum retoꝛquentur ad malum· cū ad recō
dendū tantūmodo vel ad luxuriā cōge,
rūtur· et nō ad vſus indigentiū diſpen,
ſantur. Poteſtas quoqꝫ ⁊ honoꝛ· coꝛpo
riſqꝫ robur ac ſanitas· q̄ꝫ ſint media et
vtrobiqꝫ cōueniētia· etiā ex hoc facile cō,
pꝛobatur· ꝙ multi ſanctoꝝ ī veteri teſta,
mento potiti his omnibus· ⁊ in ſummis
diuitijs ⁊ culmine dignitatū ac foꝛtitu,
dine coꝛpoꝛł conſtituti· deo quoqꝫ acce,
ptiſſimi fuiſſe noſcūtur. Et e diuerſo qui
his male abuſi ſunt· et ea ad miniſteriū
ſuę neq̄tię detoꝛſerūt· non immerito vel
puniti ſunt vel extincti· qꝺ frequenter re
gnoꝝ lib̄ indicat factū. De ipā etiā moꝛ
te ac vita quia medie ſint· vel ſancti Jo,
hannis vel iude natiuitas pꝛoteſtatur.
Unius namqꝫ intm̄ ſibimet vita ꝓfuit·
vt alijs quoqꝫ gaudiū oꝛtus eius contu
liſſe dicatur· ſm̄ illud. Et multi ſup̄ eius
natiuitate gaudebūt. De alterius ꝟo di
cit̄ vita· Bonū erat ei: ſi natꝰ nō fuiſſet
homo ille. De moꝛte etiā Johānis om,
niūqꝫ ſanctoꝝ dicitur. Precioſa ē in cō
ſpectu dn̄i moꝛs ſanctoꝝ eius. De inde
aūt ac ſimiliū· Moꝛs peccatoꝝ peſſima·
Jnfirmitas etiā carnis interdum q̄ꝫ ſit
cōmoda Lazari illius paupis vlceroſi
beatitudo demōſtrat. Cuius cum nulla
alia virtutum merita ſcriptura comme
moꝛet· pꝛo hoc ſolo ꝙ egeſtatem ⁊ infirmi
tatem coꝛpoꝛis patientiſſime tolerauit· ſi
nus abꝛahe poſſidere beatiſſima ſoꝛte ꝑ,
meruit. Egeſtas quoqꝫ ac perſecutiōes
⁊ iniurię quę mala eſſe totius vulgi opi
nione cenſentur· q̄ꝫ ſint vtiles ac neceſ,
ſarie· etiam ex hoc liquido cōpꝛobatur·
ꝙ ſancti viri non ſolum eas nunq̄ꝫ vita
re voluerunt· verumetiam in virtute ſū,
ma· vel appetentes· vel foꝛtiter tolerantes
amici dei effecti· ęterne vitę ſunt ſtipen,
dia conſecuti· beato apoſtolo concinēte
Propter quod placeo mihi in infirmi,
tatibus· in contumelijs· in neceſſitatibꝫ·
in perſecutionibus· in āguſtijs pꝛo chri,
ſto· Cum eniꝫ infirmoꝛ tūc potens ſum·
quia ꝟtus in infirmitate perficitur. Et
idcirco illi qui ſummis huius ſeculi di,
uitijs ⁊ honoꝛibus ac poteſtatibus extol
luntur· non ex his pꝛincipale bonum ob
tinuiſſe credendi ſunt· qꝺ in ſolis eſſe vir
tutibus definitur· ſed medium quiddā
qꝛ ſic iuſtis recte ac neceſſarie vtentibus
vtilia hec eſſe repeniūtur ⁊ cōmoda· occa
ſionem namqꝫ operis boni fructuſqꝫ
in illius vitę ęternitate parturiunt· ita il
lis qui male opibus abutuntur inutiles
ſunt atqꝫ incōmode· ⁊ occaſioneꝫ pecca
ti moꝛtiſqꝫ concinant.

**Q**̄ malum nulli inuito ab alio poſſit inferri. Cap. iiij.

As itaqꝫ diuiſiones fixas atqꝫ
immobiles retinētes· ſcienteſqꝫ
nihil eſſe bonum niſi virtutem
ſolā· quę ex timoꝛe dei ac dilectiōe deſcē
dit· nec malum quicq̄ꝫ eſſe niſi peccatum
ſolum et ſeparationem a deo. diligenter
nunc diſcutiamus· vtrum deus vnq̄ꝫ
ſanctis ſuis· aut per ſe· aut per aliū quē,
piam inferri permiſerit malum· quod
ſine dubio nuſq̄ꝫ omnino reperies. Nec
enī potuit aliquādo cuiq̄ꝫ nolenti ac re,
ſiſtenti maluꝫ peccati alter inferre· niſi il
li ſoli qui illud in ſeſe coꝛdis ignauia et
coꝛrupta volūtate ſuſcepit. Deniqꝫ cū
btō iob diabolꝰ adhibitꝫ vniūſis neq̄tie
ſuę machinis maluꝫ ſ peccati voluiſſet
inferre· ac nō ſolum cunctis eū facultati
bus ſpoliaſſet· verū etiā poſt illū de moꝛ,
te ſeptem filioꝝ tam atrocē tamqꝫ inſpe,
ratū oꝛbitatis doloꝛē· vulnere eum peſſi
mo a capitis vertice vſqꝫ ad plantā pe,
dum· ⁊ itolerādis cruciatibꝫ oneraſſet·
neq̄qꝫ ei peccati maculā quiuit inflige,
re· qꝛ in cūctis īmobilis perſeuerās· nul,
lū blaſſemie accōmodauit aſſenſum.

**Obiectio queādmodū ipſe deus dicatur creare mala. Cap. v.**

**Ermanus.** Frequenter legi,
mus in ſcripturis ſanctis deū
creaſſe mala· vel hominibꝫ intu
liſſe· vt eſt illud· Qm̄ abſqꝫ me nō eſt de
us· ego dn̄s ⁊ nō eſt alter· foꝛmās lucem
et creās tenebꝛas· faciēs pacē ⁊ creās ma
la. Et iterū Si ē malicia ī ciuitate quā
dn̄s ñ fec. **Reſpōſio ſuper īterrogatione ꝑpoſita. Cap. vi.**

**Theodoꝛus.** Nōnunq̄ꝫ ſo,
let ſcriptura dīna abuſiue ma,
la pꝛo afflictionibꝫ ponere· non
quia per naturā ꝓpꝛie mala ſint· ſ ſm̄ ſ
ꝙ ab his ſentiātur mala quibꝫ vtilit̄ in,
ferūtur. Hominibꝫ etenī diſputās dīui
na cenſura· neceſſe eſt vt humanis ꝟbis
et affectionibꝫ eloquatur. Eteniꝫ ſectio
vel vſtio ſalutaris quę illis qui vlceruꝫ
contagione putrefacti ſunt pie infertur
a medico· mala a tolerantibꝫ credit̄· nec
iniquo carcer· nec eq̄ calcar· nec emēda
tio ſuauis eſt delinquēti. Omnes etiam
diſciplinę his q̄ erudiūtur amare ſentiū
tur ad pn̄s· ſicut apl̄s dicit. Omīs aūt
diſciplina ī pn̄ti nō videt̄ eſſe gaudij ſ
meroꝛꝭ· poſtea āt fructū pacatiſſimū his
qui per ſe exercitati ſunt reddet iuſticie.
Et quē diligit dn̄s coꝛripit· flagellat āt
omnē filiū quē recipit. Quis eī eſt filius
quē nō coꝛripit pater. Jtaqꝫ mala non
nūq̄ꝫ poni pꝛo afflictionibus ſolent· ſm̄
illꝺ. Et penituit deū ſuper maliciā quā
locutꝰ eſt vt faceret eis ⁊ nō fecit. Et ite,
rū. Quia tu dn̄e miſericoꝛs ⁊ miſeratoꝛ:
patiēs ⁊ multū miſericoꝛs ⁊ penitens in
malicijs· id eſt ſuper tribulationibus et
erūnis quę nobis pꝛo peccatoꝝ noſtro,
rū meritis inferre cōpelleris. Quas ſci,
ens vtiles eſſe nōnullis· ita alius ꝓphe,
ta vtiqꝫ nō inuidens ſaluti eoꝝ ſ cōſu,
lens impꝛecatur. Adde illis mala domi,
ne· adde mala gloꝛioſis terrę. Et ipē do,
minus. Ecce inquit inducam ſuper eos
mala· id eſt doloꝛes ac vaſtitates· q̇bus
in pꝛeſenti ſalubꝛit̄ caſtigati ad me quē
in rebus pꝛoſperis contempſerūt· reuer,
ti tandem ac feſtinare cogātur. Jdeoqꝫ
hec pꝛincipalia eſſe mala nō poſſumus
definire· multis enī ad bonū pꝛoficiunt
et cauſas ęternoꝛum pariūt gaudioꝛum
Et idcirco vt ad queſtionem pꝛopoſitā
recurramus· vniuerſa quę putantur ma
la nobis ab inimicis vel a quibuſcunqꝫ
alijs irrogari· nō ſūt credenda mala eē ſ
media. Non enī talia inuenientur qua,
lia putat eſſe ille qui intulit animo furi,
bundo· ſ qualia ſenſerit ille qui ſuſtinet
Jdeoqꝫ cum illata fuerit moꝛs viro ſan
cto non ei malum illatum eſſe credendū
eſt· ſed medium quiddā. Qꝺ cū pecca,
toꝛi maluꝫ ſit· iuſto requies ⁊ abſolutio
ſit maloꝝ. Moꝛs enī viro iuſto reqes·
cuiꝰ vita abſcōdita ē. Et iō nec vir iuſtꝰ
ex hac aliqꝺ ꝑpetit̄ detrimētū q̇ nihil ꝑ,
tulit noui· ſ id qꝺ ei acceſſurū fuerat ne,
ceſſitate nature· inimici neq̇tia non ſine
ꝑmio vitę ꝑēnis excepit· ac debitū moꝛ
tis hūane qꝺ inexcuſabili lege reddēdū
eſt· cū fructu vberrimo paſſionis· ac ma
gne remuneratiōis mercede perſoluit.

**Interrogatio an reus ſit qui iniuſto intulit moꝛtē cū iuſtus habeat de moꝛte mercedē. Cap. vij.**

**Ermanus.** Ergo ſi iterēptꝰ
iuſtꝰ nō ſolū nihil mali ꝑpeſſuſ
eſt· ſ etiā mercedē paſſiōis aſſe
q̇tur· quō in reatū vocabit̄ q̇ nō nocu,
it moꝛtē inferēdo ſ pꝛofuit.

**Reſpōſio ad pꝛecedenteꝫ interrogationē. Ca. viij.**

**Theodoꝛus.** Nos de ꝓpꝛie,
tate boni maliqꝫ vł eiꝰ qꝺ dixiꝰ
eē mediū diſputamꝰ· nō de affectu coꝛū

qui iſta cōmittūt. Nec enī qs impiꝰ vel
iniquus idcirco impunitus erit·qꝛ mali
cia ſua iuſto nocere nō potuit. Toleran
tia enī ⁊ ꝟtus iuſti nō illi qui mortē vel
ſupplicia intulit·ſed illi proficit ad mer-
cedē qui illata ſibi patiēter excepit. Ide-
oqꝫ ⁊ hic merito punietur ꝓ crudelitatꝭ
ſue vicio qua malū voluit inferre·et ille
nihilominus nihil mali perpeſſus eſt·qꝛ
virtute animi ſui patiēter tēptationes
doloreſqꝫ ſuſtētans·ea ꝗ malo ꝓpoſito il
lata ſunt ad profectū melioris ſtatus·et
eterne vite fecit beatitudinem peruenire
vel pertinere.

## Exēplū beati iob a diabolo tē-ptati· et dn̄i a iuda traditi ⁊ ꝙ iuſto tā ꝓſpera ꝗ̄ aduerſa ꝓfi-ciāt ad ſalutē. Cap̄.ix.

Eqꝫ enī patiētia iob mercedē
diabolo qꝛ eū illuſtriorē ſuis tē
ptationibꝫ reddidit· ſꝫ illi ipi ꝗ
eas virilitꝰ pertulit acquiſiuit·nec iudas
eterni ſupplicij īmunitate donabitur·qꝛ
ꝓditio eius ad ſalutē generis ꝓfecit hu-
mani. Non enī ꝓuentus ꝯſiderādus eſt
opis ſꝫ operātis affectus. Quapropter hec
debet in nobis diffinitio īmobiliter cu-
ſtodiri·ꝙ nulli malū ab alio poſſit infer
ri·niſi qui illꝺ ignauia ſui cordis ac pu-
ſillanimitate ꝯtraxerit·hāc eandē ſentē
tiā beato apoſtolo vno verſiculo confir-
māte. Scimus aūt qm̄ diligentibꝫ deū
oīa cooperātur ad bonū. Dicēs enī oīa
cooperātur ad bonū· vniuerſa nō ſolū
ꝗ proſpera·verūetiā ꝗ putātur aduerſa
pariter cōprehendit. Per ꝗ et in alio lo
co idem apl̄us ſe tranſiſſe deſcribit·cum
dicit. Per arma iuſticie ꝗ a dextris ſunt
⁊ a ſiniſtris·id eſt per gloriā ⁊ ignobilita
tē· per infamiā ⁊ bonā famā· vt ſeducto
res ⁊ veraces· vt triſtes·ſemper aūt gau
dentes· vt egentes·multos aūt locupletā
tes ⁊ cetera. Omnia ergo ꝗ ꝓſpera repu
tantur ⁊ dextre dicūtur partis· ꝗ ſanctꝰ
apl̄us glorie ⁊ bone fame vocabulo de-
ſignauit·illa etiā ꝗ exiſtimātur aduerſa
ꝗ per ignobilitatē ⁊ infamiā euidentꝰ ex
preſſit·ꝗqꝫ a ſiniſtris eſſe deſcribit·effici
untur viro perfecto arma iuſticie ſi illa-
ta ſibi magnanimiter ſuſtētauerit· ꝙ vi
delicet per hec dimicās ⁊ in iſtis ipis qui
bus impugnari putatur aduerſis tāqꝫ
armis vtendo eiſqꝫ velut arcu ⁊ gladio
ſcutoqꝫ validiſſimo cōtra illos qui hec ī
gerūt cōmunitus·ꝓfectū ſue patiētie ac
virtutis acquirat· glorioſiſſimū conſtā
tie triūphū ex ipis ꝗ letaliter inferuntur
capiens hoſtiū telis·nec ꝓſperis dumta
xat elatus·nec deiectus aduerſis·ſꝫ itine-
re plano ac via regia ſemꝑ incedens· ab
illo trāquillitatis ſtatu nequaqꝫ leticia
ſuperueniēte quaſi in dextrā motus·nec
ingruentibus aduerſis triſticiaqꝫ domi
nāte velut ad leuam rurſus impulſus.
Pax enī multa diligentibꝫ nomē tuū
et nō eſt illis ſcandalū. De illis vero qui
per ſingulos incurrentes caſus ꝓ eorum
qualitate ac varietate mutātur ita dicitꝰ
Stultus aūt ſicut luna mutatur. Ut enī
de perfectis ac ſapientibꝫ dicitur· diligē
tibꝫ deū oīa cooperātur ad bonū·ita ꝺ
infirmis ꝓnūciatꝰ ac ſtultis. Oīa aduer-
ſa viro inſipiēti·nec enī ꝓſperis rebꝫ ꝓfi
cit nec emendatur aduerſis. Eiuſdē nā-
qꝫ virtutis eſt triſtia fortiter tolerare cu-
ius etiam ſcꝺa moderari·⁊ eū qui ī vno
eoꝝ ſuperatur neutrū ſufferre certiſſimū
eſt. Facilius tamen quis elidi poteſt pro
ſperis ꝗ̄ aduerſis. Hec enī interdū etiā
inuitos retinent atqꝫ humiliāt·⁊ cōpū-
ctione ſaluberrima vꝉ minus peccare fa
ciunt vel emēdant·illa vero mollibꝫ mē-
tem ac pernicioſis extollentia blandimē
tis·ſecuros felicitatis ſue ꝓuentu ruina
maiore proſternunt.

## De virtute viri perfecti qui ābidexter figuraliter nūcupatur. Cap̄.x

Sti ſunt ꝗ ꝗ figuraliter in ſcri-
pturis ſanctis amfoterodexioi
id ē ābidextri nūcupātꝰ· vt ille aoth in li-
bro iudicum fuiſſe deſcribitur· ꝗ vtraqꝫ
manu vtebatur ꝓ dextera. Quā ꝟtutē
ita poterimꝰ nos quoqꝫ intellectualitꝰ
poſſidere· ſi ea ꝗ ꝓſpera ſunt dexteraqꝫ
cenſentꝰ·et ea que aduerſa ſunt ac ſini-
ſtra dicuntꝰ· bono rectoqꝫ vſu ad partē
fecerimꝰ dexterā ꝑtinere·vt ꝗcūqꝫ fue-
rint illata fiant nobꝭ ſm̄ apl̄m arma iu-
ſticie· Duabꝫ nāqꝫ partibꝫ (⁊ vt ita dix
erim manibꝫ) interiorem hoīem noſtrū
ſubſiſtere ꝑuidemus: nec ꝗſqꝫ ſanctorū
carere hac ſiniſtra quā dicimꝰ pōt·ſꝫ in
hoc ꝟtus ꝑfecta diſcernitꝰ· ſi vtrāqꝫ in
dextrā bn̄ vtendo cōuertat. Et vt ma-
nifeſtius hoc quod dicimus poſſit itel-
ligi· habet vir ſanctꝰ dexterā ſucceſſus
videlicꝫ ſpiritales·in qua tunc cōſiſtit·
qn̄ feruens ſpū deſiderijs et ꝯcupiſcen-
tijs omībꝫ dn̄atur· qn̄ ab omī diaboli-
ca impugnatiōe ſecurus abſqꝫ vllo la-
bore ac difficultate vicia carnis vel re-
ſpuit vel abſcidit· cū ſublimatꝰ a terra
vniuerſa preſentia atqꝫ terrena: velut
inanem fumū vmbrāqꝫ vacuā ꝯtēpla-
tur·et mox tranſitura contemnit cū fu-
tura ꝑ exceſſum mentis· nō ſolū arden-
tiſſime concupiſcit: verūetiā clariꝰ in-
tuetur·cū efficacius ſpiritalibꝫ paſcitur
theorijs·cum lucidius ſibi reſerari con-
ſpicit celeſtia ſacramenta: cū orationes
purius atqꝫ alacrius emittit ad dn̄m·
cū ita ſpūs ardore ſuccenſus ad ea que
īuiſibilia ſunt et eterna tota animi ala-
critate tranſmigrat· vt nequaqꝫ ſe iam
credat in carne cōſiſtere. Habet ſilitꝰ
et ſiniſtrā cum temptatōnum turbinibꝫ
implicatur: cū ad deſideria carnis incē
tiuorum eſtibꝫ inflammatꝰ·cū ad iracū-
die feruorem ꝑturbationū igne ſuccen-
ditur. cū ſuperbie ſeu cenodoxie elatōe
pulſatur·cū triſticia mortē operāte de-
ꝓmitur·cū machinis accidie et īpugna
tione ꝯcutitꝰ·cūqꝫ oī ſpiritali feruore ſꝫ
ſcto ꝗdā tepore atqꝫ irratōnabili mero
re torpeſcit: vt nō ſolū cogitatōibꝫ rectꝭ
ac feruentibꝫ deſeratur: ſed etiā pſalmꝰ
orō·lectio·remotio celle ſimꝉ horreant·⁊
ītolerabili quodā tetroqꝫ faſtidio vni-
uerſa ſordeant inſtrumēta virtutum· ꝗ
bus cū pulſatꝰ monachus ſiniſtris ꝑti-
bus ſe cognoſcat vrgeri. Quiſꝗs igitꝰ
in illꝭ que dextre partꝭ eſſe ꝓdiximꝰ mīme
fuerit ſubintrāte glia vanitatis elatus
⁊ in iſtis que ſiniſtre ꝑtis ſunt viriliter
dimicās: nulla deſperatōe ꝯciderit· ac
potius de cōtrarijs arma quedā patie
ad exercitiū ꝟtutis aſſumpſerit. vtraqꝫ
manu vtetur ꝓ dextra· ⁊ in vtroqꝫ actu
triūphator effectꝰ tam de ſiniſtro ſtatu
ꝗ̄ de dextro palmā victorie conſequetꝰ
Qualē btm̄ iob legiꝰ meruiſſe· ꝗ vtiqꝫ
ꝑ dexterā coronabatꝰ qn̄ ſeptē filioꝝ pr̄
opulentus ac diues incedens quotidia
na ꝓ eorū purificatōe ſacrificia dn̄o of
ferebat· nō tā ſibi eos ꝗ̄ deo ſuſceptos
ac familiares cupiēs exhibere qn̄ ianua
eius oī aduenienti patebat· qn̄ erat pes
claudoꝝ: et oculus cecoꝝ· qn̄ de velleri
bus ouiū eius humeri calefiebāt infir-
morum· qn̄ erat orphanoꝝ pater et vir
viduarū·qn̄ nec in corde quidē ſuo ſuꝑ
inimici ſui ruina gauiſus eſt. Idēqꝫ rur
ſus ꝑ ſiniſtrā partem ſublimiore ꝟtute
de aduerſitatibꝫ triūphabat· cū ſeptem
filijs vno orbatus momēto: non vt pa
ter acerbo luctu cōficiebatꝰ·ſed vt verus
dei famulus ſuꝑ creatoris ſui volūtate
gaudebat·cū ex locuplete pauperrimꝰ:
nudus ex diuite: ex valido tepidus: ex
inclyto et glorioſo ignobilis atqꝫ deſpe
ctus·incorruptam animi fortitudinē re
tentabat. Cū deniqꝫ omī ſubſtātia atqꝫ
opibꝫ deſtitutus ſterquilinij erat factus
habitator·⁊ velut ꝗdā corporꝭ ſui ſeue
riſſimus carnifex teſta radebat ſaniē ꝓ-
fluentem· atqꝫ ex omī parte mēbroꝝ gle
bas ꝟmium merſis in ꝓfunda vulneꝝ
digitis detrahebat. In ꝗbus cunctꝭ in
nullā deſperando ꝓlapſus eſt blaſphe-
miam·nec aduerſus creatorē ſuū in ali-
quo murmurauit·quinimo neqꝗ̄ tan-
ta temptationum mole atqꝫ acerbitate
cōterritus·ipm̄ quoqꝫ qꝺ ex oī priſtina
facultate ſuo corpori ſuꝑfuerat indumē
tum qꝺqꝫ ſolū qꝛ ipo veſtiebatꝰ· a diabo
li poterat vaſtatiōe ſaluari· reſcidens

atq; abijciens adiecit ſup illaȝ quā du
riſſimus predo intulerat ſpontaneā nu
ditatem. Comā quoq; capitis: que ſo
la de priori glorie reliquijs intacta remā
ſerat: vexatori ſuo ꝓiecit abſciſam· ⁊ am
putans etiā id qđ ſeuiēs reliquerat ini
micus· illa celeſti aduerſus eum voce tri
pudiat ⁊ inſultat. Si bona ſuſcepimꝰ
de manu domi: mala nō ſuſtinebimus:
Nudus egreſſus ſum de vtero matris
mee: nudus reuertar illuc. Dominꝰ de
dit dñs abſtulit: quō dño placuit ſic fa
ctum eſt· ſit nomen domini benedictum.
Ambidextrū merito dixerim et ioſeph·
q̇ in ꝓſperis gratioꝛ patri: religioſioꝛ fra
tribus: acceptioꝛ deo· in aduerſis cauſis
domio fidelis· carceri mitiſſimus vinctiꝝ
iniuriarū immemor· beneficus inimicis
inuidis· ⁊ q̃tum in ipis fuit interfectori
bus fratribꝫ nō ſolū pius: ſȝ etiā muni
ficus inuenit. Hi ergo eoꝝq; conſimi
les recte                .i. ambidex
tri nuncupāt· vtraq; em̄ manu vtūtur
ꝓ dextra· ⁊ inter hec que aplus dinume
rat tranſeuntes parit dicēt. Per arma
iuſticie que a dextris ſunt et a ſiniſtris. ꝑ
gloriam et ignobilitatem· ꝑ infamiaȝ et
bonam famam ⁊c. De qua dextra vel ſi
niſtra ita ſalomon ex ꝑſona ſponſe loq̇
tur in cantico canticoꝝ. Leua eius ſb ca
pite meo· ⁊ dextera eius amplexabit me
Quas licet vtraſq; vtiles eſſe ſignificet
tm̄ illam ſub capite ſuo ponit· qꝛ ſubiace
re debent aduerſe ꝑtes ꝑncipalitati coꝛ
dis. Ad hoc ſiquidem tm̄ vtiles ſunt: vt
ꝓ tempoꝛe nos exerceant ⁊ erudiāt ad ſa
lutem· ac ꝑfectos ad patientiaȝ reddant
dexterā vero ad confouendam ſe ac ꝑpe
tuo conſeruandā ſalutari amplexu ſpō
ſi ſibimet coerere: atq; inſolubiliter ei
optat innecti. Erimus igitur ambidex
tri· qñ nos quoq; rerū preſentiuȝ copia
vł inopia non mutarit· ⁊ nec illa nos ad
voluptates noxie remiſſionis impulerit
nec iſta ad deſperatōem attraxerit ⁊ que
relaȝ· ſed ſimilit deo grates in vtroq; re
ferentes parem fructum de ſcdis aduer
ſiſq; capiamus· qualem ſe ille verꝰ am
bidexter doctoꝛ gentiū fuiſſe cōſecutum
teſtatur dicens. Ego em̄ didici in quibꝫ
ſum ſufficiens eſſe· ſcio ⁊ humiliari· ſcio
et abūdare· vbiq; et in omnibus inſtitu
tus ſum· ⁊ ſaturari et eſurire: ⁊ abūdare
et penuriam pati· omnia poſſum in eo q̇
me confoꝛtat.

**De duplici genere tēptationuȝ q̄ triplici mō inferuntur. Ca. xi.**

Rgo licet dixerimꝰ bipartitam
eſſe temptatōnem· id eſt in rebꝫ
vel ꝓſperi vel aduerſis· ſciendū
eſt tm̄ omēs hoies triplici rōne temptari
Plerūq; ob ꝓbatōnem: nonnunq; ob
emendatōem· interdū ob merita delicto
rum· Et ob ꝓbatōȝ q̇dē. vt btm̄ abraā
vt iob multoſq; ſanctoꝝ: tribulatōnes
innumeras legimꝰ ꝑtuliſſe· vel illud qđ
in deuteronomio dicit ad populum per
moiſen· Et recoꝛdaberi cūcti itineri illiꝰ
ꝑ quod adduxit te dñs deus tuus q̄dra
ginta annis ꝑ deſertum: vt affligeret te
atq; temptaret et nota fierent que i tuo
animo verſabantur· vtrū cuſtodires mā
data illius an nō· ⁊ illud quod in ps· dr
ꝓbaui te apud aquam contradictōnis·
Ad iob q̊ȝ. An putas me tibi aliter locu
tum: q̃ȝ vt appareres iuſtus: Ob emēda
tōem vero cū iuſtos ſuos ꝓ paruis qui
buſdaȝ leuibuſq; peccatiꝭ· ſeu pro elatōe
ſue puritatis humilians diuerſis tem
ptatōnibus tradit: vt omnem ſoꝛdē co
gitatōnum· ⁊ vt verbis ꝓphete dicaȝ: ſco
riam quā in occultis eoꝝ ꝑuidet eſſe cō
cretā excoquēs in p̄ſenti: velut auꝝ pu
rum futuro trāſmittat examini· nihil in
eis reſidere ꝑmittēs qđ ſcrutās· poſt hec
iudicij ignis penali cruciatu expurgatu
rus inueniat· ſm illud· multe tribulatō
nes iuſtoꝝ· ⁊ fili· noli negligere diſcipli
nam dñi: neq; fatigeri dū ab eo increpa
ris· queȝ em̄ diligit dñs coꝛripit· flagel
lat aūt omnē filiū quē recipit· q̇s eni eſt
filiꝰ queȝ nō coꝛripit pr̄: Qꝛ ſi ex̄ diſcipli
nam eſtis cuiꝰ participes facti ſunt oēs·
ergo adulterini ⁊ nō filij eſtis· ⁊ in apoc·



ego q̊s amo arguo ⁊ caſtigo Ad q̊s etiā
ſb figura hierl'm ex ꝑſōa dei ꝑ hieremiā
ſmo dirigit· Faciā eni ꝯſūmationē in
oibꝫ gentibꝫ in quibꝫ diſꝑſi te· te aūt nō
faciā in ꝯſūmationē: ſed caſtigabo te in
iudicō: vt nō tibi videari innoxꝰ. Pro
qua ſalutari emendatōe oꝛat dauid di
cens. Pꝛoba me dñe ⁊ tēpta me: vre re
nes meos ⁊ coꝛ meū. yſaias q̊ȝ vtilitatē
huiꝰ temptatōnis intelligēs. coꝛripe in
quit nos dñe. verūtm̄ in iudicio ⁊ nō in
furoꝛe tuo. Et iteꝝ. Cōfitebor tibi domi
ne qm̄ iratꝰ es mihi: conuerſus eſt furoꝛ
tuꝰ ⁊ cōſolatus es me. Pꝛo merito autē
peccatoꝝ plaga temptationis infert: vt
ibi plagas ꝓplo iſraeli immiſſurū ſe do
minꝰ cōminat dicens· dentes beſtiaruȝ
immittā in eos cuȝ furoꝛe trahentiū ſuꝑ
terrā· ⁊ fruſtra ꝑcuſſi filios veſtros diſci
plinā nō recepiſtis. In pſalmis quoq;
Multa flagella peccatoꝝ Et in euang̊.
Ecce ſanus factus es· iam noli peccare
ne deteriꝰ tibi aliq̇d contingat. Inueni
mus ſane et q̃rtam ratōȝ: qua ob mani
feſtandā ſolūmō gl'am ⁊ oꝑa dei inferri
quibuſdā aliquas paſſiones ſcriptura
rum auctoꝛitate cognoſcimꝰ· ſm illud
euangł Neq; hic peccauit neq; parētes
eius: ſed vt manifeſtent oꝑa dei in ipſo.
Et iteꝝ. Infirmitas hec nō eſt ad moꝛtē
ſed ꝓ gl'a dei: vt gloꝛificet filius dei per
ipam. Sunt aūt ⁊ alia vltionū genera:
quibꝫ nōnulli q̇ malicie ſuꝑgreſſi ſūt cu
mulū ꝑcutiunt ad pñs· vt dathā ⁊ abi
ron ſiue choꝛe legimꝰ fuiſſe damnatos·
⁊ vł maxime illos de quibꝫ aplus dicit.
Pꝛopter qđ tradidit illos deꝰ i paſſio
nes ignominie· ⁊ in reꝓbum ſenſum· qđ
etiā ceteris penis grauius iudicādū eſt.
De ipis naq; pſalmiſta. In laboꝛibꝫ in
quit hoim̄ non ſunt· ⁊ cū hoibꝫ non fla
gellabunt. Non eni merent ſalutari vi
ſitatōe dñi: nec tempoꝛalibꝫ plagiꝭ conſe
qui medicinā: q̇ deſperātes ſemetipſos
tradiderūt impudicicie: in oꝑatōeȝ oīs
erroꝛis in immundiciaȝ. quiq; obdura
tione coꝛdis· ⁊ vſu ac frequētia delinquē
di purgationē breuiſſimi huiꝰ eui ⁊ vl
tionē vite preſentij excedūt· Quibꝫ ꝑ pꝛo
phetā ſermo diuinus exꝓbꝛat· ſubuerti
vos ſicut ſubuertit deus ſodomā ⁊ go
moꝛrā· ⁊ facti eſtis ſic toꝛri raptꝰ de incē
dio· ⁊ nec ſic rediſtis ad me: dicit domiꝰ.
Et hieremi. Interfeci ⁊ ꝑdidi ꝓplm̄ meū
⁊ tm̄ a vijs ſuis nō ſunt reuſi. Et iterum
Percuſſiſti eos ⁊ nō doluerūt· attriuiſti
eos ⁊ renuerunt accipe diſciplinā· indu
rauerūt facies ſuas ſuꝑ petrā: noluerūt
reūti. Erga quoꝝ curatōȝ oēȝ tpis iſtiꝰ
medicinā vidēs ꝓpheta incaſſum fuiſſe
ꝯſumptā: deſperās q̇dammō iā de eoꝝ
ſalute ꝓclamat. Defecit ſufflatoꝛiuȝ in
igne: fruſtra ꝯflauit ꝯflatoꝛ· malicie eni
vre nō ſunt ꝯſūpte· argentū reꝓbuȝ vo
cate eos. qꝛ dñs ꝓiecit illos. Hāc ſalu
tarē ignis purgatōȝ circa eos q̇ ꝑdura
ti ſunt ſceleribꝫ ſuis inanit ſe dñs adhi
buiſſe ſub ꝑſōa hierl'm ꝯcrete ꝓfūda ru
bigine pctōꝝ ita conq̄rit. Pone in q̇ēs
ollā eneā ſuꝑ pꝛunas vacuam vt icale
ſcat· ⁊ liquefiat es eiꝰ· ⁊ cōflet in medio
eiꝰ inquinamentū eiꝰ· mł'to laboꝛe ſuda
tum eſt· ⁊ non exiuit de ea nimia rubi
go eiꝰ neq; per ignē immūdicia tua exe
crabił· qꝛ mūdare te volui: ⁊ nō es mun
data a ſoꝛdibꝫ tuis. Quobꝛem vt ꝑitiſſi
mus medicꝰ expenſis oibꝫ ſalutaribꝫ cu
ris: nec vlluȝ iam remedij genꝰ qđ infir
mitati eoꝝ poſſit aptari dñs ſuꝑeſſe cō
ſpiciēs: quodammō iniquitatū magni
tudie ſuperat· ac diſcedere ab illa clemē
ti ſua caſtigatione ꝯpellit. itaq; ei denū
ciat dicēs. Iam nō iraſcar tibi. ⁊ zelus
meꝰ receſſit a te. De alijs vero quoꝝ non
predurauit coꝛ frequētia pctōꝝ· nec illa
ſeueriſſima (⁊ vt ita dixerim) cauſtica ig
nis idigēt medicina· ſed eruditō ſaluta
ris verbi ſufficit ad ſalutē· dicit· Emēda
bo eos in auditu tribulatiōis ſue. Non
ignoꝛamus alias q̊ȝ animaduerſiones
ſiue vltionū cauſas que inferunt his q̇
ꝯguiſſime deliquerūt· nō ad expianda eo
rum crimia: nec ad abolenda merita pec
catoꝝ· ſȝ ad emendatōȝ metūq; viuētiū

q̄ euidenꝰ in hieroboā filiū nabath baaſa q̄ꝫ filiū achia ⁊ achab atqꝫ iezabel. illata cognoſcimꝰ · ita ꝓnūtiāte diuina cēſura Ecce ego īducā ſuꝑ te malū ⁊ demetā poſteriora tua · ⁊ īterficiā d̄ achab mingentē ad pietē · ⁊ clauſū ⁊ nouiſſimū in iſrl̄ · ⁊ dabo domū tuā ſicut domū hieroboā filij nabath · ⁊ ſic̄ domū baaſa filij achia. q̄ꝛ egiſti vt me ad iracundiam ꝓuocareſ · ⁊ peccare feciſti iſrl̄ · canes etiā comedēt ieçabel in agro ieçrahel · ſi mortuꝰ fuerit achab in ciuitate · comedent eū canes · ſi aūt mortuꝰ fuerit in agro · comedent eū volucres celi. Et illud qđ ꝓ ī genti cōminatōe denunciaꝫ. Nō inferetur cadauer tuū in ſepulchrū patrū tuorum · nō quo vel illius tā ꝓfana cōmēta qui vitulos aureos ad ꝑpetuā ꝑuaricationem pleb̄ impiamqꝫ a dn̄o ſeꝑatōnē ꝑmus inſtituit: vel illoꝝ tam innumeratāqꝫ nepharia ſacrilegioꝝ crimīa h̄ excoquere breuis ac momētanea pena ſufficeret · ſꝫ vt ceteris q̄ꝫ q̄ futura vl̄ negligentes vel penitꝰ nō credentes · ꝯſideratione tm̄mō ꝑſentiū frangebanꝫ · terror iſtarū q̄s metuebant vltionū incuteret exemplo · nec apud illā ſūmi nois maieſtatem eſſe humanarū reꝝ et quotidiāe diſpenſatōis incuriā documēto huiꝰ ſeueritatis agnoſcerēt · ac retributorē deū cunctorū actuūꝫ ꝑ hec q̄ grauiſſime formidabāt manifeſtius peruiderēt. Inuenimus ſane etiā ꝓ leuiorib̄ culpis nonnullos eandē mortis ad ꝑſens excepiſſe ſentētiaꝫ q̄ ſunt ⁊ illi puniti q̄s ꝑdixīmꝰ extitiſſe ſacrilege ꝑuaricatōis auctores vt factū eſt in illo qui ſabbato ligna collegerat · vel in anania et ſaphira qui parum quidem de ſubſtantia ſua infidelitatꝫ errore ſeruauerant: non ꝙ equalia fuerint pōdera peccatoꝝ · ſꝫ q̄ꝛ repti noue tranſgreſſionis ꝑſumptores debuerunt ꝑhere ceteris quemadmodū peccati · ita etiā pene ac terroris exemplum: vt q̄ſq̄s eadē deinceps affectare temptaſſet: noſſet ſibi ſm̄ eandem formā qua illi damnati ſunt · etiaꝫ ſi in ꝑſenti ſupplicium differatꝫ in futuri iudicij examinatione reddendū. Et q̄ꝛ videm̄ exceſſum quendā duū genera temptationū vel vltionū ꝑcurrere volumus a ꝓpoſita narratione feciſſe · q̄ dicebamꝰ virū ꝑfectuꝫ in vtraqꝫ temptatōe manere ſemper immobileꝫ · ad eandem nunc iterū reūtam̄

### Quomō vir iuſtus non cere ſꝫ adamātino ſignatorio debeat eſſe conſimilis. Cap̄. xij.

Tacqꝫ mens viri iuſti nō debet eſſe ſimil̄ cere vel alteriꝰ cuiuſq̄ꝫ materie molliorꝫ · q̄ ſꝑ caracteri ſignātiū cedēs ꝑ eius forma atqꝫ imagie figuraꝫ · quāqꝫ in ſe tam diu retinet donec alio rurſus ſuꝑimpreſſo ſignaculo reformeꝫ. atqꝫ ita fiet vt nunq̄ꝫ in ſua q̄litate perſiſtens ad formā eoꝝ que imꝑmunꝫ ſꝑ cōmutaꝫ ac tranſeat · q̄n potiꝰ debet velut qđdam eſſe adamantinū ſignatoriū vt inuiolabilē mens nr̄a figuram ſui ſꝑ cuſtodiens caracterꝫ vniuerſa q̄ incurrerint ſibi ad q̄litatē ſui ſtatꝰ ſignet atqꝫ trāſformet · ipſa vero inſigniri nullis incurſibus poſſit.

### Interrogatō ſi poſſit mens in vna atqꝫ eadē qualitate iugiter durare Ca. xiij.

Ermanus. Poteſt ne mens noſtra vnū ſtatū iugiter retinere · ⁊ in eadeꝫ ſꝑ q̄litate perſiſtere:

### Reſponſio ad interrogantis propoſitionem · Cap̄. xiiij.

Heodorus · Neceſſe eſt vt ſm̄ aplm̄ · aut renouatꝰ q̄s ſpū mentꝫ ſue ꝑ ſingulos dies ꝓficiat ad ea ſe q̄ in ante ſunt ſꝑ extendens aut ſi neglexerit cōſequens eſt vt retro redeat atqꝫ in deteriꝰ relabaꝫ. Et idcirco nullo mō mēs pōterit in vna atqꝫ eadeꝫ q̄litate durare · velut ſi q̄s ꝯ aquas fluminis violenti nauē ſubigere remoruꝫ impulſione coneꝫ · neceſſe eſt eū aut ꝟtute brachioꝝ torrentꝫ aluei impetū deſecātē ad ſuꝑiora cōdeſcēdere . aut remiſſis manib̄ ad ꝑceps prono amne reuocari Quaꝓpter iſtud erit euidēs nr̄i indicium



detrimēti · ſi intellexerimꝰ nos nihil amplius acquiſiſſe · nec dubitemꝰ retrorſuꝫ nos omnimodis reuocatos q̄ die nō ſenſerimꝰ ad ſuꝑiora progreſſos · q̄ꝛ vt dixi nec in eodē ſtatu mens hoīs pōt iugiter permanere · nec in hac carne cōſiſtēs ita ꝟtutū apicē poſſidebit q̄ſqꝫ ille ſāctoꝝ vt immobil̄ ꝑſeueret. Neceſſe eſt enī aut aliq̄d adijci illis ſꝑ aut minui · nullaqꝫ ī oī creatura tal̄ poterit eſſe ꝑfectio q̄ mutabilitatꝫ nō ſubiaceat paſſioni · ſm̄ illđ qđ in libro beati iob legiꝫ. Quid eſt hō vt immaculatꝰ ſit ⁊ iuſtꝰ appareat natꝰ de muliere: Ecce inter ſanctos eiꝰ nemo immutabil̄ · ⁊ celi nō ſunt mūdi in ꝯſpectu eiꝰ. Solū nāqꝫ deū immutabilē confitem̄ quē tm̄mō ſancti illius ꝓphete ita ꝯpellat orō Tu āt idē ipē es. Et ipē d̄ ſe Ego ſū inq̄t deꝰ ⁊ n̄ mutor · ꝙ ſcꝫ ipſe ſit ſolus naturaliꝫ ſꝑ bonꝰ: ſꝑ plenꝰ ſꝑqꝫ ꝑfectꝰ · cui nihil nec adijci poſſit aliq̄n nec minui. Ideoqꝫ debemꝰ ad ꝟtutū ſtudia irremiſſa cura ac ſolicitudīe noſmetipſos ſꝑ extendere. ipiſqꝫ nos iugiꝫ exercitijs occupare · ne ceſſante ꝓfectu ꝯfeſtim diminutō ſubſequaꝫ. Ut enī diximus: in vno mēs eodemqꝫ ſtatu manere non ꝑualet. i. vt nec augmenta ꝟtutū capiat nec detrimenta ſuſtineat. Nō acq̄ſiſſe em̄ eius minuiſſe eſt · q̄ꝛ deſinēs ꝓficiēdi a ꝓpetitꝰ nō aberit a ꝑiculo recedendi

### Qđ detrimentū ſit diſcedentiſ e cella. Cap̄. xv.

Deoqꝫ iugis celle cōmoratio retentanda eſt. Totiēs eī etiaꝫ reūſus q̄s velut nouus in ea · et incipiens habitator titubabit atqꝫ turbabiꝫ · quotiēs ab eadem fuerit euagatꝰ Illā nanqꝫ quā in cella reſidens acquiſierat animi intētiōꝫ ſi fuerit relaxata: recuperare rurſus non ſine labore poterit ac dolore · ⁊ ꝑ h̄ reductus retro non deamiſſo cogitabit ꝓfectu quē ſuꝑadijcere potuit · ſi e cella non fuiſſet excurſus · ſed gaudebit potius ſi illū ſtatū de quo recidit ſemetipm̄ ſenſerit recepiſſe. Nam ſic̄ amiſſum ac preteritū tꝑs vlteriꝰ reuocari non pōt: ita ne illa q̄dem q̄ ꝑierūt poſſunt emolumēta reſtitui. Quātūlibꝫ em̄ poſt hec animi intentio fuerit oꝑata · inſtantꝫ diei ꝓfectus ⁊ ꝑſentꝫ tꝑis queſtus eſt · non lucri ſemel perditi reparatio.

### De mutabilitate etiam ſuꝑnaruꝫ celeſtiumqꝫ virtutū. Ca. xvi.

Utabilitati aūt etiā ſupernas poteſtates vt diximꝰ ſubiacere declarāt illi qui de eoꝝ numero corrupte voluntatis vicio corruerūt. Vñ neqꝫ illi immutabil̄ nature eſſe putandi ſunt q̄ in illa qua creati ſunt beatitudine ꝑſenerāt · eo ꝙ in contrariā ꝑtem nō fuerīt ſimiliꝫ deꝑuati. Aliud nāqꝫ ē immutabil̄ nature eſſe · aliud ꝟtutꝫ induſtria boniqꝫ cuſtodia ꝑ immutabilis dei grām nō mutari. Quicq̄d em̄ per diligentiā vel acq̄riꝫ vel teneꝫ: pōt etiā per negligentiā deꝑire Ideoqꝫ diciꝫ · ne beatifices hoīem an̄ exitū ſuūꝫ · ꝙ videlicet adhuc in colluctatōne q̄s (⁊ vt ita dixerim) ſcemate cōſtitutꝰ · q̄ꝫuis vincere ſoleat: ac frequētes palmas victorie cōſequaꝫ · nō pōt tm̄ a metu ac ſuſpitōne incerti ꝓuentus eſſe ſecurꝰ. Et idcirco deꝰ ſolus immutabil̄ vel bonus dr̄: qui bonitatem nō induſtrie ſtudio ſꝫ naturaliꝫ poſſidēs nō pōt aliud q̄d eſſe q̄ꝫ bonus. Nulla igiꝫ ꝟtus pōt immobiliꝫ ab homine poſſideri ſed vt parta iugiꝫ teneatur · neceſſe eſt eā ſꝑ illa qua acquiſita eſt ſedulitate atqꝫ induſtria cuſtodiri.

### Qꝫ nemo ruina ſubitanea collabatur. Cap̄. xvij.

Apſus ꝟo quiſpiā neq̄ꝫ ſubitanea ruina corruiſſe credēdꝰ eſt · ſꝫ aut ꝑue inſtitutōnis deceptus exordio aut per longā mentꝫ incuriam paulatī ꝟtute animi decedēte · ⁊ ꝑ h̄ ſenſim vicijs increſcētib̄ caſu miſerabili ꝯcidiſſe. An̄ ꝯtritionē em̄ ꝑcedit iniuria ⁊ an̄ ruinā mala cogitatio: quēadmodū domꝰ nūq̄ꝫ ſubitaneo ad ruinam ꝓcūbit impulſu · niſi aut antiq̄ vicō fundamēti aut lōga inhābitantiū deſidia ſtillicidijs ꝑmum paruiſſimis penetran

rib⁹ corrupta ſenſim fuerīt munimenta tectoꝝ·q̇b⁹ ꝑ vetuſtā negligentiā ī maiorem modū patefacti atqꝫ collapſis riuatim poſt h̄ influet pluuiaꝝ imbriūqꝫ tempeſtas. Jn pigricijs eni hūiliabit᷑ cōtignatio·⁊ in ſegnicie manuum ſtillabit dom⁹. Qḋ aīe ſpiritalit᷑ euenire idē ſalomon alijs ꝟbis ita deſignat. Stillicidia inġens eijciūt hoīem in die hyemali de domo ſua. Elegant᷑ ḡ mentis incuriaꝫ domati ꝯpauit tectoqꝫ neglecto·ꝑ quaꝫ ꝑmo q̇dem velut minutiſſima quedam penetrāt ad aīaꝫ ſtillicidia paſſionum· q̄ ſi velut parua ac leuia negligant᷑ corrūpunt tigna ꝟtutū·⁊ poſt h̄ influūt imbre largiſſimo viciorū ꝑ quē in die hyemali.i.in tꝑe tēptatiōis ingruēte impugnatione diaboli expellet᷑ mens de habitatione ꝟtutū in q̄ ſcꝫ aliqn̄ circūſpectā diligentiā retinens velut in domo ꝓprie poſſeſſionis reqeuerat. His itaqꝫ cōꝑti īfinitā ſpiritaľ cibi ꝑcepim⁹ voluptatē. ita vt ex hac collatōe maiore animi gaudio replerem̄ qꝫ ante triſticia ſuper nece ſanctoꝝ fueram⁹ affecti. Nō ſolū enim de q̇bus heſitabam⁹ edocti ſum⁹: verū etiā illa q̄ ꝑ tenuitate ſenſus noſtri minus inq̇rere noueramus: ſub illius queſtionis interrogatione cognouimus

**Explicit collatio abbatis theodori. Incipiūt capitula collatōnis prime abbatis Sereni.**

**Capitulum primum.**

De caſtitate abbatis Sereni.
ij Jnterrogatio predicti ſenis ſuꝑ ſtatu cogitatōnū nr̄aꝝ
iij Reſpōſio nr̄a ſuꝑ aīe mobilitate·
iiij Diſputatio ſenis de ſtatu aīme ac virtute eius.
v De perfectione aīe ad ſimilitudinem euangelici centurionis aſſumpte.
vi De ꝑſeuerantia erga cogitationum cuſtodiam.
vij Jnterrogatio de mobilitate anime ⁊ impugnatione nequitiaꝝ celeſtiū.
viij Reſponſio ſuper adiutorio dei ⁊ liberi arbitrij poteſtate
ix Jnterrogatio ſuper anime ac demonum coniunctione·
x Reſponſio in queꝫ modum ſpūs immūdi humanis mentib⁹ copulantur
xi Obiectio vtrū poſſint ſpūs īmūdi eoꝝ q̇s ſuppleuerit aīab⁹ īſeri ł vniri
xij Reſponſio quemadmodum energuminis immundi ſpiritus dominent᷑·
xiij Q᷑ ſpiritus ſpiritui penetrabilis eſſe non poſſit·ſed incorporeo ſoli deo.
xiiij Obiectio qua demones credi debeant cogitationes hominum peruidere
xv Reſpōſio quid poſſint demones in cogitationib⁹ hoīm q̇d ve nō poſſint.
xvi Similitudo qua ſpūs immundi cogitationes hoīm doceant᷑ agnoſcere.
xvij De eo ꝙ nō ſinguli quiqꝫ demones vniuerſas homīb⁹ ingerāt paſſiōes
xviij Jnterrogatio an inter demones impugnationis ordo ac viciſſitudīs diſciplina ſeruetur.
xix Reſponſio in quēmodū ꝯcio demonū ſuꝑ viciſſitudīs īpugñtōe ſbſiſtat
xx De eo ꝙ non ſint vnius fortitudinis contrarie poteſtates· nec temptandi facultas in eorum ſit arbitrio collocata
xxi De eo ꝙ demones cum hominibus non ſine ſuo labore confligant
xxij De eo ꝙ non ſit poteſtas nocēdi in arbitrio demonum collocata.
xxiij De imminuta demonū poteſtate
xxiiij Qua rōne demones ſibi in corūcorpora q̊s arrepturi ſunt aditū parent
xxv De eo ꝙ miſerabiliores ſint hi q̄ vicijs qꝫ qui ipīs demonibus poſſidēt.
xxvi De nece ꝓphete ſeducti ⁊ infirmitate abbatis pauli quā ꝑ ſua emūdatiōe promeruit.
xxvij De temptatione abbatis moyſi
xxviij De eo ꝙ ſperni non debeant hi q̇ ſpiritibus traduntur immundis
xxix Obiectio cur hi qui ſpiritib⁹ vexantur īmūdis a cōmuniōe dn̄ica ſepāt᷑.
xxx Reſponſio ſuꝑ ꝓpoſita queſtiōe
xxxi De eo ꝙ miſeri ſint hi qui ſubdi temporalib⁹ iſtis temptatōib⁹ nō merēt᷑
xxxij De diuerſitate ſtudiorū ac volūtatū que in aereis poteſtatib⁹ exercētur.
xxxiij Jnterrogatio vnde differētia nequitiarum celeſtium tanta proceſſerit.
xxxiiij Dilatō ſuꝑ abſolutōne propoſite queſtionis.

**Expliciunt capitula. Incipit collatio prima abbatis Sereni de anime mobilitate et ſpiritalibus nequitijs. Cap.i.**

Summe ſanctitatis ⁊ continētie virū nominiſqꝫ ſui ſpeculuꝫ abbatē Serenuꝫ quē ſingulari ſumus veneratione p̄ ceteris ammirati·ſtudioſoꝝ mentib⁹ inſinuare cupiētes·alit᷑ arbitram̄ deſideriū nr̄m nos explere nō poſſe·quā ſi collatōes ei⁹ nr̄is libell' temptauerim⁹ inſerere. Cui ſuꝑ oēs ꝟtutes q̄ nō ſolū in ei⁹ actu vel morib⁹: ſꝫ etiam in ipō vultu ꝑ dei grām refulgebāt. ita eſt peculiari bn̄ficio donū caſtitatis infuſum· vt etiā ſe ne ipīs q̇deꝫ naturalibus incētiuis inq̇etari vel in ſopore ſentiret. Ad quā tn̄ carnis p̄cipuā puritatē quē admodū grā dei ammiculante perueneritꝙm̄ ſuꝑ ꝯditioneꝫ nature videt᷑ eſſe hūane. neceſſariū reor ꝑmit⁹ explicare.

**Interrogatio p̄dicti ſenis ſuꝑ ſtatu cogitationū noſtrarum. Ca.ij.**

Hic igit᷑ ꝑ interna cordis atqꝫ aīe caſtitate nocturniſ diurniſqꝫ p̄cib⁹·ieiunijs q̊ꝫ ac vigilijs infatigabilit᷑ inſiſtens, cū vidiſſet orōnuꝫ ſuaꝝ obtinuiſſe ſe vota·cunctoſqꝫ eſt⁹ in cordē ſuo ꝯcupiē carnal' extinctos· velut ſuauiſſimo guſtu puritatis accēſus·in maiorē ſitī zelo caſtitatis exarſit·⁊ intentiorib⁹ cepit ieiunijs atqꝫ obſecratōib⁹ incubare·vt mortificatō paſſionis h⁹ q̄ interiori hoī ſuo dono dei fuerat attributa·ad exterioris hoīs etiā puritatē eaten⁹ ꝑueniret· vt ne ipē q̇dē vel illo ſimplici ac naturali motu q̇ etiaꝫ in ꝑuul' atqꝫ lactētib⁹ excitat᷑ vlteri⁹ pulſaret᷑·indepti ſcꝫ muneris expim̄to qḋ ſe nō ucrat nō laboꝝ merito ſꝫ dei grā ꝯſecutū ardēti⁹ aīmat⁹·ad h̄ q̊ꝫ ſilit᷑ obtinēdū credēs m̄lto facili⁹ hos ſtimłos carniſ radicit⁹ deū poſſe ꝯuellere q̊s etiā humāe artis induſtria nōnūqꝫ ſolet q̇buſdā pocul' vel medicamētis ſeu ferri ſectōe detrahere·qn̄q̇dem illā ſpūs puritatē q̄ ſublimior eſt·quāqꝫ īpoſſibile eſt hūano labore vel ſtudio ꝯp̄hēdi ſuo munere ꝯtuliſſet·Cūqꝫ petitōi cepte ſupplicatiōe iugi ac lachrymis īdefeſſus inſiſteret·adueniens ad eū angel⁹ in viſiōe noct'na ei⁹qꝫ velut apiens vteꝝ qn̄dam ignitā carniſ ſtrumā de ei⁹ viſcerib⁹ euellēs ac ꝓijciēſ ſuiſqꝫ oīa vt fuerāt locis inteſtīa reſtituens·ecce inq̇t incentiua carnis tue abſciſa ſunt· ⁊ obtinuiſſe te noueris hodierna die ꝑpetuā corporis puritatē quā fidelit᷑ popoſciſti. Hec de grā dei q̄ mēorato viro peculiarit᷑ attributa eſt breuit᷑ dixiſſe ſufficiat. Ceteꝝ de ill' ꝟtutib⁹ q̄s cū reliq̇s ſūmis viris cōit᷑ poſſidebat· aliq̇d cōmemorari ſuꝑfluū puto·ne ſpēal' ſuꝑ noīe hui⁹ iſta narratio alijs temere videat᷑ id qḋ de ipō ſingularit᷑ p̄dicatum fuerit. Hūc igit᷑ ſummo deſiderio collatōis ei⁹ atqꝫ inſtitutōnis. accēſi·dieb⁹ q̄dragēſime videre curauim⁹. Qui cū a nob̄ de q̄litate cogitationū nr̄aꝝ ⁊ interioris hoīs ſtatu trāq̇liſſima cōpellatiōe q̄ſiuet. vel q̇d nob̄ ad ei⁹ puritatē tanti tꝑis heremi habitatio ꝯtuliſſet. his euꝫ q̄rimonijſ adorſi ſum⁹.

**Reſpōſio noſtra ſuꝑ aīe mobilitate Cap.iij.**

Computatio tꝑm ac ſolitudīs habitatio cui⁹ ꝯtēplatōe conicis interioris hoīs ꝑfectōeꝫ nos ꝯſeq̇ debuiſſe h̄ ſolūmō ꝯtulit nob̄ vt diſcerem⁹ q̇d eſſe neq̄am⁹·nō tn̄ fecit eē qḋ eſſe ꝯtēdim⁹·nec tn̄ aut deſiderate puritatis fixā ſtabilitatem aut robur aliqḋ firmitatis nos hac ſcia nouim⁹ aſſecutos. ſꝫ tm̄mō ꝯfuſionis aut pudoris augm̄ta Etenī cū oīm diſciplinarū meditatio ad h̄ q̊tidianis ſtudijs exerceat᷑ atꝫ ꝓficiat vt a trepidis rudimentis ad ꝑitiā certam

ſtabilēq; ꝑueniens incipiat noſſe q̄ pri/
mitus vel ambigue nouerat vel penitus
ignorabat ⁊ firmo (vt ita dixerim) gradu
diſcipline q̄litate ꝓcedēs ꝑfecte in ea ac
ſine vlla iam difficultate ꝯſeꝗ̄t. econtra/
rio me in hui⁹ puritatꝪ ſtudio laborātem
id ſolūmō ꝓfeciſſe reperio · vt ſciā q̇d eē
nō poſſim · nō tm̄ apprehendere valeā qꝺ
me eſſe debere cognoui · ex q̄ nihil michi
aliud ſentio ꝗ̄ laborē tm̄ cordis contri/
tione ꝯferri. Video nāq; me hac obſer/
uātia nihil acq̇rere niſi dolorē inutilem
vt nūq; ſcʒ deſit materia lachrymarum
nec tm̄ eſſe deſinā qꝺ eſſe nō debeo. Et id
circo q̇d ꝓfuit didiciſſe qꝺ ſummū eſt · ſi
cognitū nequeat apprehēdi. Nam cum
directionē cordis ad deſtinatā ꝯtempla
tionē ꝑtendere ſenſerim⁹: inſenſibiliter
mēs inde reuoluta ad ꝑores euagatōes
impetu vehemētiori ꝓlabit̄ ⁊ ita quoti/
dianis diſtentōnib⁹ occupata innume/
ris captiuitatib⁹ inceſſant̄ abducit̄ · vt
ꝓpemodū iam deſperet̄ a nob̄ deſidera
ta correctio ⁊ ſuꝑflua h̄ obſuatio videa
tur. Siq̇dem ꝑ momēta ſingula lubricꝪ
diſcurſib⁹ anim⁹ euagat̄ · cū ad timorē
dei vel ad ꝯtēplatōʒ reducit̄ ſpiritalē. ⁊
ꝑuſq̄ firmet̄ i ea ruſ⁹ fugaci⁹ euaneſcit
Cūq; eū velut expgefacti deꝑhenderi⁹
ab intentiōe ꝓpoſita deuiaſſe atq; ad il/
lam theoriā vn̄ diſceſſerat reducētes vo
luerim⁹ eū tenaciſſima cordis intentōne
velut q̇buſdā vincul̄ obligare · in ipō co
natu nr̄o ocius ꝗ̄ anguilla de receſſib⁹
mentꝪ elabit̄. ita vt hac intentōe mentis
laborē ſolūmō nō ꝓfectū nos arbitrem̄
aliquē eſſe conſecutos. Ob quā rem q̊ti/
dianis hmōi obſuatiōib⁹ eſtuātes · nec
tm̄ ex ipis aliqꝺ nr̄o cordi ſtabilitatis ro
bur acceſſiſſe cernētes. ad hāc opinionē
fracti deſperatōe trāſducim̄ vt n̄ nr̄o iā
ſʒ nat̄e vicō has aīe ꝑuagatōes hūano
generi ineſſe credam⁹. **Diſputatio ſenis de ſtatu aie ac virtute eiuſ**

**Serenus.** Periculoſe **C.iiij** 
ꝑſumptōis eſt nec dū reb⁹ recte
diſcuſſis nec certa rōe collecta ·
de natura cuiuſlibʒ rei ꝑꝓpere defini
re ac de fragilitatis ſue conſideratione
cape ꝯiecturā · nō de ſtatu ⁊ q̄litate ipi⁹
diſcipline vel de alioꝝ experientia ꝓferre
ſententiā. Nec em̄ ſi q̇s ignar⁹ natandi
ſciens pondus corporꝪ ſui ferri aq̄ruʒ le/
uitate ac liquore nō poſſe · expientia ſue
voluerit impitie definire · neminē penit⁹
poſſe liq̇dis elementꝪ ſolida carne circū/
datū ſuſtineri · idcirco vera eius opinio
iudicanda eſt quā ſm̄ experientiā ſuā vi/
ſus eſt ꝓtuliſſe · cū h̄ non ſolū eſſe impoſ
ſibile · ſʒ etiā ꝑfacile ab alijs fieri rōe cer/
tiſſima ⁊ oculoꝝ fide nō dubia cōꝓbet̄.
.i. mēs
ſemꝑ mobil̄ ⁊ multū mobilis definitur ·
Unde etiā in ſapīa q̄ dr̄ ſalomonis ſcri
ptum eſt. Terrenū habitaculū aggrauat
mentē multa cogitātē. Hec igit̄ ꝓ cōdi
tione nature nūq; pōt ocioſa conſiſtere ·
ſʒ neceſſe eſt eā niſi ꝓuiſū habuerit vbi
ſuos exerceat mot⁹ ⁊ in q̇b⁹ iugit̄ occu/
pet̄ · ꝓpria mobilitate diſcurrere · ⁊ ꝑ oīa
volitare donec lōgo exercitio vſuq; aſ/
ſuefacta diuturno q̇ nos incaſſuʒ dicitꝪ
laborare expiat̄ ⁊ diſcat q̄s memorie ſue
materias debeat ꝑparare · erga q̄s circū
agat indefeſſos volat⁹ ⁊ immorandi ro
bur acq̇rat · ⁊ ita ꝑualeat aduſus inimi
ci ſuggeſtiones q̇b⁹ detrahebat̄ extrude
re atq; in illo quē deſiderat ſtatu ⁊ q̄lita
te durare. Nō ḡ hāc euagationē cordiſ
nr̄i vel nature hūane · vel deo creatori e⁹
debem⁹ aſcribere. Vera eſt eni ſcriptu/
re ſnīa · qꝛ dn̄s hoīeʒ fecit rectū. ⁊ ipi que
ſierūt cogitatōes multas. A nob̄ ḡ carū
q̄litas pendet · qꝛ cogitatio bona inquit
ſciētib⁹ eā appinquat. vir aūt prudēs
inueniet eā · Quicq̇d enim inueniri pōt
nr̄e prudētie induſtrieq; ſubiectum eſt.
Si nō fuerit inuentū: ſine dubio nr̄e de
ſidie vl̄ iprudētie nō nature vicio repu/
tandū eſt. Cui ſenſui pſalmiſta q̊ʒ ꝯgru
it dicēs. Beat⁹ vir cui⁹ eſt auxiliū abs te
dn̄e: aſcēſiōes i corde ſuo diſpoſuit Ui
detꝪ ergo in nr̄a ditione cōſiſtere · vt ſiue
aſcēſus .i. ꝑtingētes ad deū cogitatiōes
ſiue deſcenſus ad terrena ſcʒ ⁊ carnalia
corruētes in nr̄is cordib⁹ diſponamus.
Que ſi non in nr̄a ꝑtāte ꝯſiſterent: nec
phariſeos dn̄s increpaſſet. Quid cogi/
tatꝪ mala i cordib⁹ vr̄is. Nec ꝑ ꝓphetā ꝑ
cepiſſet dicens. Auferte malū cogitatio
num vr̄aꝝ ab ocul̄ meis. Et vſq; q̇ mo/
rabunt̄ i te cogitatōes noxie. Nec i die
iudicij eaꝝ q̄litas queadmodū opeꝝ ex/
igeret̄ a nob̄ · ita ꝑ yſaiā dn̄o cōminante
Ecce ego inquit venio vt cōgregeʒ opa
⁊ cogitatōes eorū cū oīb⁹ gentib⁹ et lin/
guis · Sʒ nec cōdemnari q̇dem eaꝝ teſti
monio vel defendi in illo terribili atq;
metuendo examīe · ſm̄ bt̄i apl̄i ſentētiaʒ
mererem̄ ita dicentꝪ. Int̄ ſe inuicē cogi/
tatōnib⁹ accuſantib⁹ aut etiā defenden
tib⁹ in die q̄ iudicabit de⁹ occulta hoīm
ſm̄ euangeliū meū. **De ꝑfectione anime ad ſimilitudinem euāgelici centurionis aſſumpte.**

**Capitulū.v.**

Uius ergo ꝑfecte mentꝪ figura
ꝑ illū euangelicū centurionem
pulcherrīe deſignat̄ · cui⁹ ꝩtus
atq; ꝯſtantia · q̄ nō q̇buſlibʒ ingruenti
bus cogitatōib⁹ abducebat̄. ſʒ ꝓ ſuo iu
dicio vel admittebat bonas vel cōt̄rias
abſq; vlla difficultate ꝑellebat. hac ꝑer
ſpicua ſignificatōe deſcripta eſt. Naʒ ⁊
ego hō ſum ſub ꝑtāte cōſtitut⁹ hn̄s ſub
me milites · ⁊ dico huic vade ⁊ vadit · et
alio veni ⁊ venit · ⁊ ſeruo meo fac h̄ ⁊ fa/
cit. Sic igit̄ nos q̊ʒ virilit̄ adūſus ꝑtur
bationes ⁊ vicia dimicātes poterimus
ea dicioni nr̄e diſcretōniq; ſubijcere · ac
militātes in carne nr̄a extinguere paſſio
nes · vl̄ inſtabilē cogitationū nr̄aruʒ co
hortem ratōis imꝑio ſubiugare · ac do/
mice crucꝪ ſalutari vexillo diriſſimas ad
uerſariaꝝ poteſtatū turbas a termīs no
ſtri pectoris ꝓpulſare. ſi pro tanto ꝝ me/
ritis triūphoꝝ ad ſpiritalis huius cētu
rionis ordinē ꝓuehem̄ · quē in exodo q̊ʒ
ꝑ moyſen miſtice legimus deſignatum.
Conſtitue tibi tribunos ⁊ centuriones ·
⁊ quīq̄genarios ⁊ decanos; Et ita nos
q̊ʒ dignitatis hui⁹ apice ſublimati · ha/
bemus hanc imꝑandi poteſtatē atq; vir
tutem qua non quib⁹ nolumus cogita/
tionib⁹ abducamur · ſed his q̇bus ſpiri
taliter delectamur immorari vel inhere/
re poſſimus · malis q̇dem ſuggeſtionib⁹
imꝑantes abite ⁊ ibūt · bonis vero dicē⁹
venite ⁊ venient. Seruo quoq; noſtro
id eſt corpori ea que caſtitatis vel conti/
nentie ſunt ſimilit̄ iniūgemus · ⁊ ſine vl/
la cōtradictōe deſeruiet · non iam ſuſci/
tans nobis aduerſus ſpūm concupiſcē/
tie ſtimulos · ſed omneʒ exhibens ſpūi fa
mulatum. Huius centurionis q̄lia ar/
ma ſint vel ad que ꝑliorum exercicia ꝑ/
parent̄ · audi beatū aplum predicanteʒ
Arma inq̇t militie nr̄e nō carnalia ſunt
ſed ſpiritalia Dixit q̄lia ſint. i. nō carna/
lia nec ifirma ſʒ ſpiritalia ⁊ potētia deo
Dein de ad q̊s ſint exercenda ꝯflict⁹ cō/
ſequēter inſinuat. Ad deſtructionē mu/
nitionū cogitatiōes purgātes · ⁊ omneʒ
altitudinem extollentē ſe aduerſus ſcien
tiaʒ dei · ⁊ captiuantes oēm intellectum
in obedientiā chriſti ꝑꝑati vlciſci omnē
inobedientiā cū impleta fuerit ꝑ̇muʒ ve
ſtra obediētia. Que oīa ſingillati ꝑcur/
rere ſicut neceſſariū ita etiā alterius tꝑis
ē. Armoꝝ tm̄mō volo vob̄ genera ꝓpe/
tateſq; patefacere · q̇bus nos q̊ʒ ſi volu
mus bella dn̄i ꝑliari · ⁊ inter cēturiones
euangelicos militare accincti iugiter de
bemus incedere. Sumite inq̇t ſcutū fi/
dei in quo poſſitis omīa tela nequiſſimi
ignea extinguere Ergo fides eſt que exci
piens ardentiſſima libidinum tela · me/
tu futuri iudicij ⁊ celeſtis regni creduli/
tate mortificat. Et loricam inquit chari
tatis · Ipſa nempe eſt que vitalia pecto/
ris noſtri circūdans atq; cōmuniēs · le/
talibus perturbationū obiecta vulneri/
bus contrarios retūdit ictus · nec ad in/
teriorem hominē noſtrū iacula diaboli
penetrare permittit. Omnia enim ſuffert
omnia patitur: omnia ſuſtinet. Et ga/
leam ſpem ſalutis. Galea capitis eſt mu
nimen. Quia ergo caput noſtrum eſt

chriſtus· debe⁹ iſtō ſp̄ ſpe futuroꝝ bono
rū velut inexpugnabili galea in cūctꝭ tē
ptatōib⁹ ac ꝓſecutōib⁹ cōmunire ⁊ pnci
paliter fidē ei⁹ illeſam atq; integraʒ cu·
ſtodire. Aliis eñ mēbris trūcatū quem·
piā licet debilē poſſibile tñ eſt vtcūq; ſu
pereſſe. Sine capite ꝟo nemī vel breuis
vite ſpaciū ꝓrogat̄. Et gladiū ſpūs qđ
eſt ꝟbū dei. Penetrabili⁹ nāq; eſt omī
gladio ancipiti ⁊ ptingēs vſq; ad diui·
ſionē aīe ac ſpūs· cōpagū q̊ʒ ⁊ medulla
rum· ⁊ diſcretor cogitationū ⁊ intentio
num cordis· diuidēs ſcʒ ⁊ abſcidēs q̇c·
q̇d in nob carnale terrenumue repererit
Quib⁹ armis q̇ſq; fuerit cōmunit⁹ ab
hoſtiū tel̄ ac depopulatōe defenſus· non
vt captiuus ac ſubdit⁹ ad hoſtilē cogi·
tationū terram cōſtrict⁹ depredantium
vincul̄ abducit̄· nec audiet per ꝓphetā.
Quare inueterat⁹ es in trerra aliēa: ſed
q̄ſi triūphator ac victor ī illa quā volue
rit cogitationū regione ꝯſiſtet Uis etiā
ipm̄ robur ac fortitudinē cēturionis hu
ius q̇b⁹ hec arma que ꝓdixim⁹ nō carna
lia ſʒ potentia deo geſtat agnoſcere. au·
di ipm̄ regē viros fortes ad ſpiritalē mi
litiam ꝯgregantem· q̊mō dilectoſ ſignet
ac ꝓbet. Infirm⁹ inq̇t dicat· q̄r fortꝭ ſuʒ
ego· ⁊ q̇ patiēs eſt ſit pugnator. Uidetꝭ
bella dn̄i ꝓliari: niſi patiētes īfirmoſq;
nō poſſe. Illa ꝓculdubio infirmitate q̄
fundat̄ ille nr̄ euangelic⁹ centurio cū fi
ducia loquebat̄ Cū eñ infirmor tūc po
tens ſum. Et iteꝝ· Uirt⁹ aūt in infirmi·
tate ꝑficit̄· De q̄ infirmitate vn⁹ ꝓphta·
rum. Et erit q̇ infirmat̄ inter eos ſic̄ do·
mus dauid Patiēs etiā h̄ bella preliabi
tur. Nempe illa patiā de q̄ dī. Patien·
tia vobis neceſſaria eſt: vt voluntatem
dei facientes recipiatis remuneratōem.

### De ꝑſeuerantia erga cogitationum cuſtodiam Cap̄. vi.

Ebere tñ ac poſſe nos deo cohe·
rere ⁊ expientia ꝓpria deprehen
dim⁹· ſi mortificatas volunta·
tes ac deſideria mūdi hui⁹ habeam⁹ ab
ſciſa· ⁊ illoꝝ aūcte docebim̄ qui dn̄o col
loquētes fiducialit̄ dicunt. Adheſit aīa
mea poſt te· ⁊ adheſi teſtimoniis tuis do
mine. Et. Mihi aūt adherere deo bonū
eſt. Et. q̇ adheret dn̄o vn⁹ ſpūs eſt cū eo
Nō ergo debem⁹ his euagatōnib⁹ ani·
me fatigati ab hoc ſtudio relaxari. Qui
eni colit terrā ſuā ſatiabit̄ panib⁹· q̇ au
tem ſectat̄ ociū replebitur egeſtate. Nec
ab intentōne hui⁹ obſeruātie ꝑniciosa
deſperatōe frangam̄· q̄r in omni ſollici·
to ineſt ampli⁹. Nam q̇ ſuauis ⁊ ſine la
bore eſt in egeſtate erit. Et iteꝝ· Uir ī do
lorib⁹ laborat ſibi· ⁊ vim facit ꝑditioni
ſue. Nec nō etiā regnū celoꝝ vim patit̄
⁊ violenti rapiūt illud. Nulla nāq; vir
tus ſine labore ꝑficit̄· nec vlli poſſibl̄e eſt
ad iſtā quā cupitis ſtabilitatē mentꝭ ſi·
ne ingenti ꝯtritōe cordis ꝯſcēdere. Hō
eni ad laborē naſcit̄. Qui vt in viruʒ ꝑ·
fectū poſſit occurrere in menſuraʒ etatis
plenitudinis chriſti. maiori euʒ intētiōe
neceſſe eſt ſp̄ eſſe ꝑuigilem· iugiq; ſollici
tudine deſudare. Ad cui⁹ tñ mēſure ple
nitudinē nemo ꝑueniet alias in futurū.
niſi q̇ p̄meditat̄ ⁊ imbut⁹ ea fuerit in p̄
ſenti· eāq; adhuc in ſeculo poſit⁹ ꝓliba
uerit· huiuſq; mēbrū precioſiſſimū deſi·
gnatus arrā ꝯpaginis illi⁹ ꝑ quā corpo
ri ei⁹ valeat copulari in hac carne poſſe
derit· vnū dūtaxat deſiderās· vnū ſitiēs
ad vnū oēs nō ſolū actus ſuos: veꝝ etiā
cogitatōes ſp̄ intendēs· vt illud qđ ī fu
turum dicet̄ de btā ꝯūſatōe ſanctorum
iam ſubarratuʒ teneat in pn̄ti. id ē ſit ei
de⁹ oīa in oib⁹.

### Interrogatio de mobilitate anime et impugnatione nequitiarum celeſtium

Ermanus. Poſſʒ Ca. vii
forſitan h̄ volubilitas mentis
aliq̄ten⁹ coerceri. ſi eaʒ nō tan·
tus adūſarioꝝ numer⁹ circūuallens ad
ea q̄ nō vult imo q̇ illam q̊ʒ ſue nature
mobilitas rapit indeſinent̄ impelleret·
Quam cum tam innumerabiles tam
potentes tamq; terribiles circumagant
inimici· reſiſti illis ab hac preſertim
fragili carne impoſſibile crederemus.
niſi ad hanc opinionē veſtris ſententiis
velut celeſtibus animaremur oraculis.

### Reſponſio ſup̄ adiutorio dei ⁊ liberi arbitrii ptāte. Cap̄. viii.

Erenus· Aduerſarios nobiſ
q̇dem iugit̄ inſidiari q̇cūq; in·
teriorꝭ hoīs experti ſūt pugnas
dubitare nō pn̄t. Sʒ ita dicimus hos
nr̄is ꝑfectib⁹ adūſari: vt eos tm̄mō incē
tores maloꝝ nō etiā impulſores eſſe cre
dā⁹. Ceteꝝ null⁹ hoīm poſſet oīno vita
re peccatū qđcūq; illi in cordib⁹ noſtris
ingerere voluiſſent· ſi eis queadmoduʒ
ad ſuggerendū: ita ⁊ ad cōpellenduʒ fa·
cultas violēta ſuppeteret. Q̄obrem ſicī
ill̄ eſt inſtigationis copia· ita ⁊ in nob ꝟ
tus reſpuendi ſiue acq̇eſcendi lib̄tas eſt
attributa Quorū tñ potentiā ⁊ īpugna
tōnes ſi ꝑtimeſcim⁹· etiā ꝓtectiōes atq;
adiutoria dei e cōtrario ꝯferam⁹· de quo
dī. Maior eſt eni q̇ in nobis eſt q̄ʒ q̇ in
h̄ mūdo. Cui⁹ auxilia multo vehemen·
tiore militāt ꝟtute ꝓ nobis q̄ʒ aduerſū
nos eoꝝ multitudo ꝯfligit· Nā bonaꝝ
reꝝ nō tm̄ ſuggeſtor ſʒ etiā fautor atq;
īpulſor eſt de⁹: ita vt nōnū q̄ʒ nos etiaʒ
inuitos ⁊ ignorātes attrahat ad ſalutē
Conſtat ḡ neīem poſſe a diabolo decipi
niſi illū q̇ p̄bere illi maluerit ſue voluta·
tis aſſenſum. Qđ eccleſiaſtes his ꝟbis
euident̄ exp̄ſſit. Quia eñ nō fit ꝯdictio
ab his q̇ faciunt malū cito. iō repletum
eſt cor filioꝝ hoīm in ipſis vt faciant ma
lum. Ergo manifeſtū eſt hinc vnūquē·
q; delinq̄re ꝙ ingruentib⁹ cogitatōni·
bus p̄uis nō eis ſe confeſtim repulſa cō·
tradictiōis obiiciat. Nā reſiſtite ei inq̇t
⁊ fugiet a vob.

### Interrogatio ſup̄ anime ac demonū cōiunctōne.

Ermanus. Qđ Ca. ix.
iſtud queſo eſt aīe cū iſtis ſpiri
tib⁹ neq̄ʒ tam indiſcretū ꝑmix·
tumq; ꝯſortiū· q̇ ſic eidem nō dicā iūgi:
ſʒ vniri poſſint· ⁊ alloq̇ eā inſenſibiliter
⁊ inſeri atq; inſpirare illi q̄cunq; volue
rint ⁊ ad ea q̄ placuerint eā valeāt inſti
gare· eiuſq; cogitatōes ac mot⁹ videant
atq; ꝑluſtrēt· tantaq; int̄ ipſos ac mēteʒ
vnitas fiat vt ſine dei grā q̇d ex illoꝝ in
citamēto q̇d ex nr̄a voluntate ꝓcedat di
ſcerni pene nō poſſit.

### Reſponſio in quē modum ſpūs immundi humanis mētib⁹ copulētur. Ca. x.

Erenus. Non mirū eſt poſſe
ſpūm ſpūi inſenſibilit̄ ꝯiugari
⁊ occultā ſuadendi vim ad ea
q̄ libita fuerint exercere. Eſt eñ int̄ eos
ſicut inter homines· quedam ſubſtantie
ſilitudo atq; cognatio Siq̇deʒ diffini
tio q̄ de natura aīe aſſumit̄ etiā illorum
ſubſtātie ſimilit̄ coaptat̄. Altrinſec⁹ ꝟo
eos ſibi inſeri vel vniri· ita vt capax alt̄
alteri⁹ eſſe poſſit. oīmodis impoſſibile ē
Hoc nāq; ſolūmō deitati q̄ ſola incor·
porea ſimplexq; natura eſt rectiſſime tri·
buit̄.

### Obiectio vtrū poſſint ſpūs immūdi eorū quos ſuppleuerint aīmabus inſeri vel vniri.

Ermanus. Huic Ca. xi.
ratōi ſatꝭ arbitram̄ eſſe ꝯtrium
qđ vidim⁹ ī arreptitiis fieri. cū
afflati ſpiritib⁹ immūdis loquūt̄ ⁊ agūt
ea q̄ neſciūt. Quomō ḡ aīas illoꝝ ſpiri
tib⁹ illis nō credam⁹ vniri quorū vidē⁹
illas velut organū factas· ⁊ derelicto na
turali ſtatu ad illoꝝ mot⁹ affectuſq; trā
ſire· ita vt iam nō ſuas: ſed illoꝝ voces
⁊ geſtum voluntateſq; depromant.

### Reſpōſio queadmodum energumīs immūdi ſpūs dn̄entur.

Eren⁹. Predicte Ca· xii.
diffinitōni nr̄e non eſt ꝯtrariū
id quod dicitꝭ in energuminis
fieri· cū ſpiritibus immundis arrepti lo·
quūtur vel agūt ea q̄ nolūt vl̄ ꝙ ea que
ignorāt ꝓferre cogunt̄. Nō eni vno mo
do iſtam eos infuſionē ſpūum ſuſtinere
certiſſimū eſt. Quidā eni ſic afflantur:
vt nequaq̄ʒ ea q̄ gerūt vel loquunt̄ itel·
ligāt. q̇dā ꝟo tūc nō norunt ⁊ poſtea re
cordātur Qđ fieri ꝑ infuſionem ſpūs ī·
mundi non ita putandum eſt vt ī aīme
ipſius penetrās ſubſtantiā ⁊ velut vnit⁹
ei ⁊ q̊dammō indutus ea· ſermones ac

ꝟba ꝑ os patientꝭ emittat. Nullo nāq̄
mō iſtud ab eis fieri credendū eſt. Nec
enī ꝑ aliquā aīe diminutionē ſʒ per cor
poris debilitatē hͦ euenire manifeſta rōe
deprehendit᷑· cū ſcʒ in illis mēbris in q̇bꝫ
vigor aīe cōtinet᷑ immundus ſpūs inſi
dens eiſq̄ importabile atq̄ immenſum
pondus imponēs obſcuritate teterrima
intellectuales eiꝰ obruit et intercipit ſen
ſus· inſtigans ea q̄ non vult vel q̄ igno
rat ꝓloqui· quod nonnunq̄ etiā vini fe
boriſq̄ vicio ſeu nimiꝫ frigorꝭ aliiſq̄ va
litudinibꝫ extrinſecus ſuꝑuenientibus
videmꝰ accidere. Qđ ne beato iob dia
bolus q̇ carnis eiꝰ acceperat ptātem mo
liret᷑ inferre· p̄cepto dn̄i ꝓhibetur dicēꝭ
Ecce trado eū in manꝰ tuas: tn̄ animā
eiꝰ cuſtodi. i. tn̄modo eum amentem ne
facias debilitato aīe domicilio· ⁊ obru
as intellectū ac ſapientiā reſiſtenꝭ ꝑnci
pali ſcʒ cordis eiꝰ tuo pondere ſ̄ffocato.

## Q ſpūs ſpūi penetrabilis eſſe non poſſit ſʒ incorꝑeo ſoli deo Capitulū. xiij.

Ecenim ſi craſſe huic ſolideq̄
materie. i. carni ſpūs admiſcet᷑
qđ fieri facillime pōt· idcirco ⁊
aīe q̄ itidem ſpūs eſt ita vniri poſſe cre
ditur· vt eā quoq̄ ſimilit᷑ ſue nature red
dat capacē. Qđ ſoli eſt poſſibile trinita
ti q̄ ſic vniuerſe intellectualis nature ef
ficitur penetratrix· vt non ſolū circūple
cti eā atq̄ ambire ſed etiā illabi ei· ⁊ ve
lut incorporea corpori poſſit infūdi. Li
cet enī ꝓnunciēꝰ nōnullas eē ſpiritales
nat᷑as: vt ſunt āgeli archāgeli ceterēq̄
ꝟtutes· ipſa q̄ʒ aīa nr̄a vel certe aer iſte
ſbtil᷑· tn̄ incorporee nullatenꝰ eſtimande
ſunt. Habēt eī ſm ſe corpꝰ q̊ ſubſiſtūt·
licet mlto tenuius q̄ nr̄a ſunt corpora.
ſm apl̄i ſententiā ita dicentis. Et corpo
ra celeſtia ⁊ corpora terreſtria. Et iterū
Seminat᷑ corpus aīale· exurgit corpus
ſpiritale. Quibꝫ manifeſte colligit᷑ nihil
eſſe incorporeū niſi ſolū deū· ⁊ idcirco ip
ſi tantūmō poſſe penetrabiles oēs ſpiri
tuales atq̄ intellectuales eſſe ſbſtantias
eo ꝙ ſolus ⁊ totꝰ ⁊ vbiq̄ ⁊ in oībus ſit.
ita vt ⁊ cogitatiōes hoīʒ ⁊ int᷑nos motꝰ
atq̄ abdita mentꝭ vniūſa īſpiciat atq̄
ꝑluſtret. De ipō ſiq̇dem ſolo ꝓnūciauit
beatus apl̄s dicens. Viuus eſt enī ſmo
dei ⁊ efficax· ⁊ acutior ſuꝑ oēm gladiū
ancipitē· ⁊ ꝑtingens vſq̄ ad diuiſionē
aīe ⁊ ſpūs· cōpagū q̊ʒ ac medullarū ac
diſcretor cogitationū ⁊ intentionū cor
dis· ⁊ nō eſt creatura inuiſibil᷑ in conſpe
ctu eiꝰ· oīa aūt nuda ⁊ aꝑta ſunt oculis
eiꝰ. Et beatus dauid īq̇t. Qui fingit ſin
gillatim corda eoꝝ. Et iteꝝ. Jpē enī no
uit occulta cordis. Job q̊ʒ. Qui ſolꝰ no
ſti corda hoīm.

## Obiectio qua demones credi debeant cogitatōnes hominū ꝑuidere. Cap. xiiij.

Ermanus. Hac rōe qua di
cis nec cogitationes q̇dem no
ſtras intueri iſti ſpūs pn̄t. Qđ
exiſtimare valde putamꝰ abſurdū dicē
te ſcriptura. Si ſpūs ptātem habenꝭ a
ſcenderit ſuꝑ te. Et iteꝝ. Cū diabolꝰ mi
ſiſſet in corde ſymonis ſcariothis vt tra
deret dn̄m. Quid ergo credi pōt nō pa
tere eis cogitationes nr̄as quaꝝ ſemina
riū ꝓ parte maxīa ipīs immittentibꝫ at
q̄ inſtigantibꝫ ſentimus oboriri.

## Reſponſio quid poſſint demones in cogitatōnibus hominū quid ve non poſſint. Cap. xv.

Erenꝰ. Nulli dubiū eſt ꝙ poſ
ſint ſpūs immūdi cogitatōnū
nr̄aꝝ attingere q̄litates· ſʒ īdiciiſ
eas ſenſibilibꝫ foriſecꝰ colligentes· i. aut
ex nr̄is diſpoſitōnibꝫ aut ꝟbis ⁊ ſtudiiſ
in q̄ ꝓpenſiꝰ ꝯſpexerīt nos inclinari. Ce
terū illas q̄ nec dū de internis aīe ꝓdie
runt adire oīno nō pn̄t. Jpās q̊ʒ cogita
tiones q̄s ingerūt vtrū ſuſcepte vel quē
admodū ſuſcepte ſint. n̄ ꝑ ipīꝰ aīe nat᷑aʒ
i. ꝑ illū interiorē motū q̇ in abditꝭ eiꝰ ab
ſcōdit᷑· ⁊ vt maīfeſtiꝰ aliq̇d exꝑmā ī me
dull᷑ (⁊ vt ita dixerī) ipīus latitantē· ſed
ex motibꝫ atq̄ indiciis exterioris hoīs
deprehēdūt· vtputa cū ſuggeſſerit caſtri
margiā. ſi viderit monachū ad feneſtrā
aut ad ſolē oculū erexiſſe vel de hora ſoli
citius inq̇ſiſſe· cognoſcūt deſideriū gule
fuiſſe ſuſceptū. Si fornicatiōʒ ingeren
tes ſenſerit eū patient᷑ telū libidis ſuſce
piſſe· ſeu viderīt carnē cōmotā· aut certe
nō vt oportuit aduerſus ſuggeſtiones
immūdicie ſuſpiraſſe· laſciuiam intelli
gūt in penetrabilibꝫ aīe libidinis iaculū
fuiſſe defixum. Si incitamēta triſticie· ſi
ire· ſi furorꝭ admouerint· vtrū nam cor
di inſederīt geſtu corporꝭ ⁊ ſenſibili cō
motione dinoſcūt ſcʒ cū vel infremuiſſe
tacitū vel q̄dam indignatiōe ſuſpiraſſe
ſeu vultū conſiderauerint q̊dam pallo
re aut rubore mutaſſe. ⁊ ita ſubtilit᷑ quiſ
nam cui ſit vicio deditꝰ deprehendunt.
Jllo nāq̄ vnūquēq̄ nr̄m delectari cer
ta ratōe cognoſcūt· ad cuiꝰ inſtigationē
mox quodā nutu vel motu corporꝭ con
ſenſum cōniuentiāq̄ ab eo ꝑſtitā fuiſſe
ꝑuiderint. Que ab ill᷑ aereis virtutibꝫ
ita deprehendi nō mirū eſt cū hͦ a prudē
tibus q̊ʒ viris ſepiſſime fieri videmus.
vt ſcʒ interiorꝭ hoīs ſtatū de figura ⁊ vul
tu ſeu q̄litate exteriorꝭ agnoſcāt. Quan
to ꝰ certiꝰ hec ab eis poterūt deprehendi:
quos vtiq̄ vt ſpiritalis nature mlto ſb
tiliores ac ſagaciores hoībus eſſe nō du
bium eſt.

## Similitudo qua ſpiritus immūdi cogitatōnes hominū doceantur agnoſcere. Ca. xvi.

Vemadmodū enī
nonnulli latrones in his domi
bus quas furtī aggredi cupiūt
occultas hoīm ſolent explorare ſubſtāti
as q̇ ꝑ tetras noctꝭ tenebras caute ſpar
gentes manu minutias harenarū· recō
ditas opes q̄s viſu ꝑuidere nō poſſunt.
tinnitu q̊dam vel ſtrepitu ad earum lap
ſum reſpōdente deprehendūt· ac ſic ad
certiſſimam rei vel metalli cuiuſq̄ noti
ciam q̄dam elicite vocis ꝓditōne perue
niunt: ita hi q̊ʒ vt theſaurū noſtri corpo
ris explorēt velut harenas quaſdā ſug
geſtiones nobis noxias inſpargētes: cū
ſm earū q̄litatem affectū corporeum vi
derint emerſiſſe. velut q̊dam de intimis
cōclauibꝫ ꝓdeūte tinnitu q̇d ſit recon
ditum in abditis interiorꝭ hominis reco
gnoſcūt.

## De eo ꝙ non ſinguli quiq̄ demones vniuerſas hominibus ingerant paſſiones. Ca. xvij.

Oc tn̄ noſſe debe
mus non oēs demones vniuer
ſas homibꝫ inurere paſſiones.
ſed vnicuiq̄ vicio certos ſpūs incubare
⁊ alios q̇dem immūdiciis ac libidinum
ſordibꝫ oblectari· alios blaſphemiis ali
os ire furoriq̄ peculiariꝰ imminere· ali
os paſci triſticia· alios cenodoxia ſuper
biaq̄ mulceri· ⁊ vnūquēq̄ illud viciū
humanis cordibꝫ quo ipſe gaudet inſe
rere· ſed nec cunctos pariter ſuas inge
rere prauitates· ſʒ viciſſim ꝓut temporꝭ
vel loci vel ſuſcipientis oportunitas ꝓ
uocauerit.

## Jnterrogatio an inter demones impugnatiōis ordo ac viciſſitudinis diſciplina ſeruetur. Cap. xviij.

Ermanus. Ergo credendū
eſt inter eos ordinatā (⁊ vt ita
dixerim) diſcplinatā eſſe neq̇
tiam· vt q̇dam viciſſitudinis ab eis or
do ſeruet᷑ ac ratōabilis gerat᷑ impugna
tōnis incurſio· cū cōſtet nec modū nec
ratiōem niſi inter bonos atq̄ honeſtos
poſſe ſubſiſtere· ſm illam ſcripture ſentē
tiam· quere ſapientiā apđ malos: ⁊ nō
inuenies· ⁊ inimici noſtri inſenſati. illud
etiam· non eſt ſapiētia: non eſt fortitudo
nec eſt conſilium apud impios.

## Reſponſio in quem modū cōcio demonū ſuꝑ viciſſitudinis impugnatione ſubſiſtat. Ca. xix.

Erenus. Nō eſſe int᷑ malos
ꝑpetuā in oībꝫ ꝯſenſionē. nec
poſſe ꝑfectā ſtare ꝯcordiā etiā
in ill᷑ ipīs viciis q̇bꝫ cōmunit᷑ oblectant᷑
certa diffinitio ē. Nō eī poterit quemad
modū dixiſti in rebꝫ indiſciplinatꝭ di
ſciplina modusq̄ ſeruari. Jn nōnull᷑ tn̄
vbi ſcʒ vel operatōnis cōmunio vel ne
ceſſitas exigit ſeu cuiuſdam lucri inui
tat conſortiū neceſſe eſt eos temporaleʒ

cõmodare ꝯſenſuȝ. Quod eſſe ĩ hac mi
litia nequicię ſpiritał manifeſtiſſime ꝑ/
uidemus· vt nõ ſolũ tpa inter ſe viciſſi/
tudineſqȝ cuſtodiãt ſed etiã locis qbuſ
dam ſpecialit̃ inhere re: eaqȝ iugit̃ obſi/
dere noſcant̃. Nam qꝛ neceſſe ſit eos im
mutatꝗ temptatiõibꝯ certiſqȝ vicijs atqȝ
tpibꝯ exercere impugnatões ſuas. hic li
quido ꝯꝓbam⁹· qꝛ nullus põt ſil̃ ceno/
doxie vanitate deludi ꝛ concupiſcentia
fornicatõis exuri: nec põt tumida infla/
ri elatiõe ſuꝑbię ſpiritał· ꝛ carnał caſtri/
margię parit̃ humilitati ſubmitti. Nec
põt qs cachinis fatuis riſuqȝ diſſolui·
ꝛ iracũdię ſub eodẽ tpe ſtimulis incita/
ri· ſeu certe edacis triſticię merore ſupple
ri· ſed neceſſe eſt vnũquẽqȝ ſpũm ita ſin
gillatim impugnationẽ mentꝗ arripere.
vt cuȝ aut vict⁹ abſceſſerit alij eam ſpũi
cedat acrius impugnandã· aut certe ſi
victor extiterit· alij nihilominus tradat
ſilit̃ illudendã.

## De eo ꝙ non ſint vnius fortitudinis cõtrarie po teſtates: nec tẽptandi facultas in eorum ſit arbitrio collocata. Cap. xx.

Illud etiã nequaqȝ
ignorare debem⁹ nõ eſſe omẽs
eiuſdẽ ferocitatꝗ ꝛ deſiderij· ſed
ne vni⁹ qdem fortitudĩs atqȝ nequitię·
ꝛ incipientibꝯ qdem atqȝ infirmis non
niſi infirmiores ſpũs incertamĩe ꝯꝑari·
ꝛ his neqtijs ſpiritalibꝯ ſuꝑatꝗ gdatim
ſꝑ adũſus athletã chriſti robuſtior pu/
gna ſuccedet. Pro ꝯꝑatiõe ſiqdem vi/
rium ac ꝓfect⁹ hũani etiam difficultas
colluctatõis auget̃. Nullo enĩ mõ quili
bet ſanctoꝝ ſufficeret taliuȝ tãtoꝝqȝ ho
ſtium ſufferre neqtiã· vel inſidijs eorum
poſſet occurrere. ſȝ nec crudelitatẽ qdeȝ
ac ſeuiciã ſuſtinere· ſi nõ certamĩ noſtro
clemẽtiſſim⁹ arbit̃ atqȝ agonitheta pręſi
dens chriſt⁹· ꝛ exeqret colluctãtiũ vires
ꝛ ĩmoderatos eoꝝ repelleret ac refrena/
ret incurſus· faceretqȝ cum temptatõne
exitum vt ſuſtinere poſſumus.

## De eo ꝙ demones cũ hoĩbus nõ ſine ſuo labore confligant. Ca. xxi.

Nec aũt colluctatõȝ
illos nõ ſine ſuo credim⁹ labo
re ꝯficere. Habẽt nanqȝ etiam
ipĩ in ſuo ꝯflictu qndam anxietatem et
triſticiã· ꝛ maxie cũ fuerint validioribꝯ
emuli. i. viris ſanctꝗ perfectiſqȝ congreſſi.
Alioqn iam nõ ꝯflictus nec luctatio: ſȝ
ſimplex tm̃ ꝛ vt ita dixerĩ ſecura ill̃ eſſet
hoĩm attributa deceptio. Et quõ ſtaret
illd apli qd dicit· Nõ eſt nob colluctã/
tio adũſus carnẽ ꝛ ſanguinem ſȝ aduer
ſus ꝑncipat⁹ ꝛ adũſus poteſtates: adũ/
ſus mũdi rectores tenebrarũ harũ: con
tra ſpiritalia neqtię in celeſtibꝯ Et illud
Sic pugno nõ qſi aerẽ verberãs Et iteꝝ
Bonũ agonem certaui· Ubi enĩ agon
indicit̃: ꝛ certamẽ ꝛ pugna ſeu colluctã
tio· neceſſe ẽ vtrorũqȝ ſudor ꝛ labor ꝛ ſol
licitudo ſubeat̃· ꝛ eqlit̃ illos vel ſuꝑ de/
iectõe maneat dolor atqȝ cõfuſio: vel dę
victoria gaudium conſequat̃ ꝛ palma.
Ubi vero alio cũ ſudore luctãte: ali⁹ cuȝ
ocio ac ſecuritate cõfligit· ꝛ ad deijcien/
dum emulũ ſola ꝓ viribꝯ vtit̃ volũtate.
nõ pugna dicẽda ẽ nec colluctatio neqȝ
certamẽ· ſed iniqua quedaȝ ꝛ irrationa
bil̃ oppugnatõis oppſſio. Sȝ plane la/
borant ꝛ ipĩ nõ min⁹ impugnãtes hũa/
num gen⁹· ꝛ deſudãt vt ꝑualeãt de vno
qȝ illã quã cupiũt obtinere victoriã· et
retorquet̃ in eos illa ꝯfuſio q nos mane
bat ſi ab ipĩs fuiſſem⁹ eliſi· ſm illud Ca
put circuit⁹ eoꝝ: labor labioꝝ ipſorũ ope
riet eos. et ꝯũtet̃ dolor ei⁹ in caput eius.
Et iteꝝ. Ueniat illi laqus quẽ ignorat·
ꝛ captio quã abſcõdit apphendat eum
ꝛ ĩ laqueũ cadat ĩ ipõ· ſcȝ quẽ ſuꝑ hoĩm
deceptõe molit̃. Dolẽt igit̃ etiã ipĩ non
min⁹ ꝛ queãdmodum nos elidũt ipĩ qȝ
ſilit̃ eliduntur· nec victi ſine ꝯfuſiõe diſce/
dũt. Quas eoꝝ ruinas atqȝ ꝯflict⁹: ille
q ſanos interiorꝗ hoĩs oclos poſſidet q/
tidie cernens videnſqȝ eos ſuꝑgaudere
ruinis ꝛ caſibꝯ ſingulorũ ac timẽs ne de
ſe quoqȝ euenire eis valeat iſta leticia.
dominum deprecatur Illumĩa inquiẽs
oculos meos ne vnqȝ obdormiã in mor

te: neqñ dicãt inimicus meus: preualui
aduerſus eũ· q tribulant me exultabunt
ſi motus fuero· ꝛ deus meus ne ſuꝑgau
deant mihi: ne dicant in cordibus ſuis
euge euge aĩmę noſtrę· nec dicant deuo
rabimus eũ· ꝛ frenduerũt ſuꝑ me denti/
bus ſuis· dñe qñ reſpicies: inſidiat̃ enĩ
in abſcõdito vt leo in cubili ſuo: inſidia
tur vt rapiat pauperem· ꝛ quęrat a deo
ęſcã ſibi. Qui rurſuȝ cunctis conatibꝯ
expenſis: cũ deceptõnem noſtrã non po/
tuerint obtinere· ſuꝑ caſſo labore ſuo ne
ceſſe eſt vt ꝯfundant̃ ꝛ erubeſcãt q quę/
rũt aĩas noſtras vt auferãt eas· induan
tur confuſione ꝛ pudore qui cogitãt no
bis mala. Hieremias qȝ Confundant̃
inquit illi ꝛ non cõfundar ego· paueãt
illi ꝛ nõ paueã ego· induc ſuꝑ eos iram
furorꝗ tui· ꝛ duplici ꝯtritõne ꝯtere eos.
Nulli etenĩ dubiũ eſt: cũ a nobis fuerĩt
ſuꝑati cõtritõe eos duplici ꝯterẽdos· ꝑ/
mum ꝙ hominibus expetentibꝯ ſanctita/
tem illi eã poſſidẽtes amiſerint cauſaqȝ
extiterĩt ꝑditõis humanę· deinde ꝙ ſpi/
ritales ſubſtãtię fuerint a carnalibꝯ ter/
reniſqȝ deuictę. Has igit̃ ruinas hoſtiũ
ſuaſqȝ victorias intuens vnuſqſqȝ ſan
ctorũ cũ exultatõe ꝓclamat dicẽs. Per
ſequar inimicos meos ꝛ cõprehendam
eos: ꝛ nõ conuertar donec deficiant· con
fringam eos nec poterunt ſtare: cadent
ſubtus pedes meos. Cõtra quos etiaȝ
orãs idem ꝓpheta. Judica inqt dñe no/
centes me: expugna impugnãtes me· ap
prehende arma et ſcutũ: ꝛ exurge in ad/
iutorium michi· effunde frameã: et con/
clude aduerſus eos q perſequuntur me
dic aĩmę meę ſalus tua ego ſum. Quos
cũ ſubditis ꝛ extinctis vniuerſis paſſio
nibus vicerimus: merebimur illã bñdi/
ctõnis vocem conſequent̃ audire. Exal
tetur manus tua ſuꝑ hoſtes tuos: ꝛ om/
nes inimici tui ꝑibunt. Hec igit̃ omĩa
ꝛ his ſimilia ſacris inſerta volumĩbus
legentes ſiue canentes: niſi contra iſtas
nequicias ſpiritales quę nob inſidian/
tur diebꝯ ac noctibus acceperimus fuiſ/
ſe conſcripta: non mõ ex eis ędificatio/
nem vllam lenitatis ac patientię conſe/
quemur ſed etiã dirum quendã atqȝ cõ
trarium euangelicę ꝑfectõi concipiem⁹
affectum. Non ſoluȝ enĩ docebim̃ non
orare ꝓ inimicis noſtrꝗ: nec diligere eos·
ſed etiã deteſtari illos implacabili odio
ꝓuocabimur et maledicere eis: atqȝ ora/
tõnem aduerſus eos indeſinent̃ effũde/
re. Quę tali ſpũ ꝓlocutos fuiſſe viros
ſanctos ꝛ amicos dei intelligere ſceleſtũ
eſt ac prophanuȝ: qbꝯ añ aduentũ chri
ſti idcirco nõ eſt lex poſita eo ꝙ tranſcen
dẽtes mãdata eius euãgelicis parere ꝓ/
ceptis· ꝛ apoſtolicę ꝑfectõni ſtudere pre
uenientes diſpenſatõem tpis maluerũt

## De eo ꝙ non ſit poteſtas nocẽdi in arbitrio demonum collocata Cap. xxij.

Non habere aũt eos poteſtatem
quẽqȝ hominũ ledẽdi exẽpluȝ
beati iob manifeſta rõe demon
ſtrat· vbi nõ amplius euȝ tẽptare audet
inimic⁹ qȝ diuina ei diſpenſatõe cõcedi/
tur· ꝛ ꝯfeſſio eorũdem ſpũum euãgelicꝭ
monimentis inſerta teſtatur dicentiuȝ.
Si eijcis nos: mitte nos in gregem por/
corum. Qui multomagis credendi ſunt
in nullo hoĩm q ad imaginẽȝ dei creati
ſunt introire ꝓ arbitrio ſuo poſſe cũ ani
malia ĩmũda ac muta ingrediẽdi abſqȝ
dei ꝑmiſſu nõ habuerĩt ptãtem. Ceteꝝ
nemo poſſet: nõ dicã iuuenũ qs videm⁹
in hac heremo conſtantiſſime cõmorari
ſed nec ꝑfectoruȝ quidem tantis taliũqȝ
hoſtiũ agminibꝯ circũſeptus in heremo
ſingularis habitare: ſi in ipĩs eſſȝ ꝓ vo/
luntate ſua nocendi vel attemptandi fa
cultas atqȝ libertas Qd euidenti⁹ etiaȝ
dñi ac ſaluatoris noſtri cõfirmat ſentẽ/
tia quã ꝓ hũilitate hoĩs aſſumpti ꝓtu
lit ad pilatũ ita dicenꝗ. Nõ haberes in
me vllã ptãtem: niſi datũ tibi fuiſſet de
ſuper.

## De imminuta demonum ptãte. Cap. xxiij.

Satis tamen nobis experientia
nr̃a ꝛ ſenioꝝ relatõe ꝯꝑtũ eſt

non eandem vim habēre nūc demones
ꝙ̄ anteriore tp̄e inter anachoretaꝝ dū-
taxat principia: in quib⁹ adhuc raritas
monachoꝝ̄ in heremo cōmanebat. Tā-
ta nanqꝫ erat eorū feritas: vt vix pauci
et ad modum ſtabiles atqꝫ etate proue
cti tolerare habitatōnem ſolitudīs poſ-
ſent. Siquidem in ip̄is cenobijs in qui-
bus cōmorabant̄ octo vel decem: ita eo
rum atrocitas graſſabatur· ⁊ frequētes
ac viſibiles ſentiebant̄ aggreſſus vt nō
auderent omnes pariter noctib⁹ obdor-
mire· ſed viciſſim alijs deguſtātib⁹ ſom-
num: alij vigilias celebrantes: pſalmis
⁊ oratōnibus ſeu lectōnibus inherebāt
Cumqꝫ illos ad ſoporem nature neceſſi-
tas inuitaret· expgefactis ad eorū q̄ dor
mituri erāt cuſtodiam ſimiliter excubie
tradebantur. Unde dubitari non po-
teſt vnum e duob⁹· hanc nunc ſecurita-
tem vel confidentiā non ſolū nobis qui
videmur ꝓ expientia ſenectutis aliqua
tenus roborati: ſed etiam iunioꝛib⁹ eta-
te conferre. Aut eñ virtute crucis etiam
deſerta penetrante: ⁊ vbiqꝫ eius gratia
coruſcante: retuſa eſt nequicia demo-
num· aut negligentia noſtra illos ab im
pugnatōne noſtra priſtina reddidit len
tiores· dum dedignant̄ aduerſum nos
illa intentōne confligere; qua tunc con-
tra illos probatiſſimos chriſti milites ſe
uiebant· hac ſcꝫ fraudulentia viſibiliū
temptatōnum ſine ceſſatōne durius eli
dentes. Intantū eñ tepoꝛem videmus
corruiſſe nōnullos: vt neceſſe ſit eos eti-
am remiſſioꝛib⁹ monitis appalpari mo-
do: ne deſertis cellulis ſuis ad pernicio-
ſiores inq̄etudines reuoluant̄: ⁊ circū-
euntes ac vagi craſſioꝛibus: vt ita dixe-
rim: vicijs implicentur: magnuſqꝫ fru-
ctus ab eis obtineri credatur· ſi ſolum-
modo ſe etiaꝫ cū q̄libet ignauia valeāt
in ſolitudine continere· ac pro ingēti re-
medio ſoleat eis a ſenioꝛib⁹ dici· ſedete
in cellulis vr̄is· et q̄ſtum libitum fuerit
mādūcate atqꝫ bibite et dormite dum-
modo in eis iugiter perduretis.

## Qua rōe demones ſibi in eorū corpa quos arrepturi ſunt adi-tum parent. Cap. xxiiij.

Onſtat ergo immundos ſpiri-
tus nō alit̄ poſſe in illos quorū
obtēturi ſunt corpa penetrare·
niſi p̄us eorū mentes cogitatōeſqꝫ poſſe
derint Quos cū timore ac memoria dei
vel ſpiritali meditatōe nudauerīt velut
exarmatos oī p̄ſidio ac munitōe diuīa
nudatos facile vincēdos audent̄ inua-
dunt· domiciliū deinceps in eis velut in
poſſeſſione ſibi tradita preſumentes

## De eo ꝙ miſerabilioreſ ſunt hi qui vicijs q̄ꝫ qui ab ip̄is demonibus poſſidentur· Cap. xxv.

Icet multo grauius conſtet de
hementiuſqꝫ vexari hos q̄ cum
corpōralit̄ ab ip̄is ſuppleri mi-
nime videantur· animo tamen pernicio-
ſius poſſidentur· eorum ſcꝫ vicijs vl̄ vo
luptatib⁹ inuoluti. Scd̄m apl̄i nanqꝫ
ſententiā· a q̄ q̄ſqꝫ ſupat̄ eius huus effi
citur. Niſi ꝙ in h̄ iſti deſperatius egro
tant· ꝙ cū ſint eoꝝ mancipia: nec impu-
gnari ſe ab illis nec dominatū eoꝝ ferre
cognoſcūt. Ceteꝝ corpalit̄ traditos ſa-
thane· vel infirmitatib⁹ magnis etiā vi
ros ſanctos nouim⁹ ꝓ leuiſſimis q̄b⁹qꝫ
delictis cum in illis ne tenuiſſimū q̄deꝫ
neuum aut maculam in illo iudicij die
patiat̄ inueniri diuina clemētia omneꝫ
ſordis eoꝝ ſcoriā ſm̄ ꝓphete: imo dei ſen
tentiam excoquēs in p̄ſenti: vt eos tāq̄ꝫ
auꝝ vel argentū ignitū ad illā ppetuita
tem: nulla indigentes penali purgatiōe
trāſmittat. Et excoquā inq̄t ad purum
ſcoriā tuā: et auferā oīe ſtannuꝫ tuū· ⁊
poſt h̄ vocaberi ciuitas iuſti: vrbs fidel̄.
Et iteꝝ. Sicut ꝓbat̄ argentū et auꝝ in
camīo: ita eligit corda dn̄s Et iteꝝ. Au
rum ⁊ argentū probat ignis· vir autem
ꝓbat̄ in fornace hūiliatōnis Et illō q̄ꝫ.
Queꝫ eñ diligit dn̄s corripit· flagellat
autem omnem filium quem recipit·

## De nece prophete ſeducti et in-firmitate abbatis pauli· q̄ꝫ pro



ſua emēdatōe ꝓmeruit. C. xxvi

Uod in illo propheta atqꝫ
homine dei: in tertio regū li
bro maīfeſte videm⁹ īpletū.
qui ꝓ culpa vni⁹ īobediētie
quā tñ nō de īduſtria nec vicō ꝓprie vo
luntati ſꝫ alteri⁹ circūuentōe ꝯtraxit cō-
feſtī a leone ꝯterit̄: ita de eo ſcripta nar-
rante. Uir dei eſt: q̄ inobediens fuit ori
dn̄i· tradidit eū dn̄s leoni ⁊ ꝯfregit eum
iux̄ verbū dn̄i qđ locut⁹ eſt. In q̄ facto
⁊ ſolutōꝫ delicti p̄n̄tis atqꝫ errori incau
ti ⁊ iuſticie merita ꝓ q̄b⁹ ꝓphetam ſuuꝫ
dn̄s tpalit̄ tradidit vexatori· parcitas
ip̄a ⁊ cōtinētia vexatoris atqꝫ p̄datori
oſtēdit· q: nichil penit⁹ audet voraciſſi-
ma beſtia de tradito ſibi cadauere degu
ſtare. Cui⁹ rei nr̄is q̄qꝫ tpib⁹ ſati euidēs
cōtigit et apta ꝓbatō in abbate paulo
vel moyſe q̄ habitauit locū hui⁹ ſolitu-
dinis: q̄ calam⁹ nuncupat̄. Nam prior
cōmorat⁹ eſt in heremo q̄ adiacet pane-
phiſi ciuitati: quā ſolitudinē nūc olī fa
ctaꝫ aq̄ ſalſiſſime inundatōe cognoui⁹
Que q̄tiens flauerit ſpiritus aq̄lonis:
de ſtagnis īpulſa ac ſupfuſa adiacētib⁹
terri: ita omnē illi⁹ ſupficiē regionis ꝯte-
git. vt antiq̄s ibidem vicos q̄ olim hac
ip̄a de cauſa oī ſunt habitatore deſerti
faciat velut inſulas apparere. Hic igit̄
abbas paulus in tantā cordis puritatē
q̄ete ſolitudīs ſilencioqꝫ ꝓfecerat: vt nō
dicā vultū femineū: ſed ne veſtimēta q̄-
dem ſexus illius ꝯſpectui ſuo pateretur
offerri Nam cū eidē pgenti ad cuiuſdā
ſeniori cellaꝫ vna cum abbate archebio
eiuſdē ſolitudīs accola· caſu mulier ob-
uiaſſet: offenſus occurſu ei⁹· tanta fuga
ad ſuū rurſus mōaſteriū p̄termiſſo qđ
arripuerat pie viſitatōnis officio recu-
currit: quanta nullus a facie leonis vel
immaniſſimi draconis aufugeret· ita vt
ne memorati quidē abbatis archebij re-
uocantis eum clamore ac p̄cib⁹ flectere-
tur· vt ad requirendum ſenem quemad
modum propoſuerāt cepto itinere per-
tenderent. Quod licet celo caſtitatis et

puritatis ardore ſit factū· tñ q: non ſm̄
ſcientiā p̄ſumptum eſt: ſed obſeruantia
diſcipline iuſticie exceſſus ē mod⁹. Nō
eñ ſolā familiaritatē que vere eſt noxia
feminarū: ſed ip̄am quoqꝫ figurā ſexus
illius credidit execrandam· tali ꝯfeſtim
correptōe pcuſſus eſt: vt eius vniuerſuꝫ
corpus paraliſeos valitudine ſolueret̄
nullumqꝫ in eo membrū penitus exple-
re ſuū p̄ualeret officiuꝫ Siquidem non
ſolū pedes ac manus: ſed etiā lingue mo
tus· quo elocutō vocis exp̄mitur· ipſeqꝫ
aures ita auditus proprij amiſerūt ſen-
ſum· vt in eo nihil amplius ex homine:
q̄ꝫ immobilis tantū atqꝫ inſenſibilis fi-
gura remaneret. Eo aūt redactus eſt: vt
infirmitati eius nullo mō virorū diligē
tia deſeruire ſufficeret: niſi ſola ei mulie-
bris ſedulitas miſtraſſꝫ. Sꝫ delato ad
cenobiū ſacrū v̄ginū cib⁹ ac pot⁹ quē ne
nutu q̄deꝫ petere poterat: femineo inge-
rebatur obſequio· explendiſqꝫ omībus
nature neceſſitatib⁹: eadem illi diligen-
tia p annos ferme q̄ttuor .i. vſqꝫ ad vi-
te ſue terminū ſeruiebat· Qui cum tan
ta eſſet oīm mēbrorū debilitate conſtri-
ctus: vt nulli in eo artus viuacē motū
ac ſenſibilem retentarent· nihilominus
tanta ex eo virtutum gratia ꝓcedebat·
vt cū de oleo quod de cadauere ſuo po-
tius q̄ꝫ corpore contigiſſet vngerent̄ in-
firmi· confeſtim cunctis valitudinibus
curarent̄· ita vt ſup hac eius valitudīe
etiam ip̄is infidelib⁹ euidenter aperteqꝫ
clareſceret· ⁊ debilitatem mēbrorū oīm
diſpenſatōne atqꝫ amore dn̄i contribu
tam· ⁊ ſanitatū gratiā ꝓ teſtimonio pu
ritatis ac manifeſtatōne meritoruꝫ eius
ſpūſſancti virtute preſtari.

## De temptatōe abbatis moyſi Capitulū. xxvij.

Ecundus vero queꝫ diximus
in hac heremo cōmoratū cum
ip̄e quoqꝫ ſingularis et incom
pabilis vir eſſꝫ ob reprehenſionē vnius
ſermonis quem contra abbateꝫ macha
rium diſputās paulo durius ꝓtulit q̄-

dam ſcꝫ opinione pūentus tā diro cō-
feſtim eſt traditꝰ demoni: vt humanas
egeſtiones ori ſuo ab eo ſuppletus inge-
reret. Quod flagellū purgatōis gratia
ſe dn̄s intuliſſe, ne ſcꝫ ī eo vel momētal-
nei delicti macla reſideret: velocitate cu-
ratōnis eiꝰ atqꝫ aucto remedio demon-
ſtrauit. Nam ꝯtinuo abbate macbario
in oratōe ſubmiſſo dicto citiꝰ neqꝫ ſpiri-
tus ab eo fugatus abſceſſit.

## De eo q̄ ſperni nō debeant hi qui ſpiritibus tradūtur immūdis. Cap. xxviij.

Ex quo manifeſte perpenditur
nō debere eos abominari vl' de-
ſpici q̄s videmus diuerſis tem-
ptatōib' ſiue iſtis nequitie ſpiritib' tra-
di: q2 duo hec credere immobiliter nos
oportet. pmo q̄ ſine dei pmiſſu nullꝰ ab
eis oīno temptet'. ſcd̄o q̄ oīa que a deo
nobis inferunt': ſiue triſtia ad pſens ſeu
leta videant': velut a piiſſimo patre cle-
mentiſſimoqꝫ medico p noſtris vtilita-
tibus irrogent': 7 idcirco eos velut peda-
gogis traditos humiliari: vt diſceden-
tes ex h' mūdo: vel purgatōres ad vitaꝫ
aliā transferāt', vel pena leniore plectāt'
qui ſm apl'm traditi ſunt in pn̄ti ſatha-
ne in interitū carnis: vt ſpū ſalui fiant ī
die domini noſtri ieſu chriſti.

## Obiectio cur hi qui ſpiritibus vexātur immūdis a cōmuniōe dn̄ica ſepantur. Cap. xxix.

Ermanꝰ. Et quomō nō ſolū
eos deſpici ab hoīb' vl' horreri
ſed etiā a cōmuniōe dominica
in nr̄is puinciis ppetuo videmꝰ abſtine-
re ſm illā euangelii ſententiam. Nolite
ſanctū dare canib': neqꝫ mittatis marga-
ritas veſtras an̄ porcos. cū de ill' quēad-
modū dicis ita credendū ſit q̄ eis pur-
gatōis vel vtilitatis obtentu huiꝰ tem-
ptatōnis humiliatō tribuatur.

## Reſponſio ſup ppoſita q̄ſtiōe. Ca. xxx.

Erenꝰ. Si habue-
rimus hanc ſententiā imo fidē
quā ſupiꝰ cōprehendi: vt 7 om-
nia p dn̄m fieri 7 p vtilitate aīarum di-
ſpenſari vniuerſa credamꝰ: non ſolū ne-
quaqꝫ deſpiciemus eos ſꝫ etiā p eis tan-
q̄ p mēbris noſtris inceſſanter orabimꝰ
eiſqꝫ totis viſcerib' ac pleno cōpatiemꝰ
affectu. cū eni patitur vnū membrū cō-
patiunt' oīa mēbra: ſcientes nos abſqꝫ il-
lis vtpote mēbris noſtris omnimodis cō-
ſumari nō poſſe: quemadmodū legimꝰ
ne anteriores q̄dem nr̄os ſine nobis re-
pmiſſionis ſummā conſeq̄ potuiſſe: ita
de illis aplo pnunciante. Et hi omēs te-
ſtimonio fidei cōpbati nō acceperūt re-
pmiſſionē' deo p nobis melius aliquid
puidente: ne ſine nob' cōſumarent'. Cō-
munionē vero eis ſacroſanctā a ſenioribus
nr̄is nunqꝫ meminimꝰ interdictaꝫ
quinimo ſi poſſibile eſſet etiaꝫ q̄tidie eis
impartire eam debere cenſebāt. Nec eni
ſm euāgelii ſententiā quā incōgrue huic
ſenſui coaptatis. Nolite ſanctū dare ca-
nib' ad demonis eſcā ſacroſancta com-
munio: 7 nō potius ad purgatōꝫ ac tu-
telam corporis aieqꝫ peruenire credenda
eſt: que ab hoīe percepta eū qui in mem-
bris eiꝰ inſidet ſpūm: ſeu in ipis latitare
conat' velut q̄dam exurens fugat incen-
dio. Hoc nāqꝫ mō curatū 7 abbatē an-
dronicū nup aſpeximus alioſqꝫ q̄ plu-
res. Magis nāqꝫ ac magis inimicus in-
ſultabit offenſo: cū eū a celeſti medicina
viderit ſegregatū: tantoqꝫ duriꝰ ac fre-
quentius attemptabit q̄to eū ab ſpiri-
tali remedio longius ſenſerit abdicatū.

## De eo q̄ miſeri ſint hi qui ſubdi temporalibus iſtis temptationibus nō merentur. Ca. xxxi.

Eterum illi ſunt vere miſeri ac
miſerabiles iudicandi q̄ cum
ſe vniuerſis crimib' flagiciiſqꝫ
ꝯtaminēt: nō ſolū nullū viſibilit' in eis
ſignū diabolice ſuppletōis oſtendit': ſed
nec aliq̄ q̄dem opib' eoꝝ ꝯdigna tēpta-
tio: nec vllū flagellū correptōis infertur.
Non eni merent' celerē ip̄is iſtiꝰ expedi-
tamqꝫ medicinā quorū duricia 7 impe-
nitens cor penaꝫ vite pſentis excedēs the-
ſauriçāt ſibi ipi iram 7 indignationem
in die ire 7 reuelatōis iuſti iudicii dei: in
q̄ v'mes eorū nō morieē' 7 ignis eoꝝ nō
extinguet'. Cōt' quos ppheta velut anxiꝰ
p afflictōne ſanctoꝝ videns eos erūnis
variis ac tēptationib' ſubiacere: 7 econ-
tra peccatores nō ſolū abſqꝫ vllo humi-
liatōis flagello curſum mūdi iſtiꝰ ptrā-
ſire: ſꝫ etiā affluentia diuitiaꝝ ac ſūma
reꝝ oīm pſperitate gaudere: intolerabili
çelo ac ſpūs ſui feruore ſuccenſus excla-
mat. Mei aūt pene moti ſūt pedes. pau-
lominꝰ effuſi ſunt greſſus mei: q2 çelaui
ſup iniq̄s: paceꝫ peccatoꝝ vidēs: q2 non
eſt reſpectꝰ morti eoꝝ: 7 firmamentuꝫ in
plaga eoꝝ: in labore hoīm nō ſunt: 7 cuꝫ
homib' nō flagellabūt': ſcꝫ in futuro cū
demonib' puniendi: q̄ in pn̄ti nō merue-
runt in ſorte ac diſciplina filioꝝ cū hoī-
bus flagellari. Hieremias q̄ꝫ cū deo ſu-
per hac impioꝝ pſperitate diſceptās: li-
cet neq̄q̄ dubitare ſe de iuſticia dn̄i pfi-
teat' dicēs. Juſtꝰ q̄dē tu es dn̄e: ſi diſpu-
tem tecū. Cauſaꝫ tn̄ huiꝰ tāte ineq̄litatis
iq̄rēs ſbiūgit 7 dicit. Uerūtn̄ ſi ita iuſta
loq̄r ad te. Quare via impioꝝ pſperat'
bn̄ eſt omib' q̄ p̄uaricant' 7 iniq̄ agunt.
plātaſti eos 7 radicē miſerūt: pficiunt 7
faciūt fructū. Prope es tu ori eoꝝ. 7 lon-
ge a renib' eoꝝ. Quoꝝ ruinā deflēte do-
mino p pphetā: 7 ad eoꝝ curationeꝫ me-
dicos atqꝫ doctores ſollicite dirigente: 7
q̄dammō eos ad planctū ſil'em puocāte
ac dicēte: ſubito cecidit babilō ꝯtrita eſt
vlulate ſup eā: tollite reſinā ad dolorē eꝰ
ſi forte ſanet': reſpōdēt vt deſperātes an-
geli: q̄b' ſalutis humane cura cōmiſſa eſt
vel certe ppheta ex pſona aploꝝ ſeu ſpi-
ritaliū viroꝝ atqꝫ doctoꝝ videtiū duri-
ciam mētis eoꝝ 7 impenitēs cor. Curaui-
mus babilonē 7 nō eſt ſanata: relīqmꝰ
eā: 7 eamꝰ vnuſq̄ſqꝫ in terrā ſuā: q̄m per-
uenit vſqꝫ ad celos iudiciuꝫ eiꝰ: 7 eleua-
tum eſt vſqꝫ ad nubēs. De iſtoꝝ igit' de-
ſpato lāguore ex pſona dei loq̄t' yſaias
ad hierl'm. A plāta pedis vſqꝫ ad v'ticē
nō eſt in ea ſanitas: vulnꝰ 7 liuor et pla-
ga tumēs nō eſt circūligata nec curata
medicamīe neqꝫ fota oleo.

## De diuerſitate ſtudiorū ac voluntatū q̄ in aereis ptātibus exercentur. Capitulū. xxxii.

Ot aūt eſſe immūdos ſpūs q̄t
ī hoīb' ſtudia nō dubie cōpro-
bant'. Nam nōnullos eoꝝ q̄s
etiaꝫ faunos vulgꝰ appellat ita ſeducto-
res 7 ioculatores eē manifeſtū eſt: vt cer-
ta q̄qꝫ loca ſeu vias iugit' obſidētes ne-
quaqꝫ tormentis eoꝝ q̄s p̄tereūtes potue-
rint decipe delectent': ſꝫ de riſu tm̄mō et
illuſione ꝯtenti fatigare eos potius ſtu-
deant q̄ nocere. q̄ſdam v'o ſolūmō ī no-
ciuis incubatōib' hoīm pnoctare. alios
ita eſſe furori ac truculentię deditos: vt
nō ſint ꝯtēti illoꝝ tm̄mō corpora quos
ſuppleuerint atroci dilaceratōe vexare.
ſꝫ etiā irruere ſupeminꝰ trāſeuntes atqꝫ
affligere illos ſeuiſſima cede feſtinent: q̄-
les illi in euāgelio deſcribunt': ob quoꝝ
metū p viam illā trāſire iam nullus au-
debat: q̄s eorūqꝫ ꝯſil'es bell' ſanguīs q̄ꝫ
effuſione p inſatiabili ferocitate gaude-
re nō dubiū eſt. Alios ita eorū corda q̄s
ceperāt inani q̄dam tumore videmꝰ in-
feciſſe: q̄s etiā bacuceos vulgꝰ appellat:
vt ſemetipos vltra pceritatē corporis eri-
gētes: nunc q̄dem ſe in q̄ſdam faſtꝰ gut-
turiſqꝫ ſuſtollerēt: nūc velut acclines ad
quēdā ſe tranquillitatis 7 ad familiarita-
tis ſtatū cōmunes blādoſqꝫ ſbmitterēt
eſſe velut illuſtres 7 circūſpectabiles oī-
bus eſtimātes: nunc q̄dē adorare ſe po-
teſtates ſublimiores corporis inflexione
monſtrarēt: nunc v'o ab aliis ſe crederēt
adorari. 7 oēs motꝰ q̄b' v'a officia aut
ſupbē aut hūilit' pagunt' explerēt. Alios
repimꝰ nō ſolū ſtudere mēdaciis: ſꝫ etiā
blaſphemias hoīb' inſpirare. Cuiꝰ rei
etiā nos teſtes ſumꝰ q̄ audiuimꝰ aptiſſi-
me demonem ꝯfitentē p arrium 7 euno-
miū ſe impietatē ſacrilegi dogmatis edi-
diſſe. Qd̄ etiā in q̄rto regū libro vnum
ex iſdem ipis manifeſte legimꝰ p̄dicāteꝫ
Egrediar inq̄t: 7 ero ſpūs mēdax in ore

oīm ꝓphetaꝝ eiꝰ. De qͥbꝫ apl's arguēs illos q̇ ab ipis decipiunt̄ ita īfert. Attendentes ſpiritibꝫ ſeductoribꝫ ⁊ doctrinis demonioꝝ in ypocriſi loquentiū mēdaciū. Eſſe aūt ⁊ alia demonum genera id eſt mutoꝝ atqꝫ ſurdoꝝ euangelia teſtant̄. Incentores etiā libidinū atqꝫ luxurie q̊ſdam ſpūs ꝓpheta commemorat. ſpūs inquiēs fornicatōis decepit eos ⁊ fornicati ſunt a deo ſuo. Noct̄nos q̊ꝫ ſine diurnos ac meridianos demones ſimilit̄ ſcripturarū auctoritas docet. De quoꝝ diuerſitate ꝓlongū eſt ſi volumꝰ oīa ſcripturaꝝ volumīa ꝑſcrutātes ſingillatī ꝑcurrere. q̇ per ꝓphetam onocentauri. qui piloſi. q̄ ſirene. q̄ lamie. q̄ vlule. qui ſtrutōnes. qui ericij deſignant̄. q̇ aſpis. q̇ baſiliſcus in pſalmo. qui leo. q̇ draco. qui ue ſcorpius in euāgelio nuncupet̄. q̇ ꝑnceps mundi huiꝰ. q̇ rectores tenebraꝝ harū. q̄ ſpiritalia nequitię ab apl'o nominent̄. Quę vocabula non caſu nec fortuitu indita illis debēmꝰ accipere. ſꝫ ſignificatōne iſtaꝝ ferarum quę apud nos vel minꝰ noxie vel magis ꝑniciose ſunt. illoꝝ ferocitates rabieſqꝫ diſtingui. ⁊ ex ſimilitudine neq̇tię virulētę ſeu ꝑncipatus. quē iſtis int̄ ceteras feras ſiue ſerpentes q̄dam excellētia malicię ſuę ꝯfert. illos q̊ꝫ eoꝝ vocabul̄ nūcupari. vt ſcꝫ alius q̇dem ob vehemētiam furoris ⁊ rabiem ferocitatꝗ ſuę. ꝑ quam ꝑncipatum inter ceteras ſpiritales neq̇tias obtinuit leonis appellationē. Aliꝰ baſiliſci ob illud mortiferū virus quod ꝑuſqꝫ ſentiat̄ interimit. Aliꝰ vero ob teporem malicię ſuę onocentauri aut ericij nomen ſtrutioniſue ſortitus ſit

**Interrogatio vnde differētia nequitiarū celeſtiuꝫ tanta proceſſerit. Cap̄. xxxiij.**

**Ermanus.** Nō q̇deꝫ ambigimus illos q̊ꝫ ordines quos apl's dinumerat ad iſtos referri. qꝛ nō eſt nobis colluctatio aduerſus carnē ⁊ ſanguinem. ſed adūſus ꝑncipatus. aduerſus ꝑtātes. adūſus mūdi rectores tenebrarū harum. contra ſpiritalia neq̇tię in celęſtibꝫ. Volumꝰ tn̄ noſſe vn̄ ſit hec tanta inter eos differētia. vel quemadmodū tātę neq̇tię extiterit gradus. An ad hoc creati ſint. vt hos ordines malitię ſortirent̄. et quemadmodū huic nequitię militarēt. **Dilatio ſuꝑ abſolutione ꝓpoſite q̄ſtionis.**

**Erenus. Ca. xxxiiij.** [Serenus?]

ꝑpoſitiones veſtrę totū tēpus nocturne quietꝭ ita nr̄is furentur obtutibꝫ. vt appropinquantꝭ aurore nequaqꝫ viciniā ſentiamus. ⁊ vſqꝫ ad ortum ſolis inſatiabilit̄ collationis huiꝰ ꝟba contexere ꝓuocem̄. tn̄ qm̄ abſolutio propoſite queſtionis cū ceperit indagari. in q̇ddam ampliſſimū ac ꝓfundiſſimum nos educet pelagus queſtionuꝫ qđ pn̄tis hore breuitas nō ſinit trāſmeari. cōmodius reor vt eā future noctꝭ indagini reſeruemꝰ. q̊ ⁊ mihi ſ𝔟 huiꝰ queſtionis occaſione de vr̄o penſiori colloquio lęticia ſpirtial ac fructꝰ vberior cōferat̄. ⁊ ꝓpoſitarū queſtionū ſinus ꝑbēte nobis ſpūſancto ꝓſperos flatus liberiꝰ penetrare poſſimꝰ. Q̄obreꝫ ſoporis modicū deguſtātes diſcutiamus ob repentem oculis nr̄is vicina iam luce torporem. ac deinceps ꝑiter ad eccleſiā procedentes qm̄ hoc facere dn̄ice dici ſolēnitas cōmonet. reūſi poſt ſynaxin. ea q̄ dn̄s ad inſtructionē cōmunē ꝓ deſiderio veſtro largitus fuerit duplicato gaudio conferamus.

**Explicit collatio pria abbatis Sereni de animę mobilitate et ſpiritalibus nequitijs. Incipiunt capitula ſecūde collationis eiuſdem ſenis. Cap̄. primū.**


De humanitate abbatꝭ ſereni
ij Secunda ꝓpoſitio de diuerſitate nequitiarū celeſtium
iij Reſponſio de multiplici eſca ſcripturarum ſanctarum.
iiij De gemina ſententia ſuper intellectu ſcripturarum ſanctarum.
v De eo ꝙ ꝓpoſita queſtio int̄ illa q̄ media ſunt tenēda debeat accipi
vi De eo ꝙ nihil malum a deo creatum ſit
vij De inicio ꝑncipatuū ſeu ꝑtātū
viij De lapſu diaboli ⁊ angelorum
ix Obiectio ꝙ ruina diaboli ad deceptionē eue ꝑncipium ſūpſerit.
x Reſpōſio d̄ īicio lapſus diaboli
xi De eꝰ q̇ dcipit ſiue q̇ dcipit̄ pēa
xij De conſtipatione demonū et inq̇etudie quā in h̄ aere ſꝑ exercēt.
xiij De eo ꝙ impugnationē quā erga hoīes impendant etiam aduerſum ſe cōmoueant
xiiij Vn̄ factū ſit vt ꝑtātum ſeu principatuū nomīa ſpiritaliū nequitię ſortirentur
xv De eo ꝙ nō ſine cā ſanctꝭ celeſtibuſqꝫ virtutibꝫ angelorum ſiue archangelorū nomīa ſint īdita.
xvi De ſubiectōne demonū quā ſuis prīcipibus prebent fratris viſione ꝑſpecta.
xvij De eo ꝙ ſingulis homībus duo ſemper angeli adhereant
xviij Differentia nequitię q̄ aduerſis ſpiritibus ineſt per duos philoſophos approbata.
xix De eo ꝙ demones nihil adūſus homines ꝑualeant niſi eoꝝ ꝑus mentes obſederint.
xx Interrogatio de apoſtatis angelis qui in geneſi cum filiabus hominum concubuiſſe dicuntur.
xxi Solutio propoſite queſtionis.
xxij Obiectio queādmodum generi ſeth cū filiabꝫ cayn ꝓphana cōmixtio ante interdictuꝫ legis potuerit imputari
xxiij Reſpōſio ꝙ naturali legi ab initio homines iudicio ſeu pene fuerint obnoxij.
xxiiij Q̄ iuſte puniti ſunt hi qui an̄ diluuium peccauerunt.
xxv De diabolo qđ dicit̄ in euangelio quomō intelligēdū ſit. qꝛ mēdax eſt ⁊ pater eius


**Expliciunt capitula**



**Incipit collatio ſecūda abbatis ſereni de principatibus ſeu poteſtatibus Capitulū .i.**

**Onſūma**tis q̄ diei ſolennitas exigebat. ⁊ eccl'e congregatōe dimiſſa: reuerſi ad cellā ſenis. refecti ꝑmū lautiſſime ſumꝰ. Na ꝓ muria q̄ ſuꝑiecta olei gutta quotidiāe refectioni ſolebat apponi. modicū liq̇minis miſcuit. ⁊ olei quiddā ſolito ꝓpenſiꝰ ſuꝑfudit. Nā illā olei guttaꝫ ob h̄ vnuſq̇ſqꝫ quotidiane refectioni inſtillat. nō vt eiꝰ ex h̄ gutt̄ q̄ndā ꝑcipiat ſuauitatē. q̇ppe cuiꝰ tantꝰ eſt modꝰ. vt vix ipſius gutturis fauciūqꝫ meatꝰ nō dicā vngere. ſꝫ ꝑtranſire ſufficiat. ſꝫ vt h̄ vſu iactantiā cordis q̄ ꝓ abſtinētia diſtrictiore blāde ſolet ac latent̄ irripere. ⁊ ſtimulos elationis obtūdat. q̄ quāto occultiꝰ exercetur nulloqꝫ hoīm teſte ꝑficit̄: tanto ſubtiliꝰ occultatorē ſuum temptare non deſinit. Deinde appoſuit ſalē frictuꝫ. oliuas ternas. q̇bꝫ poſt hec ſuꝑintulit caniſtrū habens cicer frictū qđ illi trogalia vocant. ex q̇bus q̇na tm̄ ſumpſimꝰ grana. mixaria bina. caricas ſingulas. hūc enim numerum in illa heremo quenqꝫ exceſſiſſe culpabile eſt. Qua refectiōe trāſacta repmiſſam queſtionis abſolutionē cū repoſcere cępiſſemꝰ. ꝓferte inq̇t ſenex interrogationē vr̄am quā mature ꝓlatā ad huius horę diſtuleramus indaginem.

**Secunda propoſitio de diuerſitate nequitiarū celęſtiū Ca. ij.**

**Ermanus.** Vn̄ queſumꝰ tāta varietas adūſariaꝝ ꝑtātum ꝯ hoīem ac diūſitas iſta ꝓceſſit q̄s btūs apl's ita dinumerat. Nō eſt nobis colluctatio adūſus carnē ⁊ ſanguinem. ſꝫ adūſus ꝑncipatꝰ ⁊ ꝑtātes. adūſus mūdi rectores tenebraꝝ haꝝ. ꝯ ſpiritalia neq̇tię in celęſtibꝫ. Et iteruꝫ. Neqꝫ angeli. neqꝫ ꝑncipatꝰ. neqꝫ ꝟtutes. neqꝫ creatura alia poterit nos ſeparare a chari

tate dei q̄ est in christo iesu dño nr̄o. Vn̄
ergo tāta malicię diuſitas emula nobiſ
emerſit: An ad h̄ ptātes iſtas a dño cō,
ditas eſſe credendū est· vt his ꝯ hominē
gradib⁹ atq; ordinib⁹ militarentur.

## Reſponſio de multiplici eſca ſcripturarū ſanctarum. Cap̄. iiij

Erenus. Diuinarū ſcriptu,
rarū auctoritas· de his in qb⁹
nos voluit erudire q̄dā tā luci
de etiā his q acumē ingenij min⁹ poſſi,
dent euidenť effata eſt· vt nō ſolū nulla
occultioris ſenſus obſcuritate velentur
ſʒ nec vllo q̇dem patrocinio interp̄tatio
nis indigeāt in ſupficie voc̄ ac lr̄e ſuos
ītellect⁹ ac ſn̄ias p̄ferētia· q̄dam vo ita
cōtecta· ⁊ quibuſdam obſcurata miſte
rijs edidit· vt in eorum diſcuſſione et in,
tellectu immenſum nob̄ exercitij cāpum
ac ſolicitudīs reſeruarēt. Quā rē mlťas
ob cās deū diſpenſaſſe manifeſtū eſt· pri,
mum ne ſacra diuina nullū habētia ſpi
ritalť intellect⁹ velamē obductū cūct̄ ho
mib⁹ id eſt tā fidelib⁹ q̄ ꝓfanis eq̄li ſcia
⁊ noticia paterēt· ⁊ per h̄ inter inertes ac
ſtudioſos nulla eſſet virtut̄ prudētięq;
diſtantia· tū vt etiā inter ipos domeſti,
cos fidei dū intellectuū ſpacia coraʒ eis
immenſa tenduntť. eſſet in q̇b⁹ ⁊ deſidio
ſorū argueretur ignauia· ⁊ diligētia ſtu
dioſorū· ac puritas cordis eoꝝ mentiq;
induſtria ꝓbaretť. Ideoq; ſat̄ ꝓp̄e ſcri,
ptura diuina agro optīo ac fertili ꝯpať
q̇ cū multa gignat ac ꝓferat q̄ ad hoim
victum ſine aliqua ignis coctione ꝑfi,
ciant· q̄dam niſi p̄us flāmę calore miti,
gata atq; mollita omnē aſperitateʒ ſuę
depoſuerit cruditat̄· vel incōgrua erūt
vſib⁹ humanis vel noxia. Nōnulla vo
ita in vtrūq; apta naſcuntť· vt nec inco,
cta ſua cruditate diſpliceāt vel offēdāt.
⁊ tn̄ ignis calore lenita ſalubriora red,
dantť. Plura q̇ʒ ad eſcā tm̄mō irratio
nabiliū iumentoꝝ ⁊ aīaliū mitiū· vel fe,
rarū ſeu volatiliū oriuntť vſum· cib ho,
minū mīme ꝓfutura· q̄ etiā ī ſua aſperi,
tate manentia abſq; vlla ignis ꝯfectiōe
vitalē iument̄ cōferūt ſaturitatē. Quā
ratione ſat̄ euidenť aſpicim⁹ in h̄ vber,
rimo ſpiritaliū ſcripturarū paradiſo con
tineri· in q̊ ita q̄dam ſignificatiōe litte,
rę plana ac luculēta reſplēdent· vt cum
ſublimiore interp̄tatione nō egeāt· ſim
plici tm̄ lr̄ę ſono abūde paſcāt ac nutri
ant audientes· vt eſt illď. Audi iſrľ dn̄s
deus tuus de⁹ vn⁹ eſt. Et diliges dn̄m
deū tuū ex toto corde tuo· ⁊ ex tota aīma
tua· ⁊ ex tota vtute tua. Quędā autē ſi
allegorie explanatiōe extenuata nō fue,
rint· ⁊ ſpiritalť ignis examinatiōe molli,
ta· nullo mō ad ſalutarē interior̄ hois ci
bum ſine corruptiōis labe ꝑueniēt. ma,
giſq; ex eoꝝ pceptōe leſio q̄ vtilitas ali
qua ſubſeq̄tur· vt eſt illud. Sit lumbi
vr̄i p̄cincti· ⁊ lucerne ardētes· ⁊ q̇ nō hʒ
gladiū vendat tunicā ſuam ⁊ emat ſibi
gladiū· ⁊ q̇ non accipit crucē ſuā ⁊ ſeq̇ť
me nō eſt me dign⁹. Nō q̇daʒ diſtrictiſ
ſimi monachoꝝ· habētes q̇dem ꝫelū dei
ſʒ nō ſm̄ ſcientiā. ſimpliciť intelligētes·
fecerūt ſibi cruces ligneas eaſq; iugiter
humer̄ circūferentes· nō edificationem
ſʒ riſum cunct̄ videntib⁹ intulerūt. Nō
nulla vero ad vtrāq; pceptionē. i. tā hi
ſtoricam q̄ allegoricā ita cōmoda ſunt
ac neceſſaria· vt vtraq; explanatio vita
les aīę ſuccos īpartiaťť· vt eſt illď. Si q̇s
te pcuſſerit in dextrā maxillā tuā p̄be il,
li ⁊ alterā· ⁊ cū pſequūť vos in ciuitate
iſta fugite in aliā· ⁊ ſi vis pfectus eſſe va
de vende oīa q̄ habes ⁊ da pauperibus
⁊ habeb̄ theſaurū in celo· ⁊ veni ſequere
me. Producit ſane ⁊ fenū iument̄. q̇b⁹
pabulis omnes ſcripturaꝝ repleti ſunt
campi· ſimplex ſcʒ puraq; narratio hi,
ſtoricę lectionis· q̄ ſimpliciores quiq; ac
min⁹ capaces pfectę ⁊ integrę ratōis· de
q̇b⁹ dr̄. hoīes ⁊ iumenta ſaluab̄ domie·
ſm̄ ſtat⁹ ac menſurę ſuę ꝯditionem· ad
op⁹ tm̄ ⁊ laborē actualť vite· vegetiores
robuſtioreſq; reddantť.

## De gemina ſn̄ia ſuper intellectu ſcripturarū ſcārū. Cap̄ iiij.

Quamobrem de his quę aperta
explanatiōe prolata ſunt· nos
quoq; conſtanter poſſum⁹ de,



finire audenterq; noſtrā ꝓferre ſentētiā.
Ea vo quę meditationi ⁊ exercitio nr̄o
reſeruans obtecta ſanctis ſcripturis ſpi
ritus diuin⁹ inſeruit· q̇buſdā ea volens
indicijs ⁊ opinionib⁹ colligi· ita pedetē,
tim debent cauteq; cōferri· vt ſit eoꝝ aſ,
ſertio ſeu ꝯfirmatio in diſputāt̄ vel ſu,
ſcipient̄ arbitrio collocata. Nōnunq̄
eīm cū ſup vna re diūſa ꝓmaťť ſn̄ia· neu,
tra eaꝝ pōt abſurda iudicari· ⁊ ſine de,
trimēto fidei vel fixe vel medie ſuſcipi. i.
vt eis nec plena credulitas nec abſolu,
ta refutatio deputetť: p̄oriq; ſequēs opi,
nio derogare non debeat. cum quęlibet
earum fidei nō inueniaťť obſiſtere· qua,
le eſt illud q̄ helias venerit in iohanne· ⁊
iteꝝ ſit an̄ aduētū chriſti vētur⁹· ⁊ de ab
hominatiōe deſolationis q̄ ſteterit ī lo,
co ſancto p illud ſimulacrū iouis quod
hieroſolimis in tēplo poſituʒ legim⁹. et
iteꝝ ſtare habeat in eccľa p aduētū anti,
chriſti· illaq; oīa q̄ in euāgelio ſequunťť
q̄ ⁊ impleta ante captiuitatē hieroſoli,
morum· ⁊ in fine mūdi iſtius intelligun
tur implenda. e quib⁹ neutra opinio im
pugnat aliam· nec ſequētem prior intel,
lectus euacuat.

## De eo q̄ propoſita queſtio inter illa quę media tenēda ſunt debeat accipi. Cap̄. v.

Idcirco ꝓpoſita a nob̄ q̄ſtio
licʒ nō ſat̄ videaťť nec frequēť
inter hoīes ventilata nec apud
plurimos pateat· ⁊ ex hoc ipō apď aliq̊s
ea quę ꝓferemus forſitan videanťť am,
bigua· ita debem⁹ nr̄am temꝑare ſn̄iam
q̄n fidei trinitatis nihil preiudicant· vt
inter illa habeantur quę medię ſunt te,
nenda· quāq; non tali opinione qualiſ
ſuſpitionib⁹ tantū ⁊ coniecturis colligi
ſolet· ſed manifeſtis ſcripturaꝝ teſtimo
nijs oīa cōꝓbentur.

## De eo q̄ nihil a deo malum creatum ſit. Cap̄. vi.

Abſit ergo vt deū q̇cq̄ creaſſe
cōfiteamur qď ſubſtātialiťť ma
lum ſit· dicente ſcriptura. Oīa
q̄ fecit deus bona ſunt valde. Si enim a
deo tales iſti creati ſunt vel ad hoc facti·
vt hos malitie gradus teneāt· ac ſp dece
ptōnib⁹ ⁊ ruinis hoīm vacent· ꝯtra p̄di
ctę ſcripturę ſn̄iam infamabim⁹ deū ve
lut creatorem atq; inuentorē malorum.
qď ſcʒ peſſimas voluntates ac naturas
ip̄e ꝯdiderit· ad hoc eas creās· vt ſemp ī
nequitia pſeuerantes nunq̄ trāſire poſ
ſint in bone voluntatis affectū. Nō enī
q̇s fixas atq; immobileſ natiuitatis ſeu
naturę ſuę conditōnes q̄libet induſtria
poterit immutare. nec vllo mō valebit n̄
eſſe quod natus eſt· quemadmodum ne
nos quidem ꝯditionē mortis euadere· q̇
ob ade peccatū mortales naſcim̄· nec an
geli mortales effici qui ita creati ſunt vt
mori non poſſint. Hanc igiť rationē di
uerſitatis huius· traditione patrum de
ſanctarum ſcripturarū fonte pcepimus

## De inicio principatuuʒ ſeu poteſtatum. Cap̄. vij.

Nte ꝯditionē hui⁹ viſibiľ cre,
aturę ſpiritales cęleſteſq; vtu,
tes deū feciſſe· q̄ ꝑ h̄ ipō q̄ ſci,
rēt ſe ad tātā btitudīs glaʒ bn̄ficio crea
toris ex nihilo fuiſſe ꝓductas· perpetuaſ
ei gr̄as referentes indeſinenť ei⁹ laudib⁹
inhererent· nemo fideliuʒ dubitat. Nec
enī exiſtimare debem⁹ creatiōis ⁊ officij
ſui p̀ncipia ab hui⁹ mūdi ꝯſtitutōe deū
p̄mitus inchoaſſe· q̄ſi in illis anteriorib⁹
atq; innumer̄ ſeculis· ab oī ꝓuidētia et
diſpenſatione diuina fuerit ocioſus· ac
nō bn̄s in quos bonitat̄ ſuę exerceret bn̄
ficia ſolus extiterit· atq; ab oī ſolita pre
ſtandi munificētia fuerit alienus· qď de
illa immenſa ac ſine p̀ncipio ⁊ incōpre,
henſibili maieſtate ſatis humile eſt incō
gruumq; ſentire· ipō dño de illť ptātib⁹
hec dicente. Qn̄ facta ſunt ſimul ſidera
laudauerť me voce magna oēs boni an,
geli mei. Qui ḡ interſunt creatiōi ſyde,
rum· an̄ iſtud p̀ncipiū in quo factū dr̄ ce
lum ⁊ terra· creati fuiſſe māifeſtiſſime cō
ꝓbantť· quippe q̇ ꝑ iſtis oīb⁹ viſibilibus
creatur̄ videntes eas ex nihilo ꝓceſſiſſe
creatorē magna voce deſcribunťť ⁊ am,
miratione laudaſſe. Ante iſtud ergo tē,

ꝑꝛale ꝓncipiū qᵭ a moyſe ponit᷑· qᵭqꝫ
mūdo huic ſm hiſtoꝛicū imo iudaicum
ſenſum coeuum eſſe deſcribit᷑· ſaluo ſcꝫ
nr̄o ſenſu q̄ nos interpꝛetamꝰ oīm rerū
chꝛiſtū eſſe ꝓncipiū· i q̄ oīa creauerit pr̄
ſm illud. Oīa ꝑ ipm̄ facta ſunt· ⁊ ſine ip
ſo factū eſt nihil. Añ iſtud inqꝫ geneſe-
os tꝑale ꝓncipiū· omēs illas ptātes celē-
ſteſqꝫ ꝟtutes deū creaſſe nō dubium eſt
Quas apl̄s ꝑ oꝛdinē dinumerās ita de
ſcribit. Quia in chꝛiſto creata ſunt oīa
ſiue q̄ in celis ſiue q̄ in terra ſunt· viſibi-
lia ⁊ inuiſibilia· ſiue angeli ſiue throni.
ſiue dn̄ationes ſiue ꝓncipatꝰ ſiue ptāteſ

**De lapſu diaboli ⁊ angeloꝛū· Ca. viij.**

Eiſtoꝝ itaqꝫ nume-
ro nōnullos ꝓncipes fuiſſe col-
lapſos lamentatio ezechiel᷑ ſi-
ue yſaie manifeſtiſſime docet· in quibus
ꝓncipē tyri. aut illū luciferū q̄ mane oꝛie
batur· flebili plāctu ab eis cognoſcimꝰ
lamētari. Et de illo q̄dē ita dn̄s ad eze
chiel. Fili hoīs leua planctū ſuꝑ ꝓncipē
tyri· ⁊ dices ei. Hec dicit dn̄s deꝰ Tu ſi
gnaculū ſilitudinis· plenꝰ ſapiā. ꝑfectꝰ de
coꝛe· in delitijs ꝑadiſi dei fuiſti. Oīs la-
pis ꝓcioſus operimentū tuū· ſardiꝰ· to-
paſiꝰ ⁊ iaſpis· chꝛiſolitꝰ ⁊ onix ⁊ berillꝰ·
ſaphirꝰ ⁊ carbūculus ⁊ ſmaragdꝰ· Au-
rum opꝰ decoꝛ᷑ tui· ⁊ foꝛamīa tua in die
q̄ conditꝰ es ꝓparata ſūt. Tu cherub
extentꝰ ⁊ ꝓtegēs· ⁊ poſui te in monte ſcō
dei in medio lapidū ignitoꝝ· ambulaſti
ꝑfectꝰ in vijs tuis· a die ꝯditōnis tue· do
nec inuenta eſt inīqtas in te. In mltitu-
dine negociationis tue repleta ſunt in-
terioꝛa tua iniq̄tate· ⁊ peccaſti· ⁊ eieci te
de mōte dei· ⁊ ꝑdidi te o cherub ꝓtegenſ
in medio lapidū ignitoꝝ. Eleuatum eſt
coꝛ tuū in decoꝛe tuo· ꝑdidiſti ſapientiā
tuā a decoꝛe tuo· in terrā ꝓieci te· añ fa-
ciem regū dedi te: vt cernerēt te in multi-
tudine iniquitatū tuaꝝ· ⁊ iniq̄tate nego
ciatiōis tue polluiſti ſanctificatiōꝫ tuā.
yſaias q̄ꝫ de alio. Quomō cecidiſti de
celo lucifer q̄ mane oꝛiebar᷑: Coꝛruiſti ī
terrā q̄ vulnerabas gētes· q̄ dicebas in
coꝛde tuo In celū ꝯſcēdā· ſuꝑ aſtra dei
exaltabo ſoliū meū· ſedebo in mōte teſta
menti in laterib᷑ aq̄lonis· aſcendaꝫ ſuꝑ
altitudinē nubium· ⁊ ero ſilis altiſſimo
Quos tñ nōnulloſ ex illa beatiſſima ſta
tione ruiſſe ſcriptura cōmēoꝛat· dicens
tertiā partē ſtellaꝝ draconē illū ſecū pa
riter ꝑtrapiſſe. Unꝰ q̄ꝫ apl̄oꝝ euidētius
dicit. Angelos vero qui nō ſeruauerūt
ſuū ꝓncipatū ſꝫ dereliquerūt domiciliū
ſuū. in iudiciū magni diei vīcul᷑ eternis
ſub caligine ſeruauit. Illud etiā qᵭ ad
nos dr̄. vos aūt ſicut hoīes moꝛiemī· ⁊ ſi
cut vnꝰ de ꝓncipib᷑ cadetiſ· q̄d aliud q̄ꝫ
multos de ꝓncipib᷑ cecidiſſe ſignificat:
Quib᷑ indicijs h̄ ratio diūſitatiſ huius
colligit᷑· has differētias oꝛdinū q̄s iſtar
ſanctaꝝ celeſtiūqꝫ virtutū adūſe pote-
ſtates hr̄e dicunt᷑· vel ex illiꝰ anterioꝛ᷑ oꝛ-
dinis gdu in quo vnaq̄qꝫ creata fuerat
nūc etiā retentare· vel certe de celeſtibus
deuolutas ad ſimilitudinē illaꝝ ꝟtutū
q̄ ibidem ꝑſeuerant· ꝓ neq̄tie ſue merito
in q̄ in malū vnaq̄qꝫ ꝓfecit· hos inter ſe
gdus ſeu oꝛdinū vocabula in parte cō-
traria vendicaſſe.

**Obiectio ꝙ ruina diaboli a deceptione eue principium ſumpſerit. Cap. ix.**

Ermanus. Nos hactenus
credebamꝰ cauſam initiumqꝫ
ruine ſeu ꝓuaricationis diabo
lice· q̄ de angelica ſtatione deiectus eſt· ī
uidiam extitiſſe· qñ adā dūtaxat et euā
liuida calliditate decepit.

**Reſponſio de inicio lapſus diaboli. Ca. x.**

Erenus. Nō eſſe iſtᵭ initiū
ꝓuaricatōis illius ſeu deiectio
nis geneſeos lectio manifeſtat.
q̄ añ illoꝝ deceptiōꝫ ſerpētini noīs eum
nota iuſſit ita dicēs. Serpēs aūt erat ſa
piētioꝛ ſiue vt hebꝛaici exꝓmūt libꝛi cal-
lidioꝛ cunctiſ beſtijs terre quas fecit dn̄s
deus· Intelligitis ergo ꝙ ante illam cir
cūuentionem pꝛimi hominis de angeli
ca diſceſſerat ſanctitate· ita vt nō ſolū
noīs huiꝰ inſigniri mereret᷑ īfamia: ſed
etiā in neq̄tie tergiuerſatōe ceteris pꝛe-



ferret᷑ beſtijs terre. Nō enī tali vocabl̄o
ſcriptura bonū angelū deſignaſſet· nec
de his q̄ in illa beatitudine perſeuerant
diceret. Serpēs aūt erat ſapientioꝛ oīb᷑
beſtijs terre. Nam h̄ cognomē nō ſolū
gabꝛieli ſiue michaeli nullo mō poſſet
aptari· ſed ne bono q̄dē cuiqꝫ hoī cōue
niret. Aptiſſime itaqꝫ ⁊ ſerpentiſ vocabu
lum ⁊ ꝯꝑatio beſtiarū non ſonat angeli
dignitatem: ſed ꝓuaricatoꝛis infamiam
Deniqꝫ liuoꝛ᷑ ac ſeductionis materia q̄
vt hoīeꝫ deciperet inſtigatꝰ eſt· de ante-
rioꝛis ruine extitit cauſa· qᵭ ſcꝫ de limo
terre nuꝑ pꝛime figuratū ad illā eum glo-
riam cerneret euocandū. vñ cū eſſet vnꝰ
de ꝓncipibus ſe meminerat coꝛruiſſe Et
idcirco ꝓoꝛem eꝰ lapſum q̄ ſuꝑbiendo
coꝛruerat· quo etiā ſerpēs meruerat nū-
cupari· ſcᵭa ruina ꝑ inuidiā ſubſecuta
eſt· ꝑ quā inueniens eū adhuc aliq̄d in
ſeſe erectū habentē· ita vt etiā cuiuſdaꝫ
colloquij atqꝫ cōſilij cū hoīe haberet cō
ſoꝛtiū· ſentētia dn̄i vtiliſſime eū in ima
deiecit· vt nō iam ſicut añ ſbl̄ime aliq̄d
intuens incederet· ſed vt ſolo coherens
reꝑet potius ⁊ humiliatus ſuꝑ ventrem
terrenis vicioꝝ eſcis ⁊ opib᷑ paſceretur
occultū deinceps publicans inimicum·
ac ponens inter ipm̄ ⁊ hoīem vtiles ini-
micicias ſalutarēqꝫ diſcoꝛdiā· vt dū ca-
uetur tanq̄ꝫ hoſtis noxiꝰ amicicijs frau-
dulentiſ vlterius homī nocere nō poſſet.

**De eius qui decipit ſiue decipitur pena Cap. xi.**

N quo tñ ⁊ illud nos ꝓcipue
debet inſtruere· vt a mal᷑ conſi-
lijs declinemꝰ· qᵭ licꝫ deceptio
nis auctoꝛ ꝯgrua pena ⁊ ꝯdemnatione
plectat᷑· ne ille q̄dem q̄ ſeducit᷑ ſupplicio
careat· licꝫ aliquātulo leuioꝛe q̄ꝫ ille qui
auctoꝛ deceptōis extiterit. Qᵭ h̄ expſſū
pleniſſime cernimꝰ. Adā nāqꝫ qui ſedu
ctus eſt (imo vt apl̄i verb̄ eloq̄r) qui ſe-
ductus nō eſt. ſꝫ ſeducte acq̄eſcens· in ex
icialem videt᷑ acceſſiſſe cōſenſum· ſudo-
re vultꝰ ac laboꝛe tm̄mō condemnat᷑. q̄
tñ illi nō per ſuā ſed ꝑ terre maledictiōꝫ
ſterilitatēqꝫ decernitur Mulier ꝟo que
huiꝰ rei ꝑſuaſoꝛ extitit multiplicationē
gemituū ac doloꝝ atqꝫ triſtitie ꝓmeret᷑.
ꝑpetuo parit᷑ iugo ſubiectiōis addicta.
Serpens aūt q̄ ꝓmus incentoꝛ huiꝰ of-
fenſe eſt perenni maledictione multatur
Quobꝛem ſūma ſolicitudine ⁊ circūſpe-
ctione cauendū eſt a ꝯſilijs pꝛauis· quia
ſicut auctoꝛē puniūt· ita deceptū nec pec
cato faciunt carere nec pena

**De conſtipatione demonū et inquietudine quam in hoc aere ſemper exercent. Cap. xij.**

Anta ꝟo ſpūum denſitate cō-
ſtipatus eſt aer iſte q̄ inter celū
terramqꝫ diffundit᷑· in quo nō
quieti nec ocioſi ꝟſant᷑: vt ſatiſ vtilit᷑ ab
humanis aſpectib᷑ eos ꝓuidētia diuīa
abſcōderit atqꝫ ſubtraxerit· Nam non
ſolū terroꝛe ꝯcurſus eoꝝ vl᷑ hoꝛroꝛe vul
tuum in q̄ ſe ꝓ volūtate ſua cum libitū
fuerit trāſfoꝛmant atqꝫ conūtunt· into-
lerabili foꝛmidine hoīes cōſternarentur
neq̄qꝫ valētes h̄ carnalib᷑ oculis intue-
ri· ſꝫ etiā in amplioꝛē neq̄tie modū quo-
tidiano iugiqꝫ eoꝝ exemplo ⁊ imitatōe
ſuccenſa gens hūana ꝓficeret· ⁊ ꝑ h̄ int᷑
hoīes ⁊ immūdas atqꝫ aereas ptātes fie
ret noxia q̄dā familiaritas atqꝫ ꝑnicio-
ſa ꝯiunctio· dū h̄ flagicia q̄ cū int᷑ hoīes
admittunt᷑· vel parietū ſeptiſ vel locoꝝ
interuallo· ⁊ q̄daꝫ verecūdie ꝯfuſiōe ce-
lant᷑· apta viſione iugit᷑ intendentes ad
maioꝛē furoꝛ᷑ incitarent᷑ inſaniā· nulla
ſcꝫ interueniēte quiete: qua ab iſtis ſcele
ribus eos cernerēt deſinētes· quippe q̄s
nulla laſſitudo carnalis ſeu occupatio
familiaris· ac diſtentio quotidiani victꝰ
quemadmodum nos a ceptiſ intentōni-
bus etiā inuitiſſimos nonnunq̄ꝫ ceſſare
compellunt.

**De eo ꝙ impugnationem quam erga homieſ impendunt etiam aduerſum ſe commoueant. Cap. xiij**

As nāqꝫ ipugnatōnes q̄b᷑ hoīes
impetūt· neq̄qꝫ eos a flagicioꝝ
crimie ꝑurgere ceſſantes· etiaꝫ

cōtra ſe inuicē ipſos affectare certiſſimū
eſt. Nā diſcordias atq̄ꝫ cōflict⁹ ſup nō
nullis gentib⁹ ꝓ q̄dā ſibi neq̇tię ꝯnacu
la familiaritate ſuſcepti· indefeſſo certa
mine ſimilit̄ exercere nō deſinūt Quod
etiā in viſione daniel̄ ꝓphetę maīfeſtiſſi
me legim⁹ figuratū: angelo gabriele ita
narrante. Noli timere daniel · q꞉ ex die
p̄mo q̊ poſuiſti cor tuū ad intelligēdum
vt te affligeres in ꝯſpectu dei tui· exaudi
ta ſunt ꝟba tua· ⁊ ego veni ꝓpter ſmo
nes tuos. Princeps aūt regni perſaruꝫ
reſtitit micbi viginti ⁊ vno dieb⁹· ⁊ ecce
micbael vn⁹ de p̄ncipib⁹ p̄mis veīt ī ad
iutoriū meum· et ego remanſi ibi iux̄ re
gem perſaꝝ. Ueni aūt vt docerē te quę
vētura ſunt ꝓp̄lo tuo in nouiſſimis die
bus. Quē p̄ncipem regni perſaꝝ adūſa
riam ꝑtātem eſſe q̄ fauebat gēti perſarū
inimicanti ꝓp̄lo dei mīme dubitanduꝫ
eſt· q̇ q̄ꝫ ad impediendā utilitatē quā vi
debat ꝑ abſolutionē queſtionis ꝓ q̄ ꝓ
pheta dn̄m exorauerat· ab archangelo
miniſtrandā: liuens ſemetip̄m obijcere
feſtinauit· ne oci⁹ ad danielē ſalutari an
geli ꝯſolatio ꝑuolās· dei q̊ꝫ ꝓp̄lm cui ga
briel archangelus ꝑ̄erat ꝯfortaret. Qui
tn̄ dicit ne tunc q̇dē ob impugnationis
illius vebementiaꝫ ſe facere potuiſſe· ſed
ab eodē adbuc fuiſſe detinenduꝫ· niſi in
adiutoriū ſibi micbael archangel⁹ ad
ueniſſet· q̇ occurrens p̄ncipi regni ꝑſarū
ſeſeq̄ꝫ cōflictui eius interſerens ⁊ oppo
nens· eūq̄ꝫ ab ipſius īpugnatōe ſubripi
ens· ad inſtructionem ꝓphete poſt viceſi
mum ⁊ vnuꝫ diem cōmeare feciſſet· Et
poſt pauca. Et ait inq̇t angelus Nun
q̇d ſcis q̄re venerim ad te. Et nūc reū
tar vt ꝑ̄lier aduerſus p̄ncipem perſaruꝫ
Cū eīn ego egrederer apparuit p̄nceps
grecoꝝ veniēs Uerūtamē annūciabo ti
bi qd̄ expreſſum eſt in ſcriptura veritati.
Et nemo eſt adiutor me⁹ in bis omībus
niſi micbael p̄nceps vr̄. Et iteꝝ. In tp̄e
illo cōſurget micbael p̄nceps magn⁹ q̇
ſtat ꝓ filijs ꝓp̄li tui Legi⁹ ergo grecoꝝ q̊ꝫ
p̄ncipem ſimilit̄ aliū nūcupari · q̇ vtiq̄ꝫ
fauens genti ſibi ſubdite tā ꝓp̄lo iſraeli
q̄ꝫ nationi perſarū erat adūſus. Ex quo
liquido ꝓuidet̄ q̄ diſcordias gentiuꝫ et
cōflict⁹ atq̄ꝫ ſimultates q̄s inter ſe iſtis
inſtigantib⁹ gerunt· etiā ꝯtra ſe aduerſe
exerceāt ꝑtātes· ⁊ illaꝝ vel gaudere eas
victoria vel diminutione triſtari· ⁊ ob h̄
nō poſſe illas inter ſe quietas aut cōcor
des exiſtere· dū vnuſq̇ſq̄ꝫ ꝓ his q̇b⁹ pre
eſt cōtra alteri⁹ genti ꝑ̄ſulē inquieta ſꝑ
emulatōe ꝯtendit.

## Unde factum ſit vt poteſtatū ſeu principatū nomina ſpiritalium nequitię ſortirentur. Cap. xiiij.

Os ergo preter illas q̄s ſupius
expoſuimus opiniones. etiā id
circo dici p̄ncipat⁹ vel poteſta
tes euidēti poſſum⁹ rōne colligere· q̄ ſcꝫ
vel diuerſis gentib⁹ dominent̄ ac ꝑ̄ſint.
vl̄ certe q̄ ī īferiores ſpūs atꝫ demonia
de q̇bus etiā euangelia legiones eſſe ꝓ
pria ipſoꝝ ꝯfeſſione teſtant̄· queq̄ꝫ ſpiri
talia nequitię ab ap̄lo nūcupant̄· ſuos
exerceant p̄ncipat⁹. Non enī dn̄atōnes
dici poſſunt niſi habeant in q̊s ſuas do
minationes exerceant· nec poteſtates aut
p̄ncipat⁹ vocari queūt· niſi fuerit in q̇s
poteſtates aut principatus ſuos agant
Qd̄ etiā in euangelio deſignari calūni
antib⁹ pbariſeis manifeſtiſſime reꝑim⁹.
in beelzebub p̄ncipe demonioꝝ h̄ eijcit
demones. Nam ⁊ rectores tenebrarum
legim⁹ appellari. ⁊ aliū mūdi hui⁹ prin
cipem nuncupari. Quos tamē gradus
beatus ap̄ls in futurū cū oīa chriſto fue
rint ſubiecta aſſerit euacuandos· cū tra
diderit inquiens regnuꝫ deo ⁊ p̄ri· cum
euacuauerit omnem p̄ncipatū poteſta
tem ⁊ dominationem· qd̄ vtiq̄ꝫ non ali
ter fiet niſi fuerint de ipſoꝝ ditione ſub
lati· in quib⁹ in hoc ſeculo poteſtates ſeu
dominationes vel p̄ncipatus agere co
gnoſcuntur.

## De eo q̄ nō ſine cauſa ſanctis celeſtibuſq̄ꝫ virtutibus angelorum ſiue archangelorum nomina ſint indita. Cap. xv



Am q꞉ in bonā partē boꝝ oꝛ
dinuꝫ vocabula nō ſine ratōe
cauſaue ſint īdita. ſꝫ officioꝝ
vel meritoꝝ ſeu dignitatū ſint noīa· nul
li dubiū eſt. Et eī de officō nūciandi an
gelos. i. nūcios appellari manifeſtuꝫ eſt
⁊ archangelos q̄ ipſis angelis preſint
noīs ipſius ꝓprietas docet· dn̄atōes etiā
ab eo q̄ q̇buſdā dominent̄. p̄ncipatus
q̊ꝫ q̄ habeāt quoꝝ ſint p̄ncipes atq̄ꝫ ꝑ̇
ores· ⁊ ſedes q̄ ita ſcilicꝫ deo cobereant·
⁊ domeſtice ſint ei ac familiares: vt in ip
ſis velut in quadam ſede diuina maie
ſtas peculiarius requieſcat· ⁊ quodam
modo ſit in eis firmius reclinata.

## De ſubiectione demonū quaꝫ ſuis principibus ꝑ̄bent fratris viſione ꝑſpecta. Cap. xvi.

Egi aūt hos immūdos ſpūs a
neq̇orib⁹ poteſtatib⁹ eiſq̄ꝫ ſb̄di
tos eſſe pret̄ illa ſcripturarū te
ſtimonia q̄ in euangelijs q̊ꝫ calūnianti
bus pbariſeis dn̄i legimus reſpōſione
deſcripta. Si ego in beelzebub principe
demonioꝝ eijcio demones: etiā ꝑſpicue
viſiones ⁊ expimenta ſanctorum multa
nos edocēt. Nam cū vnus ex fratribus
noſtris in hac ſolitudine iter ageret ad
ueſpera ſcēte iam die templū quoddam
reꝑiens: ibidē ſubſtitit: veſꝑtinā volēs
in eo ſynaxim celebrare. Ubi dum pſal
mos ex more decantat: tp̄s medie noctis
exceſſit. Cūq̄ꝫ finita ſolēnitate refectur⁹
laſſum corp⁹ paululū reſediſſet: repente
cepit catervas demonū vndiq̄ꝫ in vnuꝫ
ꝯfluentiū innumerabiles intueri· q̄ infi
nita conſtipatōe ac deiectōe longiſſima
ꝓcedentes · alie ꝑ̄ibant p̄ncipē ſuū. alie
ſuo agmine ſequebant̄. Qui tandē ali
q̄n et magnitudine ꝓcerior cunctis et aſ
pectu terribilior· turmis infinitis circū
ſeptus aduenit: ac poſito ſolio cū in tri
bunali quodā ſublimiſſimo conſediſſꝫ
vni⁹ cuiuſq̄ꝫ actus diligēti cepit exami
natōe diſcutere: illoſq̄ꝫ q̄ nec dū ſe circū
uenire emulos ſuos potuiſſe dicebant.
velut inertes ignauoſq̄ꝫ a cōſpectu ſuo
cum nota et iniuria ſumma iubebat ex
pelli· ſpacia temporis tanti· ⁊ opus inani
ter ab eis expēſuꝫ cū fremitu et indigna
tione furoris exprobrans: illos vero qui ſe
nunciabāt cōſignatos ſibimet decepiſ
ſe· ſūmis laudib⁹ cū exultatione ac fauo
re cūctoꝝ velut victores palmis remu
neratos ac redimitos ſertis· vtq̄ꝫ fortiſſi
mos bellatores ad exemplū cunctorum
glorioſiſſimos corā oīb⁹ emittebat. In
quoꝝ numero cū q̇daꝫ nequiſſim⁹ ſpūs
vtpote quendā triumphū ſublimiſſimū
delatur⁹ letior adueniſſet: nomen mona
chi optīe cogniti deſignauit: aſſerens ſe
poſt quindecī annos quib⁹ eum iugiter
obſediſſet· tandē aliq̄n preualuiſſe vt eū
eadem ipſa nocte ruina fornicatōnis eli
deret· nā cū quadā ſacra puella nō ſolū
īpuliſſe vt ſtuꝑ̇ crimē īcurrerꝫ dicebat·
ſꝫ etiā ꝑſuaſiſſe vt eā ꝑpetuo ſibimet iu
re cōiugij retentaret. Sup cuius hac ꝓ
ſecutōne cū immane cunctoꝝ gaudiuꝫ
fuiſſet exortū. ſummis a p̄ncipe tenebra
rum laudib⁹ iſte ꝑ̄latus: magniſq̄ꝫ pre
conijs coronat⁹ abſceſſit. Aurora itaq̄ꝫ
ſuꝑueniēte cū oīs hec ab ocul̄ euanuiſſꝫ
demonū multitudo· dubitans frater de
aſſertōe ſpūs immūdi: magiſq̄ꝫ id rat⁹
qd̄ inolita conſuetudīs ſue fallacia ſibi
voluiſſet illudere· ⁊ innocenti fratri in
urere crimen inceſti: memor euangelicę
ſententię q̄ in veritate nō ſtetit: quia nō
eſt veritas in eo· cū loquit̄ mendaciū de
ꝓprijs loquit̄ q꞉ mendax eſt ⁊ pater eius
Peluſiū petijt: vbi illuꝫ quem ſpūs im
mundus aſſeruit eſſe deiectum nouerat
cōmanere. Erat ſiquidem illi etiam no
tiſſimus frater. Quem cum requiſiſſet:
repperit q̄ eadē nocte qua deterrim⁹ ille
demon ruinā eius ſue cohorti vel princi
pi nūciauerat monaſterio priſtino dereli
cto vicum petiſſet· ⁊ cum deſignata pu
ella fuiſſet lapſu miſerabili deuolutus.

## De eo q̄ ſingulis hominibus duo ſemper angeli adhereant. Capitulū. xvij.

Am quod vnicuiqꝫ nr̃m duo
coherēant angeli id eſt bonus ⁊
mal⁹ ſcriptura teſtatur. De bo
nis quidem ſaluator: ne contemnatis
inquiēs vnū ex puſillis iſtis · dico enim
vobis ꝙ angeli eoꝝ in celis ſꝑ vident
faciem patris mei q̇ in celis eſt. Illō q̊ꝫ
Immittet angelus dn̄i in circuitu timē
tium eum ⁊ eripiet eos. Necnon etiā qđ
in actib⁹ apl̃oꝝ de petro dr̄: q꞉ angelus
eius eſt · De vtriſqꝫ vero liber paſtoris
pleniſſime docet. Si aūt conſideremus
⁊ illū qui beatū iob expetijt apertiſſime
inſtruemur illū fuiſſe qui ſꝑ inſidiat⁹ ei
nunq̄ꝫ eū ad peccatū potuerit incitare · ⁊
idcirco poteſtatem a dn̄o popoſciſſe: ve
lut q̇ nō virtute illius ſed dn̄i defenſio
ne q̇ illū ſꝑ ꝓtexerit vinceret. De iuda q̊ꝫ
dicitur: ⁊ diabolus ſtet a dextris eius

### Differētia nequicie q̄ aduerſis ſpiritibus ineſt ꝑ duos philoſophos approbata Cap. xviij.

E differentijs ſane demonum
etiā ꝑ illos duos pħos q̇ quō
dam magicꝭ artib⁹: vel inertiā
eoꝝ vel fortitudinē ſeuāqꝫ neq̇cia fue
rant frequent᷑ experti · multū cognitō
nis accepim⁹. Hi aūt deſpiciētes btm̄
antoniū velut xp̄ianū hoīeꝫ ⁊ ipitū ac ſi
ne lr̄is: volenteſqꝫ eū (⁊ ſi nihil ampli⁹
ledere potuiſſent) ſaltē de cella ſua ma
gicis p̄ſtigijs ⁊ circūuentiōe demonū ꝑ
turbare · ſpūs ei nequiſſimos immiſerᷓt
ad impugnatōnem: morſu liuoris ad
ducti eo ꝙ maxime hoīm turbe ad eum
quotidie cōuenirēt. Cūqꝫ illo nunc qui
dem imprimente pectori ſuo frontiqꝫ ſi
gnaculū crucis: nunc ꝟo ad oratōꝫ ſup
plicit᷑ incubante ne approximare quidem
diriſſimi demones eideꝫ ꝓrſus auderēt
atqꝫ ad eos q̇ illos direxerāt abſqꝫ vllo
reuerterent᷑ effectu · ⁊ alios illi in nequi
tia vehementiores rurſus immitterent:
itidemqꝫ ipis incaſſum ſuas expenden
tib⁹ vires atqꝫ inaniter redeuntib⁹ po
tentiores nihilominus aduerſus mili
tem chriſti victorem iterum deſtinati ni
hil penit⁹ ꝓualerent: eo ꝓfecerunt tales
tāteqꝫ eoꝝ inſidie tota magica arte q̄
ſite vt ꝑ hec euidentiſſime comprobarēt
magnā ꝓfeſſioni chriſtianoꝝ ineſſe vir
tutem · quib⁹ ille tam ſeue tamqꝫ poten
tes vmbre quas eſtimabāt ſolē lunāqꝫ
ſi ad eas directe fuiſſent obducere potu
iſſe hunc non ſolum nihil ledere: ſed ne
ad punctū quidem: de monaſterio ſuo
valuerint perturbare

### De eo ꝙ demones nihil aduerſus hoīes ꝓualeāt niſi obſederint eoꝝ prius mentes. Ca. xix.

Vnqꝫ ꝓ hac āmiratione cōfe
ſtim veniētes ad abbatem an
thoniū impugnatōnum ſuarū
magnitudinem: ⁊ cauſas atqꝫ inſidias
patefeciſſent liuoris occulti chriſtianos
ſe fieri ꝓtinus popoſcerūt. Recurſo antē
die vel tp̄e aſſeruit ſe beatus anthonius
amariſſimis cogitationū ſtimulis tunc
fuiſſe pulſatū. Quo experimento ſentētiā
noſtrā quā heſterno die in collatōe ꝓtu
limus ꝓbauit ac definiuit beat⁹ antho
nius nullatenus demonē poſſe mentem
cuiuſq̄ꝫ vel corpus inuadere: nec hr̄e fa
cultatē in cuiuſlibet aīam penitus irru
endi: niſi eam ṗmo deſtituerit oīb⁹ co
gitatōnib⁹ ſanctis: ac ſpiritali contem
platōne vacuam nudamqꝫ reddiderit.
Sciendū tn̄ duob⁹ modis ſpūs immun
dos hoīb⁹ obedire. Aut eni ſanctitati
fideliū diuina gr̄a ac ꝟtute ſubduntur
aut ſacrificijs impioꝝ ſeu q̇buſdam car
minib⁹ deliniti velut familiarib⁹ ſuis ob
temperant. Qua opinione pharisei q̊ꝫ
decepti arbitrati ſunt etiā dn̄m ſaluato
rem hac arte demonijs impaſſe: dicētes
In beelzebub ṗncipe demoniorum hic
eijcit demones ſm̄ illā ſcꝫ ꝯſuetudinem
q̄ norant ſuos magos vel maleficos per
inuocatōꝫ noīs illi⁹ ac ritū ſacrificioꝝ
q̊ eū delectari ⁊ gaudere cognoſcūt: ve
lut domeſticos eius effectos: hr̄e etiaꝫ in
demones ei ſubditos poteſtatem.

### Interrogatio de apoſtatis angelis qui in geneſi cuꝫ filiabus hominū concubuiſſe dicuntur Ermanus. Ca. xx.

Quia geneſeos lectio paulo ante in
medium dei diſpenſatione ꝓ
lata eſt · que nos oportune commonu
it · vt id quod ſemper diſcere cupieba
mus · nunc poſſimus congrue ſciſcitari ·
quid etiaꝫ de illis apoſtatis angelis ſen
tiendum ſit optamus agnoſcere. qui ſe
cū filiabus hoīm miſcuiſſe dicunt᷑. vtrū
hoc poſſit ſpiritali nature ſm̄ lr̄am cōue
nire. Illud q̊ꝫ euangeliſte teſtimonium
qđ de diabolo paulo ante dixiſti · q꞉ mē
dax eſt ⁊ pater ei⁹ · ſimilit᷑ deſideramus
audire qui nā ei⁹ pater intelligēdus ſit

### Solutio ꝓpoſite queſtionis · Capitulū. xxi.

Eren⁹. Duas queſtiones nō
mediocres pariter ꝓpoſuiſtis.
de quib⁹ quantū poſſum eodeꝫ
quo ꝓpoſuiſtis ordīe reſpondebo. Nul
lo modo credendum eſt ſpiritales natu
ras coire cum femīs carnalit᷑ poſſe. Qđ
ſi aliqn̄ hoc ſm̄ lr̄am fieri potuiſſet: quō
nunc q̊ꝫ vel frequent᷑ vel raro idipm̄ nō
euenire contingeret · et abſqꝫ ſemine vel
coitu viri aliquos naſci ſimilit᷑ de mulie
ribus cōceptu demonū cerneremus · cū
preſertim conſtet eos libidinū ſordibus
admodum delectari. quas ꝓcul dubio ꝑ
ſemetipos exercere pluſq̄ꝫ ꝑ hoīes mal
lent: ſi illud vllomodo potuiſſet impleri
eccleſiaſte q̊ꝫ idipm̄ ꝓnūciāte. Quid eſt
quod fuit · idipm̄ quod eſt · ⁊ quid eſt qđ
factum eſt: idipm̄ quod fiet. ⁊ nō eſt om
ne recēs ſub ſole quod loquat᷑ ⁊ dicat.
ecce hoc nouum eſt: iam fuerunt in ſecu
lis que fuerunt ante nos. Sed ita q̄ſtio
hiſtorie huius abſoluitur. Poſt necem
abel iuſti · ne a fratricida ⁊ impio oīe ho
minū genus exordium ſumeret · in locuꝫ
fratris extincti naſcit᷑ ſeth · qui nō ſoluꝫ
poſteritati: ſed etiam fraterne pietati ſuc
cederet. Cuius ꝓgenies ſecuta patris iu
ſticiam · a ſocietate et cōiunctōne cogna
tōnis illius que ex cayn ſacrilego deſcen
debat: ſꝑ diuiſa ꝑmanſit: ſicut etiam ge
nealogie deſcriptō maīfeſte declarat ita
dicens. Adam genuit ſeth · ſeth genuit
enos. Enos genuit caynan. caynan au
teꝫ genuit malalehel. Malalehel autem
genuit iareth. iareth autē genuit enoch.
Enoch aūt genuit matuſalā. Matuſa
lam genuit lamech · lamech genuit noe.
Item genealogia cayn ita diuiſa deſcri
bit᷑. Cayn genuit enoch. Enoch genuit
yrath. Irath genuit maniahel. mania
hel genuit matuſahel. Matuſahel genu
it lamech · lamech genuit tubal. Itaqꝫ il
la generatō que de ſeth iuſti ꝓpagine de
ſcēdebat · ſue linee iugit᷑ et agnatōi ꝑmi
xta · in pr̄is atqꝫ attaui ſcītate lōga etate
durauit: neq̄qꝫ ſcꝫ ſacrilegijſ ac malicia
neq̇ſſime ꝓlis īfecta. que in ſemet impie
tatis germen velut attaui traditōne reti
nebat inſertum. Donec ergo ꝑſeuerauit
inter illos generatōnis eoꝝ iſta diſcretō
ſemen illud ſeth vtpote de optima radi
ce ꝓcedens: ꝓ merito ſanctitatis taꝫ ſue
q̄ꝫ patrum angeli dei ſiue vt diuerſa ex
emplaria cōtinent: filij dei vocati ſunt ·
⁊ econtrario illi ꝓpter impietatē vl᷑ ſuaꝫ
vel patrum ſuoꝝ ⁊ opera terrena filij ho
minū nuncupant᷑. Cum eſſet ergo inter
ipos vſqꝫ ad illud tp̄s h᷒ vtil᷑ bonaqꝫ di
uiſio · videntes poſt hec filij ſeth qui filij
dei erant: filias eoꝝ qui de cayn ꝓgenie
naſcebant᷑ · deſiderio pulchritudīs eaꝝ
accenſi acceperunt ſibimet de ipis vxo
res · que viris ſuis infundentes neq̇tias
patrum ſuoꝝ · ab illa eos ingenita ſan
ctitate ac ſimplicitate paterna protinus
corruperūt. Ad quos ſatis cōgrue dire
ctum eſt illud eloquiū · Ego dixi dij eſtis
⁊ filij excelſi omnes. Vos autē ſicut ho
mines moriemī · ⁊ ſicut vn⁹ de princi
pibus cadetis. Quiqꝫ ab illa vera phiſice
philoſophie diſciplina tradita ſibi a
maiorib⁹ exciderunt · quā prim⁹ homo il
le qui vniuerſarū naturarū inſtitutōeꝫ
e veſtigio ſubſecutus eſt · potuit euident᷑
attingere: ſuiſqꝫ poſteris certa rōe tranſ
mittere. Quippe qui mundi ipius infan
tiam adhuc teneram · ⁊ quodammō pal

pꝛtantē rudemqꝫ conſpexerat· ⁊ in queꝫ
tanta eſt non ſoluꝫ ſapientie plenitudo·
ſed etiam gratia ꝓphetie: diuina illa in-
ſufflatōe trāſfuſa· vt vniuerſis animan
tibus nomia rudis adhuc mundi huiꝰ
habitatoꝛ imponeret· ac non ſolū oīge-
num beſtiarū atqꝫ ſerpentiū furoꝛes vi-
ruſqꝫ diſcerneret· ſed etiā ꝟtutes herba-
rum arboꝝ qꝫ lapidumqꝫ naturas ac
tempoꝝ necdū expertoꝝ viciſſitudīes
partiretꝰ· ita poterat efficacitꝰ dicere. Do
minus dedit mihi bonoꝝ hoꝝ que ſunt
ſciam veram· vt ſciam diſpoſitiōes oꝛbꝭ
terrarū· et virtutes elementoꝝ· inicium
⁊ conſummationē ⁊ medietatē tempoꝝ
annoꝝ curſus ⁊ ſtellarū diſpoſitiones·
vim ſpūum· ⁊ cogitatiōes hoīm· differē
tias arboꝝ ⁊ ꝟtutes radicū· ⁊ q̄ ſūt ab-
ſcōdita ⁊ īꝓuiſa cognoui· Hāc ḡ ſciāꝫ
oīm naturarū ꝑ ſucceſſiones generatio-
num ſemen ſeth paterna traditiōe ſuſci
piens· donec diuiſum a ſacrilega ꝓpagi
ne ꝑdurauit. quemadmodū ſancte per-
ceperat· ita etiā vel ad dei cultū vꝉ ad ꝟti
litatem vite cōmunis exercuit· Cū vero
fuiſſet impie generationi ꝑmixtū· ad res
ꝓfanas ac noxias que pie didicerat in-
ſtinctu q̄dem demonum diriuauit· curi
oſaſqꝫ ex ea maleficioꝝ artes atqꝫ preſti
gias ac magicas ſuꝑſtitiones audacter
inſtituit· docens poſteros ſuos vt ſacil-
la cultura diuini noīs derelicta· vel ele-
menta hec vel ignē· vel aereos demones
venerarētꝰ et colerēt. Hec igitꝰ quā dixīꝰ
curioſaruꝫ rerum noticia quō diluuio
non ꝑierit· ac ſuꝑuenictibꝰ ſeculis inno-
tuerit. licet hꝫ minime abſolutio ꝓpoſi
te queſtionis expoſcat· tñ q: nos occaſio
huiꝰ expoſitionis admonuit ꝑſtringēdū
breuitꝰ puto. Quantū itaqꝫ antique tra
ditiones ferunt· cham filius noe qui ſu-
perſtitionibꝰ iſtis ⁊ ſacrilegis fuit artibꝰ
ac ꝓfanis infectꝰ· ſciēs nullū ſe poſſe ſuꝑ
his meōialē libꝛuꝫ in arcā ꝓrſus īferre
in q̄ erat vna cū prē iuſto ac ſanctis fra-
tribus ingreſſurus· ſceleſtas artes ac ꝓ-
phana cōmenta diuerſoꝝ metalloꝛum
laminis· que ſcꝫ aquarū non coꝛrumpe
rentur iniuria· ⁊ duriſſimis lapidibꝰ in
ſculpſit· Que diluuio ꝑacto eadeꝫ qua
illa celauerat curioſitate ꝑquirens· ſacri
legioꝛum ac perpetue nequitie ſemina-
rium tranſmiſit in poſteros. Hac itaqꝫ
ratione illa opinio vulgi qua credūt an
gelos vel maleficia vꝉ diuerſas artes ho
minibus tradidiſſē· in veritate comple-
ta eſt· De illis ergo quemadmodū dixi-
mus filijs ſeth ⁊ filiabus cayn nequio-
res filij ꝓcreati ſunt· qui fuerunt robu-
ſtiſſimi venatoꝛes· violentiſſimi ac trucu
lentiſſimi viri· qui ꝓ enoꝛmitate coꝛpoꝝ
vel crudelitatis ac malicie gigantes nū
cupati ſunt. Hi nanqꝫ fines inuadere
ac rapinas inter homīes agere ꝑmi cepe
runt· ꝑreda potius exigere vitā ſuam qꝫ
ſudoꝛe operis ſui ac laboꝛe contenti. Et
quoꝝ vſqꝫ adeo ſcelera ſuꝑcreuerāt· vt
niſi inundatione diluuij alias mūdus
expiari non poſſet. Jta ergo filijs ſeth li-
bidinis inſtigatione trāſgreſſis· illō mā
datum quod ab exoꝛdio mūdi huiꝰ na-
turali inſtinctu diutiſſime fuerat cuſto-
ditum· neceſſe fuerat ꝑ litterā legis po-
ſtea reparī. Filiam tuam nō dabis filio
eius vxoꝛem· ne de filiabꝰ eoꝝ accipies
filio tuo· q: ſeducent coꝛda veſtra vt diſ
cedatꝫ a deo veſtro ⁊ ſequamī deos ea-
rum ac ſeruiatis eis.

**Obiectio quemadmodū gene
ri ſeth cuꝫ filiabus cayn ꝓpha
na commixtio ante interdictuꝫ
legis potuerit imputari. C. xxij.**

**Ermanus** Merito potuiſſꝫ
illis ex hac ꝑſumptione vꝉ no-
uitate coniugij crimē trāſgreſ-
ſionis aſcribi· ſi data fuiſſet illis iſta pꝛe
ceptio. At cum reiunctiōis iſtius obſer-
uantia nec dum aliqua fuiſſet ꝯſtitutio
ne ꝑfixa· quemadmodū illis ꝑmixtio ge
neris ad noxam debuit imputari q̄ nul
lo fuerat interdicta mandato Lex enim
non ꝑterita ſolet crimīa ſꝫ futura dam-
nare.

**Reſponſio ꝙ naturali legi ab i
itio homines iudicio ſeu pene
fuerunt obnoxij· Cap. xxiij·**

**Erenus.** Deꝰ hominē creās
omnem naturalitꝰ ei ſcientiam
legis īſeruit· que ſi fuiſſꝫ ab ho-
mie ſcḋm ꝓpoſitū dñi vt ceꝑat cuſtodita.
nō vtiqꝫ neceſſariū fuiſſet aliā dari q̄ ꝑ
lrām poſtea ꝓmulgata eſt. Erat enī ſuꝑ
fluū extrinſecus offerri remediū· qḋ ad-
huc intrinſecꝰ tenebatꝰ inſertū Sꝫ q̄a hꝫ
vt diximꝰ coꝛrūpi cepit libertate vſuqꝫ
peccādi· velut huiꝰ exactoꝛ ⁊ executoꝛ ac
vindex· ⁊ vt ipīs ſcripture ꝟbis eloq̄r·
adiutrix appoſita eſt moſayce legis ſeue
riſſima diraqꝫ diſtrictio· vt vel metu pe
ne pñtis non penitꝰ bonum ſcīe naturalꝭ
extiguerēt· ſcḋm ꝓphete ſnīaꝫ legē dās in
adiutoꝛiū· q̄ etiā ſcḋm aplm pedagogꝰ ve
lut paruulis data fuiſſe deſcribitꝰ· erudi
ens ſcꝫ eos atqꝫ cuſtodiens· ne ab illa di
ſciplina in qua naturalitꝰ fuerāt inſtitu
ti q̄dam obliuione diſcederēt. Nam q̄a
ſit homī oīs ſciā legis ab inicio creatōis
infuſa· hinc manifeſte ꝓbatꝰ ꝙ mandata
legis abſqꝫ lre lectione añ legem īmo añ
diluuiū oēs ſanctos obſeruaſſe cogno-
ſcimus. Queādmoduꝫ enī ſcire potuit
abel nec dū lege mādante· ꝙ offerre deo
de ꝑmitiuis ouiū ſuarū· ⁊ ḋ adipe ipārū
ad ſacrificiū debuiſſꝫ· niſi ꝑ īſitā ſibi le-
gē natꝰalitꝰ fuiſſet edoctꝰ: Queādmodū
noe qḋ mundū vel qḋ immūdū eſſꝫ ani-
mal decreuiſſet· non dum hꝫ legali diſtin
guente mādato· niſi ſciā naturali fuiſſet
inſtructꝰ. Uñ enoch didicit ambulare
cū deo· nullā legis illuminationē ab ali
quo ꝯſecutꝰ: Ubi ſem ⁊ iafeth legerant
turpitudinem prīs tui nō reuelabꝭ· vt in
cedentes retroꝛſum prīs verenda velarēt
Uñ monitꝰ abraaꝫ deuictꝫ hoſtibꝰ nihil
accipe de eoꝝ ſpolijs acquieſcit· ne retri-
butionem laboꝛꝫ ſui cōſequeretur abſti-
nuit· vꝉ decias ſacerdoti melchiſedech
q̄ moſayca lege ꝑcipiuntꝰ exſoluit. Uñ
idem ipſe abraā vnde loth· tranſeuntibꝰ
ac ꝑegrinis humanitatꝫ iura ⁊ ablutio-
nem pedum· nec dū euāgelico choꝛuſcā
te mandato ſupplicitꝰ obtulerūt: Unde
iob tantā deuotionē fidei· tantam caſti-
monie puritatē· tantā humilitatꝫ man-
ſuetudinis mīe humanitatꝫ ſciam conſe
cutus eſt· quantā nūc ne ab illis quideꝫ
q̇ euangelia memoꝛitꝰ tenent videmꝰ im
pleri: Quē ſanctoꝝ legimus añ legē vl-
lum legis violaſſe mandatū: Quis illo
rum nō cuſtodiuit. Audi iſrꝉ dñs deus
tuus dñs vnꝰ eſt. Quis nō impleuit il-
loꝝ. nō facies tibi ſculptile neqꝫ vllā ſi-
militudinē eoꝝ q̄ in celo ſunt ſiue que ī
terra· vel eoꝝ que ſunt in aquis ſub ter-
ra· Quis eoꝝ non obſuauit· honoꝛa pa
trem tuū ⁊ matrem tuā. vel illa q̄ in de-
calogo ſubſequūtꝰ· nō occides· nō adul-
terabis· non facies furtū· non falſum te-
ſtimoniū dices· nō concupiſces vxoꝛem
ꝓximi tui· aliaqꝫ his multo maioꝛa· qui
bus non ſolū legis· ſed etiam euangelij
ꝑuenere mandata·

**De eo ꝙ iuſte
puniti ſunt hi qui ante diluuiū
peccauerunt. Cap. xxiiij**

Ta ergo intelligimꝰ ab inicio
deum omnia creaſſe ꝑfecta. nec
fuiſſe qḋ ordinationi eius ꝑnci
pali velut imꝓuide ⁊ imꝑfecte neceſſe eſ
ſet ſuꝑinduci· vel qḋ ei addi poſt hꝫ opoꝛ
teret· ſi in illo ſtatu ac diſpoſitōe qua ab
ipō creata ſunt vniūſa māſiſſent. Et id-
circo in eos q̇ añ legem īmo añ diluuiū
peccauerūt· iuſto iudicio deū animadu̇-
tiſſe ꝓbabimus· q: tranſgreſſi naturalē
legem ſine vlla meruerūt excuſatiōe pu-
niri. Nec in illoꝛum incidemus blaſphe
miam calūniamqꝫ q̇ ignoꝛātes hāc ra-
tionē derogant deo veterꝫ teſtamenti: ac
detrahentes nr̄e fidei ſubſannātēſqꝫ di-
cunt. Quid ergo placuit deo noſtro· vt
poſt tot annoꝝ milia legem voluerit ꝓ-
mulgare: tāta ſecula paſſus homīeꝫ ſine
lege tranſire. Qꝛ ſi poſtea melius aliq̇d
adinuenit· apparet eū in ꝑmoꝛdio mun
di inferioꝛa vel deterioꝛa ſapuiſſe· ⁊ poſt
hec velut experimentꝫ edoctum cepiſſe re
ctioꝛa ꝓſpicere· ac ꝑncipales oꝛdinatio-
nes ſuas in melius emendare· Qḋ im-
menſe preſcie dei penitus cōuenire non
poterit· nec ſine ingenti blaſphemia hec

de ipſa heretica inſania ꝓferet̄· dicēte ec-
cleſiaſte. Cognoui qm̄ omīa q̄ fecit deꝰ
ab inicio ipa erūt in eternū. Super illa
nō eſt qđ addat᷑· ⁊ ab illis nō eſt qđ au-
feratur. Et idcirco iuſtis nō eſt lex poſi-
ta· iniuſtis aūt ⁊ nō ſubditꝭ· impijs ⁊ pec
catoribꝫ· ſceleratꝭ ⁊ cōtaminatꝭ. Illi nan
qꝫ habētes naturał illiꝰ atqꝫ inſite legis
ſanā atqꝫ integram diſciplinā· neq̄qꝫ le
ge hac extrinſecus adhibita lr̄is deſcri-
pta q̄qꝫ in adiutoriū illi naturali data ē
indigebāt. Ex quibꝫ aptiſſima ratōe col
ligit᷑ nec legem iſtā ꝑſcriptam lr̄is ab ini
cio dari debuiſſe· erat enī hoc ſuperfluū
fieri ſtante adhuc naturali lege ⁊ īteg̃ꝑ-
manēte· nec euāgelicā ꝑfectōꝫ ēdi an̄ le-
gis potuiſſe cuſtodiā. Nō eī poterāt au
dire· q̄ te ꝑcuſſerit in dextra maxilla tua
ꝓbe illi ⁊ alterā· q̄ contenti nō erāt tali-
onis eq̄litate īiurias ꝓprias vlciſci· ſꝫ le
tales calces ac teloꝝ vulnera ꝓ alapa le
uiſſima rependebāt· ⁊ ꝓ minimo dēte ꝑ-
cutientium aīas expetebāt. Sꝫ nec dici
poterat ill᷑· diligite inimicos vr̄os· in q̄-
bus magnus fructꝰ ⁊ vtilitas ducebat᷑
vt amicos ſuos diligerēt· declinarēt ꝟo
inimicos· ⁊ ſolo ab eis odio deſinerent.
nec opprimere illos ⁊ interficere feſtinarēt.

De diabolo qđ dicitur in euan-
gelio quomō intelligendum ſit
quia mendax eſt et pater eius. Ca· xxv·

Illud ꝟo qđ vos
de diabolo mouerat· qꝛ mēdax
eſt ⁊ pr̄ eius· ꝙ videlicꝫ tā ipſe
q̄ꝫ pr̄ ſuus mendax ꝓnunciari videat᷑ a
dn̄o· ſatꝭ abſurdū eſt h̄ vel leuit᷑ opinari.
Vt enī paulo an̄ diximꝰ· ſpūs ſpūm nō
generat· ſicut nec aīam q̄dem pōt aīa ꝓ
creare· licet cōcretionē carnis nō dubite
mus hūano ſemīe coaleſcere· ita de vtr̄-
qꝫ ſubſtantia. i. carnis ⁊ aīe apl̄o ꝓnun-
ciante· ⁊ que quo auctore ꝓcedat mani-
feſtius explanāte. Deinde pr̄es inq̄t car
nis nr̄e habuimꝰ eruditores ⁊ reuereba-
mur· nō mł̄to magis ſubijciem̄ pr̄i ſpiri-
tuum ⁊ viuemus: Quid hac diuiſione
clarꝰ potuit definire· vt carnis q̄deꝫ nr̄e
patres hoīes ꝓnunciaret· aīmaruꝫ vero
deū ſolū eſſe pr̄em ꝯſtant᷑ exꝓmeret. Q̄-
q̄ꝫ ⁊ in ipſa corporꝭ huiꝰ cōcretione mini
ſterium tm̄mō homi ſit aſcribendū· ſum
ma vero conditiōis deo oīm creatori di
cente dauid. Manus tue fecerunt me ⁊
plaſmauerūt me. Et btūs iob. Nōne ſic̄
lac inq̄t mulſiſti me· ⁊ coagulaſti me vt
caſeum. oſſibꝫ ⁊ neruis inſeruiſti me: Et
dn̄s ad hieremiā. Priꝰ q̄ꝫ te formarē in
vtero noui te. Eccleſiaſtes ꝟo vtriuſqꝫ
ſubſtātie naturā atqꝫ originē· examina
tione ortꝰ atqꝫ inicij ex quo vicꝫ vnaq̄qꝫ
ꝓceſſit· ⁊ ꝯſideratione finis ad quē vna
queqꝫ cōtendit· ſatꝭ euident᷑ ac ꝓprie col
ligens pariterqꝫ de corporꝭ huiꝰ atꝫ aīe
ſeꝑatione diſputans ita deſeruit. Priꝰ
q̄ꝫ conuertat᷑ puluis in terraꝫ ſicut fuit·
⁊ ſpūs reutat᷑ ad deū q̄ dedit eū. Quid
apertiꝰ potuit dicere q̄ꝫ vt materiā car-
nis quā puluerem nominauit· qꝛ de ho-
minis ſemīe ſumit exordiū eiuſqꝫ videt᷑
miniſterio ſeminari· velut e terra ſūptā
iterū reuerti ꝓnunciaret ad terram· ſpi-
rituꝫ vero q̄ nō ꝑ cōmixtōnē ſexus vtri-
uſqꝫ ꝓcreat᷑· ſed ſpecialit᷑ a deo ſolo tri-
buitur· ad auctorem ſuū redire ſignaret:
Qđ etiā per illam dei inſufflationeꝫ q̄
adam ꝓmitꝰ animauit· euident᷑ exꝓmit᷑.
Quibꝫ teſtimonijs manifeſte colligimꝰ
pr̄em ſpūum neīeꝫ dici poſſe niſi deū ſo-
lū· q̄ eos ex nihilo cū voluerit fac̄ ſbſiſte-
re· homīes vero carnis noſtre pr̄es tātū-
mō nominari. Itaqꝫ et diabolus ſm̄ h̄
qđ vel ſpūs vel angelus bonus creatus
eſt· patreꝫ nemīem habuit niſi deum cō
ditoreꝫ ſuū. Qui cum ſuꝑbia fuiſſet ela
tus ⁊ dixiſſet in corde ſuo· aſcendaꝫ ſuꝑ
altitudinē nubiuꝫ ero ſimilis altiſſimo·
factus eſt mendax· ⁊ in veritate nō ſtetit
ſed de ꝓprio nequitie theſauro mēdaciū
ꝓferens· non ſolū mendax ſed etiā pater
ipſius mēdacij factus eſt. q̄ deitatē hoī re
ꝓmittens ac dicens· eritis ſicut dij· ī ve-
ritate nō ſtetit· ſed ab inicio factuſ eſt ho
micida. vel adam mortalē faciēs· vł abel
inſtigatione ſua ꝑ manū fr̄is interimēs



Sed iam diſputationē noſtrā duarum
ferme noctiū lucubratione ꝯfectam diei
tertij ſubſequēs aurora cōcludit· ac de
ꝓfundiſſimo queſtionū pelago nauicu-
lam collationis huiꝰ ad tutiſſimū ſilen-
tij portū cōpēdio nr̄e ruſticitatꝭ attraxit·
In qđ nos q̄dem ꝓfundū q̄ꝫto interius
flatus diuini ſpūs introduxit· tanto dif
fuſior ꝓcedens oculoꝝ aciē ſuꝑ apiet᷑ im-
mēſitas· ac ſm̄ ſnīam ſalomonis· longiꝰ
fiet a nob̄ magꝭ q̄ꝫ erat· ⁊ alta ꝓfunditaſ
q̄s īueniet eā. Quobrē dn̄m dep̄cem̄ vt ī
nobis vel timor eius vł charitas q̄ cade
re neſcit immobilis ꝑſeueret· q̄ nos et ſa
pientes prudenteſqꝫ poterit conſeruare
⁊ a diaboli telis ꝓtegere ⁊ cuſtodire ſem
per illeſos. His etenī cuſtodibꝫ impoſſi-
bile eſt quēpiam laqueos eius incurrere
Inter ꝑfectos aūt ⁊ imꝑfectos iſta diſtā
tia eſt. ꝙ in illis q̄dem fixa ( ⁊ vt ita dixe-
rim ) maturior charitas tenaciꝰ perſeue-
rans firmius eos cuſtodit ac faciliꝰ facit
in ſanctitate durare· in illis vero velut ī
firmius collocata· ac facilius refrigeſcēs
citius facit eos peccatoruꝫ laqueis ac ſe
pius implicari. Quibꝫ auditis ita ſmo
nibus eius accenſi ſumus. vt cū maiore
ſitis ardore ad noſtram cellam reūtere-
mur q̄ꝫ ad ipſius veneramus·

Explicit collatio ſecūda abba-
tis ſereni. Incipiunt capitula
collationis prime abbatis yſa-
ac de oratione. Capi· primum.

Proemium collationis.
ij Verba abbatis yſaac ſuꝑ oratōnis qualitate
iij Quemadmodum pura ac ſincera paratur oratio
iiij De mobilitate anime plume vel pennule compate
v De cauſis quibus mens noſtra aggrauatur.
vi De viſione cuiuſdam ſenis quā ſuꝑ fratris īq̄eta opatōe ꝓſpexit.
vij Interrogatio de eo ꝙ maiorꝭ difficultatis ſit cuſtodire cogitationes bonas q̄ꝫ parare·
viij Reſponſio de diuerſis orationū qualitatibus.
ix De q̄drīpartita orationū ſpecie
x De ordine ſpecieruꝫ que ſuꝑ orationis qualitate ponuntur
xi De obſecratione
xij De oratione
xiij De poſtulatione
xiiij De gratiarumactione·
xv Utrū quattuor orationū ſpēs ſit᷑ et omnibꝫ an ſingillatim ⁊ viciſſim vnicuiqꝫ ſint neceſſarie·
xvi Ad quas orationum ſpecies noſmetipſos tendere debeamus
xvij De quatuor ſupplicationum generibus a domino initiatꝭ
xviij De oratione dominica.
xix De eo ꝙ dic̄ adueniat regnū tuū
xx De eo ꝙ dicit fiat voluntas tua.
xxi De pane ſuperſubſtantiali ſiue quotidiano.
xxij De eo ꝙ dicit dimitte nob̄ debita noſtra· ⁊ reliqua
xxiij De eo ꝙ dicit ⁊ ne nos inducas ī temptationem·
xxiiij De eo ꝙ nō debeant alia poſtulari q̄ꝫ hec tantū q̄ orationis dominice modulo continentur
xxv De q̄litate ſublimioris oratiōis
xxvi De diuſis cōpunctionū cauſis.
xxvij De varijs cōpūctionū q̄litatibꝫ.
xxviij Interrogatio de eo ꝙ non ſit in noſtra ꝑtāte ꝓfuſio lachrymarū
xxix Reſponſio de diuerſitate cōpunctionū q̄ ꝑ lachrymas digerūt᷑.
xxx De eo ꝙ elici nō debeant lachrymē q̄n non ſpontanee ꝓferunt᷑
xxxi Sententia abbatis anthonij ſuꝑ orationis ſtatu.
xxxij De exauditōnis indicio·
xxxiij Obiectio qꝛ ꝓdicte exauditiōis fiducia tantū ſanctis conueniat.
xxxiiij Reſponſio de diuerſis exauditionum cauſis
xxxv De oratione intra cubiculum et clauſo oſtio deferenda.
xxxvi De vtilitate breuis ac tacite orationis

**Incipit collatio pͥa abba**
**tis yſaac de oratione.**
**Cap̄. primū**

**E perpe**
tua orationis atq̃
inceſſabili iugitate
qð in ſcðo iſtitutō
nuꝫ libro ꝓmiſſuꝫ
eſt· collatiōes ſenis
huiꝰ quē nunc in mediū ꝓferimꝰ id ē ab
batis yſaac dn̄o fauente cōplebūt. Qui
bus explicat̄· ⁊ p̄cept̄ beatiſſime memo·
rie pape caſtoris· ⁊ deſiderio vr̄o o bea·
tiſſime papa leonti ⁊ ſancte frater elladi
ſatiſfeciſſe me credo· voluminis amplitu·
dine p̄mitus excuſata· q̄ ſtudentib᷒ nob
non ſolū ſermone ſuccincto narrāda ꝯ·
ſtringere· ſꝫ etiā plurima ſilentio p̄terire·
in maiorē modū q̄ȝ diſpoſueramꝰ exten
ſa eſt. Premiſſa nāq̄ ſup̄ diūſis inſtitu
tis diſputatōe copioſa quā nos ſtudio
breuitat̄ reſecare maluimus. h̄ ad extre·
mum beatus yſaac intulit verba.

**Uerba abbatis yſaac ſup̄ ora·**
**tionis qualitate. Cap̄. ij.**

Omnis monachi finis cordiſq̄ꝫ
ꝑfectio ad iugē atq̄ꝫ indiruptā
orationis ꝑſeuerantiā tendit· ⁊
q̄ȝtū humane fragilitati cōcedit᷑ ad im·
mobilē tranquillitatē ment̄ ac ꝑfectam
nitit᷑ puritatē. Ob quā poſſidendā om·
nem tā laborē corpor̄ q̄ȝ ꝯtritioneꝫ ſpūs
indefeſſe q̄rimꝰ ⁊ iugit᷑ exercemꝰ· ⁊ eſt in·
ter alterutrū reciꝓca q̄dam inſepabil̄q̄ꝫ
coniunctio inuicē ſibi mutua ratiōe cō·
nexa. Nam ſicut ad oratiōis ꝑfectionē
oīm tēdit ſtructura ꝟtutū· ita niſi huiꝰ
culmine hec oīa fuerint colligata atꝫ cō·
pacta· nullomō firma poterūt vel ſtabi
lia ꝑdurare. Quemadmodū ſine ill᷑ ac·
quiri vel cōſūmari non pōt h̄ de qua lo
quimur ꝑpetua orationis iugiſq̄ꝫ tran·
quillitas· ita ne ille q̄dem ꝟtutes q̄ hāc
preſtruūt abſq̄ꝫ huiꝰ poſſunt aſſiduita·
te cōpleri. Et ideo nec recte tractare de
orationis affectu· nec ad eiꝰ p̄ncipalē fi·
nem q̇ vniūſarū ꝟtutū molitiōe ꝑficit᷑·
ſubitanea diſputatiōe poterimꝰ intrare
niſi p̄us vniūſa que illiꝰ obtentu vel abſ
cidenda ſunt vel parāda p ordineꝫ di·
numerata fuerit atq̄ꝫ diſcuſſa· ⁊ ſm̄ euā
gelice ꝑabole diſciplinā ea q̄ ad ſpirita·
lis ac ſublimiſſime illiꝰ extructionē ꝑti·
nēt turr̄ ſuppūtata fuerit ac diligēt᷑ an̄
cōgeſta. Que tn̄ nec ꝓderūt p̄pata nec
recte ſupponi ſibimet excelſa culmīa ꝑ·
fectionis admittent· quia nec ſuppoſita
poterūt molē tāte celſitudīs ſuſtinere. ni
ſi p̄us vt cōi vſus ꝟbo ꝓpriꝰ aliq̄d exp̄·
mam· diligēt᷑ egeſto p̄us oī repurgio vi
cioꝝ ⁊ effoſſis ſucciduiſ mortuiſq̄ꝫ rude
rib᷒ paſſionū viuę (vt aiūt) ac ſolide t᷑ę
pectoris nr̄i· imo illi euangelicę petrę in
ſublime ſcanſura ſupiecta fuerit ſimpli
citat̄ ⁊ humilitat̄ firmiſſima fundamē·
ta· q̄b᷒ hec turr̄ ſpūaliū ꝟtutū molitiōi·
bus extruenda ⁊ immobilit᷑ valeat ſta·
biliri· ⁊ ad ſumma celoꝝ faſtigia ꝯfidē·
tia ꝓprie firmitat̄ attolli. Fundamentis
etenī talib᷒ innitenteꝫ q̄ȝuis paſſionum
imbres largiſſimi ꝓfundant᷑· q̄ȝuis ei ꝑ·
ſecutionū violenti torrētes inſtar arietis
illidant᷑· q̄ȝuis irruat ⁊ incūbat adūſa·
riorū ſpūum ſeua tēpeſtas· non ſolū rui
na nō diruet ſꝫ nec ip̄a aliq̄tenꝰ vexabit
impulſio.

**Quemadmodum paratur pura et ſincera oratio. Cap̄. iij.**

Tidcirco vt eo fer·
uore ac puritate q̄ debet emitti
poſſit oratio· h̄ ſūt oīmodis ob
ſeruanda. Primū ſollicitudo rerū carna
liū generalit᷑ abſcidēda eſt· deīde nulliꝰ
negocij cauſe ne nō ſolū cura ſꝫ ne mēo·
ria q̄dem penitꝰ admittēda· detractōes
vaniloq̄a ſeu m̄ltiloq̄a· ſcurrilitates q̄ȝ
ſimilit᷑ amputāde· ire p̄ oīb᷒ ſiue triſticię
ꝑturbatio funditꝰ eruēda· concupīe car
nalis ac filargirie noxiꝰ fomes radicitus
euellēdus· ⁊ ita his ac ſimilib᷒ vicijs ex·
truſis penitꝰ et abſciſis q̄ hoīm q̄ȝ pn̄t
patere ac notari ꝯſpectib᷒· taliq̄ꝫ vt dixi
mus repurgij emūdatiōe p̄miſſa q̄ ſim·
plicitatis ⁊ innocentię puritate ꝑficitur
iacienda ſunt p̄muꝫ ꝓfunde hūilitat̄ in
cōcuſſa fundamina· q̄ ſcꝫ turrē pulſatu
ram celos valeāt ſuſtinere· deinde ſup·
ponēda ꝟtutū ſpiritāl᷑ extructio· ⁊ ab oī
diſcurſu atq̄ꝫ euagatione lubrica aīmꝰ
inhibendꝰ· vt ita paulatī ad ꝯtēplatōꝫ
dei ac ſpiritalis intuitꝰ īcipiat ſblimari.
Quicq̄d enī an̄ oratōis horā aīa nr̄a cō
cepit· neceſſe eſt vt orantib᷒ nob ꝑ inge·
ſtionē recordationis occurrat. Quobrem
q̄les orātes volumꝰ īueniri· tales nos an̄
orationis tp̄s p̄pare debemꝰ. Ex p̄cedē·
ti enī ſtatu mēs atq̄ꝫ animꝰ in ſupplica·
tione format᷑. eorundēq̄ꝫ actuū ꝓcūben·
tib᷒ nob ad p̄cem· ꝟboꝝ q̄ȝ vel ſenſuum
an̄ oculos imago ꝓludēs· aut iraſci nos
ſm̄ p̄cedenteꝫ q̄litatē faciet· aut triſtari·
aut concupias cauſaſue p̄teritas retra·
ctare· aut riſu fatuo qð etiā pudet dice·
re cuiuſq̄ȝ ſcurrilis dicti vel facti titilla·
tione pulſari· aut ad p̄ores faciet volita·
re diſcurſus. Et idcirco quicq̄d oranti·
bus nobis nolumꝰ vt irrepat· an̄ oratio·
nem de abdit̄ nr̄i pector̄ extrudere feſti·
nemus· vt illud ap̄li poſſimus implere.
Sine intermiſſione orate· ⁊ in oī loco le·
uantes puras manꝰ ſine ira ⁊ diſcepta·
tione. Alias nāq̄ꝫ mandatū iſtud ꝑfice·
re nō valebimꝰ· niſi mens nr̄a ab omī vi
ciorū purificata ꝯtagio· ꝟtutib᷒ tm̄ ve·
lut naturalib᷒ bonis dedita iugi omīpo
tentis dei cōtemplatione paſcatur

**De mobilitate aīmę plumę vel pennulę compate. Capitulū. iiij.**

Leni qualitas aīmę nō inepte
ſubtiliſſime plumę ſeu pēne le·
uiſſime cōpat᷑· q̄ ſi humor̄ cuiꝰ
piam extrīſecus accident̄ corruptōne vi
ciata nō fuerit vel infuſa· mobilitate ſb·
ſtantię ſuę tenuiſſimi ſpūs adiumento·
velut naturaliter ad ſublimia celeſtiaq̄ꝫ
ſuſtollit᷑. Si ꝟo humor̄ cuiuſq̄ȝ aſper·
gine vel infuſione fuerit p̄grauata· nō mō
in nullos aereos volatꝰ naturali mobili
tate raptabit᷑· ſed etiā ad ima terrę con·
cepti humor̄ pondere deꝑmet᷑. Ita mēs
q̄ȝ nr̄a ſi accedentib᷒ vicijs curiſq̄ꝫ mun
danis aggrauata nō fuerit· noxie ue libi
dinis humore corrupta· velut nat᷑ali pu·
ritatis ſue bn̄ficio ſubleuata. leuiſſimo
ſpiritalis meditationis afflatu ſblima·
bitur ad ſupna· ⁊ hūilia deſerēs atꝫ ter·
rena ad celeſtia ⁊ inuiſibilia transferet᷑.
Un̄ ꝓprie ſat̄ precept̄ dn̄icis ammone·
mur. Uidete neq̄n̄ g̃uent᷑ corda vr̄a in
crapula ⁊ ebrietate ⁊ cur̄ ſecularib᷒. Et
idcirco ſi volumꝰ orationes nr̄as nō ſo
lum celos ſꝫ etiā ea q̄ ſup̄ celos ſunt pe·
netrare· curemꝰ mentē ab omibus terre·
nis vicijs expurgatā cūctiſq̄ꝫ emūdatā
fecib᷒ paſſionū ad ſubtilitatem ꝑducere
naturalē· vt ita ad deū vel ip̄a vel oratō
eius nullo vicioꝝ pondere p̄regrauata vl
tra celoꝝ faſtigia poſſit aſcendere

**De cauſis quibus mēs noſtra aggrauatur. Cap̄. v.**

Notandū tn̄ quib᷒ ex cauſis gra
uari menteꝫ dn̄s deſignauerit.
Nō enī adulteria· nō fornica·
tiones· nō homicidia· non blaſphemias·
non rapinas q̄ mortalia eſſe ⁊ dānabi·
lia nullus ignorat· ſꝫ crapulā poſuit et
ebrietatē ⁊ curas ſiue ſollicitudines ſecu
lares. Que intn̄ nemo hoīm mūdi huiꝰ
cauet aut damnabilia iudicat· vt etiam
nōnulli qð pudet dicere ſemetip̄os mo·
nachos nuncupātes hiſdem ipſis diſtē·
tionib᷒ velut innoxijs ⁊ vtilibus impli·
cent᷑. Que tria licet ſm̄ lr̄am ꝑfecta q̄
carnalē faciāt ⁊ aggrauēt aīam· atq̄ꝫ a
deo ſeparēt ac deꝑmāt ad terrena· dubi
tare non poſſumꝰ· eſſet tn̄ eoꝝ facil᷑ decli·
natio ſi huc uſq̄ꝫ ꝑtigeret iſtiꝰ p̄cepti ne
ceſſitas· ⁊ maxie nob qui tā longa remo
tione ab oī actuali huiꝰ cōuſatiōe diſiū
gim̄· ⁊ iſtis viſibilib᷒ cur̄ atq̄ꝫ ebrietatib᷒
⁊ crapul᷑ penitꝰ nulla occaſione miſcem̄.
Ueꝝ eſt alia q̄ȝ crapula nō minꝰ noxia
⁊ ebrietas ſpiritāl᷑ difficiliꝰ euitāda· cu·
ra q̄ȝ ac ſollicitudo ſecular̄· q̄ nos etiam
poſt oīm facultatū noſtraꝝ ꝑfectā renū·
ciationem ⁊ vini epularūq̄ꝫ cōtinētiam
cunctarū· equidem in ſolitudine conſti

ꝺitos frequent inuoluūt· ꝺe q̄bꝫ ꝓpheta
expergiſcimini inquit q̄ eſtis ebrij ⁊ non
a vino. Alius q̄ꝫ. Obſtupeſcite ⁊ ammi
ramini· fluctuate ⁊ vacillate· inebriami
⁊ non a vino· mouemi ⁊ nō ab ebrietate
Cuius ebrietatis ⁊ crapule viniū conſe-
quēt neceſſe eſt vt ſm ꝓphetā furor dra-
conum ſit· Ipſīnqꝫ vinum ꝺe qua radice
ꝓcedat aduerte· Ex vinea em̄ ſodomoꝝ
vitis eorū· ⁊ ſarmentum eorū ex gomor-
ra. Uis etiam fructum vitis iſtiꝰ atꝫ ſar
menti germē agnoſcere: Uua eoꝝ vua
fellis. botrus amaritudinis ī ipſis. Que
om̄ia niſi fuerimus cūctis vicijs expur-
gati· ⁊ ab oīm paſſionū crapula ſobrij.
abſqꝫ vſu ⁊ ebrietate vini epularūqꝫ ꝺe-
litijs ⁊ affluētia. erit cor noſtrū ebrieta-
te ⁊ crapula magis noxia pregrauatum
Nam q̄r ſeculares cure etiā in nos qui
nullis actibus mundi iſtiꝰ admiſcemur
cadere nonnūqꝫ poſſint. manifeſta rōe
monſtrat ſm regulā ſenioꝝ· q̄ q̄cq̄d ne-
ceſſitatem victꝰ quotidiani ⁊ ineuitabi-
lem vſum carnis excedit. ad ſecularē ꝺe-
finierūt curam ⁊ ſollicitudinem ꝑtinere·
vt verbi grā· ſi cū poſſit operatio vnius
ſolidi neceſſitatē noſtri corporꝭ expedire·
ad duorū vel triū ſolidorū acquiſitōeꝫ
noſmetipſos ꝓpenſiore velimꝰ ope ac la-
bore diſtendere· ⁊ cū duarū velamē ſuf-
ficiat tunicaꝝ ad vſuꝫ ſcꝫ noctꝭ ac diei·
triū vel quattuor fieri ꝓcuremꝰ ꝺomini.
cūqꝫ vniꝰ ſiue duarū habitatio ſuffici-
at cellaꝝ· ambitōne ſeculari atqꝫ ampli-
tudine ꝺelectati quattuor ſeu q̄nqꝫ cel-
las· ⁊ has eaſdem exquiſito ornatu· ⁊ ca-
paciores q̄ꝫ vſus ꝺeſiderat extruamus.
paſſionē libidinis mundialis in quibꝫ
poſſumus preferentes.

## De viſione cuiuſdaꝫ ſenis quā ſuper fratris inquieta operatōne proſpexit.

### Capitulū· vi.

Quod non ſine inſtinctu ꝺemo-
num fieri māifeſtiſſima nos ex-
perimenta ꝺocuerūt. Naꝫ qui-
dam ꝓbatiſſimus ſeniorū cum tranſiret
iuxta cellam fratris cuiuſdam hac ani-
mi qua diximus egritudine laborantis·
vtpote qui in extruēdis reparādiſqꝫ ſu-
perfluis inquietus quotidianis diſten-
tionibꝫ ꝺeſudaret· ⁊ eminus cōſpexiſſet
eum graui malleo ſaxum duriſſimū cō-
terentem· vidiſſetqꝫ ethiopem quendaꝫ
aſtantem illi· ⁊ vna cum eodem ictꝰ mal-
lei iunctis conſertiſqꝫ manibus illiden-
tem· eumqꝫ ad operis illiꝰ inſtantiā igni-
tis facibꝫ inſtigantem. diutiſſime ſubſti-
tit· vel impreſſionem diriſſimi ꝺemonis
vel fraudem tante illuſionis ammirās·
Cum enī nimia laſſitudine fatigatꝰ frat
requieſcere iam iāqꝫ finem opi voluiſſet
imponere· inſtigatione ſpūs illius aīma-
tus iterꝫ reſumere malleum. nec ꝺeſinere
ab intentione cepti operis vrgebat· ita
vt iſdem eius incitamentis infatigabili-
ter ſuſcitatus tanti laboris non ſentiret
iniuriam. Tandem igit ſenex tam dira
ꝺemonis ludificatione ꝑmotus ad cel-
lam fratris diuertit· ſalutanſqꝫ eum· q̄d
inquit eſt frater iſtud opus quod agis:
At ille. Laboramus ait contra iſtud du-
riſſimum ſaxum· vixqꝫ illud potuimus
aliqū conterere. Ad hec ſenex. Benedixi-
ſti vix potuimꝰ. Nō enī ſolus eras cū il-
lud cederes· ſed fuit alius tecuꝫ quē nō
vidiſti· qui tibi in hoc opere non tam ad-
iutor q̄ꝫ violētiſſimus impulſor aſtabat
Et idcirco morbū ambitus ſecularis no-
ſtris mentibꝫ non ineſſe· non vtiqꝫ eorū
tm̄ negocioꝝ abſtinentia cōꝓbabit· que
etiaꝫ ſi velimus expetere vel explere non
poſſumus. neqꝫ illarum rerum ꝺeſpe-
ctus quas ſi affectauerimꝰ tam apḋ ſpi-
ritales viros q̄ꝫ apud ſeculi homies no-
tabiles prima fronte reddem̄· ſed cū etiā
illa que noſtre ſuppetunt poteſtati ⁊ ho-
neſtate quadam videntur obnubi· nec
apud cunctos homines ex aperto repre-
henſibiles faciunt· rigida mentis diſtri-
ctione reſpuimus. Et reuera non minꝰ
hec que parua vidētur ⁊ minima que-
qꝫ ab his qui noſtre ꝓfeſſionis ſunt cer-
nimus indifferenter admitti. pro quali-



tate ſua aggrauant monachi mentē· q̄ꝫ
illa maiora que ſm ſuum ſtatum ſeu cō-
parationem ſecularium ſenſus inebria-
re conſueuerunt· non ſinentes ꝺepoſita
fece terrena ad ꝺeum in quo ſemꝑ ꝺefixa
eſſe ꝺebet intentio monachuꝫ reſpirare·
cui ab illo ſummo bono vel parua ſepa-
tio· mors preſens ac ꝑniciosiſſimꝰ interi-
tus eſt credendus. Cūqꝫ mens tali fue-
rit tranquillitate fundata vel ab omniū
carnalium paſſionum nexibus abſolu-
ta· ⁊ illi vni ſummoqꝫ bono tenaciſſima
adheſerit cordis intētio· apoſtolicū illḋ
implebit. Sine intermiſſione orate et in
omni loco leuantes puras manus· ſine
ira ⁊ diſceptatione. Hac enim puritate
ſi dici poteſt ſenſu mētis abſorpto· ac de
terreno ſitu ad ſpiritalem atqꝫ angelicā
ſimilitudineꝫ reformato· quicq̄d in ſe re-
ceperit· quicq̄d tractauerit· quicq̄d ege-
rit puriſſima ac ſinceriſſima erit oratio.

## Interrogatio de eo ꝙ maioris difficultatis ſit cuſtodire cogitationes bonas q̄ꝫ parare

### Capitulū. vij.

Ermanus. Utinā ſimili mo-
ꝺo atqꝫ eadem facilitate qua ſe-
mina ſpiritaliū cogitationum
plerūqꝫ concipimus· etiam perpetuitatē
earum poſſidere poſſimus. Cum enī fue-
rint ſiue ꝑ memoriā ſcripturarum· ſeu ꝑ
recordationē ſpiritaliū quorūqꝫ actuū.
vel certe per intuitum ſacramentorū ce-
leſtium noſtro corde concepte· īſenſibili
quadam fuga dilapſe a nobis quanto-
tius euaneſcunt atqꝫ ꝺepereūt Cūqꝫ ali-
as quaſlibet occaſiones ſpiritalium ſen-
ſuum mens noſtra reppererit· rurſꝰ alijs
caſualiter irrepentibus· ipſe q̄ꝫ que ap-
prehenſe fuerāt lubrica volubilitate dif-
fugiunt· ita vt nullam conſtantiā ſui re-
tinens animꝰ· nec poteſtate ꝓpria ſancta-
rum cogitationū poſſidens firmitatem.
etiam tūc cum eas videtur vtcunqꝫ reti-
nere· fortuitu illas· ⁊ nō ꝺe induſtria cō-
cepiſſe credatur. Quomodo eniꝫ ortus
earum noſtro arbitrio putabitur aſcri-
bendus· quarū perſeuerantia non conſi-
ſtit in nobis: Sed ne forte ſub huiꝰ que-
ſtionis indagīe a cepto narrationis or-
dine longius euagantes expoſitionē ꝓ-
poſitam ſuper oratōnis ſtatu diutius re-
tardemus. ꝺe qua principaliter ſitimus
inſtitui· ſuo hanc tempori reſeruātes· de
qualitate orationis inſtātiſſime queſu-
mus informari· preſertim cum nullo tē-
pore nos ab ea ceſſare beatus apoſtolus
moneat dicens. Sine intermiſſione ora-
te· Et ideo primum ꝺe qualitate eius ꝺe-
ſideramus inſtitui· id eſt· qualis ꝺebeat
emitti ſemper oratio· ꝺeinde qualit hāc
eandem quecunqꝫ eſt poſſidere vel exer-
cere ſine intermiſſione poſſimus. Non
enim parua cordis intentione eam per-
fici poſſe· ⁊ experientia quotidiana. ⁊ ꝑ-
ſecutio tue ſanctitatis oſtendit· q̄ finem
monachi ac totius perfectionis culmen
in orationis conſummatione conſiſtere
diffiniſti.

## Reſponſio de diuerſis orationum qualitatibus.

### Capitulū. viij.

Saac. Uniuerſas orationū
ſpecies abſqꝫ ingenti cordis at-
qꝫ animi puritate ⁊ illumina-
tione ſancti ſpiritus arbitror compheñ-
di non poſſe. Tot enim ſunt quot in ani-
ma vna immo in cunctis animabus ſta-
tus queunt qualitateſqꝫ generari Et iō
licet ſciamus nos ꝓ hebetudīe cordis no-
ſtri vniuerſas orationum ſpecies nō poſ-
ſe perſpicere· tamen inquantum medio-
critas experiētie noſtre aſſequi preualue-
rit digerere eas vtcunqꝫ temptabimus
Scḋm menſuram nanqꝫ puritatis in
qua mens vnaqueqꝫ proficit· ⁊ qualita-
tem ſtatus in quo vel ex accidentibus in-
clinatur vel per ſuam renouatur indu-
ſtriam· ipſe quoqꝫ momentis ſingul re-
formantur· et idcirco vniformes oratio-
nes emitti ſemper a nemine poſſe certiſſi-
mum eſt. Aliter enim quiſqꝫ ſuppli-
cat cum alacer eſt· aliter cum triſticie
ſeu ꝺeſperationis pondere pregrauatur

aliter cū ſpiritalibus ſucceſſibus viget aliter cū impugnationū mole deprimit̄. aliter cum veniam peccatorum. alit̄ cum acquiſitionem gratie ſeu cuiuſlibet virtutis expoſcit. vel certe extinctionē cuiuſlibet vicij deprecatur. aliter cū cōſideratione gehenne ac futuri iudicij timore cōpungit̄. aliter cū ſpe futuroꝝ bonorū deſiderioq; inflammat̄. alit̄ cū in neceſſitatibꝰ ac ꝑiculis. alit̄ cum in ſecuritate ac tranquillitate v̄ſat̄. alit̄ cū ſacramentorū celeſtiū reuelationibꝰ illuſtrat̄. alit̄ cū ſterilitate v̄tutū ac ſenſuū ariditate cōſtringit̄.

**De quadripartita orationum ſpecie. Cap̄. ix.**

Idcirco bis ſuꝑ orationū q̄litate digeſtis. licet nō q̄ntū expoſcit materie magnitudo. ſed q̄ntum vel t̄pis admittit anguſtia. vl̄ certe capere tenuitas ingenij nr̄i ⁊ cordis p̄reualet hebitudo. maior nob̄ nunc iminet difficultas vt ipſas ſingillatī orationū ſpēs exponamꝰ. q̄s apl̄s quadripartita ratiōe diſtinxit ita dicēs. Obſecro itaq; p̄mo oīm fieri obſecrationes. orationes poſtulationes gr̄arūactiones. Que non inanit̄ ab ap̄lo ita fuiſſe diuiſa minime dubitandū eſt. Et p̄mitꝰ indagandū quid obſecratione. q̄d oratiōe. quid poſtulatione. q̄d gratiarūactiōe ſignet̄. deinꝺ ꝑquirendū. vtrū he ſpēs ab orāte ſint pariter aſſumēde. i. vt omēs ſimul in vnaq̄q; ſupplicatiōe iungantur. an viciſſim ſingillatimq; ſint offerēde. vtputa nūc q̄dem obſecrationes. nūc v̄o orationes nūc aūt poſtulatiōes ſeu gr̄arūactiones oporteat ꝓmi. an certe aliꝰ q̄dem obſecrationes. aliꝰ v̄o orationes. aliꝰ aūt poſtulationes. alius gr̄arūactōes deo debeat exhibere ſc̄m menſuram ſcȝ etatis ſue in qua vnaqueq; mens ꝑ intentionis profiſciat induſtriam.

**De ordine ſpecierum que ſuper orationis qualitate ponuntur. Cap̄. x.**

Idcirco p̄mum ꝓprietates ipſe ſunt noīm v̄boꝝq; tractāde. ac diſcutiendū q̄d inter orationem ⁊ obſecrationē ac poſtulationeȝ interſit. Deinde ſimilit̄ ꝑſcrutandū vtꝝ ſingillatim ſint an parit̄ exhibēde. Tertio indagandū. vtrū etiam ipſe ordo q̇ ita eſt apl̄i auctoritate diſpoſitꝰ aliquid amplius inſtruat auditorē. an ſimplicit̄ accipienda ſit iſta diſtinctio. ⁊ indifferēter putāda ſit ab illo talit̄ fuiſſe digeſta qꝺ mihi ſatis videt̄ abſurdū. Non enī credendū eſt aliq̇d tranſitorie ac ſine ratione ſpūm ſanctū ꝑ apl̄um ꝓtuliſſe. Et idcirco eodem quo cepimus ordine ꝓut dominꝰ donauerit ſingula retractemꝰ.

**De obſecratione. Cap̄. xi.**

Obſecro itaq; p̄mo oīm fieri obſecrationes. Obſecratio eſt imploratio ſeu petitio ꝓ peccatis. qua vel ꝓ p̄ntibus vel ꝓ p̄teritꝭ admiſſis ſuis vnuſquiſq; cōpūctꝰ veniā dep̄cat̄.

**De oratione. Cap̄. xij.**

Orationes ſunt q̇bꝰ aliud aliq̇d offerimus ſeu vouemꝰ deo. qꝺ grece dicit̄ id eſt votū Nam vbi dr̄ in greco in latino legitur vota mea dn̄o reddā. Qꝺ ſc̄m ꝓprietateȝ v̄bi ita exprimi pōt. oratōnes meas dn̄o reddam. Et illud qꝺ legimus in eccleſiaſte ſi voueris votū deo ne morā fecerꝭ redde illud. in greco ſimilit̄ ſcribit̄ id ē. ſi oraueris orationem domino. ne moram feceris reddere illam. Quod ita ab vnoquoq; noſtꝝ implebitur. Oramus cum renunciātes huic mundo ſpondemus nos mortificatos cunctis actibus ⁊ cōuerſationi mūdane tota cordis intentione domīo ſeruituros. Oramus cum ꝓmittimus ſeculari onere cōtempto ac terrenis opibus ſpretis. in oī contritione cordis ac paupertate ſpūs nos domīo adheſuros Oramus cum pollicemur nos puriſſimā corporis caſtitatem ſeu immobilē patiētiā exhibituros eſſe perpetuo. vl̄ cū de corde nr̄o radices ire ſiue triſticie mortem operantis vouemus funditꝰ eruēdas. que cū deſidia reſoluti. atq; ad antiq̄ vicia recurrentes minime fecerimꝰ. erimꝰ orationum nr̄arū ac votoꝝ rei. dicit̄q; de nobis. Meliꝰ eſt nō vouere: q̄ȝ vouere ⁊ nō reddere. Qꝺ ſc̄m grecum dici pōt. meliꝰ eſt non orare q̄ȝ orare ⁊ non reddere.

**De poſtulatione. Cap̄. xiij.**

Tertio loco ponunt̄ poſtulationes q̄s ꝓ alijs q̄ȝ dū ſumꝰ in feruore ſpūs ꝯſtituti ſolemꝰ emittere. vel ꝓ caris ſcȝ nr̄is. vel ꝓ totiꝰ mundi pace poſcentes. ⁊ vt ip̄ius apl̄i v̄bis eloquar. cū ꝓ oībus hoībꝰ ꝓ regibus ⁊ oībꝰ qui in ſublimitate ſunt ſupplicamꝰ

**De gratiarūactione. Cap̄. xiiij.**

Quarto deinde loco gr̄aꝝactiones ponunt̄. q̄s mens vel cū p̄terita dei recolit bn̄ficia. vel cū p̄ntia cōtemplat̄. ſeu cū in futurū que ⁊ quāta preparauerit deus his q̇ diligūt eū ꝓſpicit. ꝑ ineffabiles exceſſus deo refert. Qua etiā intentione nonnūq̄ȝ preces vberiores emitti ſolent. dū illa q̄ repoſita ſunt in futuro ſanctoꝝ p̄mia puriſſimis oculis intuēdo. ineffabiles deo gratias cū immēſo gaudio ſpūs noſter inſtigatur effundere.

**Utrū quattuor orationū ſpecies ſimul et omnibus an ſingillatī et viciſſim vnicuiq; ſint neceſſarie. Cap̄. xv.**

Ex q̇bus quattuor ſpeciebꝰ licȝ nonnunq̄ȝ ſoleant occaſiones ſupplicationū pinguiū generari. naȝ ⁊ de obſecrationis ſpecie q̄ de cōpunctione naſcit̄ peccatoꝝ. et de orationis ſtatu q̄ de fiducia oblationū ⁊ ꝯſummatione votoꝝ ꝓ ꝯſcie ꝓfluit puritate ⁊ de poſtulatione q̄ de charitatꝭ ardore ꝓcedit. ⁊ de gr̄arumactōne q̄ de bn̄ficiorum dei ⁊ magnitudīs ac pietatꝭ eius cōſideratione generat̄. feruentiſſimas ſepiſſime nouimꝰ p̄ces ignitaſq; prodire. ita vt cōſtet oēs has q̄s p̄diximus ſpēs oībꝰ hoībꝰ vtiles ac neceſſarias īueniri vt in vno eodēq; viro nunc q̇dem obſecrationū. nūc aūt orationū. nūc poſtulationū puras ac feruentiſſimas ſupplicatiōnes variatꝰ emittat affectꝰ. tn̄ p̄ma ad incipientes videt̄ peculiariꝰ ꝑtinere. qui adhuc vicioꝝ ſuoꝝ aculeis ac memoria remordēt̄. Sc̄da ad illos q̇ in ꝓfectu iā ſpiritali appetituq; v̄tutū q̄dam mētis ſublimitate ꝯſiſtūt. Tertia ad eos qui ꝑfectionē votoꝝ ſuorū opibꝰ adimplētes int̄cedere ꝓ alijs q̄ȝ ꝯſideratiōe fragilitatis eoꝝ ⁊ charitatꝭ ſtudio prouocātur Quarta ad illos q̇ iam penal̄ ꝯſcie ſpina de cordibꝰ euulſa. ſecuri iam munificētias dn̄i ac miſerationes q̄s vel in p̄terito tribuit vel in p̄nti largit̄ vel p̄parat ī futuro. mēte puriſſima retractātes ad illā ignitā ⁊ q̄ ore hoīm cōp̄hendi nec exp̄mi pōt orationē feruētiſſimo corde raptant̄. Nōnūq̄ȝ tn̄ mens q̄ in illū veruȝ puritatꝭ ꝓficit affectū. atq; in eo iam cepit radicari. ſolet h̄ oīa ſil̄ ꝑit̄q; cōcipiens atq; in modū cuiuſdā incōp̄henſibilis ac rapaciſſime flāme cūcta ꝑuolitās ineffabiles ad deū p̄ces puriſſimi vigoris effundere. q̄s ip̄e ſpūs int̄pellans gemitibꝰ inenarrabilibꝰ ignorantibꝰ nobiſ emittit ad deum. tāta ſcȝ in illiꝰ hore momēto ꝯcipiens. ⁊ ineffabilit̄ in ſupplicatiōe ꝓfundēs. q̄nta nō dicā ore ꝑcurrere. ſed ne ip̄a q̇dem mēte valeat alio t̄pe recordari. Et inde eſt q̄ in q̄libȝ mēſura q̇s poſitꝰ nōnūq̄ȝ puras intētaſq; p̄ces inuenit̄ emittere. q̄ ⁊ de illo p̄mo et hūilis ordine q̇ eſt ſuꝑ recordatiōe futuri iudicij is q̇ adhuc ſub terrorꝭ pena ac metu examīs ꝯſtitutꝰ ē. ita ad horā ꝯpūgit̄ vt non minore ſpūs alacritate de obſecrationis pinguedine repleat̄. q̄ȝ ille q̇ per puritatē cordis ſui munificentias dei ꝑluſtrans atq; ꝑcurrēs ineffabili gaudio leticiaq; reſoluit̄. incipit enī ſc̄m ſentētiā dn̄i plus diligere. q̇a ſibimet ampliora cognoſcit indulta.

**Ad quas orationum ſpēs noſmetipſos tendere valeamus. Ca. xvi.**

Tamen expetende ſunt nobis per profectū vite conſūmationemq; v̄tutum ille potius ſupplicatio-

UNIVERSIDAD Y PROV. BIBLIOTECA ZARAGOZA

num ſpēs ꝗ̃ vel de cōtēplatiōe futuroꝝ
bonoꝝ vl' de charitatꝭ ardore fūdūt'. ſeu
certe vt hūili⁹ ⁊ ſm̄ incipientiū mēſurā
loquar. pro acquiſitione quarūqꝫ vir-
tutūꝫ ſeu vicij cuiuſlibet extinctiōe gene
rant'. Alit' eni ad illa ſublimiora q̃ ꝑdi-
ximus ſupplicationū genera ꝑueīre nul
laten⁹ poterim⁹ niſi ꝑ ordinē poſtulatio
num iſtarū ſenſim mens nr̄a fuerit ḡda
timqꝫ ꝑuecta. **De quattuor ſuppli-
cationum generibus a domino
iniciatis. Cap̄. xvij.**

As q̃ttuor ſupplicationū ſpeci
es ita etiā dn̄s exēplo ſuo nob̄
iniciare dignat⁹ eſt. vt in h̄ q̊ꝫ
impleret illud qđ de ipō dr̄. Que cepit
ieſus facere ⁊ docere. Nam obſec̄tionis
gen⁹ aſſumit cū dicit. Pr̄ ſi poſſibl'e eſt
trāſeat a me calix iſte. vel illud qđ ex ꝑſo
na ei⁹ cātatur in p̄s. Deus deus me⁹ re-
ſpice in me q̃re me dereliq̇ſti. aliaqꝫ his
ſimilia. Oratio eſt cū dicit. ego te clarifi
caui ſuꝑ terrā. op⁹ cōſūmaui qđ dediſti
mihi vt facerem. ſiue illđ. ⁊ ꝓ eis ſc̄ifico
meip̄m vt ſint ⁊ ip̄i ſanctificati in ꝟita-
te. Poſtulatio eſt cū dic̄. Pr̄ q̊s dediſti
mihi volo vt vbi ego ſum et ip̄i ſint me-
cum vt videant gl'aꝫ meā quam dediſti
mihi. vel certe cū dicit. Pr̄ ignoſce eis.
nō eni ſciunt q̇d faciūt. Grār̄ūactio eſt
cū dic̄. Cōfiteor tibi dn̄e pr̄ celi ⁊ tr̄e. q꞉
abſcōdiſti h̄ a ſapientib' ⁊ prudentib'. ⁊
reuelaſti ea paruul'. ita pr̄ q꞉ ſic fuit pla-
citū an̄ te. vel certe cū dic̄. Pr̄ grās ago
tibi qm̄ audiſti me. ego autē ſciebam q꞉
ſꝑ me audis. Que tn̄ q̃tuor ſupplicatio
num genera licet ſingillatī ac diu̇ſo tp̄e
ſm̄ illū quē ꝯp̄hendimus modum idem
dn̄s noſter diſtixerit offerenda. tn̄ etiam
ſil'ea in ſupplicatiōe ꝑfecta ꝯp̄hēdi poſ-
ſe identidē ſuis oſtendit exēplis. ꝑ illam
ſcꝫ orationeꝫ quā ad finem euāgelij ſm̄
iohēm legim⁹ eum copioſiſſime ꝓfudiſſe
Ex cui⁹ textu q꞉ longū eſt vniu̇ſa ꝑcurre
re diligens inq̇ſitor h̄ita eſſe lectōis ipi⁹
ſerie poterit edoceri. Quē ſenſū apl's q̊ꝫ
ī epl'a ad philip̄. has q̃tuor ſupplicatio-

num ſpēs aliquātn̄ immutato ponēs or-
dine euident' exp̄ſſit. oſtēditqꝫ debere eas
nōnūqꝫ ſil' ſub ardore vni⁹ ſupplicatōiſ
offerri. ita dicēs. Sꝫ in oī orōne ⁊ obſec̄
tione cū gratiarūactiōe petitiōes vr̄e in
noteſcāt apđ deū. per quod voluit nos
in h̄ ſpeciali⁹ erudire qđ ⁊ in oratione ⁊
obſecratiōe grārūactio debeat cū poſtu
latione miſceri. **De oratiōe dn̄ica.**

Ecitaqꝫ ſupplicatio- **C. xviij**
nū genera ſblimior adhuc ſta-
t⁹ ac ꝑcelſior ſubſeq̇t'. q̇ ꝯtēpla
tiōe dei ſolius ⁊ charitatꝭ ardore forma-
tur. ꝑ quē mens illi⁹ dilectione reſoluta
atqꝫ deiecta familiariſſime deo velut pa
tri ꝓprio peculiari pietate colloquitur.
Quē ſtatū debere nos diligent' expetere
formula dn̄ice orōis inſtituit dicēs. Pr̄
nr̄. q̃ vniuerſitatꝭ deū ac dn̄m pr̄em eſſe
voce ꝓpria ꝯfitētes. de cōditione ſeruili ī
adoptionē filioꝝ nos ꝓfitem̄ aſcitos. ad
ijcientes deinde. q̇ es in celis. vt cōmora
tiōꝫ vite p̄n̄tis q̃ in hac degim⁹ terra. ve
lut ꝑegrinā. atqꝫ a nr̄o pr̄e nos longiſſi-
me ſeꝑantē toto horrore vitātes. ad illaꝫ
poti⁹ regioneꝫ in q̃ pr̄em nr̄m cōmorari
fatem̄ ſūmo deſiderio ꝓperem⁹. nihilqꝫ
admittam⁹ eiuſmodi qđ indignos nos
hac nr̄a ꝓfeſſione ac nobilitate tāte ad-
optionis efficiēs. ⁊ hereditate patna' ve-
lut degeneres ꝑuet. ⁊ irā nos faciat iuſti-
cie ei⁹ ac ſeueritatꝭ incurrere. In quem fi
lioꝝ ordinē gradūqꝫ ꝓfecti illa cōtinuo
ꝗ̃ eſt in bonis filijs pietate flagrabim⁹
⁊ affectu. vt iam nō ꝓ nr̄is vtilitatibus
ſꝫ ꝓ nr̄i patrꝭ gl'a totūꝫ īpendā⁹ affectuꝫ
dicentes ei. Sanctificet' nomē tuum. no
ſtrum deſideriū noſtrū gaudiū gloriam
noſtri patris eſſe teſtantes. imitatores ef
fecti illius qui dixit. Qui a ſemeip̄o lo-
quitur gloriā ꝓpriā querit. q̇ aūt querit
gloriā ei⁹ q̇ miſit illū. hic verax eſt. ⁊ iniu
ſticia in eo non eſt. Deniqꝫ vas electio-
nis hoc repletus affectu etiam anathe-
ma fieri optat a chriſto. dummodo ei fa
milia multiplex acquiratur. ⁊ ad gloriā
ſui patris ſalus toti⁹ iſraelitice pleb̄ ac



creſcat. Secur⁹ eni optat interire ꝓ chri
ſto q̇ nouit neminē mori poſſe ꝓ vita. Et
iteꝝ. Gaudem⁹ inq̇t qn̄ nos infirmi ſu-
mus. vos aūt potentes eſtis. Et q̇d mirꝝ
ſi vas electōis ꝓ chriſti gl'a ⁊ fratꝝ ſuoꝝ
ꝯuerſiōe gētiſqꝫ ꝑuilegio anathema fie-
ri optat a chriſto. cū micheas q̊ꝫ ꝓpheta
vellet ſe mendacē fieri. ⁊ ab inſpiratōne
ſancti ſpūs alienū. dūmō plagas illas ⁊
captiuitatꝭ exitiā ꝗ̃ ſua vaticinatiōe ꝑ-
dixerat plebs iudaice nationis euadat.
vtinā inq̇ens nō eſſem vir habēs ſpūm
⁊ mendaciū poti⁹ loq̃rer. vt ꝑtermitta-
mus illū legiſlatorꝭ affectum. q̇ cum fra
trib' ſuis etiā ꝑituris non renuit intire
dicēſ. Obſecro dn̄e peccauit ppl's iſte pec
catūꝫ magnū. aut dimitte eis hāc noxā
aut ſi nō facis dele me de libro tuo queꝫ
ſcripſiſti. Pōt aūt cōgrue ſatꝭ illud qđ
dicit'. ſanctificet' nomē tuū. etiā talit' ac
cipi. Sanctificatio dei nr̄a perfectio eſt
Itaqꝫ dicētes ei. ſanctificet' nomē tuūꝫ.
alijs ꝟbis h̄ dicimus. Tales nos facito
pr̄ vt ſanctificationeꝫ tuā vel intelligere
quāta ſit vel caꝑe mercam̄. vel certe vt ī
nr̄a ꝯuerſatione ſpiritaľ act⁹ appareat.
Qđ tunc efficacit' implet' in nob̄. qn̄ vi-
dent hoīes oꝑa nr̄a bona. ⁊ glorificāt
patrem noſtrū q̇ in celis eſt. **De eo ꝙ
dicit adueniat regnum tuum**

Ecūda petitio mentꝭ **Ca. xix**
puriſſime aduenire iam iamqꝫ
regnū ſui pr̄is exoptat. vl' iſtđ
ſcꝫ q̇ quotidie chriſtus regnat in ſanctꝭ.
qđ ita fit cū diaboli imꝑio ꝑ extinctionē
fetentium vicioꝝ de nr̄is cordib' pulſo
deus in nobis ꝑ ꝟtutū bonā fragrātiaꝫ
cepit dominari. ⁊ deuicta fornicatōe ca
ſtitas. ſuꝑato furore trāquillitas. calca-
ta ſuꝑbia hūilitas. in nr̄a mente regna-
uerit. vel certe illud qđ ꝑſtituto tp̄e omī
bus eſt ꝑfectꝭ ac dei filijs generalit' repro
miſſum. in quo eis dicet' a chriſto Veni
te benedicti pr̄is mei. poſſidete paratum
vob̄ regnum a ꝯſtitutōe mūdi. intenus
illud qđammō obtutib' ac defixis deſi-
derans ⁊ expectans dicenſqꝫ ad eum.

Veniat regnū tuum. Nouit eni teſtimo
nio conſcię ſuę. cū apparuerit. mox ei⁹ ſe
futurū eſſe cōſortem. Hęc eni dicere vel
optare criminoſoꝝ null⁹ audebit. q̇ nec
videre tribunal iudicis volet. q̇ſq̇s ſub
aduētu ei⁹ non palmam nec p̄mia ſuis
meritis. ſꝫ penā nouit ꝓtin⁹ repēſandā.
**De eo ꝙ dicit fiat voluntas tua**

Ertia ſupplicatio **Cap̄. xx.**
filioꝝ eſt. Fiat volūtas tua ſic̄
in celo ⁊ in terra. Non pōt eſſe
iā maior oratio q̃ꝫ optare vt terrena me
reāt' celeſtib' coeq̃ri. Nā q̇d eſt aliđ di-
cere. fiat volūtas tua ſicut in celo ⁊ ī ter
ra. q̃ꝫ vt ſint hoīes ſil'es angelis. ⁊ ſic̄ vo
lūtas dei ab illis implet' in celo. ita etiaꝫ
hi q̇ in terra ſunt nō ſuā ſed ei⁹ vniuerſi
faciāt voluntatē. Hoc q̊ꝫ nemo ex affe-
ctu dicere ꝑualebit niſi is ſol⁹ q̇ deū cre-
dit oīa que vident' vel adu̇ſa vel ꝓſpe-
ra ꝓ nr̄is vtilitatib' diſpenſare. magiſqꝫ
eū ꝓ ſuoꝝ ſalute ⁊ cōmodis ꝓuiduꝫ at
qꝫ ſollicitum q̃ꝫ nos ip̄os eſſe ꝓ nob̄. Ut
certe alit' accipiendū. Volūtas dei ſal⁹
oīm eſt. ſm̄ illā beati pauli ſn̄iam. q̇ oēs
hoīes vult ſaluos fieri ⁊ ad agnitionem
ꝟitatꝭ venire. De q̃ etiā volūtate yſaias
ꝓpheta ex ꝑſona dei pr̄is. ⁊ oīs inq̇t vo-
luntas mea fiet. Dicētes ergo ei. Fiat vo
luntas tua ſicut in celo ⁊ in terra. h̄ eum
alijs oramus ꝟbis. vt ſicut hi q̇ in celo
ſunt. ita oēs qui in terra cōſiſtūt tua pa-
ter agnitione ſaluent'. **De pane ſu-
perſubſtātiali ſiue quotidiano**

Einde panem nr̄m **Ca. xxi.**
id ē ſuꝑſtātialē da nob̄
hodie. Qđ ali⁹ euāgeliſta quo
tidianū dixit. Illđ nobilitatꝭ ac ſbſtātię
eius ſignificat qualitateꝫ. qua ſcꝫ ſuper
omnes ſbſtantias ſit. atqꝫ omēs creatu-
ras ſublimitas magnificētię eius ac ſan
ctificationis excedat. h̄ vero ꝓprietatem
vſus ip̄ius atqꝫ vtilitatꝭ exp̄ſſit. Nā cū
dicit quotidianū. oſtēdit ꝙ ſine ip̄o nul
lo die ſpiritalem vitam caꝑe valeamus
Cū dic̄ hodie. oſtēdit eū q̃tidie eſſe ſumē
dum ⁊ heſternā ꝓbitionē ei⁹ nō ſufficere

niſi nob hodie q̄ꝫ ſimilit fuerit attribu-
tus·omiq̄ꝫ nos tpe hanc orationē debe-
re ꝓfundere·indigentia eiꝰ q̄tidiana cō
moneat, q2 nō eſt dies quo nō opus ſit
nobis huius eſu ac ꝑceptione cor interi-
oris noſtri hoīs confirmare. Licet iſtud
qđ dr̄ hodie, ⁊ ad p̄ntem vitā poſſit ītel-
ligi·i. dū in hoc ſeculo cōmoram̄·preſta
nobis hunc panē. Nouimꝰ eī eū his q̄
meruerint a te ⁊ in futuro eſſe ꝓſtandū.
ſed rogamus vt eū nobis hodie largiari
q2 niſi eū ꝑcipere quis in hac vita meru
erit· in alia eius ꝑticeps eſſe nō poterit.

## De eo ꝙ dicit dimitte nobis debita noſtra· et reliqua. Ca. xxij.

Et dimitte nob debita nr̄a· ſic
et nos dimittimꝰ debitorib9 no
ſtris. O ineffabilis dei clemen-
tia· q̄ non ſolū nobis oratiōis tradidit
formā· ⁊ acceptabilē ſibi in nobis morū
noſtroꝝ inſtituit diſciplinā· ac ꝑ neceſſi
tatem tradite formule qua ſe precepit a
nobis ſp orari·irę parit ⁊ triſtitię euellit
radices· ſed etiā occaſionē rogantibus
tribuit·eiſq̄ꝫ reſerat viā qua clemens ac
pium ꝓ ſe ferent erga ſe dei iudiciū ꝓmulga
ri vel ꝓdire· ⁊ quodammō ꝑtātem tri-
buit qua iudicij noſtri poſſimꝰ ſn̄iam tē-
perare·ad veniam delictoꝝ noſtroꝝ·ex-
emplo eū noſtrę remiſſionis coartantes·
dū dicimꝰ ei· ⁊ dimitte nob ſicut et nos
dimittimꝰ. Itaq̄ꝫ ſecurꝰ huiꝰ oratiōis fi
ducia de ſuis admiſſis veniam poſtula-
bit· quiſq̄s remiſſus erga ſuos dūtaxat
nō erga dn̄i ſui extiterit debitores· So-
lemꝰ nōnulli qđ eſt deteriꝰ erga illa qui-
dem q̄ admittunt ad iniuriaꝫ dei q̄ꝫuis
magnorū ſint criminū· placidos nos ⁊
clementiſſimos exhibere·erga noſtrarū
vero vel paruiſſimaꝝ offenſionū debita
exactores immites atq̄ꝫ inexorabiles in
ueniri. Quiſq̄s igit in ſe delinquēti fr̄i
nō ex corde dimiſerit: nō indulgentiā ſꝫ
cōdēnationeꝫ deprecatione hac ſibimet
impetrabit. ſuaq̄ꝫ ꝓfeſſiōe ſemetipm̄ po
ſcet diriꝰ iudicari·dicēs·remitte mihi ſi-
cut ⁊ ego remiſi. Qđ cū illi ſm̄ ſuā peti-
tionē fuerit repēnſatū· q̄d aliud ſubſeq̄t
q̄ꝫ vt exēplo ſuo īplacabili ira ⁊ irremiſ-
ſa ſn̄ia puniat. Ideoq̄ꝫ ſi clement volu
mus iudicari. nos q̄ꝫ erga illos q̄ ī nos
deliq̄runt oportet eſſe clemētes. Tm̄ eni
remittet nobis q̄ꝫtum nos remiſerimus
eis· q̄ nobis q̄cūq̄ꝫ malignitate nocuerīt
Qđ formidātes nōnulli cuꝫ in eccleſia
h̄ oratio ab vniūſa plebe ꝯcinit· hūc lo-
cum taciti ꝓtermittūt· ne ſcꝫ ſemetipſos
obligare potiꝰ q̄ꝫ excuſare ſua ꝓfeſſione
videant. nō intelligētes ꝙ fruſtra cauil
lationes has iudici oīm ꝓtendere moliā
tur· q̄ quemadmodū iudicaturꝰ ſit ſup-
plicib9 ſuis voluit demōſtrare. Dū eniꝫ
erga eos nō vult immitij atq̄ꝫ inexorabi-
lis īueniri· formā ſui iudicij deſignauit
vt quēadmodū nos ab illo iudicari cu-
pimꝰ· ita nr̄os fratres ſi q̄d in nob deliq̄
rint iudicemꝰ. q2 iudiciuꝫ ſine mīa fiet ei
q̄ nō fecerit miſericordiā.

## De eo ꝙ dicit et ne nos inducas ī temptationem. Cap. xxiij.

Einde ſequit. Et ne nos indu-
cas in temptationē. De q̄ non
mīma naſcit queſtio. Si enim
oramꝰ ne ꝑmittam̄ temptari· vñ erit in
nob virtꝰ ꝯſtātie ꝯꝓbāda· ſm̄ illā ſn̄iam
Oīs vir q̄ nō eſt temptatꝰ nō eſt ꝓbatꝰ.
Nō ḡ h̄ ſonat. ne īducat nos in tempta-
tionē q̄ſi nō ꝑmittat nos aliq̄n̄ tempta-
ri· ſꝫ ne ꝑmittat in temptatōe poſitos ſu
perari. Temptatus eſt enī iob· ſꝫ nō eſt
ductꝰ in temptationē. Nō enī dedit in-
ſipiētiā deo· nec ad illā ad quā trahēba
tur temptatori volūtatē·ore impio blaſ
phemꝰ ītrauit. Tēptatꝰ eſt abraā· tēpta
tus eſt ioſeph· ſꝫ neuter illoꝝ inductus
eſt in tēptationē· q2 nullꝰ eoꝝ cōſenſum
ꝓbuit tēptatori. Deniq̄ꝫ ſeq̄t Sꝫ libera
nos a malo. i. ne ꝑmittas nos a diabolo
temptari ſupra id qđ poſſumꝰ· ſꝫ fac cū
temptatiōe exitū vt ſuſtinere poſſimus.

## De eo ꝙ non debeant alia poſtulari q̄ꝫ hęc tantū quę orationis dominice modulo continētur. Cap. xxiiij.



Idetis ergo qualis nobis ab
ipo qui ꝑ illam exorandus eſt
iudice orationis ſit modulus
⁊ forma propoſita. in qua nulla diui-
tiarum petitio. nulla memoria dignita-
tum· nulla potentatus ac fortitudinis
poſtulatio·nulla corporeę ſanitatis ſeu
temporalis vite mentio cōtinetur Nihil
enī caducū vult a ſe nihil vile nihil tꝑa-
le eternitatū conditor implorari. Itaq̄ꝫ
magnificentie eius ac munificentie ma-
ximam irrogabit iniuriam· quiſq̄s his
ſempiternis petitionib9 pretermiſſis trā
ſitorium aliquid ⁊ caducū ab eo malue
rit poſtulare· ⁊ offenſam potiꝰ q̄ꝫ ꝓpicia
tōꝫ iudicis ſui vilitate oratōis incurret

## De qualitate ſublimioris orationis. Cap. xxv.

Ec igitur oratio licet omnē vi-
deatur ꝑfectionis plenitudinē
continere· vtpote quę ipius do
mini auctoritate vel iniciata ſit vel ſtatu
ta: ꝓuehit tam̄ domeſticos ſuos ad illū
ꝓcelſiorem quē ſuperiꝰ cōmemorauimꝰ
ſtatum·eoſq̄ꝫ ad illam igneā ac perpau
cis cognitā vel exptāꝫ (imo vt propriꝰ
dixerim) ineffabilem orationē ḡdu emi-
nentiore perducit· quę omnem tranſcen
dens humanum ſenſum· nullo nō dicā
ſono vocis nec linguę motu nec vlla ver-
borum ꝓnunciatione diſtinguitur· ſed
quam mens infuſione celeſtis illius lu-
minis illuſtrata· non humanis atq̄ꝫ an-
guſtis deſignat eloquijs· ſed cōglobatis
ſenſibus velut de fonte quodam copio
ſiſſimo effundit vbertim· atq̄ꝫ ineffabili-
ter eructat ad dn̄m· tanta promens in il
lo breuiſſimo tempori pūcto· quāta nec
eloqui facile· nec mens percurrere in ſe-
metipām reuerſa ꝓualeat. Quem ſtatū
dn̄s q̄ꝫ inter illarū ſupplicationum for-
mulas· quas vel ſolus in monte ſedens
vel tacite fudiſſe deſcribit· ſimilit figu-
rauit· cū in orationis agonia conſtitutꝰ
etiaꝫ guttas ſanguīs inimitabili inten-
tionis ꝓfudit exemplo.

## De diuerſis compunctionū cauſis. Capitulū. xxvi.

Uis vero poſſit diuerſitates ⁊
cauſas ipas atq̄ꝫ origines cō-
punctionū quantalibet expien
tia preditus ſufficient exponere· quibuſ
inflammata mens atq̄ꝫ ſuccenſa ad ora
tiones puras ac feruentiſſimas incitat.
Quarū pauca quantum potuerimꝰ ad
p̄ns per illuminationē dn̄i reminiſci ex-
empli gratia ꝓponemus. Nonnūq̄ꝫ ete-
nim pſalmi cuiuſcunq̄ꝫ verſiculus occa-
ſionem oratōnis ignitę decantantibus
nobis ꝓbuit·interdum canora fraterne
vocis modulatio ad intētam ſupplica-
tionem ſtupentiū animos excitauit No
uimus q̄ꝫ diſtinctionē grauitatēq̄ꝫ pſal
lentis·etiaꝫ aſtantib9 plurimū contuliſ-
ſe feruoris·necnō exhortatio viri ꝑfecti·
⁊ collatio ſpiritalis· frequent ad vberri
mas preces iacentiū erexit affectū. Sci-
mus etiam fratris ſeu cari cuiuſlibet in-
teritu non minus nos ad plenam com-
punctionem fuiſſe raptatos· Recorda-
tio q̄ꝫ teporis ac negligentię noſtrę nō-
nunq̄ꝫ nobis ſalutarem ſpūs inuexit ar
dorem. Atq̄ꝫ in hunc modum nulli du-
bium eſt occaſiones innumeras non de
eſſe q̄bus per dei gratiam tepor ac ſom-
nolentia noſtrarū mentiū valeat excita
ri.

## De variis compunctionum qualitatibus. Cap. xxvij.

Uemadmodū vero vel q̄b9 mo-
dis iſte ipe ꝯpūctiones de inti-
mis aīę ꝯclauib9 ꝓferāt· nō mi
nori difficultati eſt indagare. Frequent
enī ꝑ ineffabile gaudiū ⁊ alacritatē ſp̄s
ſaluberrīe ꝯpūctōnis fructꝰ emergit·ita
vt etiā in clamores q̄ſdā ītolerabil gau
dij īmēſitate ꝓrūpat· ⁊ cellā vicini iocū
ditas cordis ⁊ exultatōnis penetret ma-
gnitudo. Nōnūq̄ꝫ vero tāto ſilētio mēs
int ſecretū ꝓfūde taciturnitati abſcōdit
vt oēm penitꝰ ſonuꝫ voci ſtupor ſubite il
lumīatōis īcludat·oēſq̄ꝫ ſēſus attonitꝰ
ſpūs vl ꝯtineat intrīſecꝰ vel emittat· ac
deſideria ſua gemitib9 īenarrabilib9 effū
dat ad deū. Intdū vero tāta ꝯpūctōnis
abūdātia ac dolore ſupplet· vt alias eā
digerere n̄ lacrimaꝝ euaporatōe n̄ poſſit

**Interrogatio de eo q nō ſit in noſtra poteſtate ꝓfuſio lachrymarum. Cap. xxviij.**

Ermanus. Hunc q̄dem cōpūctiōs affectū ex pte aliq̄ mea q̊z exiguitas non ignorat. Frequenter enī recordatione delictoꝝ meorum obortis lachrymis ita ſum hoc ineffabili vt p̄fatus es gaudio viſitante dn̄o vegetatus vt deſperare me illorum veniam nō debere leticie ipſius magnitudo dictaret. Quo ſtatu nihil reor eſſe ſublimius ſi reparatio eius noſtro ſubiaceret arbitrio. Nam nonnūq̄ cupiēs ad ſimilē me lachrymarū cōpunctionē totis viribus excitare omneſq̄ errores meos atq̄ peccata ante oculos ſtatuēs vbertatē illam fletuū reuocare non poſſum ⁊ ita oculi mei in modū cuiuſdam duriſſime ſilicis preduran̄tur vt nulla prorſus ex eis humoris gutta diſtillet. et ideo quātum michi in illa lachrymaꝝ ꝓfuſione congaudeo tm̄ doleo q illā cū voluero recuperare non valeam

**Reſponſio de diuerſitate cōpunctionum que per lachrymas digeruntur. Cap. xxix.**

Saac. Nō omis lachrymarum ꝓfuſio vno affectu vł virtute depromit᷑. Aliter enim ille emanat fletus q peccatoꝝ ſpina cor noſtrum cōpungente ꝓfertur de quo dicitur. Laboraui in gemitu meo lauabo ꝑ ſingulas noctes lectum meū lachrymis meis ſtratū meum rigabo. Et iterū. Deduc quaſi torrentem lachrymas ꝑ diem ⁊ ꝑ noctē ⁊ nō des requiem tibi neq̄ taceat pupilla oculi tui. Aliter q de cōtemplatione eternoꝝ bonorū ⁊ deſiderio illius future claritatis exorit᷑ ꝓ qua etiā vberiores lachrymarū fontes de intolerantia gaudij ⁊ alacritatis immenſitate ꝓrumpunt dū ſitit aīma noſtra ad deū fontem viuum dicens. Qn̄ veniā et apparebo ante cōſpectū dei. fuerūt mihi lachryme mee panes die ac nocte cum eiulatu quotidie ⁊ lamentatione ꝓclamās heu mihi qm̄ incolatus meus ꝓlongatus eſt ⁊ multū incola fuit anima mea. Aliter ꝓfluunt lachryme que abſq̄ vlla quidem taliū criminū conſciētia ſed tm̄ de metu gehenne ⁊ horribilis illi⁹ iudicij recordatione ꝓcedunt cuius terrore ꝓpheta ꝑculſus orat ad deum nō intres inquiens in iudicio cum ſeruo tuo quia non iuſtificabit᷑ in conſpectu tuo omis viuens. Eſt etiā aliud lachrymarū genus qđ nō ꝓ ſua conſciētia ſed ꝓ aliēa duricia peccatiſq̄ generat᷑ q̊ ſamuel ſaulem quo illā q̊z hierlm̄ vel in ꝑterito hieremias vel in euangelio dn̄s fleuiſſe deſcribitur ita dicens. Quis dabit capiti meo aquā ⁊ oculis meis fontem lachrymarum ⁊ plorabo in die ⁊ in nocte interfectos filie populi mei. Vel certe quales ille ſunt lachryme de quib⁹ in pſalmo cētesimoꝑmo canit᷑. Quia cinerē ſicut panem manducaui ⁊ po me cū fletu miſcebam. Quas certū eſt nō illo affectu ꝓmi quo in ſexto pſalmo ex ꝑſona penitētis emergunt ſed ꝓ anxietatib⁹ vite hui⁹ atq̄ anguſtijs ⁊ erumnis quib⁹ iuſti in hoc mundo poſiti deprimunt᷑. Qđ etiā pſalmi ipſius non ſolū textus ſed etiā titulus euident᷑ oſtendit q ex ꝑſona pauperis illius de quo in euangelio dicitur Beati paupes ſpū qm̄ ipoꝝ eſt regnū celorū ita deſcribit᷑. Oratio pauperis cum anxiatus fuerit ⁊ coram deo effuderit precem ſuā. Ab his g̊ lachrymis multum diſtāt ille q̄ obdurato corde ꝺ ſiccis oculis exꝓmunt᷑. quas ſcilicet nō penit⁹ infructuoſas eſſe credamus. bono enim ꝓpoſito earū attēptatur emiſſio ab his preſertim q nec dum vel ad ſcientiā peruenire ꝑfectam vel priſtinorū ſeu p̄ſentium viciorū potuerunt ad purum labe mundari.

**De eo q elici non debeant lachryme quādo nō ſpōtanee proferuntur. Cap. xxx.**

Ab his tamē qui in affectū iam trāſiere virtutum nequaq̄ debet hoc modo extorqueri profuſio lachrymarum nec exterioris homis



magnopere affectandi ſunt fletus q etiā ſi fuerint vtcunq̄ ꝓducti nūq̄ ꝑtingere ad illam ſpontanearū lachrymarum poterunt vbertatem. Magis enī ſupplicantis animum ſuis conatib⁹ diſtrahentes humiliabūt atq̄ ad ima demergent ⁊ ab illa celeſti ſublimitate deponēt in qua attonita mens orantis indeclinabiliter debet eſſe defixa eamq̄ compellent precum ſuarū intentione laxata erga ſteriles ⁊ coacticias lachrymarū guttulas egrotare.

**Sententia abbatis antonij ſuper orationis ſtatu. Ca. xxxi**

Et vt orationis vere ꝑcipiatis affectū nō meā vobis ſed beati anthonij ſniam ꝓferā. Quem ita nonnunq̄ in oratione nouimus perſtitiſſe vt eodem in exceſſu mentis frequenter orante cum ſolis ortus cepiſſet infundi audierimus eum in feruore ſpūs ꝓclamantē. Quid me impedis ſol qui ad hoc iam oriris vt me ab hui⁹ veri luminis abſtrahas claritate. Cui⁹ etiam hec q̊z eſt ſuꝑ orationis fine celeſtis ⁊ pluſq̄ humana ſentētia. Non eſt inquit ꝑfecta oratio in qua ſe monach⁹ vel hoc ipſm̄ quod orat intelligit. Et vt nos q̊z ſm̄ menſuram tenuitatis noſtre huic ammirāde ſentētie ſuꝑadijcere aliquid audeamus orationis que exaudit᷑ a dn̄o inq̄ꝫtum experti ſumus indicia ꝓferem⁹.

**De exauditionis indicio Ca. xxxij**

Cum orantes nos nulla interpellauerit heſitatio. ⁊ fiduciam petitionis nr̄e quandam deſperatione deiecerit ſꝫ obtinuiſſe nos hora ipa oratiōis effuſione quod poſcimus ſenſerimus non ambigamus preces noſtras ad deū efficacit᷑ penetraſſe. Tm̄ enim quis exaudiri atq̄ obtinere merebitur quantū vel inſpici ſe a deo vel deum crediderit poſſe p̄ſtare. Irretractabilis nanq̄ eſt dn̄i noſtri illa ſentētia quecunq̄ orantes petitis credite qꝛ accipietis ⁊ venient vobis.

**Obiectio q predicte exauditionis fiducia tantū ſanctis cōueniat. C. xxxiij**

Ermanus. Hāc exauditionis fiduciam nimirū de cōſcientie puritate credim⁹ emanare. Ceterū nos q̊ꝝ cor adhuc peccatoꝝ ſpina compungit quemadmodū eam habere poſſumus nullis patrocinātib⁹ meritis quibus exaudiendas oratiōes noſtras fiducialiter preſumamus.

**Reſponſio de diuerſis exauditionum cauſis. Cap. xxxiiij.**

Saac. Diuerſas exauditionum cauſas eſſe ſm̄ animarū diuerſum ac varium ſtatū euāgelica ſiue ꝓphetica teſtāt᷑ eloquia. Habes enī in duorū cōſenſione fructum exauditionis dn̄ica voce ſignatum ſm̄ illud. Si duo ex vobis conſenſerint ſuꝑ terram de omni re quācūq̄ petierit fiet illis a patre meo qui in celis eſt. Habes aliam in fidei plenitudine que grano ſynapis cōꝑatur. Si enim inq̄t habueritis fidem ſicut granum ſynapis dicetis monti huic tranſi hinc ⁊ tranſibit et nihil impoſſibile erit vobis. Habes in aſſiduitate orationū quā ꝓpter indefeſſā petitionum ꝑſeuerantiam importunitatē ſermo dominic⁹ nominauit. Amen enī dico vobis qꝛ ſi non ꝓpter amiciciā vel ꝓpter importunitatem eius ſurget ⁊ dabit ei quantū opus habuerit. Habes in elemoſinarum fructu. Include inq̄t elemoſinam ī corde pauperis ⁊ ipa orabit ꝓ te in tpe tribulationis. Habes in emēdatione vite ⁊ operib⁹ miſericordie. ſm̄ illud. Diſſolue colligationes impietatis ſolue faſciculos deꝓmentes. Et p⁹ pauca quibus infructuoſa ieiunij ſterilitas caſtigatur. Tunc inquit inuocabis ⁊ dominus exaudiet te ⁊ clamabis et dicet. Ecce aſſum. Nonnunq̄ ſane exaudiri etiā tribulationum nimietas facit. ſm̄ illud. Ad dn̄m cum tribularer clamaui ⁊ exaudiuit me. Et iterū. Ne afflixeritis aduenam qui ſi clamauerit exaudiam eū qꝛ miſericors ſum. Videtis ergo q̊t modis obtineat᷑ exauditiōis gratia vt nullus ad impetrāda ea que ſalutaria ſunt

⁊ eterna conſcientię ſuę deſperatiōe frā-
gatur. Ut enim miſeriaꝝ noſtrarum
contemplatione cōcedamus nos omni
bus illis quas ſupra memorauimus pe-
nitus deſtitutos eſſe virtutibus. ⁊ nec illā
nos habere laudabilem duorum conſen
ſionem· nec illam fidem grano ſynapis
compatam· nec illa opera pietatis q̄ ꝓ
pheta deſcribit· num vel importunitatē
quę omni volenti ſuppeditat habere nō
poſſumus· Per quā etiam ſolā ſi nō ꝓ
amiciciarū merito atqꝫ virtutum ·inter-
pellationis aſſiduitate daturum ſe dn̄s
quicq̇d oratus fuerit repmittit. Et id-
circo abſqꝫ heſitationis infidelitate pre
cibus inſiſtenduꝫ eſt. obtenturoſqꝫ nos
earū ingitate cūcta q̄ ſm deū popoſcerꝰ
minime dubitandum. Hortatur enim
nos dn̄s· volens ea quę ſunt eterna cęle-
ſtiaqꝫ pſtare· vt eum importunitate nr̄a
q̇dammō coartemꝰ· q̇ importunos nos
non modo nō deſpicit nec rfutat· ſꝫ etiā
inuitat ⁊ laudat· eiſqꝫ pſtiturum ſe quic
q̇d pſeueranter ſperauerint benigniſſi-
me pollicetur dicēs. Petite ⁊ accipietis
querite ⁊ inuenietꝭ· pulſate ⁊ aperietᷣ vo-
bis Omnis enī qui petit accipit· ⁊ qui q̄
rit inuenit· ⁊ pulſanti aperietᷣ Et iteruꝫ
Oīa q̄cunqꝫ petieritꝭ in oratiōe credētes
accipietis· ⁊ nihil impoſſibile erit vobis
Et idcirco ſi cuncte nos exauditionum
quas prediximꝰ cauſe omnino deficiūt·
ſaltem animę importunitatis inſtantia·
quę abſqꝫ vlla vel meriti vel laboris dif-
ficultate in cuiuſcūqꝫ volentis ſita ē po-
teſtate. Pro certo aūt nō exaudiendum
ſe ſupplicans quiſqꝫ nō dubitet cum ſe
dubitauerit exaudiri. Hic dilucide ma
nifeſtat ꝙ infatigabiliter deū debeamus
orare ⁊ non deficere. Qr aūt infatigabi-
liter dn̄o ſupplicandum ſit. etiaꝫ illo btī
danielᷣ docemꝰ exēplo· ꝙ ñ exauditꝰ a pri
ma die qua cepit orare. poſt pmam ⁊ vi-
ceſimam diem conſequitᷣ ſue petitionis
effectum· Unde non debemus nos q̊ꝫ a
cepta orationū noſtrarū intentione ceſ-
ſare· ſi nos exaudiri tardius ſenſerimus

ne forte aut exauditōis grā diſpenſatōe
dn̄i vtiliter differatᷣ· aut angelꝰ diuinuꝫ
ad nos beneficiuꝫ delaturus· a facie om
nipotentis egreſſus reſiſtente diabolo re
moretur· quem certū eſt tranſmiſſuꝫ mu
neris deſiderium ingerere non poſſe· ſi
nos a propoſite petitōis itētione ceſſaſ-
ſe repperit. Quod etiam ſupradicto ꝓ
phete ꝓculdubio accidere potuiſſet· niſi
virtute incompabili in primū atqꝫ vice
ſimum diem orationū ſuarum pſeuerā-
tiam protelaſſet. Ab huius igitur fidei
cōfidentia nulla penitus deſperatione
frangamur· cum orationem noſtrā nos
obtinuiſſe mīme ſenſerimus. nec heſite-
mus ſuper dn̄i ſponſione dicentis. Om
nia quęcunqꝫ petieritis in oratione cre-
dentes accipietis. Retractare nāqꝫ nos
conuenit illā beati iohis euāgeliſte ſenten-
tiam· qua ambiguitas huius queſtiōis
euidenter abſoluitᷣ. Hec eſt inquit fidu-
cia quam habemus ad deum· quia quic
quid petierimus ſm voluntatem eiꝰ au-
dit nos. Ergo ſup his tm̄ plenam nos
⁊ indubitabilem iuſſit exauditionis ha-
bere fiduciam· quę non noſtris commo-
dis nec ſolacijs temporalibꝫ· ſed domini
congruūt voluntati. Quod etiā in ora-
tione dominica admiſcere pcipimur di-
centes. Fiat voluntas tua ſcꝫ nō noſtra
Si enī ⁊ illud apoſtoli recordemur· qm̄
quid oremus ſm quod oportet neſcimꝰ.
intelligimus nos nonnūqꝫ ſaluti noſtrę
contraria poſtulare· ⁊ cōmodiſſime nob
ab eo qui vtilitates nr̄as rectius qꝫ nos
ac veracius intuetur· ea quę poſcimꝰ de
negari. Qd illi q̊ꝫ magiſtro gentiū acci
diſſe non dubiū eſt· cum oraret auferri a
ſe angelum ſathane qui vtiliter ad cola
phiſanduꝫ eum appoſitus fuerat domi
ni voluntate· dicens· Propter quod ter
dn̄m rogaui vt diſcederet a me· ⁊ dixit
mihi. Sufficit tibi gratia mea· naꝫ vir-
tus in infirmitate pficitᷣ. Quē ſenſū etiā
dn̄s orās ex perſona hominis aſſumpti·
vt formam quoqꝫ orandi nobis quēad
modum ⁊ cetera ſuo preberet exēplo· ita



cū oraret expreſſit. Pr̄ ſi poſſibile eſt trā
ſeat a me calix iſte· verūtm̄ non ſicut ego
volo ſed ſicut tu· cū vtiqꝫ eius a pr̄is vo
luntate non diſcreparet voluntas. Ue-
nerat enī ſaluare qd̄ pierat· ⁊ dare aīam
ſuam redemptionem ꝓ multis· de q̄ ipē
dicit. Nemo tollit aīam meam a me. ſꝫ
ego pono eam a meipō. Poteſtatem ha
beo ponendi eā· ⁊ poteſtatē habeo iteruꝫ
ſumendi eam. Ex cuiꝰ perſona ſup vni-
tate voluntatꝭ ſue quaꝫ cum pr̄e iugiter
poſſidebat· p beatum q̊ꝫ dauid ī pſalmo
triceſimonono ita cantatur. Ut facerē
voluntatem tuam deus meꝰ volui. Nā
⁊ ſi de patre legimꝰ. Sic enī deus dilex-
it mundū vt vnigenitū filium ſuum da
ret· ⁊ de filio nihilominus inuenimus·
q̇ dedit ſemetipm ꝓ peccatꝭ nr̄is. Et quē
admodum de illo refertur· qui etiaꝫ pro
prio filio ſuo nō pepercit ſed ꝓ nobis oī-
bus tradidit eum· ita de iſto narratᷣ· ob-
latus eſt qr ipſe voluit. Et ita patris ⁊ fi
lij voluntas vna p omnia deſignatᷣ· vt
etiam in ipō reſurrectionis dn̄ice ſacro
opatio non diſſona fuiſſe doceatᷣ. Nam
ſicut reſurrectionem corporꝭ eius patreꝫ
operatum beatus aplus predicat dicēs.
Et deum patreꝫ qui ſuſcitauit eū a mor
tuis. ita filius ſuſcitaturum ſe templuꝫ
ſui corporis ꝓteſtatur. Soluite inquiēs
templum hoc· ⁊ ego in tribus diebꝫ ſuſci
tabo illud Et idcirco his quę prediximꝰ
exemplis dominicis eruditi· cunctas ob
ſecrationes noſtras ſimili nos q̊ꝫ debe-
mus oratione concludere· ⁊ hanc voceꝫ
cunctis petitionibꝫ noſtris ſemp adiun-
gere· verūtamen non ſicut ego volo ſꝫ ſi
cut tu. Satis vero conſtat illū trine cur-
uationis numerū q̇ ſolet in cōgregatiōe
fratrum ad concludendam ſynaxim cęle
brari· eum qui intento animo nō ſuppli-
cat obſeruare non poſſe.

## De oratione intra cubiculuꝫ ⁊ clauſo oſtio deferenda Ca. xxxv

Nte omnia ſane illud euange
licum pceptum diligentius ob
ſeruandum eſt. vt intrantes in
cubiculum noſtrum clauſo oſtio noſtro
oremus patrem noſtrum· quod a nobis
ita implebitur. Intra noſtrum cubiclm
ſupplicamꝰ· cū ab omniū cogitationuꝫ
ſiue ſollicitudinum ſtrepitu cor noſtrū
penitus amouētes· ſecreto quodammō
ac familiariter preces noſtras dn̄o reſe-
ramus. Clauſo oramus oſtio· cum ſtri-
ctis labijs omniqꝫ ſilentio ſupplicamꝰ.
non vocum ſed cordium ſcrutatori. In
abſcondito oramus qn̄ corde tantū ⁊ in
tenta mente petitiones noſtras ſoli pan
dimus deo· ita vt ne ipē quidem aduer
ſe valeant poteſtates genus noſtrę peti-
tionis agnoſcere. Propter quod cū ſū-
mo eſt orandum ſilentio· non ſolum ne
fratres aſtantes noſtris ſuſurrijs vel cla
moribus anocemus· ⁊ orantium ſenſus
obſtrepamus· ſed vt ipōs q̊ꝫ inimicos
noſtros qui orantibus nobis maxīe in-
ſidiantur lateat noſtre petitionis inten-
tio. Ita enim pceptuꝫ illud implebimꝰ·
ab ea quę dormit ī ſinu tuo cuſtodi clau
ſtra oris tui.

## De vtilitate breuis et tacite orationis. Cap. xxxvi.

B qd̄ frequenter quidē ſꝫ bre-
uiter eſt orandum· ne immorā-
tibus nobis locum vel tempꝰ· ī
ſerere aliquid noſtro cordi īſidiator poſ
ſit inimicus. Iſtud nanqꝫ eſt ſacrificiuꝫ
verum. qr ſacrificium deo ſpūs ꝯtritus.
Hec ſalutaris oblatio· iſta ſunt pura li
bamina· iſtud ſacrificium iuſticię· iſtud
ſacrificiū laudis· hē ſunt vere ac pīgues
hoſtię· iſta ſunt holocauſtomata medul-
lata· quę contritis ⁊ humiliatis cordibꝫ
offeruntᷣ· queqꝫ hac qua diximus diſci-
plina ⁊ intētione ſpūs exhibentes· effica
ci poterimus virtute cantare. Dirigatᷣ
oratio mea ſicut incenſum in conſpectu
tuo· eleuatio manuum mearū ſacrificiū
veſpertinum. Quod etiam nos oportu-
na cōmonet deuotione perſoluere· hore
ipius ac noctis aduentus. de quo q̇dem
licet ꝓ tenuitatis noſtrę menſura multa
prolata videantur. diuqꝫ ſit protracta

collatio ꝓ ſublimitate tm̄ ac difficultate materie pauc admodū credi⁹ diſputatū. His ſcī yſaac ſmonib⁹ ſtupefcī poti⁹ ꝗ̄ repleti. veſpertina ſynaxi celebrata ſopore paululū mēbra laxauim⁹. primoq3 diluculo ſub placito plenorꝫ tractat⁹ iterꝫ reu̓ſuri ad noſtra diſceſſim⁹. tam de preceptorꝫ acquiſitione ꝗ̄ de ꝓmiſſorū ſanctitate gaudentes. Excellentiā ſiquidē orationis nobis tm̄mō premonſtratam ordinē vero atq3 ꝟtutem qua etiam perpetuitas eius vel acquirenda eſt vl̓ tenēda. nec dum nos integre ꝑcepiſſe illi⁹ diſputationibus ſenſeramus.

**Explicit collatio pria abbatis yſaac de oratione. Capitula collationis ſecunde eiuſdem ſenis. Cap. primum.**


Roemium.

ij De conſuetudine q̄ ſup ſignificatione paſce intra egipti ꝓuinciam retentatur

iij De abbate ſerapione ⁊ anthropomorfitarū hereſi quā ſimplicitatis errore contraxit

iiij De reditu noſtro ad abbatē yſaac ⁊ inquiſitione erroris quem ſenex predictus incurrit

v Reſponſio de origine hereſeos ſuperius comprehenſe

vi Quib⁹ ex cauſis vnicuiq3 noſtrꝫ aut humil̓ chriſtus ieſus aut glorificatus appareat

vij In quo noſter finis ſeu perfecta beatitudo conſiſtat

viij Interrogatio ſup eruditiōe pfectionis per quam poſſimus ad perpetuā dei memoriā ꝑuenire.

ix Reſponſio de efficacia intellect⁹ q̇ per experientiam colligitur

x De inſtitutiōe oſonis perpetue

xi De pfectione orationis ad quā predicta traditiōe cōſcenditur

xij Interrogatio quemadmodū ſpiritales cogitationes immobiliter teneantur

xiij De mutabilitate cogitationum.

xiiij Reſponſio quemadmodū ſtabilitas cordis ſeu cogitationum poſſit acquiri.


**Expliciunt capitula. Incipit collatio ſecunda abbatis yſaac de oratione. Cap. primū.**

Nter hec anachoretarū inſtituta ſublimia que vtcūq3 donante deo licet imperito digeſta ſunt ſilo quiddam nos interſerere atq3 cōtexere quod velut pulchro corpori neuū q̄ndam videatur apponere narratiōis ipſius ordo compellit. ꝗ̄ꝗ̄ non dubitem⁹ ex h̓ ipō nō minimā inſtructionē ſuper omnipotētis dei que in geneſi legit̓ imagine quibuſq3 ſimplicioribus conferendam. pſertim cum tanti dogmatis cauſa ꝟtatur. vt error ſeu ignoratio eius ſine ingenti blaſphemia ⁊ catholice fidei detrimento eſſe non poſſit.

**De conſuetudine que ſup ſignificatione paſce intra egipti prouinciam retentatur Cap. ij.**

Ntra egipti regionē mos iſte antiq̄ traditione ſuat̓ vt peracto epiphaniorū die quē ꝓuīcie illius ſacerdotes vel dn̄ici baptiſmi. vel ſm carnē natiuitatꝫ eſſe definiūt ⁊ idcirco vtriuſq3 ſacri ſolennitatē nō biſarie vt in occiduis ꝓuītijs ſ3 ſb vna diei hu⁹ feſtiuitate ꝯcelebrāt epl̓e pontificis alexādrini ꝑ vniu̓ſas dirigātur egipti eccl̓ias. q̇b⁹ ⁊ initiū q̄dragefime ⁊ dies paſce n̄ ſolū ꝑ ciuitates oēs ſ3 et̄ ꝑ vniu̓ſa mōaſteria deſignēt̓. Scdm hūc igit̓ morē p⁹ dies admodū paucoſ ꝗ̄ ſupior cū abbate yſaac fuerat agitata collatio theophili ꝑdicti vrb epi ſolēnes epl̓e cōmearunt. q̇b⁹ cū denūciatiōe paſcali ꝯ ineptam q̊3 antropomorphitarum hereſim longa diſputatiōe diſſeruit. eāq3 copioſo ſermone deſtruxit. Qd̓ tanta eſt amaritudine ab vniuerſo ꝓpemodū genere monachorū3 q̇ ꝑ totam ꝓuinciam



egipti morabant̓ ꝓ ſimplicitatis errore ſuſceptū. vt ecōtrario memoratū pontificē velut hereſi grauiſſima deprauatū pars maxima ſeniorꝫ ab vniu̓ſo fraternitatis corpore decerneret deteſtandū. qd̓ ſc3 impugnare ſcripture ſancte ſentētiā videret̓. negās omnipotentē deū hūane figure cōpoſitione formatū3. cū ad eius imaginē creatū adam ſcriptura manifeſtiſſime teſtaret̓. Deniq3 ⁊ ab his q̇ erāt in heremo ſcithi cōmorantes. quiq3 pfectione ac ſciā omibus q̇ erant in egipti monaſterijs ꝑminebant. ita eſt hec epl̓a refutata. vt p̄ter abbatem paſuntiū nr̄e congregationis preſbiterꝫ nullus eā ceterorū ꝑſbiterorū qui in eadem heremo alijs tribus eccleſijs ꝑſidebāt nec legi q̇dem ac recitari in ſuis cōuentib⁹ ꝓrſus admitterēt.

**De abbate ſerapione et antropomorphitarum hereſi quā ſimplicitatis errore contraxit. Cap. iij.**

Nter hos ergo q̇ h̓ detinebāt̓ errore fuit antiquiſſime diſtrictionis atq3 in actuali diſciplina ꝑ oīa conſūmat⁹ noīe ſerapion. cui⁹ impitia ſup ꝑdicti dogmatis opinione tm̄ ꝑiudicabat cunctꝫ veram tenētib⁹ fidem. ꝗ̄tum ipē vel vite merito vel antiq̇tate tpis omēs fere monachos anteibat. Cūq3 hic ſancti pſbiteri paſuntij multꝫ adhortationib⁹ ad tramitē recte fidei nō poſſet adduci. eo ꝙ nouella ei h̓ pſuaſio nec ab anteriorib⁹ aliqn̄ ꝯperta vl̓ t̄dita videret̓. accidit vt q̇dam dyacon⁹ ſumme ſciē vir noīe photinus deſiderio videndi fratres q̇ in heremo eadem cōmanebant de capadocie partib⁹ adueniret. Quē btūs paſunti⁹ ſumma ꝗ̄tulatiōe ſuſcipiens ad confirmationē fidei q̄ fuerat ꝑdicti pontificꝫ lr̄is cōprehēſa ꝓducens in mediū. corā cūctis fratrib⁹ ſciſcitatur. quemadmodū illud qd̓ in geneſi dr̄. Faciamus hoīem ad imaginē ⁊ ſilitudinem nr̄am. catholice toti⁹ orientꝫ interpretarent̓ eccl̓e. Cūq3 ille nō ſm humilem lr̄e ſonum ſ3 ſpiritalit̓ imaginem dei ac ſimilitudinem tradi ab vniu̓ſis eccleſiarū ꝑncipib⁹ explanaret. idq3 copioſo ſermone ac pl̓imis ſcripturarꝫ teſtimonijs aꝓbaret. nec poſſe in illā immēſam ⁊ incōꝑhenſibilem atq3 inuiſibilē maieſtatē aliq̇d hmōi cadere qd̓ hūana cōpoſitiōe valeat ac ſilitudine circūſcribi. quippe q̄ incorporea ⁊ incōpoſita ſimplexq3 natura ſit. q̄q3 ſicut oculis deprehendi ita mente nō valeat eſtimari. tandem ſenex multis ac validiſſimis doctiſſimi viri aſſertionib⁹ motus. ad fidē catholice traditionis attract⁹ eſt. Cunq3 ſup h̓ eius aſſenſu infinita vel abbatem paſuncium vel nos oēs leticia r̄pleuiſſ3 ꝙ ſc3 virū tante antiquitatꝫ tantiq3 ꝟtutibus ꝯſummatū impitia ſola ⁊ ſimplicitate ruſticitatis errantem. neq̄q3 vſq3 ad finem deuiare dn̄s a tramite recte fidei ꝑmiſiſſet. et pro gratiarū actione ſurgentes p̄ces dn̄o parit̓ funderem⁹. ita ē in oratione ſenex mente ꝯfuſus. eo ꝙ illā antropomorphon imaginē deitatꝫ quā ꝓponere ſibi in oratione ꝯſueuerat aboleri de ſuo corde ſentiret. vt in amariſſimos fletus crebroſq3 ſingultus repente ꝓrumpens. in terrāq3 pſtratus cū eiulatu validiſſimo ꝓclamaret. Heu me miſerū. tulerunt a me deū meum ⁊ quem nunc teneam nō habeo. vel quē adorem aut interpellem iā neſcio. Sup q̄ re valde ꝑmoti. nec non etiā ꝑterite collatiōis ꝟtute adhuc in nr̄is cordib⁹ inſidente. ad abbatē yſaac rediuim⁹. quē comin⁹ intuentes his ſmonibus adorſi ſumus.

**De reditu noſtro ad abbatem yſaac et inquiſitiōe erroris quē ſenex ꝑdictus incurrit. Ca. iiij.**

Icet nos etiā citra eius rei que nuper oborta eſt nouitatē. preterite collationis que ſuper orationis ſtatu digeſta eſt. deſideriū recurrere ad tuam beatitudinē poſtpoſitꝫ omibus inuitaret. adiecit tm̄ aliquid huic cupiditati etiam abbatis ſerapionis tam ꝗ̄uis error. nequiſſimorꝫ vt arbitramur demonū calliditate ꝯceptus. Non enī3

ꝑua deſperatione deijcim̄· conſideran
tes cum labores tantos q̊s per quinqua
gita annos in hac heremo laudabiliter
exegit · ignorãtie huius vitio nõ ſolũ pe
nitus perdidiſſe· ſed etiã perpetue mortꝭ
incurriſſe diſcrimen. Vñ ergo vel cur ei
hic tã grauis error irrepſerit· pmũ deſi
deramus agnoſcere· deinde q̃ſum⁹ ſedo
ceri· quemadmodũ ad illã orationis q̄li
tatem de qua p̄dem nõ ſolũ copioſe ſed
etiã magnifice diſputaſti puenire poſſi
mus. In hoc enĩ pfecit in nobis ammi
rabilis illa collatio vt ſtuporẽ tm̄mõ mẽ
tis incuteret· non queãdmodũ eam per
ficere vel apprehendere valerem⁹ oſtẽde
ret.

**Reſponſio de origine hereſeos ſupius cõphẽſe. La. v**

**Saac.** Non eſt mirandũ ho
minem ſimpliciſſimũ· ⁊ de ſub
ſtantia ac natura diuinitatis
nunq̃ꝫ penit⁹ eruditũ· ruſticitatꝭ vicio et
cõſuetudine erroris antiqui vſqꝫ nũc de
tineri vel decipi potuiſſe· ⁊ vt veri⁹ dicã
in errore priſtino perdurare· q̄ nõ recen
ti ſicut putatꝭ demonum illuſione· ſed
ignorantia p̄ſtine gentilitatis infert᷑· dũ
ſm̄ conſuetudinem erroris illi⁹ quo de
mones hoĩm figura cõpoſitos excolebãt
nũc q̊ꝫ illã incõphenſibilẽ atqꝫ ineffabi
lẽ veri numinis maieſtatẽ ſub circũſcri
ptione alicui⁹ imaginationis exiſtiment
adorandã· nihil ſe tenere vel habere cre
dentes· ſi ꝓpoſitã non habuerit imagi
nem quandã quã in ſupplicatione poſi
ti iugiter interpellẽt· eamqꝫ circũferant
mente ac pre oculis teneãt ſemꝑ affixã
Sup quorũ hoc errore cõpetenter diri
gitur illa ſentẽtia. Et mutauerũt glĩam
incorruptibilis dei in ſimilitudinẽ ima
ginis hoĩs corruptibilis Hieremias q̊ꝫ
Populus inquit meus mutauit glĩam
ſuam in ydolum Qui error licet origine
hac qua diximus quorũdam ſenſibꝫ ſit
inolitus. nihilominus tm̄ in illorum q̊ꝫ
animis qui nunq̃ꝫ gentili ſuperſtitione
polluti ſunt· ſb colore teſtimonij huius
quo dicit᷑. Faciamus hoĩeꝫ ad imaginẽ
et ſimilitudinem nr̃am· impitia ſeu ruſti
citate faciẽte cõtract⁹ eſt· ita vt etiã here
ſis que dicit᷑ antropomorphitarũ ſub
occaſione deteſtande huius interpreta
tionis emerſerit· q̄ immenſam illam ac
ſimplicẽ diuinitatis ſubſtantiã liniamẽ
tis noſtris ⁊ humana figuratione cõpo
ſitam pertinaci peruerſitate contendit.
quã tm̄ ſi quis fuerit catholicꝭ dogmati
bus inſtitutus vt gentilẽ blaſphemiam
deteſtabit᷑· ⁊ ita ad illã orationis puriſſi
mam perueniet q̄litatem· q̄ nõ ſolũ nul
lam diuinitatis effigiem· nec liniamẽta
corporea (qd̄ dictu q̊ꝫ nefas eſt) in ſua
ſupplicatiõe miſcebit· ſed nec vllã q̊deꝫ
in ſe memoriam dicti cuiuſquã vel facti
ſpeciẽ ſeu formã cuiuſlibet caracteris ad
mittet.

**Quibus ex cauſis vnicuiqꝫ noſtrũ aut humilis chriſtus ieſus aut glorificatus appareat. Lap. vi.**

Cõm menſurã nanqꝫ puritatꝭ
ſue ſicut ſupiore collatione pre
fatus ſum vnaqueqꝫ mens in
oratione ſua vel erigit᷑ vel format᷑ · tãtũ
ſcꝫ a terrenarũ ac materialiũ reꝝ cõtem
platione diſcedens quãtum eã ſtat⁹ ſue
ꝓuexerit puritatꝭ· feceritqꝫ ieſum vel hu
milem adhuc ⁊ carneũ · vel glorificatũ
⁊ in maieſtatis ſue glĩa venientem inter
nis obtutibꝫ aĩe puideri. Nõ enim pote
runt ieſũ ĩtueri veniẽtẽ in regno ſuo· qui
adhuc ſub illa quodammõ iudaica in
firmitate detenti· non queunt dicere cuꝫ
apoſtolo. Et ſi cognouimus ſm̄ carnem
chriſtum· ſed nunc iã nõ nouim⁹ Sꝫ il
li ſoli puriſſimis oculis diuinitateꝫ ipi⁹
ſpeculãtur· q̊ de humilibus ac terrenis
operibus ⁊ cogitationibus aſcendẽtes
cũ illo ſecedũt ĩ excelſo ſolitudĩs mõte.
q̊ liber ab oĩm terrenaꝝ cogitatoinũ ac
pturbationum tumultu· ⁊ a cunctorum
viciorũ permixtione ſecretus· fide puriſ
ſima ac ꝟtutuꝫ eminentia ſublimatus·
gloriã vult⁹ eius ac claritatis ei⁹ reue
lat imaginem his qui merent᷑ eum mũ
dis aĩme obtutibꝫ intueri. Ceteꝝ videt᷑



ieſus etiã ab his q̊ in ciuitatibꝫ ⁊ caſtelꝭ
ac viculis cõmorant᷑. i· qui in actuali cõ
uerſatione ſunt atqꝫ in opibus ꝯſtituti.
ſed nõ in illa claritate qua illis apparuit
qui cũ ipo poſſunt in p̄dicto ꝟtutũ mõ
te conſcendere. i· petro iacobo ⁊ iohanni
Ita enĩ in ſolitudine ⁊ moyſi apparuit ⁊
helye locutus eſt. Qd̄ volens nr̄ dñs cõ
firmare ac pfecte nobis relinquere puri
tatis exempla. et q̊dem cum ipe fons in
uiolabilis ſanctitatis ad obtinendã pu
ritatem ſeceſſionis adiutorio ac ſolitudi
nis bñficio extrinſecus nõ egeret· nõ enĩ
poterat vllis turbarũ ſordibus puritatꝭ
plenitudo maculari· nec contamĩari hu
mano conſortio q̊ vniuerſa polluta mũ
dat atqꝫ ſanctificat· ſeceſſit tm̄ ſolus in
montẽ orare· ꝑ hoc ſcꝫ nos inſtruens ſue
ſeceſſionis exemplo· vt ſi ĩterpellare nos
quoqꝫ voluerim⁹ deum puro ⁊ integro
cordis affectu· ab omĩ inquietudĩe ⁊ cõ
fuſione turbarũ ſimilit᷑ ſecedamus. vt ĩ
hoc corpore cõmorãtes ad ſimilitudĩem
quandam illius beatitudinis q̄ in futu
ro repromittit᷑ ſanctis· vel ex parte aliq̃
nos aptare poſſimus· ſitqꝫ nobis omĩa
⁊ in omnibꝫ deus.

**In quo noſter finis ſeu pfecta beatitudo conſiſtat. Lap. vij.**

Unc enĩ pfecte cõſummabit᷑ ĩ
nobis illa noſtri ſaluatorꝭ orõ
q̃ pro ſuis diſcipulis orauit ad
patrem dicens. vt dilectio qua dilexiſti
me ĩ eis ſit· ⁊ ipi ĩ nob̄· ⁊ iteꝝ. vt oẽs vnũ
ſint· ſicut tu pater in me ⁊ ego in te · vt et
ipi in nobis vnum ſint· qñ illa dei perfe
cta dilectio qua prior nos ille dilexit· in
noſtri q̊ꝫ tranſierit cordis affectum· hac
dñica oratione completa quã credimus
nullomodo poſſe caſſari· Qd̄ ita fiet cuꝫ
omnis amor: omne deſideriũ: omne ſtu
dium: omĩs conatus: oĩs cogitatio nr̃a
omne quod videmus· quod loquimur·
quod ſperamus deus erit. illaqꝫ vnitas
que nunc eſt patris cum filio ⁊ filij cum
patre in noſtrum fuerit ſenſum mẽteſqꝫ
tranſfuſa. i. vt quemadmodum nos ille
ſincera ⁊ pura atqꝫ indiſſolubili diligit
charitate· nos q̊ꝫ ei perpetua ⁊ inſepabi
li charitate iungamur· ita ſcꝫ eidem co
pulati· vt quicq̊d ſperam⁹· quicq̊d intel
ligim⁹· q̊cquid loquimur deus ſit· in il
lum in quã peruenientes quem predixi
mus finem· quem idem dñs orans ĩ no
bis optat impleri· vt omnes ſint vnum
ſicut nos vnum ſumus· ego in eis ⁊ tu ĩ
me· vt ſint et ipi conſummati in vnum
Et iterũ. Pater quos dediſti mihi volo
vt vbi ego ſum ⁊ ipi ſint mecum. Hec
igit᷑ deſtinatio ſolitarij· hec debet eſſe oĩs
intentio· vt imaginem future beatitudi
nis in hoc corpore poſſidere mereatur· et
quodammõ arram celeſtis illius cõuer
ſatõnis ⁊ glorie incipiat in hoc vaſculo
pregustare. Hic inq̃ꝫ finis totius perfe
ctionis eſt· vt eo vſqꝫ extenuata mẽs ab
omni ſitu carnali ad ſpiritalia quotidie
ſublimetur· donec omnis eius conuerſa
tio omnis volutatio cordis vna ⁊ iugis
efficiatur oratio.

**Interrogatio ſupꝑ eruditione pfectionis ꝑ quam poſſimus ad perpetuã dei memoriam peruenire. Lap. viij.**

**Ermanus.** Maior nob̄ ad
p̄terite collationis illius ammi
rationem ob quã huc recurri
mus magnitudo ſtuporꝭ accreſcit Quã
tum enĩ incitamẽto doctrine huius ad
deſiderium pfecte beatitudinis inflam
mamur· tm̄ maiore deſperatione cõcidi
mus · ignorantes quemadmodum diſci
plinam tante ſublimitatis expetere vel
obtinere poſſimus Quapropter que in cel
la poſiti diutina meditatione voluere ce
peramus· quia neceſſe eſt loquaci forſitã
ꝓſecutione ꝓferri· q̃ſum⁹ vt explicari ea
a nobis patienter admittas. Cũqꝫ ſcia
mus beatitudineꝫ tuã nullis offendi ſo
lere ineptijs infirmorum· q̄ vel ob h̄ ſunt
in medium ꝓferẽde· vt que in eis abſur
da ſunt corrigantur Quantũ itaqꝫ opi
nio nr̃a ſeſe habet· cuiuſlibet artis ſeu di
ſcipline perfectio· neceſſe eſt vt a quibuſ
dam mollibꝫ incipiens rudimẽtꝭ· facilio

ribꝯ primo ac tenerrimis initijs ībuat᷑
vt quodā rationabili lacte nutrita pau
latim educataq̄ſ ſuccreſcat· atq̄ſ ita ab
imis ad ſumma ſenſim gradatimq̄ſ con-
ſcendat· quibꝯ cum fuerit planiora prin-
cipia ⁊ quodammō ianuas arrepte ꝓ-
feſſionis ingreſſa· ad penetralia q̄ꝫ perfe
ctionis et excelſa faſtigia conſequent᷑ et
abſq̄ſ labore ꝑueniat. Nam queādmo-
dum ꝓnunciare puerorū quiſpiam ſim
plices poterit copulas ſillabaꝝ· niſi ꝑus
elementorū caracteres diligent᷑ agnoue
rit: Vel quō citatam legendi ꝑitiā cōſe-
quetur· qui breues ⁊ ꝑanguſtas deſcri-
ptiones noīm nec dum eſt ydoneꝯ cōiu-
gare: Qua aūt ratiōe is q̄ ꝑitia ḡmmati
ce diſcipline minus inſtructꝯ ē· vl᷑ rheto
ricam facundiam vel philoſophicā ſci-
entiam conſequet᷑: Quapꝓter huic q̄ꝫ
ſublimiſſime diſcipline ꝑ quam inſtrui-
mur deo iugit᷑ inherere. nō dubito que-
dam inſtitutionis ineſſe fundamīa· qui-
bus ꝑmuꝫ firmiſſime collocatis. poſt h̄
ſuppoſita extollant᷑ ꝑfectionis excelſa fa
ſtigia· Cuiꝯ hec eſſe ꝑncipia tenuiter ſu-
ſpicamur· vt ꝑmū nouerimꝯ qua medi-
tatione teneat᷑ vel cogitet᷑ deus. Deinde
hanc eandem q̄cunq̄ſ eſt materiā quem
admodū valeamus immobilit᷑ cuſtodi
re· qd̄ etiam nō ambigimꝯ culmen totiꝯ
ꝑfectionis exiſtere Et idcirco quandam
memorie huius materiā qua deꝯ mēte cō
cipitur vel ꝑpetuo teneat᷑ nobis cupimꝯ
demonſtrari· vt eam p̄ oculis retentātes
cum elapſos nos ab eadeꝫ ſenſerimus.
habeamus in ꝓmptu quo reſipiſcentes
ilico reuertam̄· ac reſumere illā ſine vlla
circuitus mora ⁊ inquiſitionis difficul
tate poſſimꝯ. Euenit nāq̄ſ vt cū de theo-
rijs ſpiritalibꝯ euagati ad noſmetipſos
velut de letali ſopore conuertim̄· ⁊ tanq̄ꝫ
expergefacti materiā querimus qua illā
que obruta eſt ſpiritalem memoriam re-
ſuſcitare poſſimus· retardati ipſius inq̄-
ſitionis mora. ꝑuſq̄ſ reperiamꝯ eā a nr̄o
conatu iterū deuoluam̄· ⁊ anteq̄ꝫ ſpiri-
talis q̄dam pariat᷑ intuitus· ꝯcepta cor
dis euaneſcat intentio. Quā cōfuſionē
idcirco nobis accidere ſatis certum eſt·
q̄ꝛ ſpecialé aliq̄d p̄ oculis ꝓpoſitū velut
formulam quandam ſtabilit᷑ non tene-
mus· ad quā poſſit vagus animꝯ pꝯ mł-
tos anfractꝯ ac diſcurſus varios reuo-
cari· ⁊ poſt longa naufragia velut portū
quietis intrare. Itaq̄ſ fit vt hac ignora
tione ac difficultate mēs iugiter ꝑpe-
dita· errabunda ſemꝑ ⁊ velut ebria per
diuerſa iactet᷑· et ne illud q̄dem qd̄ caſu
potiꝯ q̄ꝫ induſtria ſibimet occurrerit ſpi-
ritale diu ac firmiter teneat· dum aliđ ex
alio ſemꝑ recipiens ſicut introitus eorū
atq̄ſ ꝑncipia ita etiam finem diſceſſūq̄ſ
non ſentiat.

**Reſponſio de efficacia intelle-
ctus qui ꝑ experientiā colligitur.
Capitulū. ix.**

Saac. Inquiſitio veſtra taꝫ
minuta atq̄ſ ſubtilis. ꝓxiē puri
tatis preſignat indicium. Nec
enī de his ſaltem interrogare. non dicā
intro aſpicere atq̄ſ diſcernere quiſpiaꝫ
preualebit· niſi quem diligens ⁊ efficax
mentis induſtria ac ſollicitudo peruigil
ad ꝑſcrutandam iſtarū ꝓfunditatē pro
uexerit queſtionū· caſtigateq̄ſ vite iugis
intentio ꝑ experientiā fecerit actualē· attē
ptare puritatis huius limina ianuaſq̄ſ
pulſare. Et idcirco q̄m̄ video vos nō di
cam ꝓ foribus orationis illius vere de
qua diſſerimus aſtitiſſe· ſꝫ ipſis quodā-
modo experientie manibus penetralia eiꝯ
⁊ īteriora palpare· ⁊ quedā mēbra iam
iamq̄ſ contingere· nec me laboraturum
credo· vt iam intra aulam quodammō
ipſius oberrantes in abdita q̄ꝫ inquātū
dn̄s direxerit introducā· nec vos ad itro
ſpiciēda h̄ q̄ demōſtrāda ſūt vllo diffi-
cultatꝭ obſtaclo retardādos. Proximꝯ
eī cognitioni eſt qui q̄d inquirere debe-
at prudenter agnoſcit· nec a ſcientia lō-
ge eſt q̄ cepit intelligere q̄d ignoret. Et
idcirco nō vereor notā ꝓditionis vel le-
uitatꝭ incurrere· ſi ea q̄ in ſuꝑiore tracta-
tu de ꝑfectione orōnis diſſerēs diſputa



tioni ſubtraxerā ꝓpalauero· quoꝝ virtu-
tem vob̄ ī h̄ exercitio ac ſtudio collocatꝭ
etiā ſine miſterio nr̄i ſermonis ꝑ dei gra
tiam arbitror fuiſſe reſerandam

**De inſtitutiōe oratiōis ꝑpetue
Capitulū. x.**

Vapꝓter ſm̄ illā inſti
tutionē quā ꝑarmuloꝝ erudi-
tioni prudentiſſime ꝯꝑaſtis· q̄
alias elementoꝝ traditionē ꝑmuꝫ ꝑcipe
nō pn̄t· nec eoꝝ vel agnoſcere lineas. vel
intrepida māu queūt deſcribere caracte
res· q̄ꝫ ꝑ tipis quibuſdam ⁊ formul᷑ cere
diligent᷑ impreſſis· effigies eoꝝ exꝑmere
contemplatione iugi ⁊ quotidiana imi-
tatione cōſueſcāt· huiꝯ q̄ꝫ ſpirital᷑ theo-
rie tradenda vob̄ eſt formula. ad quā ſꝑ
tenaciſſime vr̄m intuituꝫ defigentes· vel
eandē ſalubrit᷑ voluere indirupta iugi-
tate diſcatꝭ· vel ſublimiores intuitꝯ ſcan-
dere illiꝯ vſu ac meditatiōe poſſitꝭ. Hec
igit᷑ vob̄ huius quā q̄ritis diſciplie atꝫ
orationis formula ꝓponet᷑· quā vnuſq̄ſ
q̄ſ monachus ad iugē dei memoriā ten-
dens inceſſabili cordis volutatione me
ditari· expulſa oīm cogitationū varieta
te ꝯſueſcat· q̄ꝛ nec alias eā vllo mō pote
rit retentare· niſi ab oībus fuerit corpo-
ralibꝯ curꝭ ac ſolicitudinibꝯ abſolutus·
Que ſicut nob̄ a paucꝭ q̄ antiquiſſimo-
rum pr̄m reſidui erant tdita eſt· ita a no
bis q̄ꝫ nō niſi rariſſimis ac vere ſitiētibꝯ
intimat᷑. Erit nāq̄ſ ad ꝑpetuā dei mēo-
riam poſſidendā. hec inſeꝑabiliter ꝓpo-
ſita vobis formula pietatis. Deus in
in adiutorium meum intende· domine
ad adiuuandum me feſtīa. Hic nanq̄ſ
verſiculꝯ nō immerito de toto ſcripturaꝝ
excerptus eſt inſtrumēto. Recipit eī oēs
affectꝯ q̄cūq̄ſ inferri hūanꝭ pn̄t nature·
⁊ ad oēm ſtatum atq̄ſ vniūſos incurſus
ꝓprie ſatꝭ ⁊ cōpetent᷑ aptatur. Habet ſiq̄
dem adūſus vniūſa diſcrimina inuoca
tionem dei. habet hūilitatē pie ꝯfeſſio-
nis· habꝫ ſollicitudīs ac timoris ꝑpetui
vigilantiā. habet ꝯſiderationē fragili-
tatꝭ ſue. exauditionis fiduciā· ꝯfidētiam
pn̄tis ſꝑq̄ſ aſtantꝭ preſidij. Qui enī iu-
giter ſuū inuocat ꝓtectorē· certū eſt eum
eſſe ſꝑ pn̄tem. Habꝫ amoris ⁊ charitatꝭ
ardorē· habet inſidiarū ꝯtemplationem
inimicorūq̄ſ formidinē· quibꝯ ꝑſpiciens
ſemetipm̄ die noctuq̄ſ vallatū· ꝯfitet᷑ ſe
nō poſſe ſine ſui defenſorꝭ auxilio libera-
ri. Hic vſiculus oībus infeſtatione de-
monum laborantibꝯ inexpugnabil᷑ mu-
rus eſt· īpenetrabilis lorica ac munitiſſi
mus clipeus. Iſte in accidia ⁊ anxietate
animi collocatos· ſeu triſticia vł cogita-
tionibꝯ q̄buſcūq̄ſ depreſſos· ſalutꝭ reme
dia deſperare nō patit᷑. oſtēdēs illū quē
inuocat inſpicere iugit᷑ nr̄a certamīa· at
q̄ſ a ſuis ſupplicibꝯ nō abeſſe. Iſte nos ī
ſpiritalibꝯ ſucceſſibꝯ cordiſq̄ſ leticia cō-
ſtitutos āmonet extolli penitus nō debe
re· nec inflari de ꝓſpero ſtatu quē ſine ꝓ-
tectore deo retineri non poſſe teſtat᷑· duꝫ
non ſoluꝫ eū ſꝑ ſed etiā velociter vt ſibi
auxilietur implorat. Iſte inquā verſicu
lus vnicuiq̄ſ noſtrum in qualibet quali
tate degenti neceſſarius ⁊ vtilis inuenit᷑
Nam qui ſemper ⁊ in omnibus deſide-
rat adiuuari· manifeſtat ꝙ non tantum
in rebus duris ac triſtibus ſed etiam in
ſecūdis ac letis parimodo deo egeat ad
iutore· vt quemadmodum ex illis erui-
ita in iſtis eum faciat immorari· in neu-
tro ſciens humanam fragilitatem ſine il
lius opitulatione ſubſiſtere. Caſtrimar
gie paſſione perſtringor· cibos quos he-
remus ignorat inquiro· ⁊ in ſqualida ſo
litudine ingeruntur mihi odores rega-
lium ferculorum· atq̄ſ ad illorum deſide
ria ſentio me inuitiſſimū trahi. dicēdū
ſubinde mihi eſt. Deus in ad. m. in. dn̄e
ad adiu. me fe. Anticipare horā ſtatute
refectionis inſtigor· ſeu modum iuſte ac
ſolite parcitatꝭ retinere cū magno cordiſ
mei dolore contendo· cum gemitu mihi
eſt proclamandum. Deus in adiutoriū
meum intende· domine ad adiuuādum
me feſtina. Ieiunijs me ob impugna-
tionem carnis diſtrictioribꝯ indigenteꝫ
ſtomachi ꝓhibet laſſitudo ſeu ventrꝭ ari-
ditas conſtrictioq̄ſ deterret· vt effectus

meo deſiderio tribuatur· vel certe vt eſtꝰ
carnalis cōcupiſcētie abſq; temperamē-
to diſtrictioris ieiunij cōqeſcat· orandū
m̄ eſt· Deꝰ in adiu·m·in· dn̄e ad ad. me
feſtina. Accedens ad refectionē hora le-
gittima ſuggerēte· ꝑceptionem panis ex
horreo· atq; ab omni eſu naturalis neceſ
ſitatis excludor· cū eiulatu ꝓclamādū
eſt mihi. Deus in ad.m.intē.dn̄e ad ad:
me feſtina Volentē me ob ſtabilitatē cor
dis inſiſtere lectioni· interpellās capitis
prohibet dolor. horaq; tertia faciē meam
ad ſacram paginā ſomnus allidit· de-
putatum quieti tempus vel tranſgre-
di vel ꝑuenire compellor· ipm̄ deniq; ca-
nonicum ſynaxeos pſalmorūq; modū
īntercidere me grauiſſima ſomni cogit ī-
pꝛeſſio· ſimiliť ꝓclamandum eſt m̄ Deus
in ad.m.inten.dn̄e ad ad.me fe. Subla
to ab oculis meis ſopore. multꝭ me nocti
bus diabolicꝭ artibꝰ in ſomnis video fa-
tigatū· omnēq; a palpebrꝭ meis refectō
nocturne quietꝭ excluſam· cum ſuſpirijs
orandum eſt mihi. Deus in ad. meū in-
tende· domīe ad adiuuā. me fe. Adhuc
me in colluctatione poſitū viciorū titil-
latio carnis repente cōpūgit· ⁊ ad ꝯſen-
ſum ꝑtrahere dormientē blāda oblecta-
tione conatur· ne ignis alienus exeſtuās
vrat ſuaue olentes floſculos caſtitatis.
clamandū mihi eſt. Deus in ad.m.intē.
dn̄e ad ad.m.fe. Per extincta ſentio libi-
dinis incentiua· genitalem mēbris meis
intepuiſſe feruorem· vt parta hec virtus
īmo gratia dei in me diutius vel perpe-
tuo pſeueret· intente dicendum eſt mihi
Deus in ad.m.inten.dn̄e ad ad.me feſti
na. Ire: phylargirie: triſticie: ſtimulꝭ inq̄
etor· cogorq; ꝓpoſitam atq; amicam mi
chi interrumpere lenitatem· ne in amari-
tudinem fellꝭ ꝑturbatiōe furorꝭ abducar
cū ſūmo mihi gemitu ꝓclamādū ē Deꝰ
in ad·me.in.dn̄e ad ad.m.fe. Accidie: ce-
nodoxie: ſupbie: elatione ꝑtēptor· ac de
aliorū negligētia vel tepore quiddam ſi-
bi mēs ſubtili cogitatione blandiť· ne ī
me ꝑualeat hec inimici ꝑnicioſa ſugge-
ſtio· cū omni contritiōe cordis orandū
eſt mihi· Deꝰ in ad.m.inten. dn̄e ad ad.
me fe. Humilitatis ⁊ ſimplicitatꝭ grām
ſupbię tumore depoſito· iugi cōpūctiōe
ſpūs acquiſiui· ne rurſum veniat mihi
pes ſuperbię ⁊ manus peccatoris moue
at me· grauiuſq; de victorie mee elatiōe
confodiar· totis michi ꝓclamandū eſt
viribꝰ. Deus in ad.m.inten.dn̄e ad ad.
me fe· Euagationibꝰ aīę innumerꝭ ac di-
uerſis. ⁊ inſtabilitate cordis exeſtuo· nec
cogitatōnum diſperſiones valeo coer-
cere· ipāmq; orationē meā fundere abſ-
q; interpellatiōe atq; fantaſmate īaniū
figurarū ſmonūq; ⁊ actuū retractatiōe
non poſſum· tantaq; me ſentio ſterilitatꝭ
huius ariditate cōſtrictū· vt nullas om
nino ſpiritalium ſenſuum generatōnes
ꝑturire me ſentiā· vt de hoc animi ſqua-
lore merear liberari. vnde me gemitibus
multis atq; ſuſpirijs expedire nō poſſū·
neceſſarie ꝓclamabo. Deus in ad.m.in.
dn̄e ad ad.m.fe. Directionē rurſus ani
mę· ſtabilitatē cogitationum· alacrita-
tem cordis· cum ineffabili gaudio ⁊ mē-
tis exceſſu viſitatione ſancti ſpūs me ſē-
tio conſecutum· exuberantia q̊ ſpirita-
lium ſenſuū redūdare. reuelationem ſa
cratiſſimorum intellectuum· ⁊ antea pe-
nitus mihi occultorū· repentina domini
illuſtratione ꝑcepi· vt in his merear diu
tius immorari· ſollicite michi eſt freqnē-
ter q; clamandum. Deus in adiutorium
meū inten. dn̄e ad adiuuandū me feſtīa
Nocturnis demonum terroribꝰ circū-
uallantibus exagitor· ⁊ immundorum
ſpirituū fantaſmatibus inquietor· ſpes
ipā michi ſalutis ac vitę trepidationis
horrore ſubtrahitur· ad ſalutarem verſi
culi huius portum confugiens totis vi-
ribus exclamabo. Deus in adiutorium
meum intende. domine ad adiuuandū
me feſtina. Rurſum cum fuero conſola-
tione domini reparatus· ⁊ ipſius ani-
matus aduentu· velut innumeris ange-
lorum milibus me ſenſero circumſep-
tum· ita vt eorum quos morte grauius



antea tremiſcebam· ⁊ quorū tactū īmo
viciniam horrore mentꝭ ⁊ corporꝭ ſentie-
bam· repente cōgreſſus expetere audeā·
ac ꝓuocare cōflictus· vt in me cōſtantię
huiꝰ vigor per dei grām diutiꝰ īmoreť.
totꝭ mihi eſt viribꝰ ꝓclamandū. Deꝰ in
adiu.m.in.dn̄e ad ad.m.fe. Huiꝰ igitur
verſiculi oratio in adūſis vt eruamꝰ. in ꝓ-
ſperis vt ſeruemur ne extollamur· inceſ-
ſabili iugitate fundenda eſt. Huiꝰ inq;
verſiculi meditatio in tuo pectore indiru-
pta voluať. Hunc in ope qlibet ſeu mi-
niſterio vel ī itinere conſtitutꝰ decātare
nō deſinas. Hunc ⁊ dormiēs ⁊ reficiēs
⁊ in vltimis nature neceſſitatibꝰ medita
re. Hec volutatio cordis velut formula
tibi ſalutaris effecta· nō ſolū illeſum ab
omī demonū incurſione cuſtodiet· ſ; eti
am cunctꝭ te vitijs terrene contagionis
expurgans· ad illas inuiſibiles theorias
cęleſteſq; perducet· atq; ad illū ineffabi
lem ac perpaucꝭ expertū ꝓuehet oratōis
ardorē. Hunc verſiculum meditāti tibi
ſomnꝰ irrepat. donec inceſſabili eiꝰ exer-
citatione formatꝰ etiā per ſoporē eundē
cantare conſueſcas. Hic tibi expergefa-
cto pmꝰ occurrat· iſte euigilanti cogita-
tiōes anticipet vniūſas· iſte te de tuo cō-
ſurgentem cubili curuationi genuū tra-
dat. atq; illinc deinceps ad omne opus
actuſq; deducat· hic te omni tp̄e ꝓſeqťꝰ·
hunc meditaberꝭ ſm̄ ꝑcepta legiſlatoris
ſedens in domo et ambulans in itinere.
dormiens atq; cōſurgens. hunc ſcribes
in limine ⁊ ianuis oris tui. hunc ī parie-
tibꝰ domus tue· ac penetrabilibꝰ tui pe-
ctoris collocabis· ita vt hec ad orationē
ꝓcumbenti ſit tibi acclinis decantatio·
⁊ exinde conſurgenti· atq; ad oēs vſus
vitę neceſſarios incedēti· fiat erecta et iu
gis oratio. **De ꝑfectione oratōis
ad quam ꝑdicta traditione cō-
ſcenditur Cap̄.xi.**

Stam mens indeſinenter for-
mulam teneat· donec vſu eius
inceſſabili et iugi meditatione
firmata· cunctarum cogitatōnum diui-
tias amplaſq; ſubſtantias abijciat et re
ſutet· atq; ita per ſeculi huius pauperta
tē conſtricta· ad illā euangelicā beatitu-
dinem que inter ceteras beatitudines pri
matum tenet prona facilitate perueniat
Beati enī inquit pauperes ſpū· quoniā
ipōrum eſt regnū celorum. Et ita q̇s per
iſtiuſmodi paupertatem egregius pau-
per exiſtens illud ꝓpheticū implebit elo-
quium Paup ⁊ inops laudabūt nomē
dn̄i. Et reuera q̄ maior aut ſanctior pōt
eſſe paupertas q; illius qui nihil ſe pre-
ſidij nihil virium habere cognoſcēs· de
aliena largitate quotidianū poſcit auxi
lium· ⁊ vitam ſuā atq; ſubſtātiā ſingu-
lis quibuſq; momentꝭ diuina ope intel-
ligens ſuſtentari· verū ſe mendicum dn̄i
non immerito ꝯfitetur· ſuppliciter ad eū
quotidie clamans. Ego autē mendicꝰ ⁊
paup ſum· deꝰ adiuua me Et ſic ad illā
q̊ multiformē ſcientiā dei ipō illuminā-
te conſcendens incipiet deinceps ſubli-
mioribus ac ſacratioribus miſterijs ſa-
ginari· ſm̄ illud quod diciť per ꝓphetā.
Montes excelſi ceruis. petra refugium
erinacijs. Quod ſatis ꝓprie huic quem
diximus ſenſui coaptatur· eo q̄ quiſq;
in ſimplicitate atq; innocentia perſeue-
rans nulli eſt noxius vel moleſtus· ſ; ſua
tm̄ ſimplicitate contentus ſolūmō ſe ab
inſidiantium preda deſiderat contuta-
ri· velut erinaciꝰ ſpiritalꝭ effectꝰ iugi euā
gelice illius petre velamine protegatur.
id eſt memoria dominice paſſionis· pre-
dictiq; verſiculi inceſſabili meditatiōe
munitꝰ infeſtātꝭ inimici declinet inſidias
De his ſpiritalibꝰ erinacijs ⁊ in prouer-
bijs ita diciť. Et erinacij gens inualida
qui fecerunt in petris domus ſuas. Et
reuera quid inualidius chriſtiano: q̇d
infirmius monacho: cui non ſolum nul
la iniuriarum vindicta ſuppeditat· ſ; ne
leuis quidem tacitaq; commotio ſaltē
intrinſecus pullulare cōcediť. Quiſq;
autem ex hꝭ proficiens ſtatu· non ſolū in
nocentie ſimplicitatem poſſidet· ſed eti-
am diſcretionis virtute munitus virtu-

tentorũ ſerpẽtiũ exterminator effectus
eſt·hũs contritũ ſathanam ſub pedibus
ſuis·⁊ ad figurã rationabilis cerui men
tis alacritate ꝑuenit· paſcet̃ in ꝓpheticꝗ
atqꝫ apoſtolicꝗ montibꝰ .i. excellẽtiſſimis
eorũ ac ſublimiſſimis ſacramentꝗ. quorũ
iugi paſcua vegetatus·oẽs qꝫ pſalmorũ
affectus in ſe recipiẽs·ita incipiet decan
tare·vt eos non tam qꝫ a ꝓpheta cõpoſi
tos ſꝫ velut a ſe editos· quaſi orationeꝫ
ꝓpriã fundens cordis cõpunctiõe depro
mat· vel certe ad ſuã pſonaꝫ eſtimet eos
fuiſſe directos· eorũqꝫ ſentẽtias nõ tunc
tm̃mõ ꝑ ꝓphetam aut in ꝓpheta fuiſſe cõ
pletas·ſed in ſe quotidie geri impleriqꝫ
cognoſcat. Tũc enĩ ſcripture diuĩe nob
clarius ꝑpateſcũt·⁊ quodammõ earũ ve
ne medulleqꝫ pãduut̃· qñ expientia no
ſtra earũ nõ tm̃ ꝑcipit ſed etiã ꝑuenit no
tionem· ſenſuſqꝫ ꝟborũ nõ ꝑ expoſitionẽ
nobis ſꝫ ꝑ documẽta reſerant̃ Eundem
nanqꝫ recipientes cordis affectum q̊ qſ
qꝫ decantatus vel conſcriptꝰ eſt pſalmꝰ
velut auctores eiꝰ facti ꝑcedemꝰ magꝭ in
tellectum ipſius qꝫ ſequemꝰ .i. vt prius di
ctorũ ꝟtutem qꝫ noticiã colligentes·q̇d
in nobis geſtum ſit vel quotidianis ge
ratur incurſibꝰ ſupueniente eorũ medi
tatione quodammõ recordemꝰ· ⁊ quid ĩ
nobis vel negligentia nr̃a pierit·vel dili
gentia cõquiſierit·vl̃ ꝓuidentia diuina
contulerit. vel inſtigatio fraudauerit ini
mici·vel ſubtraxerit lubrica ac ſubtil̃ ob
liuio·vel ĩtulerit humana fragilitas·ſeu
imꝓuida fefellerit ignoratio. decantãteſ
reminiſcamur. Oẽs nanqꝫ hos affectus
in pſalmis inuenimꝰ expreſſos·vt ea q̃ i
currerint velut in ſpeculo puriſſimo per
uidentes efficacius agnoſcamus· et ita
mgr̃is affectibꝰ eruditi·nõ vt audita· ſꝫ
tanqꝫ ꝑfecta palpemꝰ·nec tãqꝫ memorię
cõmendata·ſed velut ipi rerũ naturę in
ſita·de interno cordis parturiamꝰ affe
ctu·vt eorũ ſenſus non textu lectionis·ſꝫ
experiẽtia ꝑcedente penetremꝰ· atqꝫ ita
ad illã orationis incorruptionẽ mẽs nr̃a
ꝑueniat·ad quã in ſuꝑiore tractatu qꝫ
tum dñs donare dignatꝰ eſt ordo colla
tionis aſcẽdit·q̃ non ſolũ nulliꝰ imagis
occupat̃ intuitu· ſꝫ etiã nl̃la vocꝗ nulla
ꝟborũ ꝓſecutione diſtinguit̃· ignita vo
mentꝗ intentione ꝑ ineffabilem cordis ex
ceſſum inexplebili ſpũs alacritate ꝓfert̃
quãqꝫ mens extra oẽs ſenſus ac viſibi
les effecta materias·gemitibꝰ ĩenarrabi
libus atqꝫ ſuſpirijs profundit ad deum

## Interrogatio quemadmoduꝫ ſpiritales cogitationes immobiliter teneantur· Cap. xij·

Ermanus· Non ſolũ nobiſ
traditionẽ ſpirital̃ huiꝰ quam
popoſcimꝰ diſciplinę·ſed ipãm
plane ꝑfectionẽ ſatis apte atqꝫ dilucide
putamꝰ expreſſam· Quid enĩ põt eſſe ꝑ
fectiꝰ quidue ſublimiꝰ: qꝫ dei memoriaꝫ
tam cõpendioſa meditatiõe cõplecti·at
qꝫ vnius ꝟſiculi volutatione a cunctis
viſibiliũ termĩs emigrare· ⁊ quodãmõ
affectꝰ orationũ cunctarũ breui ſmõe cõ
cludere: Et idcirco vnum qδ ſupeſt ad
huc nobis ꝑcamur exponi· quemadmo
dum hũc eundẽ ꝟſiculũ quẽ nobis vi
ce formule tradidiſti. ſtabiliter retinere
poſſimꝰ· vt ſicut ꝑ dei grãm ſumꝰ a ſecu
larium cogitationũ ineptijs liberati·ita
ſpiritales q̃ſqꝫ immobilit̃ retentemꝰ aſ
ſequi valeamꝰ.

## De mutabilitate cogitationum. Cap. xiij.

Um enĩ capitulum cuiuſlibet
pſalmi mens nr̃a cõceperit. in
ſenſibilit̃ eo ſubtracto ad alte
rius ſcripturę textũ neſciens ſtupenſqꝫ
deuoluit̃. Cũqꝫ illud in ſemetipã cepit
volutare·nec dũ illo ad integrũ ventila
to·oborta alterius teſtimonij memoria
meditationẽ materię ꝓoris excludit. de
hac q̊ꝫ ad alterã ſubintrante alia medi
tatione transfert̃·⁊ ita animꝰ ſꝑ de pſal
mo rotatꝰ ad pſalmũ·de euangelij textu
ad apl̃i tranſiliens lectionem. de hac q̊ꝫ
ad ꝓphetica deuolutꝰ eloquia· ⁊ exinde
ad quaſdam ſpiritales delatus hiſtori
as·ꝑ oẽ ſcripturarũ corpꝰ ĩſtabil̃ vagꝰqꝫ
iactat̃·nihil ꝓ arbitrio ſuo ꝑualens vel
abijcere vel tenere·nec pleo quicqꝫ iudi
cio et examinatione finire· palpator tm̃
modo ſpiritaliũ ſenſuum ac deguſtator
non generator nec poſſeſſor effectꝰ· atqꝫ
ita mens mobil̃ ſꝑ ac vaga in tꝑe q̊ꝫ ſy
naxeos velut ebria ꝑ diuſa diſtrahit̃· nl̃
lum officiũ cõpetenter exoluens. Verbi
grã. Cũ orat pſalmũ aut aliquã recolit
lectioneꝫ·cũ decantat aliud quid vel me
ditat̃ qꝫ textus ipſius cõtinet pſalmi· cũ
lectionem recitat. faciendũ aliq̇d voluit
factumue remĩſcit̃·atqꝫ in hunc moduꝫ
nihil diſcipliãte nec oportune recipiẽs
vel emittens. velut fortuitis agi videtur
incurſibus·retinendi ea q̇bus delectat̃.
vel immorãdi in eis non habens ptãteꝫ.
Neceſſariũ ergo nobis eſt p̃ oĩbꝰ noſſe·
queẽadmodum hęc ſpiritalia cõpetenter
explere poſſimus officia· vel certe hunc
eundem ꝟſiculum quem nobis vice for
mule tradidiſti immobilit̃ cuſtodire· vt
oĩm ſenſuũ ortus ac finis non in ſua vo
lubilitate fluctuent· ſed in noſtra ditiõe
conſiſtant

## Reſpõſio quemadmodum ſtabilitas cordis ſeu cogitationuꝫ poſſit acquiri. Ca. xiiij

Saac. Licet p̊dem ſuper hac
re diſputantibus nobis de ora
tionis ſtatu quantũ reor ſit ſuf
ficienter expreſſuꝫ· tñ qr vobis hęc eadẽ
poſcitis iterari·de confirmatione cordis
breuiter intimabo. Tria ſunt quę vagã
mentem ſtabilem faciũt·vigilie: medita
tio·⁊ oratio. Quarũ aſſiduitas ⁊ iugis
intentio conferunt aĩmę ſtabilem firmi
tatẽ. Quę tñ alias nullo mõ poterit ap
prehendi niſi ꝑ operis nõ filargirię ſꝫ ſa
cri cenobij vſibus dedicati·infatigabilẽ
iugitatẽ omnes omnino ſollicitudines
⁊ cure vite pñtis prius fuerint abdicate
vt ita illud apoſtolicũ mandatũ· ſine in
termiſſione orate·poſſimꝰ implere. Per
parũ nanqꝫ orat. quiſq̇s illo tm̃ tꝑe q̊ ge
nua flectunt̃ orare conſueuit· Nunqꝫ
vero orat·quiſq̇s etiã flexis genibꝰ eua
gatione cordis q̃licũqꝫ diſtrahit̃. Et id
circo quales orantes volumus inueniri
tales nos eſſe oportet añ tꝑs orandi Ne
ceſſe eſt enĩ mentem in tꝑe ſupplicatõnis
ſue de ſtatu p̃cedenti formari. illl̃qꝫ eam
cogitationibꝰ orantem vel ad cęleſtia ſb
limari vel ad terrena demergi. quibꝰ ãte
orationẽ fuerit immorata. Hucuſqꝫ ab
bas yſaac attonitꝗ nobis ſcδaꝫ collatio
nem de orationis q̃litate digeſſit. Cuiꝰ
doctrinã ſuꝑ illius ꝑdicti ꝟſiculi medi
tatione·quã velut informatiõis loco ab
incipientibꝰ tradiderat retinendã· ãmi
rãtes admodũ·⁊ excolere tenaciſſime cu
piẽtes·vtpote quã cõpendioſam ac faci
lem credebamus. difficiliorem ſatis ad
obſeruandum experti ſumꝰ·quã illδ ſtu
dium nr̃m quo ſolebamus antea ꝑ om
ne ſcripturarum corpꝰ abſqꝫ vllius ob
ſeruantie vinculo varia paſſim medita
tione diſcurrere Conſtat igit̃ neminem
ꝓrſus ob imꝑitiã litterarũ a ꝑfectiõe cor
dis excludi·nec ruſticitatẽ obeſſe ad ca
peſcendam aĩę puritateꝫ·q̃ compendio
ſiſſime adiacet cunctis ſi mõ ſanam ⁊ in
tegram mentis intentionẽ iugi ad deuꝫ
ꝟſiculi huius meditatione ſeruauerit

## Explicit collatio ſecũda abbatis yſaac de oratione.

## Expliciunt decem collationes Caſſiani.

## Incipit prefatio caſſiani in ſe- ptem alias collationes.

Vm vir
tutem ꝑfectõnis ve
ſtre qua velut mag̃
quedam lumiaria
in hoc mũdo admi
rabili claritate ful-
getis· etiam multi ſanctorũ qui vr̃o eru-
diuntur exemplo· vix queãt emulari. tũ
vos o ſancti fratres honorate ⁊ eucheri.
tanta illorũ ſublimiũ virorũ a quibꝫ pri
ma anachoreſeos inſtituta ſuſcepimus
laude flammami. vt vnus quidem ve-
ſtrum ingenti fratrum cenobio preſidẽs
ꝯgregationẽ ſuam q̃ quotidiano ſancte
cõuerſationis vr̃e docet̃ intuitu. illoruꝫ
q̃ꝫ patrũ ꝓceptis optet inſtitui· alter vo
vt etiã corꝑali eorũdem edificaret̃ aſpe
ctu egiptũ penetrare voluerit· vt hãc q̄-
ſi frigoris gallicani rigore torpentẽ ꝓui-
ciam derelinquẽs· ad illas q̃s ſol iuſticie
ꝓximꝰ reſpicit terras· maturiꝫ vtutũ fru-
ctibus redundãtes· velut turtur caſtiſſi
mus trãſuolaret· neceſſario h̃ mihi vir-
tus charitatiꝫ extorſit· vt vniꝰ deſiderio
alteriꝰ etiã labori conſulẽs· tã abruptuꝫ
ſcribendi periculũ non vitareꝫ. dummõ
⁊ ꝓori apud filios adderet̃ auctoritas· ⁊
ſcdo tam ꝑiculoſe nauigationis neceſſi-
tas demeret̃. Proinde qꝛ fidei vr̃e atqꝫ
feruori· nec illa inſtituta cenobioꝝ q̃ .xij
libellis ad beate memorie ep̄m caſtorem
quo potuimus ſermone conſcripſimus
nec decem collationes in ſcythiotica he-
remo cõmorantium patrũ q̃s ꝓcipienti
bus ſanctis elladio ⁊ leontio ep̄is vtcũ
qꝫ digeſſimꝰ· ſatiſfacere potuerunt. nũc
etiã vt itineriꝫ nr̃i ratio ⁊ ordo cognoſca-
tur· triũ in alia heremo conſiſtentiuꝫ q̊s
ꝓmos vidimꝰ patrũ ſeptem collatiões
pari conſcriptas ſtilo vobis credidi cõ-
ſecrandas· quibꝫ ea que de ꝑfectione in
ꝓteritis opuſculis noſtris obſcuriꝰ for-
ſitan cõꝑhẽſa vel pretermiſſa ſũt ſup
pleantur. Si vero ſanctã ſtudij veſtri ſi-
tim etiã hec ſatiare nõ quiuerint· ſeptem



alie collationes que ad ſanctos qui in-
ſtoechadibus conſiſtũt inſulis emitten
de ſunt fratres· deſideriũ vt arbitror ve
ſtri ardoris explebunt. Explicit ꝑfa-
tio. Incipiunt capitula colla-
tõnis prime abbatis cheremo
nis de perfectione. Cap̃. primũ


Eſcriptio thenneſeos oppidi.
ij De epiſcopo archebio.
iij Deſcriptio heremi ĩ q̃ mora
bãt̃ cheremõ neſteros ⁊ ioſeph
iiij De abbate cheremone et excuſa-
tione eiꝰ ſuꝑ poſtulata doctria
v De reſponſione noſtra contra ex-
cuſationem eius.
vi Propoſitio abbatiꝫ cheremonis·
ꝙ tribus modis vicia vincant̃
vij Quibꝫ gradibꝫ ad ſublimitateꝫ
charitatis poſſit aſcendi ⁊ que
ſit in ea ſtabilitas
viij Quantũ excellant qui ꝑ charita
tis affectum declinant a vitijs
ix Qꝛ charitas non ſolũ de ſeruis fi-
lios faciat· ſed etiam imagineꝫ
dei ac ſimilitudinem conferat.
x Qꝛ perfectio charitatis ſit pro ini
micis orare· ⁊ quo indicio ani-
ma necdum purgata noſcat̃
xi Interrogatio cur affectum timo
ris ⁊ ſpei dixerit imꝑfectum
xij Reſpõſio ꝺ diuſitate ꝑfectõnũ
xiij De timore qui charitatiꝫ magni-
tudine generatur.
xiiij Interrogatio de conſummatiõe
caſtitatiꝫ.
xv Dilatio expoſitõis poſtulate.


## Expliciunt capitula. Incipit collatio prima abbatis Chere- monis de perfectione. Cap̃. i.

Vm ĩ ceno
bio ſyrie ꝯſiſtentes· pꝰ ꝓma
fidei rudimẽta ſuccedẽtibꝫ
aliq̃tenus incremẽtiꝫ· maio-
rem perfectionis deſiderare grãm cepiſſe
mus· ſtatuimus confeſtim egiptũ petere
ac remotiſſima etiã thebaydos heremo
penetrata· ſanctorum plurimos quoruꝫ



gloriam fama ꝑ vniuerſa diffuderat· ſi
non emulãdi ſaltem agnoſcendi ſtudio
inuiſere· Igitur ad oppidum egipti cui
thenneſus nomen eſt· emenſa nauigatio
ne ꝑuenimus. Cuius accole ita vel ma-
ri vel ſtagnis ſalſis vndiqꝫ circũluunt̃.
vt ſol̃ quia terra deeſt negociationibus
dediti· opes atqꝫ ſubſtantiã nauali com
mercio parẽt· ita vt edificijs cum volue
rint extruendis terra non ſuppetat· niſi
de longinquo nauigijs apportetur.

### De epiſcopo archebio. Cap̃. ij.

Bi cum adueniẽtibus nobis
fauens deſiderijs noſtris diui-
nitas· beatiſſimi atqꝫ ꝓcipui vi
ri archebij epiſcopi preſtitit aduentum·
qui raptus de anachoretaꝝ cetu· ⁊ ep̃us
panephiſi oppido datꝰ. tanta diſtrictio
ne omni euo ſuo ꝓpoſitum ſolitudis cu
ſtodiuit· vt nihil de ꝓterite humilitatiꝫ te
nore laxauerit· aut de adiecto ſibi hono-
re blanditus ſit. Non enim tanqꝫ ydo-
neum ſe ad iſtud officium teſtabat̃ aſci-
tum· ſed velut indignum ab illa anacho
reſeos diſciplina querebatur expulſum.
eo ꝙ triginta ⁊ ſeptem annis in eadem
cõmoratus· ad puritatem tante ꝓfeſſio-
nis nequaqꝫ ꝑuenire potuiſſet. Hic igi-
tur cum in ſupradicta thenneſo quo euꝫ
eligẽdi illic ep̃i cauſa ꝑduxerat· pie nos
atqꝫ humaniſſime ſuſcepiſſet· agnito de
ſiderio noſtro quo ſanctos patres etiaꝫ
in vlterioribꝫ egipti partibꝫ inq̃rere de-
ſiderabamus. Venite inquit ⁊ videte ĩ-
terim ſenes haud longe a noſtro mona-
ſterio conſiſtẽtes· quoruꝫ ita ⁊ antiq̊tas
in corporibꝫ iam curuatis· ⁊ ſanctitas in
ip̃o etiam fulget aſpectu· vt vel ſola con
tẽplatio coꝝ magnã intuẽtibꝫ poſſit cõ-
ferre doctrinam. a quibꝫ id qꝺ ego amiſ-
ſum doleo· quodqꝫ tradere iam ꝑditum
nequeo· non tam vbis qꝫ ip̃o ſancte vi-
te diſcatiꝫ exẽplo. Credo aũt inopiã meã
hoc ſtudio aliq̃tenꝰ ſubleuandã· ſi inq̊-
rentibꝫ vobis illã euangelicã margari-
tam quã ip̃e nõ habeo ſaltem ꝓuidero
vbi eam cõmodius comparetis.

### Deſcriptio heremi in qua cõmorabãtur cheremõ neſteros et ioſeph. Cap̃. iij.

Umpto ita qꝫ baculo ⁊ pera·
vt illic cunctis viam ingrediẽ-
tibus mõachis moris eſt· ad ci
uitatem nos ſuaꝫ. id eſt panephiſim iti-
neris dux ip̃e perduxit· Cuius terras im
mo etiam contigue regionis plurimam
partem quondam opulentiſſimã· ſiqui
dem ex ea cuncta vt fama eſt in regios ci
bos ſubminiſtrabantur· repentino terre
motu excuſſum mare tranſgreſſis limi-
tibus occupauit· atqꝫ ita collapſis fer-
me oĩbus vicis opimas olim terras ſal-
ſis paludibus ſuppertexit· vt illud qꝺ in
pſalmo ſp̄ũaliter decantat̃. Poſuit flu
mina in deſertum· ⁊ exitus aquarum in
ſitim. terram fructiferam in ſalſuginem
a malicia inhabitantiũ in ea· Scꝺm lit-
teram de illa putent regione predictum
In his igitur locis multa in hunc mo-
dum oppida eminentioribus tumul̃ col
locata· fugatis habitatoribꝫ eluuies illa
velut inſulas fecit. que deſideratam ſece
dentibꝫ ſanctis ſolitudinem ꝓbent· ĩ qui
bus tres ſenes. id eſt cheremon neſteros
⁊ ioſeph anochorete antiquiſſimi conſi-
ſtebant.

### De abbate cheremone et excuſatõne eius ſuꝑ poſtulata doctrina. Cap̃. iiij.

Taqꝫ btũs archebiꝰ ꝓmũ nos
ꝑducere ad cheremonẽ maluit.
qꝛ ⁊ mõaſterio eiꝰ ꝓpior ⁊ duo
bus alijs ꝓuectior eſſet etate· Nã cũ cen
tenariũ vite annũ ſpũ tm̃ alacer exceſſiſ-
ſet· ita dorſum eiꝰ tẽꝑis fuerat vetuſtate
atqꝫ orationũ iugitate curuatũ· vt q̃ſi ĩ
ꝓmeuã redact̃ꝰ infantiã· ſubmiſſis ac ꝓ-
tentiꝫ terratenꝰ manibꝫ ꝓgrederet̃. Huiꝰ
igit̃ ⁊ vultũ mirabilẽ ⁊ inceſſũ pit̃ ĩtuẽ-
tes· ſiq̇dẽ defectiꝫ mortificatiſqꝫ iã oĩbus
mẽbris· neqꝫ cẽſuraꝫ ꝓterite diſtrictio
nis amiſerat· cũ ſmonẽ atqꝫ doctnã ſup
plicit̃ poſcereꝰ· ac ꝺſideriũ tm̃ ſpũaliũ ĩ-
ſtitutionũ cãm fuiſſe aduẽtꝰ nr̃i ꝓteſtare
mur. grauit̃ ille ſuſpirãſ Quid vob ait

poſſuꝫ conferre doctrine cũ imbecillitas
ſenectutis vt rigorem priſtinum relaxa-
uit ita loquẽdi q̊ꝫ ademit fiduciã. Quẽ-
admodum enĩ docere p̄ſumam qđ ipſe
non facio. aut alium in eo inſtruam qđ
me iam vel minus vel tepidius exercere
cognoſco. Ob quã rem nullũ iuniorum
mihi in hac vſqꝫ etate cohabitare ꝑmiſi
ne exemplo meo alterius diſtrictio laxa-
retur. Nunq̄ꝫ enĩ erit efficax inſtituẽtis
auctoritas niſi eaꝫ effectu operis ſui cor-
di affixerit audientis.

## De reſponſione noſtra cõtra excuſationem eius. Cap. v.

Ad hec nos non mediocri cõfu-
ſione compuncti ita reſpondi-
mus. Licet ſufficere nobis ad
omnem inſtructionẽ debeat· vł loci iſtiꝰ
difficultas· vel ipa etiã ſolitaria adhuc
vita. quã iuuentus q̊ꝫ robuſta vix poſſꝫ
tolerare· que nos etiam te tacente, ſatis
abundeqꝫ inſtruũt atqꝫ compungũt· ro-
gamus tñ vt taciturnitate paululũ pre-
termiſſa· ea nobis potius dignanter in-
fundas· ꝑ que hanc quam videmus ĩ te
virtutem non tam imitatõne complecti
q̄ꝫ admiratione poſſimus. Nam etiaꝫ ſi
reuelatus tibi tepor noſter impetrare id
quod expetimus non meretur· debet hoc
ſalteꝫ labor tanti itineris obtinere q̄ huc
de bethleemitici cenobij rudimentis in-
ſtitutõnis veſtre deſiderio ꝛ ꝓfectus no-
ſtri amore ꝓperauimus·

## Propoſitio abbatis cheremonis ꝙ tribus modiſ vicia vincãtur. Cap. vi.

Tunc beatus Cheremon. Tria
ſunt inquit que faciũt homĩes
a vicijs tẽperare· id eſt aut me-
tus gehenne ſiue preſentiũ legũ. aut ſpes
atqꝫ deſiderium regni celoꝝ· aut affectꝰ
boni ipius amorqꝫ virtutum. Nam ti-
mor ita mali cõtagium legit̃ execrari. Ti-
mor domini odit maliciã. Spes etiã vi-
ciorũ omniũ excludit incurſum. Nõ enĩ
delinquent omnes qui ſperant in eum.
Amor q̊ꝫ ruinã non metuit peccatorum
qꝛ charitas nunq̄ꝫ cadit. Et iterũ. Cha-
ritas operit multitudineꝫ peccatoꝝ. Et
idcirco beatus apl̃us omnem ſaluꝗ ſum-
mam in iſtarũ trium ꝟtutum cõſumma-
tione concludens. Nunc inquit manẽt
fides: ſpes: charitas· tria hec. Fides nan-
qꝫ eſt que futuri iudicij ac ſuppliciorum
metu viciorum facit contagia declinari.
Spes que mentem noſtrã de preſentibꝫ
auocãns vniuerſas corporij voluptates
celeſtium p̄miorũ expectatione contẽnit.
Charitas que nos ad amorem chriſti ꝛ
ſpũalium virtutũ fructum mẽtis ardo-
re ſuccendẽs· quicq̇d illis contrariuꝫ eſt
toto facit odio deteſtari. Que tria licet
ad vnum finem tendere videant̃· prouo-
cant enĩ nos a rebꝫ illicitis abſtinere· ma-
gnis tamen excellentie ſue gradibꝫ ab in-
uicem diſparant̃. Duo nanqꝫ ſuperio-
ra ꝓprie hoĩm ſunt eorũ qui ad ꝑfectum
tendentes nec dũ affectũ concepere vir-
tutum. Tertiũ ſpecialiter dei eſt ꝛ eorum
qui in ſeſe imaginẽ dei ac ſimilitudineꝫ
receperũt. Ille nanqꝫ ſolus ea que bona
ſunt nullo metu nulla remuneratõis g̃-
tia ꝓuocante· ſed ſolo bonitatis affectu
operat̃. Omnia enĩ vt ait ſalomon ope-
ratus eſt dñs ꝓpter ſemetipm̃. Sue nã-
qꝫ bonitatis obtentu omnẽ bonorum co-
piam dignis indigniſqꝫ largitur· qꝛ nec
fatigari iniurijs poteſt nec iniquitatibꝫ
hoĩm paſſibiliter ꝑmoueri· ſemꝑ ſcꝫ ma-
nens ꝑfecta bonitas immutabiliſqꝫ na-
tura.

## Quibus gradibus ad ſublimitatem charitatis poſſit aſcendi. et que ſit in ea ſtabilitas. Cap. vij.

Si quis igitur ad
ꝑfectionem tendit· de illo p̄mo
timoris gradu quem ꝓprie dixi-
mus eſſe ſeruilem. de quo dicit̃. Cũ om-
nia feceritis· dicite quia ſerui inutiles ſu-
mus. Ad altiorem ſpei tramitem gradu
ꝓficiente conſcendet. qui iam nõ ſeruo
ſed mercennario cõꝑatur· quia mercedẽ
retributionis expectat· ꝛ quaſi de pecca-
torũ abſolutione ꝛ penali timore ſecurꝰ
ac bonorũ ſibi operũ cõſcius· licꝫ placiti



premiũ videatur expetere. tñ ad affectũ
illũ filij q̇ de paterne indulgentie libera-
litate ꝯfidẽs· omĩa que patris ſunt ſua
eſſe nõ ambigit· ꝑuenire non potuit. Ad
quem etiã ille ꝓdigus. qui cũ ſubſtantia
p̃ris etiaꝫ filij nomen amiſerat· aſpirare
non audet dicẽs. Iam nõ ſum dignus
vocari filius tuus· fac me ſicut vnuꝫ de
mercennarijs tuis. Poſt illas enĩ porco-
rum ſiliquas quarum ei ſatietas nega-
batur. id eſt vitiorum ſordidos cibos·
quia in ſemetip̄m reuerſus ꝛ ſalutari ti-
more compunctus· immũdiciam porco-
ruꝫ horrere iã ceperat· ac dire famis ſup-
plicia formidabat· velut iam ſeruus effe-
ctus etiam mercennarij ſtatum de merce-
de iam cogitans concupiſcit ac dicit.
Quanti mercennarij in domo p̃ris mei
abundant panibus· ꝛ ego hic fame ꝑeo.
Reuertar ergo ad patrem meum. ꝛ dicã
illi. Pater· peccaui in celum et coram te
iam non ſum dignus vocari filiꝰ tuus·
fac me ſicut vnum de mercennarijs tuis.

## Quantum excellant qui ꝑ charitatis affectum declinant a vitijs. Cap. viij.

Sed ad iſtam humilis peniten-
tie vocem in occurſum eius pa-
ter ꝓſiliens· maiore q̄ꝫ amiſſa
fuerat pietate ſuſcepit· eũqꝫ non conten-
tus minora concedere. vtroqꝫ gradu ſi-
ne dilatione tranſcurſo· p̄ſtine filiorum
reſtituit dignitati. Feſtinandum ꝓinde
etiam nobis eſt· vt ad tertium filioꝝ gra-
dum qui omnia que patris ſunt ſua eſſe
credunt ꝑ indiſſolubilem charitatis gra-
tiam conſcendentes· celeſtis illiꝰ patris
imaginem ac ſimilitudinem recipere me-
reamur· ꝛ ad imitationeꝫ veri illius filij
proclamare poſſimus. Omnia que ha-
bet pater mea ſunt. Quod etiã de nobis
beatus apoſtolus ꝓfitetur dicens. Om-
nia veſtra ſunt· ſiue paulꝰ· ſiue apollo·
ſiue cephas: ſiue mundus: ſiue vita: ſi-
ue mors: ſiue p̄ſentia· ſiue futura· omĩa
veſtra ſunt. Ad quam ſimilitudinẽ etiã
ſaluatoris p̄cepta nos ꝓuocant. Eſtote
inquit ꝛ vos perfecti ſicut ꝛ pater veſter
celeſtis ꝑfectus eſt. In illis enim nonnũ-
q̄ꝫ ſolet interrumpi bonitatis affectꝰ· cũ
aliquo vel tepore vel leticia vel oblecta-
tione vigor animi relaxatꝰ· aut metũ ad
p̄ſens gehenne aut deſideriuꝫ ſubtrahit
futurorum. Et eſt q̇dem in illis gradus
cuiuſdam ꝓfectus imbuens nos· vt dũ
vel penarũ metu vel premiorũ ſpe incipi-
mus vicia declinare· ad charitatis gra-
dum tranſire poſſimus· qꝛ timor inquit
non eſt in charitate· ſed ꝑfecta charitas
foras mittit timorem. qm̃ timor penam
habet. Qui auteꝫ timet non eſt ꝑfectꝰ in
charitate. Nos ergo diligamus· q̇a deꝰ
prior dilexit nos. Non ergo aliter ad il-
lam veram ꝑfectionem conſcendere po-
terimus· niſi quemadmodum nullius
alterius niſi noſtre ſalutis gratia· prior
nos ille dilexit· ita eum nos q̊ꝫ nulliꝰ al-
terius rei niſi ſui tantũ amoris dilexeri-
mus obtentu. Quobrem nobis ſtudẽdũ
eſt vt de h̄ timore ad ſpem· de ſpe ad cha-
ritatem dei· vel iparum virtutũ amorẽ.
ꝑfecto mentis cõſcendamus ardore· vt
tranſmigrantes in affectum boni ipius
immobiliter· quantũ humane poſſibile
eſt nature quod bonum eſt retentemus.

## Quod charitas non ſolum de ſeruis filios faciat ſed etiã imaginem dei ac ſimilitudinẽ cõferat. C. ix.

Multum nanqꝫ differt
inter eum qui metu gehenne vł
ſpe retributionis future vicioꝝ
in ſe extinguit incendia· ꝛ eum qui diuine
charitatis affectu ipam maliciam et im-
mundiciam perhorreſcit. ac puritatẽ poſ-
ſidet bonum amore tantũ ꝛ deſiderio ca-
ſtitatẽ· nec iam remunerationẽ future ꝓ-
miſſionis aſpiciens· ſed p̄ſentis boni de-
lectatus conſcientia agit omĩa· nec con-
templatione penarũ ſed delectatiõe vir-
tutum. Hic nanqꝫ ſtatus nec ſubmotis
cunctoruꝫ hominũ teſtimonijs abuti oc-
caſione peccati· nec occultẽ cogitationũ
violari oblectationibus poteſt· dum af-
fectum virtutis ipius medullitus reti-

nens quicq̇d illi contrarium eſt· non ſo/
lum corde non recipit· verum etiā ſum/
mo deteſtatur horrore. Aliud nanqꝫ eſt
preſenti bono quēpiam delectatū· odio
habere viciorꝫ carnis ve contagia· aliđ
future remunerationis intuitu illicitas
concupiſcentias refrenare· aliudqꝫ eſt p̄
ſens metu ere detrimentū · ⁊ aliud futu/
rū formidare ſupplicīū. Poſtremo mul
to maius eſt ꝓpter bonum ipm̄ a bono
nolle diſcedere· qꝫ ꝓpter metuȝ mali ma
lis non ꝓbere conſenſum. In illo enī vo
luntarium bonum eſt· in iſto vero velut
coactū ⁊ tāqꝫ nolenti violenter extortū.
vel metu ſupplicij vel cupiditate p̄miorū
Nam qui timoris obtentu a viciorum
abſtinet blādimentis· adempto timoris
obſtaculo rurſum ad illud quod diligit
reuertet᷑· ⁊ ob id nec ſtabilitatem boni iu
giter obtinebit· ſed nec ab impugnatiōe
quidem aliqn̄ requieſcet· quia nec firmā
ac ꝑpetuā pacem caſtimonie poſſidebit.
Ubi eſt enim inquietudo bellorum · nō
poſſunt non etiā vulnerū interuenire di
ſcrimina. Neceſſe eſt enī quempiam in
cōflictu ſitum. qꝫuis bellator ſit ac fortis
dimicās ⁊ letalia adūſarijs vulnera fre
quenter infligat· nonnunqꝫ tamē hoſtili
mucrone ꝑſtringi. Qui vero ſuꝑata im/
pugnatione viciorū pacis iam ſecurita
te ꝑfruitur· ⁊ tranſijt in ipſius virtutis af/
fectum· iugem ſtatū illius boni cui⁹ iam
totus eſt retentabit· quia damno ꝗntime
caſtitatis nihil credit eſſe damnoſius.
Nec enim carius ac ꝓcioſius quicqꝫ p̄/
ſenti iudicat puritate· cui pena grauis
eſt. vel virtutum ꝑnicioſa tranſgreſſio.
vel ipſius vicij virulenta cōtagio Huic
inqꝫ nec reuerentia humane ꝓſentie q̇c/
qꝫ adijciet honeſtatis· nec minuet ſolitu-
do· ſed vbiqꝫ ſecum ſemꝑqꝫ circūferens
arbitram non ſolum actuum ſed etiam
cogitationum ſuarum conſcientiam. il/
li potiſſimum ſtudere contendit. quē nec
circūueniri nec falli· nec ſubterfugere ſe
poſſe cognoſcit.

## Cur perfectio charitatis ſit ꝓ ini/ micis orare· et quo indicio ani/ ma nec dum purgata noſcatur· Capitulū. x.

QUem ſtatum ſi quis de adiu/
torio dei non de ſtudij ſui labo/
re p̄ſumēs meruerit poſſidere·
de cōditione ſeruili in q̄ timor eſt· ⁊ mer/
cennaria ſpei cupiditate in qua nō tam
bonitas largientis qꝫ premiū retributio
nis expetitur· in adoptionē incipiet tran
ſire filiorꝫ· vbi iā nō timor nō cupiditas
ſed illa charitas que nunqꝫ cadit iugit᷑
ꝑſeuerat. De quo timore ⁊ charitate q̇ſ/
dam increpans dn̄s quid cuiqꝫ perſone
conueniret oſtendit. Filius honorat pa/
trem· ⁊ ſeru⁹ dn̄m ſuū timet Et ſi pr̄ ego
ſuȝ· vbi eſt honor meus: Et ſi dominus
ego ſum: vbi eſt timor meus. Neceſſe eſt
enim eū timere qui ſeruus eſt. qꝛ ſeruus
ſciens voluntatem dn̄i ſui ⁊ nō faciens
digne vapulabit plagis multis. Per
hanc itaqꝫ charitatem quiſq̇s ad ima/
ginem dei ſimilitudinemqꝫ ꝑuenerit· bo/
no iam ꝓpter boni ipſius delectabit᷑ vo/
luntatem· ac ſimilem quodāmodo poſſi
dens patientie ac lenitatis affectuȝ· nul
lis deinceps peccantium vicijs iraſcet᷑·
ſed veniam potius infirmitatibus eorū
condolēs atqꝫ compatiens implorabit·
ſeqꝫ reminiſcens tamdiu ſimiliū paſſio/
num ſtimulis impugnatum. donec miſe
ratione domini ſaluaret᷑· nec ſuo erutuȝ
ſtudio ab impugnatione carnali· ſȝ dei
protectione ſaluatum. non iracundiam
ſed miſericordiā errātibus intelliget im
pendendam· illum verſiculū ad deuȝ cū
omni cordis tranquillitate decantans.
Tu dirupiſti vincula mea· tibi ſacrifica
bo hoſtiam laudis. Et niſi quia domin⁹
adiuuit me· paulominus habitauerat ī
inferno anima mea. Et in hac mētis hu
militate conſiſtens· poterit etiaȝ euange
licum illud ꝑfectionis explere mandatū
Diligite inimicos veſtros · ⁊ benefacite
his qui oderunt vos· ⁊ orate ꝓ perſequē
tibus ⁊ calumniantibus vos· ⁊ ita ad il



lud premiū quod ſubiungit᷑ merebitur
peruenire· per quod nō ſolum imagineȝ
dei ⁊ ſimilitudinem preferamus. verum
etiam filij dei nuncupemur· vt ſit; inquit
filij patris veſtri qui in celis eſt· qui ſolē
ſuum oriri facit ſuper bonos et malos· ⁊
pluit ſuper iuſtos et iniuſtos. Quem af/
fectum beatus iohannes aſſecutum ſe eſ
ſe cognoſcens ait. Ut fiduciam habea/
mus ī die iudicij· quia ſicut ille eſt ⁊ nos
ſumus in hoc mundo. In quo enī infir/
ma ⁊ fragilis humana natura eſſe ſicut
ille eſt pōt· niſi ſe ī bonos ⁊ malos iuſtos
⁊ iniuſtos ad imitationem dei placida
ſemper ſui cordis extenderit charitate:
Et vt bonum ꝓpter boni ipſius operetur
affectuȝ· ꝑueniēs ad illam veram adop
tionem filiorꝫ dei· de qua ideȝ btūs apl̄s
ita pronūciat. Omnis q̇ natus eſt ex deo
peccatū non facit· quia ſemē ipſius in eo
eſt· ⁊ non poteſt peccare · qm̄ ex deo nat⁹
eſt. Et iterum. Scimus qꝛ omnis q̇ na/
tus eſt ex deo non peccat· ſed generatio
dei conſeruat eum ⁊ malignus non tan
git eum. Quod intelligendum eſt nō de
omni genere peccatorū· ſed de capitali/
bus tantū criminibus dici A quibus ſe
quiſq̇s extrahere atqꝫ emundare nolue/
rit· ꝓ illo in alio loco ꝓdictus apoſtol⁹
ne orari quidem debere pronūciat Qui
ſcit inquiens fratrem ſuum peccare pec/
catum non ad mortem· petat ⁊ dabitur
ei vita peccāti non ad mortem. Eſt pec/
catum ad mortem· non ꝓ illo dico vt ro
get quis. Ceterū de illis que ꝓnuncian
tur non eſſe ad mortem· a quibus etiam
hi qui fideliter chriſto deſeruiunt· quā/
talibet ſemetipſos circūſpectione cuſto/
diant· immunes eſſe non poſſunt· ita di
citur. Si dixerimus quoniā peccatum
non habemus ipſi nos ſeducimus et ve/
ritas in nobis non eſt. Et iterum Si di
xerimus quia nō peccauimus· mendacē
facimus eum· ⁊ verbum eius non eſt in
nobis. Impoſſibile nanqꝫ eſt quemlibet
ſanctorū non in iſtis minutis que per ſer
monem: per cogitationem: per ignoran
tiam: ꝑ obliuionem: per neceſſitatem: per
voluntatem: ꝑ obreptionem· admittun/
tur incurrere. Que licet ab illo peccato
quod ad mortem eſſe dicitur aliena ſint
culpa tamen ac reprehenſione carere nō
poſſunt. Cum ergo quis hunc quē pre/
diximus bonitatis affectum ⁊ imitatio/
nem dei fuerit aſſecutus · tunc viſceribꝫ
dominice lōganimitatis indutus ꝓ per/
ſecutoribus quoqꝫ ſuis orabit ſimiliter
dicens. Pater ignoſce eis· non enī ſciunt
quid faciunt. Ceterum euidens indiciū
eſt anime nec dum vitiorū fecibus eliq̄/
te· in criminibus alienis non affectu mi/
ſericordie cōdolere· ſed rigidam iudicā
tis tenere cenſuram· Nam quemadmo/
dum ꝑfectionem cordis poterit obtine/
re is qui non habet illud quod apoſtol⁹
plenitudinem legis conſūmare poſſe ſi/
gnauit· Alterutrū inquiēs onera veſtra
portate· ⁊ ſic implebitis legem chriſti· ſȝ
nec illam virtutem poſſidet charitatis·
que non irritatur. non inflatur· non co/
gitat malum· que omnia ſuffert· omnia
ſuſtinet. Iuſtus enī miſeret᷑ animas pe/
corum ſuorū· viſcera autem impiorū ſi/
ne miſericordia. Ideoqꝫ iſdē vicijs mo/
nachum ſubiacere certiſſimū eſt · que in
alio inclemēti atqꝫ inhumana ſeuerita/
te condemnat. Rex enim rigidus incur/
rit mala· ⁊ q̇ obturat aures ſuas ne au/
diat infirmum· et ipſe inuocabit ⁊ non
erit qui exaudiat eum

## Interrogatio cur affectū timo/ ris et ſpei dixerit imperfectum. Ca. xi.

GErmanus. Po/
tenter quidem atqꝫ magnifice
de ꝑfecta dei charitate diſſertū
eſt· verūtamē illud nos permouet quod
cum eā tanta laude pretuleris· timorem
dei ⁊ ſpem retributionis eterne impfecta
eſſe dixiſti· cum vtiqꝫ multo aliud videa
tur de eis ꝓpheta ſenſiſſe dicens. Time/
te dominū omnes ſancti eius· quia nihil
deeſt timentibus eū. Et iterum in obſer
uandis iuſtificatiōibus dei · retributio
nis ſe contemplatione fateat᷑ exercitatū

Inclinaui inquiens cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in eternum· ꝓpter retributionem. Et apoſtolus. Fide inquit moyſes grandis factus·negauit ſe eſſe filium filie pharaonis · magis eligens affligi cum populo dei ꝙ̄ temporalis peccati habere iocunditatē maiores diuitias exiſtimans theſauris egiptioꝝ imꝓperiū chriſti. Aſpiciebat eniꝫ in remunerationē. Quomō ergo imperfecta eſſe credenda eſt·cum ⁊ beatus dauid retributionis obtentu iuſtificatōes dn̄i ſe feciſſe glorietur· ⁊ legiſlator p̄mia futura ꝓſpiciens·ſpreuiſſe adoptionem regie dignitatis·⁊ afflictionem diriſſimam egiptiorum theſauris pretuliſſe dicatur

### Reſponſio de diuerſitate perfectionum Cap̄.xij.

Cheremon. Pro ſtatu atqꝫ menſura vniuſcuiuſqꝫ mentis ſcriptura diuīa ad diūſos ꝑfectionū gˉdus arbitrij noſtri ꝓuocat libertatem. Nec enim poterat vniformis omnibus ꝑfectionis corona proponi · quia nec omniū vna virtus aut volūtas aut feruor eſt· ⁊ idcirco ip̄aruꝫ quodammō ꝑfectionū diuerſos ordines diuerſaſqꝫ menſuras ſermo diuinus inſtituit. Quod ita eſſe euangelicarum quoqꝫ beatitudinum varietas euidenter oſtendit. Licet enim beati dicantur quoꝝ ſunt regna celorum· ⁊ beati qui poſſidebunt terram· ⁊ beati qui conſolationem recipiēt· ⁊ beati qui ſaturitate potient̄ · tamen multū credimus intereſſe inter habitationem regni celorū ⁊ poſſeſſionem il..us quecunqꝫ eſt terre· ⁊ inter ꝑceptionem conſolationis ⁊ plenitudinem ſaturitatemqꝫ iuſticie· multumqꝫ diſtare inter illos q miſericordiam conſequent̄· ⁊ illos qui glorioſiſſima viſione dei perfrui merebunt̄ Alia enī gloria ſolis· ⁊ alia gloria lune· ⁊ alia gloria ſtellarū. Stella ēnī a ſtella differt i gloria·ita ⁊ reſurrectio mortuorum. Cum igitur iuxta hunc modū ſcriptura diuina timentes deū laudet et dicat. Beati omēs qui timent dn̄m· ⁊ plenam ꝑ hoc illis beatitudinem repromittat·iteruꝫ tamen dicit. Timor non eſt in charitate. ſꝫ perfecta charitas foras mittit timorem· qm̄ timor penā habet. Qui autē timet·nō eſt perfectus in charitate Et rurſus. cum ſeruire deo glorioſū ſit ⁊ dicatur. Seruite domino in timore·et magnum tibi eſt· vocari ſeruum meum· ⁊ beatus ſeruus ille quē cuꝫ venerit dn̄s ſuus inuenerit ſic facientem· tn̄ ad apoſtolos dicit̄. Jam non dicam vos ſuos quia ſeruus neſcit quid faciat dominus ſuus Uos aūt dico amicos·quia omīa quecunqꝫ audiui a patre meo nota feci vobis. Et iteruꝫ Uos amici mei eſtis ſi feceritis ea q̄ p̄cipio vobis· Uidetis ergo ꝑfectionum gradus eſſe diuerſos ·et de excelſis ad excelſiora nos a dn̄o ꝓuocari·ita vt is qui in timore dei beatus et ꝑfectus extiterit· ambulās ſicut ſcriptū eſt· de virtute in virtutem· ⁊ de ꝑfectiōe ad aliam ꝑfectionem·id eſt de timore ad ſpem mentis alacritate conſcendens·ad beatiorē denuo ſtatuꝫ quod eſt charitas inuitetur Et qui fuerit fidelis ſeruus ac prudens·ad amicicie ſodalitatē ⁊ adoptionem tranſeat filiorū. Scd̄m ergo hūc ſenſum noſtra q̄ꝫ eſt intelligenda ſententia·nō quo contemplationē ꝑpetue illi⁹ pene vel beatiſſime retributionis que reꝓmittitur ſanctis · nullius ꝓnūciemus eſſe momenti·ſed quia cū ſint vtiles ⁊ ſectatores ſuos ad initia beatitudinis introducant·charitas rurſum in qua plenior fiducia perpetuūqꝫ iam gaudiū eſt aſſumens eos de timore ſeruili ⁊ mercennaria ſpe·ad dilectionem dei ⁊ adoptionem transferet filiorū· ⁊ quodāmodo ꝑfectiores faciet de perfectis. Multe enim ait ſaluator manſiones ſunt apud p̄reꝫ meum· Et licet omnia aſtra eſſe videant̄ in celo·inter claritatem tamē ſolis et lune atqꝫ luciferi ceterarūqꝫ ſtellaruꝫ multa diſtantia eſt. Et idcirco beatus apl̄s. nō ſolū timori ac ſpei·ſed etiā cūctꝫ cariſmatibus que magna ac mirifica habet̄



eam p̄ferens ſupra modum·excellentiorem omnibus viam charitatis oſtendit Nam cum vellet expleto omni catalogo ſpiritaliū cariſmatum virtutum ei⁹ membra deſcribere · ita prefatus eſt. Et adhuc ſupra modum excellentiorē viaꝫ vobis demonſtro. Si linguis hominuꝫ loquar ⁊ angelorū· ⁊ ſi habuero prophetiam ⁊ nouerim miſteria omnia ⁊ omnē ſcīam· ⁊ ſi habuero oēm fideꝫ ita vt mōtes transferam· ⁊ ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas. et ſi tradidero corpus meum ita vt ardeam: charitatem autē non habuero nihil mihi prodeſt. Uidetis ergo nihil precioſi⁹ nihil perfecti⁹·nichilqꝫ ſublimius (et vt ita dixerim) nihil charitate perennius īueniri. Siue enim ꝓphetie euacuabuntur: ſiue lingue ceſſabunt: ſiue ſciētia deſtruetur·charitas autē nunqꝫ excidet· ſine qua non ſolum illa p̄cellentiſſima cariſmatum genera·ſed etiaꝫ martirij ip̄i⁹ gloria vacuatur.

### De timore qui charitatis magnitudine generatur. Ca.xiij.

Quiſquis igitur in huius fuerit charitatis perfectione fundat⁹ neceſſe eſt vt ad illum ſublimiorem charitatis timorē gradu excellentiore conſcendat. quem non penarum terror nec cupido p̄miorum ſed amoris generat magnitudo· quo vel filius indulgentiſſimum patrē vel fratrem frater· vl̄ amicum amicus·vel coniugem coniunx ſolicito reueretur affectu. dū eius nō verbera neqꝫ conuicia·ſed vel tenuem amoris formidat offenſam·atqꝫ in omnibus non ſolum actibus verumetiam verbis attonita ſemꝑ pietate diſtenditur. ne erga ſe quantulumcūqꝫ feruor dilectionis illius intepeſcat. Cuius timorꝫ magnificentiam yſaias vnus ꝓphetarū elegāter expreſſit. Diuitie inquiens ſalutꝫ ſapīa ⁊ ſcientia·timor dn̄i ip̄e theſaurus eius. Nō potuit timoris iſtius dignitateꝫ ac meritū magis euidēter exp̄mere· q̄ꝫ vt diuitias ſalutis noſtre que in vera ſapientia dei ſcientiaqꝫ cōſiſtunt ·diceret niſi a timore dn̄i nō poſſe ſeruari. Ad hūc igit̄ metum nō peccatores ſed ſancti ꝓpheticꝫ inuitant̄ eloquijs·dicente pſalmigˉpho. Timete dn̄m oēs ſancti ei⁹· qꝛ nihil deeſt timentibꝫ eū. Qui em̄ hoc timore dominū metuit· ꝑfectioni eius certū eſt nihil deeſſe. Nam de illo timore penali euidenter iohannes apl̄s dicit. Qui timet non eſt ꝑfectus in charitate·qꝛ timor penam habet. Multa ergo diſtantia eſt inter iſtū timorem cui nihil deeſt·qui ſapientie ſcientieqꝫ theſaurus eſt· ⁊ illū imꝑfectū qui p̄ncipiū ſapīe nūcupat̄· quiqꝫ penam in ſeſe continens·de ꝑfectorū cordibus ſupueniente plenitudine charitatis extrudit̄. Timor enī non eſt in charitate·ſed ꝑfecta charitas foras mittit timorem. Et reuera· ſi p̄ncipium ſapiētie in timore conſiſtit. q̄ erit eius niſi in chriſti charitate perfectio. que illuꝫ in ſeſe ꝑfecte dilectionis continens metū· non iā p̄ncipium ſed theſaurus ſapientie ⁊ ſcientie nuncupatur. Et idcirco duplex timoris eſt gradus· vnus incipientium id eſt eorum qui adhuc ſub iugo et terrore ſeruili ſunt. de quo dicitur. Et ſeru⁹ dominū ſuum timebit. Et in euāgelio. Jā non dico vos ſeruos·quia ſeruus neſcit quid faciat dominus eius. Et ideo ſeruus inquit non manet in domo in eternum·filius manet in eternū. Imbuit enī nos vt ab illo penali metu ad charitatis pleniſſimam libertatem ⁊ amicorū filiorumqꝫ dei fiduciā trāſeam⁹. Deniqꝫ beatus apoſtol⁹ qui ſeruilem illum timoris gradum olim charitatis dominice virtute tranſcenderat·inferiora deſpiciens · maioribꝫ ſe ditatū donis a dn̄o ſic ꝓfitet̄ Non enim inquit dedit nobis de⁹ ſpiritum timoris· ſed virtutis et dilectiōis ⁊ ſobrietatis. Eos etiam q̄ ꝑfecta celeſtꝫ illius p̄ris dilectiōe flagrabant·quoſqꝫ ex ſeruis filios adoptio diuīa iam fecerat hoc adhortat̄ eloquio. Nō enī accepiſtis ſpūm ſeruitutꝫ iteruꝫ in timore·ſꝫ accepiſtis ſpūm adoptionis filiorū·in quo cla

mamus abba pater. De hoc etiam metu
cum illam ſeptiformem ſpũſſancti gr̃am
propheta deſcriberet· quem in homine il-
lo dominico ſm̃ incarnationis diſpen-
ſationem deſcendiſſe non dubiũ eſt· dix-
iſſetq; Et requieſcet ſup eum ſpũs domi-
ni· ſpũs ſapientię ꝛ intellectus· ſpũs cõ-
ſilij ꝛ fortitudinis· ſpũs ſciẽtię ꝛ pietatis·
nouiſſime velut quiddam ꝑcipuum in-
tulit dicens. Et replebit eum ſpũs timo-
ris domini. In quo primitus illud dili-
gentius eſt intuendum· ꝙ non dixerit· et
requieſcet ſup eũ ſpũs timoris domini.
ſicut de illis prioribus dixerat· ſed reple
bit inquit eum ſpũs timoris dñi. Tãta
enim vbertatis eius eſt magnitudo· vt
quẽ ſemel ſua ꝟtute poſſederit· nõ par-
tem ſed totam eius occupet mentẽ. Nec
immerito. Illi etenĩ quę nunq̃ excidet
coherens charitati· non ſolum replet· ſ;
etiam ꝑpetua ꝛ inſeꝑabili eum quem ce-
perit poſſidet iugitate· nullis leticię tem-
poralis vel voluptatum oblectationibꝫ
imminutus. Qđ nonnunq̃ illi qui fo-
ras mittat timori euenire cõſueuit. Hic
eſt igitur ꝑfectõnis timor· quo homo ille
dñicus· qui non ſolum redimere huma-
num genus· ſed etiam prebere venerat ꝑ-
fectionis formã atq; exempla virtutũ·
repletus fuiſſe narratur. Illum enĩ ſer-
uilem ſuppliciorũ timorem· verus dei fi-
lius qui peccatum non fecit nec dol9 in-
uentus eſt in ore eius: habere nõ potuit.

## Interrogatio de cõſummatio- ne caſtitatis Cap. xiiij.

Ermanus. Quia de ꝑfectio
g ne charitatis ſermo digeſt9 eſt·
volumus etiam de caſtitatis fi
ne aliqua liberius ſciſcitari· Non eĩ am
bigimus illud precelſum faſtigium cha
ritatis· ꝑ quam ſicut huc vſq; diſſertũ
eſt· ad imaginem dei ſimilitudinẽq; cõ-
ſcenditur· ſine caſtitatis perfectione ſub-
ſiſtere omnino non poſſe· ſed vtrũ ita ei9
poſſit perpetuitas obtineri· vt nunq̃ li-
bidinis titillatio integritatem noſtri cor
dis ĩfeſtet· ꝛ ita valeamus ab hac paſſio
ne carnali degentes in corpore regenera
ri· vt nunq̃ incentiuorũ eſtibus adura-
mur· volumus edoceri

## Dilatio expoſitiõis poſtulate Capitulũ. xv.

Heremon. Summe quidẽ
c beatitudinis ac ſingularis eſt
meriti· ita iſtum ꝑ quẽ dño co
heremus affectũ· vel diſcere iugiter vel
docere· vt meditatio eius ſm̃ pſalmigra
phi ſententiã omẽs vitę noſtrę dies no-
cteſq; conſumat. ꝛ mentem noſtrã inſa-
tiabiliter eſurientem ſitientẽq; iuſticiã
celeſtis huius cibi ꝑpetua ruminatione
ſuſtentet. Sed conſulendũ eſt etiam iu-
mento corporis noſtri ſcd̃m benigniſſi-
mam ſaluatoris noſtri ꝓuidentiã· ne de
ficiat in via. Spũs enĩ ꝓmpt9· caro aũt
infirma· quę etiam nũc vel exigui cibi ꝑ-
ceptione curanda eſt· vt poſt refectionẽ
eius etiam ad ea quę deſideratis diligẽ-
tius indagãda· mentis quoq; addatur
intentio. Explicit collatio prima
abbatis cheremonis de perfe-
ctione. Incipiunt capitula
collationis ſecunde eiuſdẽ ab
batis de caſtitate Cap. primũ.

Erba abbatis cheremonis de
caſtitate
ij De corꝑe pcti ꝛ mẽbris eius
iij De mortificatione fornicatiõis et
immundicie
iiij Qꝛ ad obtinẽdam caſtimonie pu
ritatẽ nõ ſufficiat humãi labo-
ris intentio
v De vtilitate impugnatõnis quę
nobis de incentiuorũ eſtibus
generatur
vi Qꝛ patientia ardorem fornicatio
nis extinguat.
vij De differẽtijs ꝛ ĝdibꝫ caſtitatis
viij Qꝛ de natura caſtitatis ꝛ effectu
eius inexpti tractare nõ poſſint
ix Interrogatio an corporis motũ
etiã dormiẽtes poſſim9 euadere.
x Reſponſio ꝙ ꝑ ſomnũ accidens
carnis cõmotio non officiat ca

ſtitati
xi Qꝛ multum interſit inter cõtinen
tiam et caſtitatem
xij De mirabilibꝫ quę peculiarit᷑ in
ſanctis ſuis dñs operatur
xiij Qꝛ ſoli qui experiunt᷑ agnoſcant
dulcedinem caſtitatis
xiiij Interrogatio de continẽtie qua-
litate ꝛ temporis modo· in quo
caſtitas perfici poſſit
xv Reſponſio intra qđ tp̃s poſſibili
tas caſtitatis poſſit agnoſci
xvi De fine ac remedio caſtitatis.

## Expliciunt capitula Incipit collatio ſecunda abbatis chere monis de caſtitate. Cap. primũ

Efectione
r tranſacta· quę doctrię
cibũ deſiderantibꝫ no
bis oneroſa magis vi-
ſa eſt q̃ iocunda· cum
ilico nos ꝓmiſſi ſermonis debitũ ſenex
expectare ſenſiſſet· grata eſt inquit mihi
non ſolũ attonita ad diſcendũ vrę men
tis intentio· ſed etiã diſciplina ꝓpoſite
queſtionis. Rationabil᷑ enĩ reuera inter
rogationis a vobis ordo ſeruatus eſt.
Neceſſe eſt enĩ vt tam excelſe plenitudi-
nem charitatis immẽſa illa ꝑfecte atq; ꝑ-
petue caſtimonie p̃mia ꝯſeq̃nt᷑· parq; ſit
gaudiũ in tãta parilitate palmarꝫ. Tan
ta enĩ ſibi ſocietate federant᷑· vt vna abſ
q; altera neq̃at poſſideri. Hoc igit᷑ ꝓpo
ſitio vrã cõplexa ẽ· vt vtrꝫ ignis ille ꝯcu-
piſcentię· cuius hꝫ caro velut inſitũ ſentit
ardorẽ· ad plenũ poſſit extingui· diſputa
tione ſimili panderem9. De quo p̃mum
q̇d btũs apl̃s ſenſerit diligenti9 inquira
mus· Mortificate inq̇t membra vrã q̃
ſunt ſup terrã. Pri9 ergo q̃ cetera per-
ſcrutem̃· q̃ iſta ſint mẽbra que mortifica
ri ꝑceperit indagem9. Neq; enĩ beatus
apl̃s ad abſciſionem manuũ aut pedũ
aut genitaliũ immitti nos ꝑceptione cõ-
pellit· ſ; corpus peccati qđ vtiq; cõſtat
ex mẽbris· q̃ totius deſtrui zelo ꝑfecte de
ſiderat ſanctitatis· de quo corpore alibi·
vt deſtruatur inquit corpus peccati Et
quę ſit eius deſtructio conſequenter ex-
ponit· vt iã inquit nõ ſeruiam9 peccato.
A quo etiam ſe liberari cum eiulatu po-
ſtulat dicens. Infelix ego homo· q̇s me
liberabit de corpore mortis huius?

## De corpore peccati ꝛ membris eius. Cap. ij.

Oc itaq; peccati corpus multis
h viciorũ mẽbris ꝓbatur extru-
ctum· ꝛ ad eius attinere portio
nem quicq̇d vel facto vel dicto vel cogi
tatione peccat᷑· cuius membra rectiſſime
ſuper terram eſſe dicuntur. Non enĩ poſ
ſunt hi qui eorum vtũtur miniſterio ve-
ridice profiteri· noſtra autẽ conuerſatio
in cęlis eſt. Huius igitur corporis ĩ hoc
loco apoſtolus membra deſcribẽs. Mor
tificate inquit membra veſtra quę ſunt
ſuper terram· fornicationem· immundi-
ciam· libidinem· concupiſcentiã malam
ꝛ auariciam quę eſt ſimulacrorꝫ ſeruitus.
Primo itaq; loco fornicationẽ credidit
inferendã· quę carnali ꝯmixtiõe ꝑficitur
Scd̃m etiã mẽbrũ immundiciã nuncu
pauit· q̃ nonnũq̃ abſq; vllo mulieris ta-
ctu vel dormientibꝫ vel vigilantibꝫ per
incuriam incircũſpecte mẽtis obrepit· et
ideo notat᷑ ac ꝓhibet᷑ in lege· q̃ immun-
dos quoſq; non ſolũ ſacrarum carniũ
participatione ꝓhibuit· verũ etiã ne con-
tactu ſuo ſancta polluerẽt· a caſtrorum
iuſſit ꝯgregatione ſecerni dicẽs. Aĩa q̃-
cunq; comederit de carnibꝫ ſacrificij ſa-
lutaris (qđ eſt dñi) in qua eſt immũdicia
ꝑibit coram dño· ꝛ q̇cq̇d tetigerit ĩmun
dus immundũ erit. In deuteronomio
q̊; Si fuerit int᷑ vos hõ q̇ nocturno pol
lutus eſt ſomnio· egrediet᷑ extra caſtra· ꝛ
non reuertet᷑ priuſq̃ ad veſperã· lauet᷑
aqua· ꝛ poſt ſolis occaſum regrediet᷑ in
caſtra. Deinde tertiũ peccati membrum
libidinem ponit· quę in receſſibus coale
ſcens animę accidere quippiam etiam
ſine corpis paſſione põt· Libidinẽ eĩ ab
eo quod libeat dictam eſſe non dubium

eſt. Poſt hec de maioribus peccatis ad
minora deſcendens· quartū intulit mem
brum· cōcupiſcentiā malam. que nō ſo-
lum ad ꝑdictam impudicicie paſſionē
verū etiā ad omnes noxias cupiditates
generaliter referri poteſt· que corrupte tā-
tummō voluptatis eſt egritudo. De q̄
dn̄s in euangelio. Qui viderit mulierē
ad concupiſcendū eam· iam mechat⁹ eſt
eam in corde ſuo. Multo enī maius eſt
etiam tunc mentis lubrice deſideriū con
tinere· cum ei illecebroſi aſpectus offert̄
occaſio. Quibus manifeſtiſſime cō pro-
batur· ad ꝑfectionem puritatis caſtimo-
niam continentie corporalis ſolam non
poſſe ſufficere· niſi ei etiam mentis adda
tur integritas. Poſt que omnia nouiſ-
ſimum illius corporis membrū· ⁊ auari-
ciam inquit· ꝓculdubio oſtendens non
ſolum ab appetitu rerū alienarū animū
continēdū· verumetiam ꝓpria magna-
nimiter contemnēda. Hoc enī ⁊ in acti-
bus apoſtolorum feciſſe legitur creden-
tium multitudo. de q̄ dicit̄. Multitudīs
aūt credētium erat cor vnum ⁊ aīa vna.
nec quiſq̄ eorū que poſſidebāt aliquid
ſuum eſſe dicebat· ſed erant illis oīa cō-
munia. Quotquot enim poſſeſſores agro-
rum aut domorū erant· vendentes affe-
rebant precia eorū que vendebant· et po
nebant ante pedes apoſtolorū. Diuide-
batur autē ſingulis ꝓut cuiq̄ op⁹ erat·
Et ne ad paucos ꝑtinere videretur iſta
perfectio· auariciam ſimulachrorū ſerui
tutem eſſe teſtat⁹ eſt. Nec īmerito Quis
quis enī non cōmunicat neceſſitatibus
egenorum· ⁊ pecunie ſue quā infideli te-
nacitate conſeruat· chriſti precepta poſt-
ponit· ydolatrie crimen incurrit· amorē
ſcʒ materie mundialis diuine preferens
charitati.

## De mortificatiōe fornicatiōis et immundicie Cap. iij

I ergo multos ita pro chriſto ſu
ſ as videmus abieciſſe ſubſtan-
tias· vt non ſolum poſſeſſionē
pecuniarum· verum etiam deſideriū de cor
dibus eorum imperpetuum prohibemus
abſciſum· conſequens eſt vt eodem mo-
do etiam fornicationis ardorem extingui
poſſe credam⁹. Neq̄ enī rem impoſſibilē
apl's cum poſſibili coniunxiſſet· ſʒ vtra-
q̄ ſciēs eſſe poſſibilia· pari modo morti-
ficanda decreuit. Et in tantū btūs apl's
fornicationem ſiue immundiciam de no
ſtris mēbris extirpari poſſe cōfidit. vt nō
ſolum mortificari ea· ſed ne nominari
quidem in nobis debere ꝓnunciet. For-
nicatio inquiens ⁊ omnis immundicia
aut auaricia nec nominet̄ in vobis· aut
turpitudo: aut ſtultiloquiū: aut ſcurrili
tas· que ad rem non pertinet. Que etiā
pari modo ꝑniciosa eſſe. ⁊ equali nos a
regno dei excluſione depellere. edocet di
cens. Illud autē ſcitote qm̄ omnis for-
nicator aut immundus aut auarus qd̄
eſt ydolorū ſeruitus· non habet heredita
tem in regno chriſti ⁊ dei. Et iterū. Noli
te errare· neq̄ fornicarij· neq̄ ydolis ſer
uientes· neq̄ adulteri· neq̄ molles· neq̄
maſculorum concubitores· neq̄ fures·
neq̄ auari· neq̄ ebrioſi· neq̄ maledici·
neq̄ rapaces regnum dei poſſidebunt.
Dubium ꝓinde eſſe non debet· fornica-
tionis ⁊ immūdicie de membris noſtris
aboleri poſſe contagium· quandoquidem nō
aliter ea q̄ auariciam ſtultiloquiū ſcur-
rilitatē ebrietatē ac furta quorum facil̄
amputatio eſt· mādauerit abſcidēda.

## Q d ad obtinendā caſtimonie puritatem non ſufficit humani laboris intentio. Cap. iiij.

Ertos tamen eſſe nos cōuenit·
c q licet omnem continentie di-
ſtrictionem· famem ſcʒ ac ſitim
vigilias quoq̄ ⁊ operis iugitatē atq̄ ī-
ceſſabile ſubeamus ſtudium lectionis·
perpetuam tamē caſtimonie puritatem
horum laborum merito contingere neq̄-
amus· niſi in his iugiter deſudantes ex-
perientie magiſterio doceamur incorru
ptionem eius diuine gratie largitate cō
cedi Ob hoc ſane ſolummō ſe vnuſq̄ſq̄
infatigabiliter in his exercitijs perdura



re debere cognoſcat· vt ꝑ illorū afflictio-
nem miſericordiā domini conſecutus.
de impugnatione carnis ac dominatōe
prepotentiū viciorū diuino mereat̄ mu-
nere liberari· non quo adepturū ſe per il
la confidat iſtam quam cupit inuiolatā
corporis caſtitatē. Tanto autē erga ac-
quiſitionem caſtimonie deſiderio atq̄
amore inflammemur· quāto quis pecu-
niarum cupidiſſimus appetitor· vel qui
ſumma honorū ambitōe diſtendit̄· vl' q̄
intolerabili pulchre mulieris amore ra-
ptatur· deſideriū ſuum impatiētiſſimo
ardore optat expleri· ⁊ ita fiet vt dū pro
integritatis perpetuitate inſatiabili cu-
piditate ſuccēdimur· deſiderabil' deſpi-
ciatur cibus· neceſſarius horreat potus·
ſomnus deniq̄ ipe nature debit⁹ reſpua-
tur· vel certe vt deceptor fraudulentiſſi-
mus puritatis ⁊ emulus atq̄ cōtrarius
caſtitati· attonita atq̄ ſuſpecta mēte ca-
piatur· ⁊ ita vnuſquiſq̄ quotidie inte-
gritatis ſue matutinus explorator effe-
ctus. de collata ſibi purificatione ꝯgau
deat· eamq̄ ſe non ſuo ſtudio nec vigilā
tia ſed protectione dn̄i ſentiat conſecu-
tum· ac tamdiu illius ꝑſeuerantiam ſuo
corpori intelligat coheſurā· q̄diu eam
dominus ſua fuerit miſeratione largi-
tus· Qui enim hanc ſtabiliter obtinet
fidem· nequaq̄ ſuperbum ſapiens de
ſua virtute confidet· neq̄ ſeductus lon-
gis obſceni liquoris indutijs blandiſſi-
ma ſecuritate ſoluet̄· ſciēs impuriſſime
collutionis aſpergine ſe ꝓtinus macu-
landum· ſi vel paululum quid ab eo ꝓ-
tectio diuina diſceſſerit· ac ꝓinde ꝓ per-
petuitate eius cum omni contritione et
humilitate cordis· indefeſſis eſt oratio-
nibus excubandum

## De vtilitate impugnationis q̄ nobis de incētiuorum eſtibus generatur. Cap. v.

Ultis autē capere per hui⁹ rei
v quam dicimus veritatem eui-
dens argumentū· per quod ⁊ hec
que dicta ſunt approbetis· et iſtam cor-
poris pugnam que inimica vobis puta-
tur ac noxia vtiliter membris noſtris in
ſertam eſſe doceamini: Conſiderate que
ſo illos qui corpore ſunt ſpadones· que
precipue cauſa in virtutibus appetēdis
deſides reddat ac tepidos. Nonne q̄a
corrumpende caſtitatis credunt ſe peri-
culum nō habere: Quod tamen nemo
ita ꝓpoſuiſſe me credat· vt neminē eorū
penitus inueniri poſſe confirmem· perfe-
cta abrenunciatione flagrantē· ſed quia
naturam quodāmodo ſuam vincant· ſi
qui forte eorū ad ꝓpoſitam perfectionis
palmam ſumma animi diſtrictione con
tendunt. cuius ardor ac deſiderium eū
quem ſemel accenderit· famem· ſitim· vi
gilias· nuditatem· cunctoſq̄ labores cor
poris· non ſolum patient̄ verum etiā li-
benter ſuſtinere cōpellit. Uir enim in do
loribus laborat ſibi· ⁊ vim facit ꝑditōni
ſue. Et iterum. Anime aūt egenti etiam
amara dulcia videntur. Alias nanq̄ nō
poterunt deſideria ꝑſentium rerū vel re-
primi vel auelli· niſi pro iſtis affectibus
noxijs quos cupimus amputari. alij ſa-
lutares fuerint intromiſſi. Nullatenus
enim valet viuacitas mentis· abſq̄ ali-
cui⁹ deſiderij vel timoris: gaudij vel me-
roris affectione ſubſiſtere. niſi hec eadē
in bonam partem fuerint immutata. Et
idcirco ſi carnales concupiſcentias de
cordibus noſtris deſideramus extrude-
re· ſpiritales in earum locis plantemus
ꝓtinus voluntates· vt his anim⁹ noſter
ſemꝑ innexus ⁊ habeat quibus iugiter
immoret̄· ⁊ illecebras ꝑſentium ac tem-
poralium reſpuat gaudiorū. Cumq̄ in
hunc ſtatum mens noſtra quotidianis
exercitijs erudita ꝑfecerit· tunc verſiculi
illius affectum experientia docente conci-
piet· quē oēs quidem ſolita pſallēdi mo
dulatione concinimus· virtutem vo ei⁹
non niſi pauci expertiq̄ ꝑcipiunt. Pro
uidebam dn̄m in cōſpectu meo ſp· qm̄ a
dextris eſt mihi ne cōmouear. Ille etenī
ſol⁹ vim atq̄ intellectum hui⁹ carminis
efficaciter aſſequit̄· qui ꝑueniēs ad iſtā

ꝺe quia loquim̃ corpꝺris atqꝫ animę pu-
ritatem·intelligit ſe cunctis momentis
ne rurſus ab eadem ꝺeuoluatur a ꝺomi
no conſeruari·ꝺextraſqꝫ ſuas id eſt ope-
rationes ſanctas ab eodem iugiter com
muniri. Dñs enim ſanctis ſuis non a ſi-
niſtris (quia nihil habet ſiniſtrum vir-
ſanctus) ſed a ꝺextris ſemꝑ aſſiſtit·a pec
catoribus vero ⁊ impijs nõ videt᷑·quia
non habent illas ꝺexteras quibus ꝺñs
conſueuit aſſiſtere·nec poſſunt ꝺicere cũ
ꝓpheta. Oculi mei ſꝑ ad ꝺñm· quoniam
ipſe euellet ꝺe laqueo pedes meos. Qꝺ
nullus poterit veridice profiteri·niſi qui
vniuerſa quę in hoc mũdo ſunt aut nox
ia aut ſuperflua aut certe inferiora ſum-
mis virtutibus indicans· omnem intui
tum ſuum·omne ſtudiũ· omnem curam
erga cultum ſui cordis ⁊ caſtimonie ꝺe-
fixerit puritatem·atqꝫ ita mens iſtis exer
citijs elimata·⁊ ꝓfectibus expoliata·ad
perfectam corporis atqꝫ animę perueñet
ſanctitatem.

**Q patientia ardorem fornica-
tionis extinguat·
Cap̃. vi.**

q Uantum enim quis in lenitate
ac patiẽtia cordis·tantũ in cor
poris puritate proficiet·quan-
toqꝫ longius iracundię ꝓpulerit paſſio
nem tanto caſtitatem tenacius obtine-
bit. Non enim eſtus corporis ꝺeclinabit
niſi qui animi motus ante compreſſerit
Quod apertiſſime ſaluatoris noſtri ore
laudata beatitudo ꝺeclarat. Beati mi-
tes· qm̃ ipi poſſidebunt terram. Non er
go aliter noſtram poſſidebimus terram
id eſt non alias ꝺicioni noſtrę rebell'hu-
ius corporis terra ſubdetur·niſi mẽs no-
ſtra prius fuerit patientię lenitate fun-
data·nec poterit quis aduerſus carnem
ſuam inſurgentia libidinis bella cõpri-
mere·niſi prius armis manſuetudinis ĩ
ſtruatur. Manſueti enĩ poſſidebũt ter-
ram· ⁊ inhabitabũt in ſeculum ſeculi ſu
per eam. Hãc inqꝫ terram quemadmo-
ꝺum obtinere poſſimus·idem propheta
in conſequentibus pſalmi ipĩus edocet
Expecta ꝺñm et cuſtodi viam eius· ⁊ ex
altabit te·vt hereditate capias terram.
Conſtat ergo ad poſſeſſionem terrę iſti⁹
firmiter obtinendam neminem poſſe cõ-
ſcendere·niſi illos tm̃ q̇ ꝑ immobilez pa
tientię lenitatem vias ꝺomini ꝺuras ac
precepta ſeruantes·ꝺe ceno carnalium
paſſionum extrahẽte eodem fuerint ex-
altati. Manſueti ergo poſſidebunt ter-
ram· ⁊ non ſolum poſſidebunt eam. ſed
etiam ꝺelectabũtur in multitudine pa-
cis·qua nemo in cuius carne adhuc bel-
la concupiſcentie ſuſcitant᷑ ſtabilit᷑ per-
fruetur. Neceſſe eſt enim infeſtari eũ ꝺi-
riſſimis ꝺęmonum prelijs· ⁊ ignitis lux-
urię iaculis ſauciatum. a terrę ſue poſſeſ
ſione ꝺeuolui·ꝺonec ꝺomin⁹ auferat bel
la vſqꝫ ad fines terrę eius·arcum con-
terat et confringat arma·⁊ ſcuta combu
rat igni·illo ſcꝫ quem venit ꝺomin⁹ mit-
tere ſuper terram·arcus etiaꝫ ⁊ arma cõ
fringat. quibus aduerſus eum nequitię
ſpiritales ꝺiebus ac noctibus ꝺimican-
tes·ignitis configebant cor eius iaculis
paſſionum·Et ita cum eũ ꝺñs cõterens
bella ab omnibus incentiuorum eſtibus
liberarit·ad illum puritatꝭ perueniet ſta-
tum·vt ꝺepoſita confuſione qua ſemet-
ipſum id eſt carnem ſuam ꝺũ impugna
retur horrebat·incipiat ea velut puriſſi-
mo tabernaculo ꝺelectari. Non enim ac
cedent ad eum mala·⁊ flagellum nõ ap
propinquabit tabernaculo eius·ad illꝺ
ſcꝫ propheticũ patientie virtute perue-
niens·vt manſuetudinis merito nõ mo
ꝺo ſuam hereditet terram·verumetiam
ꝺelectetur in multitudĩe pacis. Ubi au
tez adhuc ſupeſt ſolicitudo certaminis·
pacis eſſe non poteſt multitudo. Non
enim ait ꝺelectabuntur in pace ſꝫ in mꝉ-
titudine pacis. Per quod euident᷑ oſtẽ
ꝺitur·ita efficaciſſimam medicinam cor
ꝺis eſſe patientiam·ꝭm illud ſalomonis
Mãſuet⁹ vir cordis eſt medicus·vt nõ
ſolũ ire·triſticię·accidię·cenodoxie·ſuꝑ-
bię·vex etiã libidĩs oĩm qꝫ parit᷑ extirpet



fomitem viciorũ. In longanimitate enĩ
(vt ait ſalomon) proſperitas regibus.
Nam qui mitis ſemꝑ atqꝫ tranquillus
eſt·nec iracundie ꝑturbatione ſuccendit᷑
nec accidię atqꝫ triſticię angore conſu-
mitur·nec cenodoxie vanitate ꝺiſtendit᷑
nec ſuperbię tumore ſuſtollit᷑. Pax eniꝫ
multa ꝺiligentibus nomen ꝺñi·et non
eſt illis ſcandalum. Et ideo non immeri
to pronunciat᷑ melior patiens forte. et q̇
continet iram capiẽte vrbem. Hanc igi
tur pacem ꝺonec firmam atqꝫ perpetuã
obtinere mereamur·mꝉtꝭ neceſſe eſt nos
impũgnationibus attemptari. Frequẽ-
terqꝫ nobis eſt verſiculus iſte cum gemi-
tu lachrymiſqꝫ repetẽd⁹· Miſer fact⁹ ſuꝫ
⁊ afflict⁹ ſum vſqꝫ q̃qꝫ·tota die ꝯtriſtat⁹
ingrediebar·quoniã lũbi mei ĩpleti ſũt
illuſionibus· ⁊ non eſt ſanitas in carne
mea. a facie irę tuę nõ eſt pax oſſibꝫ meis
a facie inſipientie mee. Tunc enim com
petẽter hec ⁊ in veritate ꝺeflebimus·qñ
poſt longam puritatem corporis noſtri
ſperãtes iam carnalia nos omnimodis
euaſiſſe cõtagia·ſtimulos carnis ob ela
tionem cordis aduſum nos rurſum ſen-
timus inſurgere·vel certe ad fallaciam
ſomniorũ impuritas nos priſtine collu
uionis aſpergit. Cum ergo ceperit quis
ꝺiuturna cordis ⁊ corporꝭ puritate gau
ꝺere·neceſſe eſt vt ꝺum ſe credit vlterius
iam nõ poſſe ab illa ſinceritate ꝺeuolui·
intra ſemetipm̃ quodãmodo glorict᷑ et
ꝺicat. Ego ꝺixi in abundantia mea·nõ
mouebor in eternum. Sed cum vtiliter
a ꝺomĩo ſubrelictus illum puritatis ſta
tum in quo ſibimet confidebat ſenſerit
ꝑturbari·ſeſeqꝫ ĩ illo ſpiritali viderit ti-
tubare ſucceſſu. recurrat protin⁹ ad illi⁹
integritatis auctorem·⁊ agnoſcẽs infir-
mitatem ſuam·confiteatur ⁊ ꝺicat. Do
mine non in mea ſed in tua voluntate ꝓ
ſtitiſti ꝺecori meo virtutem. Auertiſti fa
ciem tuam a me et factus ſum conturba
tus. Illud quoqꝫ beati iob. Si lot⁹ fue-
ro quaſi aquis niuis· ⁊ fulſerint velut
mundiſſime manus mee·tamen ſordibꝫ
intinges me. ⁊ abominabũtur me veſti-
menta mea. Quod tamen is qui ſuo vi-
cio ſe in ſordibus tingit·non poteſt ꝺice
re ſuo creatori. Donec ergo ad ꝑfectum
puritatis ſtatum ꝑueniat·neceſſe eſt euꝫ
inequalitatibus iſtis frequentius erudi
ri. quoaduſqꝫ per ꝺei gratiam confirma
tus in illa quam a ꝓpetit puritate effica-
citer ꝺicere mereat᷑. Expectans expecta-
ui ꝺominũ·⁊ reſpexit me. ⁊ exaudiuit pre
cem meam·⁊ eduxit me ꝺe lacu miſerie ⁊
ꝺe luto fecis·⁊ ſtatuit ſupra petram pe-
ꝺes meos. ⁊ ꝺirexit greſſus meos.

**De ꝺifferentijs et gradibus ca-
ſtitatis. Cap̃. vij.**

m Ulti ſunt enim caſtimonie gra
ꝺus·quibus ad illã inuiolabi-
lem cõſcendit᷑ puritatez·quos
licet nec perſpicere nec enunciare vt ꝺi-
gnum eſt virtus noſtra ſufficiat·tamen
quia ſeries narrationis expoſcit·ꝭm me-
ꝺiocritatem expientie noſtrę vtcũqꝫ pro
ferre temptabim⁹·reſeruantes ꝑfectiora
perfectis·nec preiudicantes his qui fer-
uentiore ſtudio puriorem caſtimoniam
poſſidẽtes·quãto maioris induſtrie ſũt
tanto etiam ꝑſpicacie vigore precellunt.
Proinde ſex gradibus licet mꝉta a ſe in
uicem ſublimitate ꝺiſtantibus·faſtigia
caſtitatis ꝓcelſa ꝺiſtinguam·ita vt me-
ꝺia quędam quę *tamen multa* ſunt pre-
termittam·quorũ ſubtilitas ita huma-
nos ſubterfugit ſenſus·vt eã nec mens
inſpicere neqꝫ ꝓloqui lingua ꝓualeat·q̇
bus ſenſim caſtitatis ipĩus ꝑfectio quo
tidianis profectibus adoleſcit. Scꝺm
ſimilitudinem nanqꝫ corporũ terrenorũ
quę ſingulis ꝺiebus inſenſibiliter ſui ca
piunt incrementa·⁊ ita ꝺum neſciũt ad
ꝑfectum habituꝫ ꝓuehuntur·animę q̊ꝫ
robur ac maturitas caſtitatis acquirit᷑.
Primus itaqꝫ pudicicie gradus eſt·ne
vigilans impugnatione carnali mona-
chus elidatur. Secundus·ne mens illi⁹
voluptarijs cogitationibꝫ immoretur·
Tertius·ne femineo nec tenuit᷑ ad cõcu
piſcentiã moueatur aſpectu. Quartus

ne vigilans vel ſimplicem carnis perfe⸗
rat motum. Quintus ne cũ memoriam
generationis humane⸗ vel tractatus ra⸗
tio vel neceſſitas lectionis ingeſſerit⸗ ſb⸗
tiliſſimus mentem voluptarie actionis
ꝑſtringat aſſenſus⸗ ſed velut opus quod
dam ſimplex ac miniſteriũ humano ge⸗
neri neceſſario contributũ⸗ trãquillo ac
puro cordis ꝯtempletur ĩtuitu⸗ nihilqꝫ
amplius de eius recordatione cõcipiat⸗
qꝫ ſi operationẽ laterꝫ vel cuiuſlibet alte
rius officine mente pertractet. Sextus
caſtimonie gradus eſt⸗ ne illecebroſis fã
taſmatibus feminarũ vel dormiens illu
datur. Licet enĩ hanc ludificationẽ pec⸗
cato eſſe obnoxiam non credamus. con
cupiſcentie tñ adhuc medullitus latitã
tis indicium eſt. Quam tamẽ illuſionem
diuerſis modis conſtat accidere. Nam
ſcḋm illum vſum quem vigilans exercere
vel cogitare ꝯſueuerat⸗ etiam dormiens
vnuſquiſqꝫ temptatur. Aliter enim fal
luntur hi qui carnalem copulam norũt⸗
aliter qui feminee ſunt commixtionis ex
pertes. Hi eñ ſic ſimplicioribꝫ ac purio
ribus ſomnijs inquietari ſolent⸗ ita etiã
faciliore diligentia ac minore poſſunt la
bore purgari. Illi autẽ ſordidioribꝫ ma⸗
giſqꝫ expreſſis fantaſmatibus illudunt͛.
donec paulatim ſcḋm menſurã caſtitatis.
ad quam vnuſquiſqꝫ contendit⸗ ĩ odiũ
illius rei quã voluptariam ante ſentie⸗
bat⸗ mens etiam ſomno ſopita vertatur.
illudqꝫ ei qḋ fortibus viris ꝓ ſummo la
borũ ſtipendio repromittit͛ per ꝓphetam
concedat͛ a domino⸗ ⁊ arcum ⁊ gladium
⁊ bellum conteram de terra veſtra⸗ ⁊ dor
mire vos faciam fiducialiter⸗ ⁊ ita demũ
quis ad illam beati ſereni paucorumqꝫ
ſimiliũ virorũ ꝑueniet puritatem. Quã
idcirco a predictis ſex caſtimonie gradi⸗
bus ſequeſtraui⸗ quia non ſolum poſſi⸗
deri ſed etiam credi non niſi a rariſſimis
poteſt. Et quia id quod illi ſpecialiter di
uini muneris largitate collatum eſt⸗ pro
poni ad generalis p̄cepti non poteſt for⸗
mam⸗ ſcꝫ vt eo vſqꝫ mẽs noſtra caſtitatꝭ
ip̄ius puritate formetur⸗ vt etiam ip̄o na
turali motu carnis emortuo⸗ illũ obſce⸗
num liquorem omnino nõ ꝓferat. Opi
nionem ſane quorũdam quã ſuper hac
carnis colluuione definiunt⸗ ſilere non
debeo⸗ qui dicunt non idcirco eam dor
mientibus euenire⸗ eo ꝙ eam producat
fallacia ſomniorũ⸗ ſed potius quia redũ
dantia humoris illius aliquas in egro⸗
tanti corde fingat illecebras. Deniqꝫ ai⸗
unt ꝙ illo tempore quo nõ inquietat illa
cõcretio⸗ quemadmodũ fluxus eius ita
etiam illuſio conquieſcat

## Q*uod* de natura caſtitatis et effe⸗ ctu eius inexperti tractare non poſſint. Cap. viij

ſ

Sed hec ſuſcipere et ꝓbare vtrũ
poſſibilia an impoſſibilia ſint
certo examine definire poterit
nemo. niſi ꝑ experientiam longam et pu
ritatem cordis ad confinia carnis ac ſpi
ritus verbo dñi dirigente ꝑuenerit. De
quo beatus apoſtolus. Viuus eſt inq̇t
ſermo dei ⁊ efficax ⁊ penetrabilior omni
gladio ancipiti⸗ ⁊ ꝑtingens vſqꝫ ad di⸗
uiſionem aĩme ac ſpũs⸗ compagum q̊ꝫ
ac medullarũ⸗ ⁊ diſcretor cogitationum
⁊ intentionũ cordis⸗ Et ita inter illorum
quodãmodo termĩos collocatus⸗ quid
humane cõditioni neceſſariũ ſit atqꝫ in
euitabiliter attributum⸗ quidue conſue
tudine vicioſa ⁊ incuria iuuentutis in⸗
uectũ⸗ velut inſpector ⁊ arbiter iuſta tru
tinatione diſcernet⸗ ac ſuꝑ eorum effectu
atqꝫ natura non falſis vulgi opinioni⸗
bus abducet͛⸗ nec preiudicatis inexꝑto⸗
rum diffinitionibus acquieſcet⸗ ſꝫ puri⸗
tatis modum certa exꝑientię ſuę libra ⁊
iuſta examinatione perpendens⸗ nequa⸗
qꝫ illorũ decipietur errore⸗ qui negligen⸗
tię ſuę vitio crebrioribus qꝫ natura cõ⸗
pellit egeſtionibus ſordidati⸗ de natura
li cõdicione cauſantur⸗ Cunqꝫ eos con
ſtet inferre potiꝰ vim naturę⸗ ⁊ extorque
re ab ea pollutionem quam ip̄a non in⸗
gerit⸗ intemperantiã ſuam ad neceſſita⸗
tem carnis immo ad eius referunt crea⸗



torem⸗ ꝓprias culpas ad naturę ĩfamiã
transferentes. De quibꝫ in ꝓuerbijs ele⸗
ganter exprimitur. Inſipientia viri cor⸗
rumpit vias ſuas. deum aũt cauſatur in
corde ſuo. Poſtremo ſi quis huic aſſer⸗
tioni noſtre fidem derogare voluerit⸗ q̄⸗
ſo vt non ante p̄iudicata nobiſcum opi⸗
nione diſceptet⸗ qꝫ diſciplinę huiꝰ ſuſci
piat inſtituta. Cunqꝫ hec perpaucis mẽ
ſibus illa qua traditur moderatiõe ſer⸗
uauerit⸗ ꝓfecto hec quę diximus vero po
terit probare iudicio. Ceterum fruſtra
de cuiuſlibet artis ac diſcipline fine con⸗
tendit⸗ quiſqꝫ non prius omnia quę ad
conſummationem eius pertinent⸗ ſum⸗
mo fuerit ſtudio ac virtute ſectatus⸗ ve⸗
lut ſi verbi gratia ſimilitudinem mellis
ex tritico⸗ aut rurſum ex eo ſicut etiã ex ra
fani liniqꝫ ſemibus leniſſimi olei liquo⸗
rem ꝓduci poſſe ꝯfirmem⸗ Si quis hoꝝ
ꝑenitꝰ ignarus aſſiſtat⸗ nonne cõtra rerꝫ
naturã hoc eẽ cõclamãs⸗ me velut aptiſ
ſimum auctorem mendacij deridebit: Cui
ſi ego teſtes inumeros qui hec ſe ⁊ vidiſ
ſe ⁊ guſtaſſe ⁊ feciſſe teſtentur exhibeam⸗
rationem inſuꝑ atqꝫ ordinem q̊ ille ſpe⸗
cies. vel in olei pinguedinem⸗ vel in mell͛
dulcedinem transforment͛ ediſſeram⸗ ille
autẽ in ſtultiſſime perſuaſionis obſtina
tione perſiſtens⸗ neget ab ill͛ ſeminibꝫ q̇c
qꝫ vel dulcedinis vel vnguedis poſſe ꝓ⸗
duci. Nonne magis notanda eſt irratio
nabilis eius ꝑuicaxqꝫ contentio⸗ qꝫ ſer⸗
monis mei veritas irridenda⸗ q̄ multoꝝ
ac fideliũ teſtiũ grauitate⸗ ⁊ euidẽtibus
documentꝭ. ⁊ qḋ his amplius eſt exꝑien
tie ꝓbatione fulcitur: Et ideo quiſquis
ad illum puritatis ſtatũ iugi cordis intẽ⸗
tione ꝑuenerit⸗ vt iam mẽte ab huiꝰ paſ⸗
ſionis titillatione penitus abſoluta⸗ per
ſoporem caro eius velut redundantiam
ſuperflui humoris expellat⸗ conditionem
modumqꝫ naturę certiſſime dep̄hendit⸗
⁊ ita cum exꝑgefactꝰ inuenerit carnẽ ſuã
poſt longa temꝑa ſe inſcio atqꝫ ignoran
te pollutam⸗ tũ demũ de naturali neceſſi
tate cauſet͛ ad illũ ſine dubio perueniẽs
ſtatum⸗ vt talis inueniat͛ in nocte qual͛
in die⸗ talis in lecto qualis in oratiõe⸗ ta
lis ſolus qual͛ turbis hoĩm circũſeptus.
Poſtremo vt nunqꝫ ſe talẽ ſecretꝰ aſpi⸗
ciat⸗ qualis videri ab hoibus erubeſcit⸗
nec in eo tale aliq̇d ĩeuitabilis ille oculꝰ
dep̄hendat⸗ qḋ ab hũanis aſpectibꝫ ve⸗
lit eſſe celatum⸗ ⁊ ita cum ceperit ſuauiſſi
mo lumĩe caſtitatis iugiter delectari⸗ di
cere poterit cũ ꝓpheta. Et nox illumĩatio
mea in delitijs meiſ⸗ qꝛ tenebrę nõ obſcu
rabuntur a te⸗ ⁊ nox ſicut dies illumina
bitur⸗ ſicut tenebrę eius ita ⁊ lumen eiꝰ.
Deniqꝫ hoc ip̄m⸗ qꝛ ſupra conditionem
naturę videtur humãe⸗ qualit͛ obtinue
rit idem ꝓpheta ſubiungit dicẽs. Quia
tu poſſediſti renes meos⸗ id eſt non indu
ſtria mea neqꝫ virtute hanc ꝓmerui pu⸗
ritatem⸗ ſed qꝛ tu mortificaſti inſitum re⸗
nibus meis libidinoſe voluntatꝭ ardorẽ

## Interrogatio an corporis motum etiã dormientes poſſimus euadere Cap. ix.

g

Ermanus. Perpetuam qui
dem corporis puritatem ex par
te aliqua experti ſumus⸗ a vigi⸗
lantibus poſſe per dei gratiam poſſideri⸗
⁊ cõmotionem carnis diſtrictionis rigo
re atqꝫ iudicio reſiſtente⸗ vigilantibꝫ poſ
ſe non cõtingere non negamus. Vtrum
autẽ ⁊ dormientes hac inquietudine ca⸗
rere poſſimus⸗ volumus edoceri. Duabꝫ
nanqꝫ de cauſis poſſibile hoc eſſe nõ cre⸗
dimus⸗ q̄s licet abſqꝫ verecundia neq̄a
mꝰ effari⸗ tñ qm̃ h̄ medicine ip̄ius neceſſi
tas cogit⸗ queſumus vt cum venia tui ſi
q̄ forte inuerecũdius fuerint denudata
ſuſcipias. Primum ergo eſt qḋ ꝑ ſom⸗
ni quietem mentis vigore laxato⸗ obſer⸗
uari nequaqꝫ illius valeat cõmotionis
obreptio. Secundo ꝙ etiam vrine colle
ctio cum veſice capacitatem quieſcenti⸗
bus nobis indeſinenti confluxu. interni
humoris oppleuerit⸗ excitet mẽbra mar⸗
ceſcentia⸗ quod etiam paruulis vel ſpa⸗
donibus eadem nihilominus lege ꝯtin⸗
git. Vnde fit vt ſi non oblectatio libidi

nis vulnerat mentis aſſenſum· confuſio
ne tamen eam humiliet turpitudo mem
brorum.

## Reſponſio ꝙ per ſomnum acci dens carnis commotio non of- ficiat caſtitati. Cap̄.x.

Heremō. Apparet vos nec
c dum vere caſtitatis agnouiſſe
virtutem· qn̄quidem diſtrictio-
nis auxilio eam a vigilantibus tm̄ cre-
ditis retentari Et inde eſt ꝙ putatiſ a dor
mientibus quaſi rigore animi reſoluto. i-
tegritatem non poſſe ſeruari. Porro ca
ſtitas nō vt arbitramini diſtrictiōis p̄-
ſidio· ſed amore ſui ⁊ ꝓprie puritatiſ dele
ctatione ſubſiſtit. Non enī caſtitas ſed
ꝯtinētia dicit᷑· vbi adhuc ei aliq̄ reſiſtit
aduerſitas voluptatis. Videtiſ ergo his
qui caſtitatis affectū ꝑ dei gratiam me-
dullitus receperūt· diſtrictionis ceſſatio
nem cū dormiunt nō obeſſe· q̄ īſida etiā
vigilantibus ratione certiſſima cōpro-
batur Quicquid enim cū labore cōp̄mi
tur· temporales dimicanti p̄ſtat induti-
as non tamē ꝑpetuam ſecuritatis quie-
tem tribuit poſt laborem. Quicq̇d autē
ꝓfunda fuerit virtute deuictū· abſq3 vl
la inquietudinis ſuſpitione compoſitū·
iugem pacis victori conferet firmitatē.
Q̄obrem donec pulſari nos carnis cō-
motione ſentimus· nouerim⁹ nos ad ca
ſtitatis necdum ꝑueniſſe faſtigia· ſed ad
huc ſub infirmitate continentie cōſtitu-
tos prelijs fatigari. in quibus neceſſe eſt
dubios ſemꝑ eſſe euētus. Q̄d aūt ineui
tabilem eſſe cōmotionem carnis h̄ aſtru
ere voluiſtis indicio· ꝙ ea ne ip̄i quidem
eunuchi carere demptis genitalib⁹ p̄nt.
ſciendum eſt non eis carnales eſtus nec
affectum libidinis· ſed ſolā ſatiue gene-
rationis deeſſe virtutem. Unde manife
ſtum eſt ne illos q̇dem ſi ad hāc ad quā
nos nitimur caſtitatem cupiunt ꝑueni-
re· ab humilitate et cōtritione cordis vel
continentie diſtrictione debere laxari· li-
cet nequaq̄ ſit diſcredēdum· minore ab
eis caſtimoniam poſſe labore ac ſtudio cō
prehendi.

## Q̄ multum interſit inter caſti- tatem et continentiam. Cap̄.xi.

Uāobrem pfectio caſtitatiſ· a la
q borioſis continentie rudimentiſ
ꝑpetua tranquillitate diſcerni-
tur. Hec eſt enī vere conſummatio caſti
tatis. que non impugnans carnal' cōcu
piſcentie mot⁹ ſed toto horrore deteſtās·
iugem atq3 inuiolabilē ſui retinet puri-
tatem· nec poteſt aliud quid eſſe ꝙ ſācti-
tas Hoc autem fiet qn̄ iam deſinens ca
ro aduerſus ſpūm concupiſcere· deſide-
rijs eius virtutiq3 cōſenſerit· ceperintq3
ſibi inuicem pace firmiſſima federari· et
ſcḋm pſalmigraphi ſentētiam habitaue-
rint fratres in vnum. illam repromiſſam
a dn̄o beatitudinem poſſidentes· de qua
ait Si duo ex vobis conſenſerint ſuper
terram · de omī re quācunq3 petierit fiet
ill' a patre meo qui in celeſt. Quiſq̇s er
go intellectualis illius iacob. id eſt ſup-
plātatoris tranſcenderit gradum· ab il-
la continentie colluctatione ac ſuꝑplan
tatione viciorū. obſtupefacto femoriſ ner
uo· ad iſrahelis meritum ꝑpetua cordis
directiōe cōſcēdet. Quē ordinem etiam
beatus dauid ita ſpūſſancti vaticinatio
ne diſtinxit· in primis inquiens. Notus
in iudea deus· id eſt in aīma que adhuc
ſub peccatorū· confeſſione retinetur. iu-
dea enim confeſſio interpretat᷑· in iſrael
autē id eſt in eo qui videt deum· ſiue vt
quidam interp̄tātur. rectiſſimus dei eſt·
non ſolum notus ſed etiam magnuz eſt
nomē eius. Deinde ad ſublimiora nos
ꝓuocans· ac volens etiam locum ipſuz
quo dn̄s delectatur oſtendere. Et fact⁹
eſt inquit in pace loc⁹ ei⁹· id eſt nō in con
flictu certaminis ⁊ colluctatiōe vicioꝝ·
ſed in caſtimonie pace ⁊ in cordis tran-
quillitate perpetua. Hunc igitur pacis
locum extinctione carnaliū paſſionum
ſi quis meruerit obtinere. ex hoc q̊3 pro-
ficiens gradu · ac ſyon ſpiritalis· id eſt
ſpecula dei conſequenter effectus · erit
etiā habitatio eius. Nō enim in conſli-



ctu cōtinentie· ſed in iugi virtutum ſpe-
cula domin⁹ cōmorat᷑· vbi iam nō retū-
dit· non comprimit· ſed imperpetuū con
fringit potentias arcuum· ex q̇bus videli
cet aduerſum nos libidinū quondā ia
cula dirigebantur ignita Uidetis ergo
quia ſicut non eſt in colluctatione conti
nentie ſed in caſtitatis pace locus dn̄i·
ita etiā habitatio eius in ſpecula ſit ⁊ cō
templatione virtutum. Unde non īme-
rito porte ſyon cunctis tabernaculis ia-
cob preferuntur. Diligit enim dn̄s por
tas ſyon ſuꝑ omnia tabernacula iacob.
Q̄ autem ꝑ hoc ineuitabilem eſſe cōmo
tionem carnis aſſeritiſ· quod vrina cū ve
ſicā iugi inſtillatione repleuerit· q̇eta eti
am ſuſcitet membra· licet vere ſectatori-
bus puritatis ad obtinēdam eam nihil
preiudicet iſta commotio· quā hec ſola
interdum ⁊ tamen ꝑ ſoporem neceſſitas
excitarit. ſciendum tamē eſt· ꝙ ita ſi com
mota fuerint ad quietem ꝓpriā reducan
tur caſtitatis imperio· vt non modo cū
nullo pruritu· ſed ne cum mīma quidē
libidinis recordatione ſedent᷑. Et idcir-
co vt cum lege animi· lex q̊3 cōgruat cor
poralis· etiam in ip̄ius aque potu ita eſt
nimietas caſtiganda· vt humoris quo-
tidiana illa collectio pigri⁹ arefactis in-
fluens membris· illum quē ineuitabilē
putatis corporis motum· non ſolum ra-
riſſimum· verumetiā lentū reddat ac te-
pidum frigidumq3 (vt ita dixeri( ignē.
⁊ abſq3 vllius aduſtionis ardore rorān
tem ſuſcitet flammam · inſtar admira-
bilis illius moſaice viſionis · vt carnis
noſtre rubus innoxio igne circūdatus
non vratur· vel ſicut illorū triū iuuenū
quibus ita rorāte ſpiritu fornacis chal-
dayce flamma diſcuſſa eſt· vt nec capil-
los eorū aut fimbrias odor ignis affla-
ret· vt illud quodāmō quod ſanctis re-
ꝓmittitur ꝑ ꝓphetam· incipiamus iam ī
hoc corpore poſſidere· cum ambulaueris
per ignem non cōbureris· ⁊ flāma nō ar
debit in te

## De mirabilibus que peculiari- ter in ſanctis ſuis deus opera- tur. Cap̄.xij.

Agna enim vere atq3 mirifica
m ſunt· nec vlli hominū penit⁹· ni
ſi his tantum qui experti ſunt
nota· que domin⁹ fidelibus ſuis adhuc ī
iſto corruptionis vaſculo conſtitutis· ī-
effabili largitur liberalitate. Que ꝓphe-
ta mentis puritate perluſtrans· ta ex ſua
ꝙ ex illorū perſona qui in hunc ſtatum
affectūq3 perueniūt exclamauit. Mira
opera tua· ⁊ aīma mea cognoſcet nimis
Alioquī nihil noui nec magni intelligi-
tur propheta dixiſſe· ſi alio cordis affe-
ctu vel de alijs operibus dei hec pronun
ciaſſe credatur Nullus etenī eſt hominū
qui mira eſſe opera dei etiam ex ip̄i⁹ crea
ture magnitudine non agnoſcat· Cete-
rum illa que in ſanctis ſuis quotidiana
operatione diſpenſat· ac ſpeciali muni-
ficentia affluenter effundit· nullus alius
niſi anima perfruentiſ agnoſcit· que in ſe-
creto conſcientie ſue ita eſt beneficiorum
eius arbitra ſingularis· vt ea non ſoluz
nullo valeat ſermone diſſerere· ſ3 ne ſen-
ſu quidem et cogitatione complecti· cū
ab illo ignito feruore diſcedens ad iſtos
materiales ac terrenos intuit⁹ fuerit de-
uoluta. Quis enim in ſe opera dn̄i non
miretur· cum inſatiabilē ventris inglu
uiem· ⁊ ſumptuoſam gule ꝑniciosamq3
luxuriā· ita ī ſe viderit fuiſſe cōpreſſā· vt
vix ip̄m exiguum ac viliſſimum cibū ra-
ro inuituſq3 percipiat. Quis non ob-
ſtupeſcat opera dei· cū illum ignem libi
dinis quem naturalem antea ⁊ velut in
extinguibilem eſſe credebat· ita refriguiſ
ſe perſenſerit· vt ne ſimplici quidē ſe cor-
poris motu ſentiat incitari. Quomodo
non ꝟtutem domini ꝯtremiſcat quiſq3·
cū hoīes quōdam diros atq3 truculen-
tos qui ad ſummū iracundie furorē etiā
blandiſſimis ſubditorū irritabātur ob-
ſequijs. ad tantam tranſiſſe viderit leni
tatem· vt non ſolum nullis iam commo
ueātur iniurijs· ſed etiam cū illate fuerit

ſumma magnanimitate congaudeant: Quis plane non miretur opera dei · ac toto proclamet affectu · quia ego cognoui q̄ magnus eſt dominus · cum vel ſe vel alium quempiam ex rapaciſſimo liberalem · ex ꝓdigo cōtinentem · ex ſuperbo humilem · ex delicato ac tenero ſqualidum hirſutumqȝ perſpexerit · ⁊ egeſtate atqȝ anguſtia p̄ſentium rerum etiam voluntarie ꝑfruentem: Iſta ſunt profecto mira opera dei · que peculiariter anima ꝓphete ſimiliumqȝ eius mirifice cōtemplationis intuitu' ſtupefacta cognoſcit · Iſta ſunt prodigia que poſuit ſuper terram · que idē propheta conſiderans · ad admirationem eorum cūctos populos aduocat dicens. Venite ⁊ videte opera dei · q̄ poſuit prodigia ſuper terram · auferens bella vſqȝ ad fines terre. arcum cōteret ⁊ confringet arma ⁊ ſcuta cōburet igni. Quod enim maius poteſt eſſe ꝓdigium q̄ ſub momento breuiſſimo ex rapaciſſimis publicanis apoſtolos fieri · ex perſecutoribus truculētis predicatores euangelij patientiſſimos reddi · ita vt eam q̄ perſequebantur fidem etiā effuſione ſui ſanguinis ꝓpagarent: Iſta ſunt opera dei que ſe quotidie vna cum patre operari filius proteſtatur dicens. Pr̄ meus vſqȝ hodie operatur ⁊ ego operor. De iſtis operibus dei beatus dauid in ſpiritu canens. Benedictus inquit domin' de' iſrl' · qui fac̄ mirabilia mag̃ ſol'. De iſtis ⁊ amos propheta. Qui facit inquit omnia · et conuertit ea ⁊ tranſmutat in matutinam vmbram mortis. Hec eſt nēpe immutatio dextere excelſi · De hac ſalutari opatiōe dei orat propheta dn̄m dicens. Confirma deus hoc quod operatus es in nobis · Vt pretermittā illas ſecretas atqȝ abſconditas diſpenſationes dei · quas intra ſe peculiariter exerceri mens ſanctorum omniū momentꝭ ſingulis intuetur · illam celeſtem infuſionē letitie ſpiritalis · qua deiectus animus īſperati gaudij alacritate ſuſtollitur ad illos ignitos cordis exceſſus, ⁊ tam ineffabilia q̄ inaudita ſolatia gaudiorum · quibus nonnunq̄ ignauiſſimo ſtupore torpentes · ad orationem feruētiſſimā velut de ſomno profūdiſſimo ſuſcitamur. Hoc inq̄ eſt gaudium de quo beatus apoſtolus. Quod oculus inquit nō vidit · nec auris audiuit · nec in cor hominis aſcendit · eius ſcȝ qui terrenis vitijs hebetatus adhuc homo eſt ⁊ humanis inheret affectibus · nihilqȝ de iſtis dei muneribus intuetur. Deniqȝ idem apoſtolus tam de ſe q̄ de ſimilibus ſibi q̇ iam de humana ꝯuerſatione diſceſſerāt · ſubiecit dicens. Nobis autē reuelauit deus per ſpiritum ſuum.

## Q̄ ſoli qui experiuntur agnoſcant dulcedinem caſtitatis. Cap̄. xiij.

In his igitur omnibus quantum mens ad ſubtiliorem profecerit puritatem · tanto ſublimius intuebitur deum · ⁊ admirationis intra ſemetipſam potius capiet incremēta · quā loquendi facultatem aut ſermonem narrationis inueniet. Vt enī vim leticie huius inexpertus mente percipere · ita explicare ſermone non valebit expertus · tanq̄ ſi quis dulcedinem mellis ei qui nunq̄ quicq̄ dulce guſtauerit velit ſermonib' enarrare · profecto nec ille ſaporis illius ſuauitatem quā nunq̄ ore percepit auribus capiet · nec ille dulcedinem quā guſtus voluptate cognouit · verbis poterit indicare · ſed ꝓpria tantum agnitione ſuauitatis illectus · neceſſe eſt vt experti ſaporis iocunditatem intra ſemetipſm ſolūmodo tacit' admiret'. Ita igit' q̇ ſq̇s in hunc quem prediximꝰ virtutum ſtatum meruerit peruenire · h' omnia que in ſuis peculiari gratia dn̄s operatur · tacita mente perluſtrans · horumqȝ omniū attonita conſideratione flammatus · cum intimo cordis exclamabit affectu. Mira opera tua deus · ⁊ anima mea cognoſcet nimis. Iſtud ergo eſt mirabile opus dei · hominem carneū carnales affectus in carne poſitum reſpuiſſe. ⁊ in tanta rerum atqȝ incurſuum varietate vnum tenere animi ſtatuȝ. atqȝ imobilem in omni accedentium permutatione durare. Qua virtute fundatus ſenex q̇dā · cū apud alexandriā turb infidelium circūfuſus · non ſolum maledictis verumetiam grauiſſimis impellentiū vrgeretur iniurijs · eiqȝ a ſubſannantibus diceretur. Quid miraculi chriſt' veſter quem colitis fecit:. Ille inq̇t. Vt his ac maioribus ſi intulerit non mouear nec offendar iniurijs

## Interrogatio de continentie qualitate et temporis modo in quo caſtitas perfici poſſit. Capitulū. xiiij.

Germanus. Quoniā nos admiratio nō humane huius neqȝ terrene · ſed plane celeſtis atqȝ angelice caſtitatis · ita ſubito ſtupore confudit · vt terrorem magis deſperationis incuteret · q̄ ad expetendam ſe nr̄os animos prouocaret · queſumus vt nos de obſeruantie qualitate ac temporis modo · quo acquiri vel perfici valeat · doctrina pleniſſime diſputatōis īſtituas · quatinus ⁊ conſummari eā poſſe credamus · ⁊ ad expetendam deinceps ſpacio conſtituti temporis animemur. Incōpꝛehenſibilem nanqȝ eam in carne hac poſitis quodāmodo iudicamus · niſi nob ordo quidam ac via qua ad illam valeat perueniri · certa ratione pandatur

## Reſponſio intra quod tempus poſſibilitas caſtitatis poſſit agnoſci. Cap̄. xv.

Cheremon. Temerarium ſatis eſt ſuper conſūmatione huius de qua loquimur caſtitatꝭ · in tanta preſertim vel voluptatū diuerſitate vel viriuȝ. certam temporis definire menſurā · q̄ non facile etiā in iſtis materialibus artibus ac viſibilibus diſciplinis decerni poteſt. ſcd̄m intentionem nanqȝ animi atqȝ ingenij qualitateȝ · neceſſe eſt eas ab vnoquoqȝ vel celeri' vel tardius apprehendi · rationē tamē obſeruantie ⁊ temporis modum intra quē ei' poſſibilitas agnoſcatur · conſtantiſſime poſſumus definire. Quiſquis igit' extractus a cunctis confabulationibus ocioſis · ⁊ mortificatus ab omni ira ac ſollicitudine curaqȝ mundana. duobus tātū paximacijs fuerit quotidiana refectione contentus, ⁊ aque ſatietate ſbtracta · q̇etem ſomni trium ſiue (vt alij ſtatuerūt) quattuor horarū ſpacio terminarit. nec tamen laborum aut continentie hui' merito ſed miſeratione dn̄i eam ſe crediderit adepturum · quia ſine hac fide vana eſt omnis humani laboris intentio · non amplius q̄ ſex menſibus · ꝑfectionē iſti' impoſſibilem ſibi nō eſſe cognoſcet. Euidens tamen eſt iam ꝓxime puritatis indiciū · incipere eam de ꝓprij laboris induſtria non ſperare. Si enim vim verſiculi illius vnuſquiſqȝ in veritate cōceperit · Niſi dn̄s edificauerit domum · īuanum laborant qui edificant eam · ſequitur · vt nec de puritatꝭ ſue meritis extollat' · intelligens eam ſe non ſua diligentia. ſed domini miſericordia conſecutum · nec ꝯtra alios immiti rigore moueatur · ſciens humanam nihil eſſe virtutem · ſi eam virt' diuina non iuuerit

## De fine ac remedio caſtitatis Capitulū. xvi.

Proinde vnicuiqȝ noſtrum aduerſus ſpiritum fornicationis totis viribus deſudanti. victoria ſingularis eſt · de merito conatus ſui remedium non ſperare · que fides licet facilis ac plana omnibus videatur · tn̄ taȝ difficile ab incipientibus q̄ ipſius caſtitatis perfectio poſſidetur. Nam cuȝ eis vel particula puritatis arriſerit · ꝯtinuo in conſcientie ſue ſecretis elatione q̄daȝ ſubtiliter illabente ſibimet blādiuntur · credenteſqȝ eam ſe diligentie ſue ſtudio

conſecutos·neceſſe eſt vt ſuperno illo p̄/ſidio paululum denudati· tamdiu illis quas diuina virtus extinxerat paſſionibus opprimantur· q̄ꝫdiu experientia docente cognoſcāt ſe viribus atqꝫ induſtria ſua puritatis bonum obtinere non poſſe. Et vt diſputationem noſtram de fine pleniſſime caſtitatis longa lucubratione confectaꝫ breuiter concludamus· in vnum omnia que copioſe ſparſimqꝫ digeſta ſunt colligentes. hec eſt conſummatio caſtitatis· vt vigilanteꝫ mōachū oblectatio libidinis nulla perſtringat· vt quieſcentē ſomniorum non fallat illuſio· ſed cum dormienti tantum per ſopite mentis incuriam commotio carnis obrepſerit· quemadmodum ſine vlla titillatione voluptatis excitata eſt· ita etiam ſine vllo pruritu corporis conquieſcat. Hec de caſtitatis fine· quantum potuimus non verbis ſed experientia magiſtrante digeſſimus. Que licet a deſidioſis ac negligentibus arbitrer impoſſibilia forſitan iudicāda· certus tamen ſum a ſtudioſis ac ſpiritalibus viris agnoſcenda pariter ac probanda. Tantum nanqꝫ inter hominem diſtat et hominē· quantum ⁊ illa in quibus animi eorum tendit intētio ab inuicem diſparantur· id eſt vel celū ab inferno. vl' chriſtus a belial· ſcd̄m ſentētiam domini ſaluatoris. Si quis mihi miniſtrat me ſequat'· ⁊ vbi ego ſum illic ⁊ miniſter me⁹ erit. Et iterum. Ubi eſt theſaurus tuus ibi erit ⁊ cor tuum. Hucuſqꝫ beatus cheremon de caſtitatis perfectione diſſeruit· admirabilemqꝫ doctrinam ſublimiſſime puritatis tali ſermone ꝯcluſit· ſuadens ſtupentibus atqꝫ anxijs nobis· vt quia iam noctis pars maior effluxerat· tradita quieti paululū membra naturali ſoporis cibo minime fraudaremus· ne languens torpore corporis ſui etiā mens vigorem ſancte intentionis amitteret.

**Explicit collatio ſecunda abbatis Cheremonis de caſtitate**




**Incipiunt capitula collatiōis tertie eiuſdem abbatis de protectione dei.** Cap̄. primum

Proemium.

ij Interrogatio quare non merita virtutum laborantis induſtrie deputentur.

iij Reſponſio ꝙ ſine adiutorio dei non ſolum perfectio caſtitatis· ſed omnino nihil boni perfici poſſit.

iiij Obiectio quemadmodum gentiles abſqꝫ gratia dei caſtimoniam habuiſſe dicant'.

v Reſponſio de philoſophorum imaginaria caſtitate.

vi Q' ſine gratia dei nullos induſtrios conat⁹ exequi valeamus.

vij De principali propoſito dei· et ꝓuidentia quotidiana.

viij De gratia dei et arbitrij libertate.

ix De virtute bone voluntatis noſtre ⁊ gratie dei.

x De liberi arbitrij infirmitate

xi Utrum bonam voluntatem noſtram ſequatur an precedat gratia dei.

xij Q' voluntas bona nec ſemper gratie· nec ſemper ſit homini tribuenda

xiij Q' gratiā dei humani conatus compenſare non poſſint

xiiij Q' temptationibus ſuis de⁹ virtutem humani experiat' arbitrij.

xv De multiplici vocationum gratia.

xvi De gratia dei eo ꝙ humane fidei tranſcendat anguſtias.

xvij De inſcrutabili diſpenſatione dei.

xviij Definitio patrū eo ꝙ arbitriuꝫ ad ſaluandū nō ſit ydoneū

**Expliciunt capitula.**




**Incipit tertia collatio abbatis cheremonis de protectione dei** Cap̄. primum

c

Um ad ſynaxi matutinā percepto paululuꝫ ſopore remeātes· ſenem operirem̄· ingenti abbas germanus ſcrupulo mouebatur· ꝙ in preterita diſputatiōe cuius virtus ſummum deſiderium incognite nobis caſtitatis infuderat· vnius adiectione ſententie beatus ſenex meritū humane cauſaſſet induſtrie· aſtruēs hominem q̄uis ſummis ad bonam frugē viribus enitatur· tamen boni compotem eſſe non poſſe· niſi id diuini tantum muneris largitate· non operis ſui ſtudio percepiſſet. Hanc igitur queſtionem attonite voluentibus nobis· progreſſus cellula beatus Cheremon cum quidem nos inuicem muſitare ſenſiſſet· ſolito breui⁹ orationum atqꝫ pſalmorum ſolennitate tranſcurſa· quid moueret inquirit.

## Interrogatio quare non merita virtutū laborantis induſtrie deputentur. Cap̄. ij.

t

Unc Germanus. Quantum excellentiſſime inquit ſublimitate virtutis que nocturna diſputatione patefacta eſt· pene (vt ita dixeri) a fide poſſibilitatis excludim̄· tantum nobis pace tui dictum ſit videtur abſurdum· ſi laborum ſtipendiuꝫ. id eſt perfectio caſtitatis que inſtantia proprij ſudoris acquiritur· non ſpecialit' laborantis deputetur induſtrie. Ineptum eſt enim· vt ſi verbi gratia agricolam erga culturam terre irremiſſum ſtudium viderimus impendere. non illius efficacie aſcribamus ⁊ fructum.

## Reſponſio ꝙ ſine adiutorio dei non ſolum perfectio caſtitatis· ſed omnino nichil boni perfici poſſit. Capitulū. iij.

c

Heremon. Hoc ipſo qđ propoſuiſtis exemplo· euidenti⁹ approbatur nihil poſſe proficere ſine adiutorio dei laborantis induſtriā. Nec enim agricola cum omnes conat⁹ ſuos in excolendis expenderit terris· confeſtim etiam prouentum ſegetum ⁊ vbertatem fruguꝫ ſue poterit induſtrie deputare· q̄ꝫ irritam eſſe frequenter expertus eſt· niſi eam ⁊ pluuiarum opportunitas ⁊ hyemis trāquilla ſerenitas ſubſequat'· ita ut adultos iam fructus ac ꝑfecta maturitate ſolidatos· quodāmō de māu tenentiū viderimus plerūqꝫ prereptos· nihilqꝫ laborantibus illam iugem ſudorꝭ inſtantiam contuliſſe· quia non fuit dominj opitulatione directa. Sicut igitur inertibus agricolis· qui ſua frequēt' vomere arua non ſubigunt· hanc vbertatē ſegetum pietas diuina non confert. ita laborantibus pernox ſollicitudo nō proderit· niſi miſericordia domini fuerit ꝓſperata. In quo tamen humana ſuperbia nullatenus ſe gratie dei vel exequare vel admiſcere contendat· participēqꝫ ſe in muneribus dei per hoc conetur inſerere· vt laborem ſuum auctorem eſſe diuine exiſtimet largitatis· ac prouentū copioſiſſimaruꝫ frugum· induſtrie ſue meritis reſpondiſſe glorietur. Cōſideret nāqꝫ ac veridica examinatione perpendat. ꝙ ne ipſos quidem conatus quos pro deſiderio opulentie intentus exercuit. ſuis viribus impendere potuiſſet· niſi euꝫ ad exercenduꝫ omne opus ruris. protectio domini ac miſericordia roboraſſet· et inefficax eius voluntas fuiſſet ac virtus·

niſi etiam peragendi copiam· que non nunq; vel ſiccitatis vel imbrium nimietate fraudatur· diuina clementia preſtitiſſet. Nam cum ⁊ bonū virtutis et ſanitas corporis ⁊ omnium effectus operuʒ actuumq; proſperitas a domino fuerit condonata· orandum eſt ne fiat ei ſicut ſcriptum eſt. celuʒ ereum ⁊ terra ferrea· ⁊ ne reſiduū locuſte comedat brucus· et reſiduum bruci eruca deuoret· ⁊ reſiduū eruce rubigo conſumat. Nec in hoc tantum eget diuinitatis auxilio agricole laborātis induſtria· niſi etiam inſperatos auertat caſus. quibus etiam ſi deſiderata fructuum fecunditate ager fuerit opimatus· non ſolum ſpei ſue vana expectatione fruſtrabitur· verumetiam perceptorum et reconditarum iam vel in area vel in horreo frugum vbertate fraudabitur. Quibus manifeſte colligitur· non ſoluʒ actuum. verumetiam cogitationum bonarum ex deo eſſe principiuʒ· qui nobis ⁊ initia ſancte voluntatis inſpirat· ⁊ virtutem atq; oportunitatem eoruʒ que recte cupimus tribuit peragendi. Omne enim datum bonum. et omne donum perfectum deſurſum eſt deſcēdens a patre luminū· qui ⁊ incipit que bona ſunt· ⁊ exequitur. ⁊ cōſummat in nobis· dicēte apoſtolo. Qui autem dat ſemen ſeminanti· ⁊ panem ad manducandum preſtabit· ⁊ multiplicabit ſemen veſtrum· ⁊ creſcere faciet fructus iuſticie veſtre. Noſtrum vero eſt· vt quotidie attrahentem nos gratiā dei humiliter ſubſequamur. vel certe dura ceruice ⁊ incircumciſis vt ſcriptum eſt auribus eideʒ reſiſtentes· per hieremiam mereamur audire. Nūquid qui cadit non reſurget· aut qui auerſus eſt non reuertetur: Quare ergo auerſus eſt populus iſte in hieruſalem auerſione cōtentioſa: Indurauerūt ceruices ſuas· noluerunt reuerti.

### Obiectio quemadmodum gentiles abſq; gratia dei caſtimoniam habuiſſe dicantur.

Capitulū .iiij.

Germanus. Huic ſenſui cuius pietas abrupte a nob' nō pōt improbari· illud videtur obſiſtere· quod ad deſtructionem liberi arbitrij tendit. Nam cum multos gentilium qui vtiq; diuini adiutorij gratiam non merentur· non ſolum frugilitatis atq; patientie· ſed quod magis mirum eſt etiaʒ caſtitatis videamus fulgere virtutibus. quomō captiuato libere voluntatis arbitrio· dei munere collate illis fuiſſe credende ſunt: cum vtiq; mundane ſapientie ſectatores· non ſolum dei gratiā ſed ipm etiam verum deum penitus ignorātes· quantum vel ſerie lectionis vel quorundam traditione cognouimus· ſummā caſtimonie puritatem proprij laboris induſtria poſſediſſe dicantur:

### Reſponſio de philoſophoruʒ imaginaria caſtitate

Capitulū .v.

Cheremon. Gratum mihi eſt quod vos ſūmo agnoſcēde veritatis amore flammamini· quedam etiam inepta proponitis· quorum obiectione probatior· atq; (vt ita dixerim) explorátior catholice fidei virtus appareat. Quis etenim ſapiēs tam contrarijs propoſitionibus vteretur. vt celeſtem caſtimonie puritateʒ quā heſterna die nec per dei gratiam mortalium cuiq; aſſerebatis poſſe conferri· nunc eandeʒ etiam a gentilibus crederetis virtute propria fuiſſe poſſeſſam: Sed quia hec explorāde proculdubio (vt dictuʒ eſt) ſtudio veritatis opponitis· quid de his teneamus aduertite. Primum philoſophos nequaq; credendum eſt talem animi caſtitateʒ qualis a nobis exigitur aſſecutos· quibus iniungitur vt non ſolum fornicatio ſed ne immundicia quidem nominetur in nobis. Habuerunt aūt illi quandam merikeu· hoc eſt portiunculam caſtitatis· id eſt abſtinentiam carnis· vt tantuʒ a coitu libidinem coercerent· hanc autem internā mentis ac perfectam corporis puritatem. non dicam opere aſſequi· ſed nec cogitatione potuerunt. Deniq; famoſiſſimus ille ipſorum ſocrates· hoc vt ipſi concelebrant de ſe non erubuit profiteri. Naʒ cum intuens eū quidam phyſiognomon dixiſſeʒ omma pederaſtu· hoc eſt. oculi corruptoris puerorum· ⁊ irruentes in eū diſcipuli eius· vlciſci illatum magiſtro vellent conuiciū· indignationem eorū hac dicitur compreſſiſſe ſententia [blank] id eſt quieſcite o ſodales· etenim ſum ſed contineo. Apertiſſime igitur non ſolum aſſertione noſtra. ſed etiam ipſorum profeſſione monſtratur· conſummationem tantummodo impudicicie. id eſt cōmixtionis turpitudinem· violēta ab illis neceſſitate compreſſam, non tamē deſideriuʒ de cordibus eorum ⁊ oblectationē illius paſſionis excluſam. Cum quo aūt horrore proferenda eſt illa ſententia dyogenis: Factum enim quod philoſophus mundi huius velut quiddam memorabile proferre non puduit· neq; dici a nobis ſine verecūdia· neq; audiri pōt. Nā cuidam in adulterij crimine puniendo (vt ferunt) ait. [blank] id eſt· quod gratis vendit morte non emas. Conſtat ergo illos vere caſtitatis que a nobis expetitur· nec agnouiſſe virtutem. Et ideo ſatis certum eſt circūciſionem noſtraʒ que in ſpū eſt· non poſſe niſi dei tantum munere poſſideri· ⁊ his ineſſe ſolummodo· qui deo tota ſpūs ſui contritione deſeruiunt

### Quod ſine gratia dei nullos induſtrios conat⁹ exequi valeam⁹.

Capitulū .vi.

Et idcirco licet in multis immo in oībus poſſit oſtēdi. ſemp auxilio dei homīes indigere· nec aliquid humanam fragilitatem quod ad ſalutem pertinet per ſe ſolam .i. ſine adiutorio dei poſſe perficere· in nullo tamē euidentius q; in acquiſitione atq; cuſtodia caſtitatis oſtenditur. Ut enim tantiſper de integritatis eius difficultate diſputatio differatur. de inſtrumētis eius breuiter interim diſputemus. Quis p̄ualeat queſo quāuis feruēs ſpū· vel ſqualorem ſolitudinis· vel ſicci panis non dicam quotidianam eſuriem ſed ipam ſaturitatem nulla hominū laude ſuffult⁹· ſuis viribus ſuſtinere: Quis aque perpetuam ſitim ſine domini conſolatione tolerare: illumq; dulcem ac delectabilem matutinum ſoporeʒ humanis fraudare oculis· ⁊ intra terminos horarum quattuor omnem quietis refectioneʒ iugi poſſit lege concludere: Quis indeſinentem lectionis inſtantiā: quis irremiſſaʒ operis ſedulitatem. nullum preſentis lucri cōmodum captans· abſq; dei gratia explere ſufficiat: Que oīa ſicut deſiderari a nobis iugiter abſq; diuina inſpiratione non poſſunt· ita ne perfici quidē ſine eius auxilio vllatenus queunt. Et vt hec eadem non ſolum probata nobis experientie diſciplina· ſed etiam certis indicijs et argumētis manifeſtiora reddamus· nonne in multis que vtiliter optamus implere· cū deſiderij plenus ardor ac voluntas perfecta non deſit· interpellans quecunq; fragilitas caſſat vota cōcepta: nec propoſito noſtro aſſiſtit effect⁹ niſi virtus perficiendi dn̄i fuerit miſeratione donata· ita vt cū ſit innumera multitudo illorum qui fideliter virtutū ſtudijs deſiderent inherere· ſummam tamē eorum qui hec perficere vel tolerare p̄ualeant inuenias raritatem· vt p̄termittaʒ quod ne tunc quidem· cum omnino nulla nos arcet infirmitas· facultas vniuerſa que volumus peragēdi noſtre ſubiacet poteſtati. Nam neq; remotionis ſilētium· nec diſtrictionem ieiuniorū· nec lectionis inſtantiā· illo etiam tpe quo poſſumus pro noſtro arbitrio retentamus· ſed quibuſdā occurrentibus cauſis· etiā inuitiſſimi frequēter retrahimur a ſalutaribus i-

ſtitutis· ita vt vel loci vel tempori copiã
in quo hoc exercere poſſimus · neceſſe ſit
nos a domino deprecari . nec ſufficere
nobis id quod poſſumus certum eſt·ni-
ſi etiã oportunitas peragẽdi ea que nobꝭ
vtiq̄ poſſibilia ſunt a domino tribuatᷣ.
de quibus ⁊ apoſtolus Quoniã volui-
mus inquit venire ad vos ⁊ ſemel ⁊ ite-
rum· ⁊ impedivit nos ſathanas· ita vt
nonnunq̄ nos etiam vtiliter ab iſtis ſpi
ritalibus ſentiamus ſtudijs avocari· vt
dum nolentibus nobis interrumpitur
noſtri curſus intentio·⁊ infirmitati car-
nis aliquid relaxamus· etiam inuiti ad
ſalutarem perſeuerantiam reſeruemur.
De qua diſpẽnſatione dei· ſimile aliq̇d
beatus apoſtolus. Propter quod inq̇t
ter dominũ rogavi vt diſcederet a me·
⁊ dixit michi. Sufficit tibi gratia mea·
nam virtus in infirmitate perficitur. Et
iterũ. Quid enim oremus ſcḋm qḋ opor-
tet neſcimus.

## De principali propoſito dei ⁊ prouidentia quotidiana Capitulũ. vij.

Propoſitum nanq̄ dei quo nõ
ob hoc hominem fecerat vt pi-
ret· ſed vt imperpetuum viue-
ret· manet immobile. Cuius benignitas
cum bone voluntatis in nobis quantu-
lamcunq̄ ſcintillam emicuiſſe perſpexe-
rit· vel quam ipẽ tanq̄ de dura ſilice no
ſtri cordis excuſſerit· confouet eam et ex-
uſcitat· ſuaq̄ inſpiratione cõfortat· vo
lens omnes homines ſaluos fieri· et ad
agnitionem veritatis venire. Quia nõ
eſt inquit voluntas ante patrem veſtrũ
qui in celis eſt· vt pereat vnus ex puſillᷣ
iſtis. Et iterum. Nec vult inquit deus
perire animam· ſed retractat cogitãs ne
penitus pereat qui abiectus eſt· Verax
nanq̄ eſt ⁊ non mentitur deus·cum ob-
teſtatione diffiniens Viuo ego dicit do
minus deus· quia nolo mortem impij·
ſed vt conuertatur a via ſua et viuat.
Qui eniz vt pereat vnus ex puſillis nõ
habet voluntatem. quomodo ſine in-
genti ſacrilegio putandus eſt·non vni-
uerſaliter omnes ſed quoſdam ſaluos fi
eri velle pro omnibus. Ergo quicunq̄
pereunt·contra illius pereũt voluntatẽ·
ita eo contra vnumquẽq̄ eorum quoti
die proclamante. Conuertimi a vijs ve
ſtris peſſimis. ⁊ quare moriemini domꝰ
iſrael. Et iterum. Quotiens volui con
gregare filios tuos ſicut gallina cõgre-
gat pullos ſuos ſub alas ſuas· ⁊ noluiſ-
ti. Et quare inquit auerſus eſt populus
iſte in hieruſalem· auerſione contentioſa.
Indurauerunt facies ſuas·noluerũt re-
uerti. Preſto eſt ergo quotidie chriſti grã
tia· que dum vult omnes homines ſal-
uos fieri· ⁊ ad agnitionem veritatis ve-
nire·cunctos abſq̄ vlla exceptione con-
uocat dicẽs. Venite ad me oẽs qui labo
ratis ⁊ onerati eſtis. ⁊ ego reficiam vos.
Si autem non omnes vniuerſaliter· ſed
quoſdam aduocat· ſequitur vt nec oẽs
ſint onerati vel originali vel actuali pec-
cato· nec vera ſit illa ſententia. omnes
enim peccauerunt ⁊ egent gloria dei· nec
per omnes homines mors ptranſiſſe cre-
datur. Et intãtum omnes qui pereunt
contra dei pereũt voluntatem. vt nec ip-
ſam mortẽ deus feciſſe dicatur· ita ſcri
ptura teſtante· Quia deus mortem nõ
fecit·nec gaudet in perditione viuorũm.
Eſt inde eſt ꝙ plerunq̄ dum ꝓ nobꝭ con
traria poſtulamus· vel tardiꝰ vel nequa-
q̄ noſtra exauditur oratio· ⁊ rurſus. ea
que credimus eſſe contraria· vtilitᷣ vt be-
nigniſſimus medicus· etiã inuitiſſimis
dominus inferre dignatur· ac nonnũq̄
pernicioſas diſpõſitiones noſtras leta-
leſq̄ conatꝰ· ab effectu deteſtabili retar-
dat ac reuocat. ac properantes ad mor-
tem·retrahit ad ſalutẽ· ⁊ de inferni fau
cibus extrahit ignorantes

## De gratia dei et arbitrij libertate.



## Capitulũ. viij.

Quam curã atq̄ prouidentiã
circa nos ſuam. ſub figura me-
retricis hieruſalem et pernicio-
ſa ad ydolorum cultũ alacritate tenden-
tis· per Oſee prophetam ſermo diuinus
eleganter expreſſit. Dicente nãq̄ ea. va
dam poſt amatores meos. q̇ dãt panes
michi ⁊ aquas meas· lanam meam ⁊ li-
num meum· oleum meum ⁊ potũ meũ·
reſpõdit· ſaluti eius non voluntati con-
ſulens diuina dignatio. Ecce ego ſepiã
viã eius ſpinis. ⁊ ſepiam eam maceria·
⁊ ſemitas ſuas non inueniet· ⁊ ſequetur
amatores ſuos· ⁊ non apprehendet eos·
⁊ queret eos· nec inueniet illos· ⁊ dicet.
Reuertar ad virum meum priorem· q̇a
bene mihi erat tunc magis q̄ nunc. Ac
rurſus contumacias noſtras atq̄ con-
temptus· quibus euz ad ſalutares inui
tantem recurſus rebelli ſpiritu dedigna
mur· tali cõparatione deſcribit. Et dixi
inquit. Patrem vocabis me· ⁊ poſt me
ingredi non ceſſabis. Sed quomõ ſi cõ
temnat mulier amatorem ſuum· ſic con-
tempſit me domus iſrael· ait dominus·
Sed ꝯgrue q̄m hieruſalem adultere cõ
parauerat a ſuo cõiuge diſcedenti· amo
rem quoq̄ ac perſeuerãtiã benignitatis
ſue viro qui a femina deſeritur compa-
rauit. Pietas enim ac dilectio dei· quã
circa humanum genus ſemper impen-
dit· eo ꝙ nullis ita vincatur iniurijs· vt
a cura noſtre ſalutis abſcedat· ⁊ quodã
modo ſuperata iniquitatibus noſtris a
principali ſuo propoſito reuocetur· ma-
gis proprie exꝓmi alia cõparatione nõ
potuit· q̄ exemplo viri ardẽtiſſimo amo
re feminã diligentis· qui quanto magꝭ
negligi ſe ac deſpici ab ea ſenſerit· tanto
vehemẽtioris circa eã çeli ardore flãma
tur. Adeſt igitur inſeparabiliter nobis
ſemper diuina protectio· tantaq̄ eſt er-
ga creaturam ſuam pietas creatoris· vt
non ſolum comitetur eam ſed etiam pre
cedat iugiter prouidentia. Quam exper
tus propheta apertiſſime confitetᷣ dicẽs.
Deus meus miſericordia eius preueni-
et me. Qui cum in nobis ortum quẽdã
bone voluntatis inſpexerit· illuminat eã
confeſtim atq̄ confortat· ⁊ incitat ad ſa
lutem. incrementum tribuens ei. quam
vel ipſe plantauit vel noſtro conatu vi-
derit emerſiſſe. Nam anteq̄ clament in
quit ego audiam· adhuc loquentibꝰ eis
ego audiam. Et iterum. Ad vocem cla-
moris tui ſtatim vt audierit reſponde-
bit tibi. Et non ſolum ſancta deſideria
benignus inſpirat· ſed etiam occaſiões
ꝯſtruit vite· ⁊ oportunitatẽ boni effectꝰ
ac ſalutaris vie directionem demõſtrat
errantibus.

## De virtute bone voluntatis noſtre et gratie dei. Capitulũ. ix.

Vnde nõ facile humana ratio-
ne diſcernitur· quemadmodũ
dominus petentibus tribuat· a
querentibus inueniatur· aperiatq̄ pul-
ſantibus. et rurſus inueniatur a non
querentibus ſe· palam appareat inter il
los qui eum non interrogabant· et tota
die expandat manus ſuas ad populum
non credentem ſibi et contradicentem.
reſiſtentes ac longe poſitos vocet· inui-
tos attrahat ad ſalutẽ. peccare cupien
tibus explende copiam ſubtrahat· volũ
tatis· ad nequitiam properantibus beni
gnus obſiſtat. Cui autem facile pateat·
quomodo ſalutis ſumma noſtro tribua
tur arbitrio. de quo dicitur. Si voluerī
tis ⁊ audieritis me· que bona ſunt terre
mãducabitiſ· ⁊ quomõ non volentis ne
q̄ currentis ſed miſerentis ſit dei. Quid
etiam ſit illud. ꝙ deus reddet vnicuiq̄
ſcḋm opera eius· et deus eſt qui operatᷣ
in vobis et velle et perficere pro bona vo
luntate· et hoc non ex vobis· ſed dei do-
num eſt· non ex operibus· vt ne quis

glorietur. Quid ſit etiam illud quod
dicitur· appropinq̃te deo· ⁊ appropinq̃-
bit vobis. ⁊ quod alibi dicit. Nemo ve-
nit ad me· niſi pr̄ qui miſit me attraxerit
euꝫ. Quid ſit quod dicit᷑. rectos curſus
fac pedibus tuis· ⁊ vias tuas dirige· et
quid ſit quod dicimus orantes. Dirige
in conſpectu tuo viam meam. ⁊ perfice
greſſus meos in ſemitis tuis· vt non mo
ueantur veſtigia mea. Quid ſit ꝙ iterū
commonemur. facite vobis cor nouū ⁊
ſpūm nouum· et quid ſit illud quod re-
promittitur· Dabo eis cor nouum· ⁊ ſpi
ritum nouum tribuam ī viſceribꝫ eoꝝ·
et auferam cor lapideum de carne eorū·
et dabo eis cor carneum. vt in preceptis
meis ambulēt· ⁊ iudicia mea cuſtodiāt
Quid ſit ꝙ precepit dominus dicēs La
ua a malicia cor tuū hieruſaleꝫ vt ſalua
fias· ⁊ quid ſit qđ id ipm̄ ꝓpheta a dn̄o
poſtulat dicens. Cor mundum crea in
me deus. Et iterum. Lauabis me et ſuꝑ
niuē dealbabor. Quid ſit quod ad nos
dicitur· illuminate vobis lumen ſciētię
Et quid ſit quod de deo dicit᷑. Qui do-
cet hominem ſcientiam· ⁊ dominus illumi
nat cecos· vel certe quod orātes dicim᷒
cum propheta. Illumina oculos meos
ne vnq̃ obdormiam in morte· niſi quod
in his omnibus ⁊ gratia dei et libertas
noſtri declaratur arbitrij· ⁊ quia etiam
ſuis interdum motibus homo ad virtu
tum appetitus poſſit extendi· ſemper ꝓo
a dn̄o indigeat adiuuari. Nec eī cuꝫ vo
luerit quis ſanitate perfruit᷑· aut de egri
tudinis morbo ꝓ arbitrij ſui deſiderio li
beratur. Quid auteꝫ ꝓdeſt ſanitatꝗ gra
tiam concupiſſe· niſi domin᷒ qui vitę ip-
ſius vſum tribuit etiā vigorē incolumi
tatis impartiat? Vt autem euidentius
clareat· etiam per naturę bonum ꝙ bene-
ficio creatoris indultuꝫ eſt· nonnūq̃ bo
narum voluntatum prodire principia·
quę tamen niſi a domino dirigantur ad
conſummationem virtutum peruenire
non poſſunt· apoſtolus teſtis eſt dicens.
Velle enim adiacet mihi· perficere autē
bonum non inuenio.

## De liberi arbitrij infirmitate Capitulū. x.

Nam libertatem ſcriptura diui-
na noſtri confirmat arbitrij di
cens. Omni cuſtodia ſerua cor
tuum. Sꝫ infirmitatem eius apoſtolus
manifeſtat dicens Dominus cuſtodiat
corda veſtra· ⁊ intelligentias veſtras in
chriſto ieſu· Virtutem liberi arbitrij da-
uid enunciat dicens Inclinaui cor meū
ad faciendas iuſtificationes tuas· Sꝫ ī
firmitatem eius idem orans ſimiliter do
cet. Inclina inquiens cor meum in teſti-
monia tua ⁊ non in auariciam. Salo-
mon quoq̄ Inclinet corda noſtra ad ſe
vt ambulemus in vniuerſis vijs eius· et
cuſtodiamus mandata eius· ⁊ cerimo-
nias eius· ⁊ iudicia eius. Poteſtatē de-
ſignat arbitrij noſtri pſalmigraph᷒ di-
cens. Cohibe linguam tuam a malo. et
labia tua ne loquantur dolum. Infirmi
tatem eius noſtra proteſtatur oratio di-
centibus nobis. Pone domīe cuſtodiā
ori meo· ⁊ oſtium circumſtantię labijs
meis. Arbitrij noſtri facultas a domino
declaratur cum dicitur. Solue vincula
colli tui captiua filia ſyon Fragilitatem
eius propheta decantat dicens. Domi-
nus ſoluit compeditos· et· Dirupiſti vi
cula mea tibi ſacrificabo hoſtiaꝫ laudis
Audiuimus in euangelio dominum cō
uocantem vt ad eum properemus per li
berum arbitrium. Venite ad me omnes
qui laboratis ⁊ onerati eſtis. ⁊ ego reficiā
vos. Sed infirmitatem ei᷒ idem domi-
nus proteſtatur dicens Nemo poteſt ve
nire ad me· niſi pater qui miſit me attrax
erit eum. Apoſtolus liberum arbitrium
noſtrum incitat dicens. Sic currite vt
comprehendatis Sꝫ infirmitatem eius
iohēs baptiſta teſtat᷑ cū ait Nō pōt hō
accipere a ſe q̇cq̄· niſi fuerit ei datuꝫ de


celo. Iubemur animas noſtras ſolicite
cuſtodire· dicente propheta. Cuſtodite
animas veſtras Sꝫ eodeꝫ ſpiritu alius
proclamat propheta. Niſi dominus cu
ſtodierit ciuitateꝫ. inuanum vigilat qui
cuſtodit eam. Apoſtolus philippenſibꝫ
ſcribens· vt liberum eorum deſignet ar-
bitrium· cū metu et tremore inquit ve-
ſtram ſaluteꝫ operamini. Sꝫ vt infirmi
tatem eius oſtendat: adiungit. Deus eſt
eniꝫ inquit qui operatur in vobis· ⁊ vel-
le et perficere pro bona voluntate.

## Utrum bonam voluntatem noſtraꝫ ſequatur an precedat gratia dei Cap̄. xi.

Et ita ſunt hec quodāmodo in-
diſcrete permixta atq̄ cōfuſa.
vt quid ex quo pendeat· int᷑ mul
tos magna queſtione voluatur. i. vtruꝫ
quia initium bone voluntatis prebueri
mus miſereatur noſtri deus· an qꝛ deus
miſereatur conſequamur bone volunta
tis initium. Multi enim ſingula hec cre-
dentes ac iuſto amplius aſſerentes. va-
rijs ſibiq̄ ꝯtrarijs ſunt erroribꝫ īuoluti
Si eī dixerimus noſtrum eſſe bone prin
cipium voluntatis· quid fuit in perſe-
cutore paulo· q̇d in publicāo mattheo:
quorū vnus cruori ac ſupplicijs innocē
tum· alius violentijs ac rapinis publicꝗ
incubans attrahitur ad ſalutem? Sin
vero gratia dei ſemper īſpirari bone vo-
luntatis principia dixerimus· quid de
zachei fide· quid de illius in cruce latro-
nis pietate dicim᷒· q̇ deſiderio ſuo vim
quandam regnis cęleſtibꝫ inferētes. ſpe-
cialia vocationis monita preuenerunt.
Conſummationē vero virtutum ⁊ exe-
cutionem mandatorum dei· ſi noſtro de
putauerimus arbitrio· quomō oramus
Confirma deus hoc quod operat᷒ es in
nobis· ⁊ opera manuuꝫ nr̄arum dirige
ſuꝑ nos. Scim᷒ ad maledicendū iſraeli
balaam fuiſſe conductum· ſed videmus
maledicere cupienti non fuiſſe ꝑmiſſum
Cuſtoditur abymelech· ne rebeccā tan-
gens peccet in deum. Ioſeph fratrum li
uore diſtrahitur· vt deſcenſio filioruꝫ iſ
rael in egiptum fieret· ⁊ illis de germani
nece tractātibus· future famis remedia
pararentur. Quod idē ioſeph a fratri-
bus agnitus manifeſtat dicens. Nolite
pauere· nec durū vobis videatur. ꝙ vē-
didiſtis me in his regionibus. Pro ſa-
lute enim veſtra miſit me dominus ante
vos. Et infra. Premiſit enim me domi-
nus· vt reſeruemini ſuꝑ terram· et eſcas
ad viuēdum poſſitis habere. Non vr̄o
cōſilio ſed volūtate dei huc miſſus ſuꝫ·
qui fecit me quaſi patrem pharaonis et
dominū totius domus eius· ⁊ prīcipem
in omni terra egipti. Et cum poſt obituꝫ
patris formidantibus fratribus ſuſpi-
tionem timoris auferret· nolite inquit ti
mere· nūquid dei poſſumus renuere vo-
luntati? vos cogitaſtis aduerſum me
malum· ⁊ deus ꝯtit illđ in bonum· vt ex
altaret me ſicut in p̄ſentiarum cernitis·
vt ſaluos faceret populos multos. Qđ
etiam beatus dauid economice tunc fa-
ctum in pſalmo centeſimoquarto ſilit᷑
declarauit dicēs. Et vocauit fameꝫ ſuꝑ
terram· ⁊ omne firmamentum panis cō
triuit. Miſit ante eos virum· in ſeruum
venūdatus eſt ioſeph. Hec duo id ē vel
gratia dei vel liberum arbitrium ſibi q̇-
dem inuicem videntur aduerſa· ſꝫ vtra-
q̄ concordant· ⁊ vtraq̄ nos pariter de-
bere ſuſcipere· pietatꝗ ratione colligim᷒·
ne vnum horum homini ſubtrahentes
eccleſiaſtice fidei regulam exceſſiſſe vide
amur. Nam cum viderit nos deus ad
bonum velle deflectere. occurrit· dirigit
atq̄ confortat· Ad vocem enim clamo-
ris tui ſtatim vt audierit reſpondebit ti-
bi Et inuoca me īq̇t in die tribulatiōis
tuę ⁊ eripiā te ⁊ glorificab᷒ me. Et ruꝛſ᷒
ſi nos nolle vel intepuiſſe perſpexerit ad
hortationes ſalutiferas admonet cordi
bus noſtris· quibus voluntas bona vel
reparetur vel formetur in nobis.

**Q̄ voluntas bona nec ſemper gratię nec ſemper ſit homini tribuenda.**

**Capitulū·xij**

n Ec enim talem deus hoīez feciſſe credendus ēſt·q̄ nec velit vn q̄ꝫ nec poſſit bonū. Alioquī nec liberum ei permiſit arbitrium·ſi ei tantū modo malum vt velit ꝛ poſſit·bonuꝫ vero a ſemeipō nec velle nec poſſe conceſſit. Et quomodo ſtabit illa domī poſt preuaricationem primi hominis lata ſententia. Ecce adam factus eſt ſicut vnus ex nobis, ſciens bonum ꝛ malum. Nō enī talis ante fuiſſe putandus eſt·qui boni eſſet prorſus ignarus. Alioqui velut qdam irrationabile atqꝫ inſenſatum animal eū fatēdum eſt fuiſſe formatū·Qd ſatis abſurdū atqꝫ a catholica fide omnimodis alienum ē. Quinimmo ſm ſapientiſſimi Salomonis ſentētiam. fecit deus hominem rectum·id eſt vt tantum modo boni ſcientia iugiter frueretur·ſꝫ ipī queſierunt cogitationes multas. facti enim ſunt (vt dictum eſt) ſcientes bonum et malum. Concepit ergo adā poſt preuaricationem quam non habuerat ſcientiam mali·boni vero quā acceperat ſcientiam non amiſit. Deniqꝫ non amiſiſſe humanuꝫ genus poſt preuaricationem ade ſciētiā boni·etiā apoſtoli ſentētia euidentiſſime declaratur qua dicit. Cum enim gentes quę legem nō habent naturaliter ea quę legis ſunt faciunt·hi legem non habentes ipī ſibi ſunt lex·qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis·teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum·ꝛ inter ſe inuicem cogitatōibus accuſantibus aut etiam defendentibus in die qua iudicabit deus occulta hominum. Quo ſenſu etiam domin⁹ per prophetam increpat interiorum non naturalem ſed voluntariā cecitatem·quaꝫ ipī ſibi contumaciter inferebant. Surdi inquit audite·ꝛ ceci intuemini ad vidēdum. Quis ſurdus niſi ſeruus meus·ꝛ cecus niſi ad quē nuncios meos miſi: Et ne forte hanc eoꝝ cecitatē aliquis naturę nō volūtati poſſit aſcribere·alibi ait. Educ foras populuꝫ cecum ꝛ oculos habentem·ſurdum ꝛ aures ei ſūt. Et iteꝝ. Qui habētes iq̇t oculus nō videtis·ꝛ aures ꝛ nō audiṫ. Dominus etiam in euangelio. Quia vidētes inquit non vident·ꝛ audientes non audiunt neqꝫ intelligunt. Et adimpletur in eis prophetia yſaie dicens. Auditu audietis ꝛ non intelligetis. ꝛ vidētes videbiṫ ꝛ nō videbiṫ. Incraſſatū eſt ei cor populi hui⁹·ꝛ auribꝫ grauiter audierunt ꝛ oculos ſuos concluſerūt·nequando videant oculis·et auribus audiant·ꝛ corde intelligant·ꝛ conuertantur ꝛ ſanem illos. Deniqꝫ vt poſſibilitatem boni eis ineſſe ſignaret·increpat phariſeos Quid aūt inq̇t etiā ex vobipīs nō iudicatis qd bonū eſt: Qd vtiqꝫ eis nō dixiſſet·niſi eos iudicio naturali id quod equum eſt ſciſſet poſſe diſcernere. Unde cauendum eſt nobis·ne ita ad dominū omnia ſanctorum merita referamus·vt nihil niſi id quod malum atqꝫ peruerſum eſt humanę aſcribamus naturę In quo quidem ſapientiſſimi Salomonis immo domini cuius hec verba ſunt teſtimonio confutamur. Ita enim cum conſummata tēpli extructione oraret effat⁹ eſt. Uoluitqꝫ dauid pater meus edificare domum nomini domini dei iſrael·et ait domin⁹ deus ad dauid patrē meum Qd cogitaſti in corde tuo edificare domum nomini meo·bene feciſti hoc ipſum mente tractans·verumtamen nō tu edificab domū nomī meo Hec ġ cogitatio atqꝫ iſte tractatus regis dauid·vtrum ne bonus ex deo·an malus ꝛ ab homine fuiſſe dicendus eſt: Si enim bona atqꝫ ex deo fuit illa cogitatio·cur ab eo a q̊ inſpirata eſt eideꝫ negatur effectus: Si autem mala ꝛ ex hoīe fuit·cur laudat̕ a dño. Reſtat ġ vt ꝛ bona ꝛ ex homīe fuiſſe credatur In quem modū etiā noſtras quotidie cogitationes poſſum⁹ iudicare



Neqꝫ enim aut ſoli dauid bonum ex ſemetipſo cogitare conceſſum eſt. aut nob ne q̇d boni vnq̄ꝫ ſapere aut cogitare poſſimus·naturaliter denegatur. Dubitari ergo non poteſt ineſſe quidem omī anime naturaliter virtutum ſemina beneficio creatoris inſerta·ſed niſi hec opitulatione dei fuerint excitata·ad incrementum perfectionis nō poterūt ꝑuenire·qꝛ ſm beatuꝫ apoſtolum·neqꝫ qui plantat eſt aliquid·neqꝫ qui irrigat. ſed q̇ incremētum dat deus. Adiacere autē homini in quamlibet partem arbitrij libertatē·etiā liber ille (qui dicit̕ paſtoris) apertiſſime docet·in quo duo angeli vnicuiqꝫ nr̄m adherere dicunt̕·id eſt bonus ac malus·in hominis vero optione cōſiſtere vt eligat quem ſequatur. Et idcirco manet ī homine ſemꝑ liberum arbitriū qꝫ gratiā dei poſſit vel negligere vel amare. Non enim precepiſſet apl̄us dicens. cum metu ꝛ tremore veſtram ſalutē operamini·niſi ſciſſet eaꝫ vel excoli a nobis poſſe vl̕ negligi. Sed ne crederent ſe ad opus ſalutis diuino auxilio non egere ſbiungit. Deus eſt enim qui operatur in vobis ꝛ velle et perficere ꝓ bona volūtate. Et idcirco thimotheum monens·noli inq̇t negligere gratiam dei que eſt in te. Et iteꝝ Ob quam cauſam moneo te·vt reſuſcites gratiam que eſt in te. Inde eſt quod etiam chorinthijs ſcribens hortat̕ ꝛ cōmonet·ne indignos ſe gr̄a dei infructuoſis operibus exhiberent dicēs. Adiuuātes aūt ꝛ obſecramus ne inuacuum gratiam dei recipiatis. Quā ſine dubio·qꝛ inuacuum receperat ſymon·non ꝓfuit ei perceptio gratię ſalutaris. Non enim ꝑceptis beati petri maluit obedire dicentis. Penitentiam age ab hac nequitia tua·ꝛ ora deum ſi forte remittatur tibi hꝫ cogitatio cordis tui·in felle enim amaritudinis et obligatiōe iniquitatis video te eſſe. Preuenit ergo homīs voluntatē quia dicit̕ Deus meus miſericordia ei⁹ preueniet me. Et rurſus·dñm remorantem atqꝫ vtiliter quodammodo ſubſiſtētem·vt noſtrum experiat̕ arbitrium·voluntas preuenit noſtra. cum dicit̕·ꝛ mane oratio mea preueniet te. Et iteꝝ Preueni ī maturitate et clamaui·et ꝑuenerūt oculi mei ad te diluculo. Aduocat etiaꝫ nos et inuitat cum dicit. Tota die expādi manus meas ad populū non credentem mihi ꝛ ꝯtradicentē·Et inuitatur a nobis cum dicimus ei. Tota die expandi man⁹ meas ad te. Expectat nos cū dī ꝑ ꝓphetam. Propterea expectat nos domin⁹ vt miſereat̕ noſtri·Et expectatur a nobis cum dicimus Expectans expectaui dñm et reſpexit me·ꝛ expectaui ſalutare tuum dñe. Et confortat nos cum dicit. Et ego erudiui ꝛ confortaui brachia eorum·ꝛ in me cogitauerūt maliciā. Et vt noſmetipōs confortemus hortat̕ cuꝫ dicit. Confortate manus diſſolutas·et genua debilia roborate. Clamat ieſus·Si quis ſitit veniat ad me ꝛ bibat. Clamat etiā ad eū ꝓpheta Laboraui clamās rauce facte ſunt fauces mee·defecerūt oculi mei dum ſpero in deum meum. Querit nos dñs dicens. Queſiui ꝛ non erat vir. vocaui ꝛ non erat qui reſponderet·Querit̕ et ipſe a ſponſa flebiliter cōquerente·In cubili meo in noctibus queſiui queꝫ dilexit anima mea. queſiui eum et non inueni·vocaui eū ꝛ non reſpōdit mihi.

**Q̄ gratiā dei humani conatus cōpenſare non poſſint. Ca. xiiij.**

e Ita ſemper gratia dei noſtro in bonam partem cooperat̕ arbitrio·atqꝫ in omnibus illd adiuuat protegit ac defendit·vt nonnūq̄ꝫ etiam ab eo quoſdam conatus bone voluntatis vel exigat vel expectet·ne penitus dormienti aut inerti ocio diſſoluto·ſua dona conferre videatur·occaſiones quodāmodo querēs. quibus humanę ſegniciei torpore diſcuſſo·non irrationabilis munificentie ſue largitas videat̕. dū eā ſub colore cuiuſdā deſiderij ac laboris impartit·vt nihilomin⁹ gr̄a dei ſꝑ ġtuita ꝑſeueret·dū exiguis quibuſdam

paruiſqꝫ conatibus tantam immortali
tatis glãm· tanta perennis beatitudinis
dona· ĩeſtimabili tribuit largitate. Nec
enim qꝛ illius in cruce latronis preceſſe/
rat fides· idcirco ꝓnunciandum eſt non
ei beatam cõmorationem ꝑadiſi gratui/
to eſſe ꝓmiſſam· aut penitentiã dauid re
gis illam vnius verbi qua dixit. pecca/
ui dño· duo taꝫ grauia eius crimĩa· ⁊ nõ
potius clementiam dei abſtuliſſe creden/
dum eſt· vt per nathan ꝓphetam merere
tur audire· ⁊ dñs tranſtulit iniquitateꝫ
tuam· non morieris Qđ igit̃ homicidiũ
adulterio addidit· liberi vtiqꝫ arbitrij fu
it· quod aũt arguitur ꝑ ꝓphetaꝫ· diuine
dignationis eſt gratia Rurſuꝫ ꝙ pecca/
tum ſuũ humiliat⁹ agnoſcit· ꝓprie liber/
tatis eſt opus Qꝛ vero ſub breuiſſimo tẽ
poris puncto indulgentiam tantorũ cri
minum ꝓmeretur· dñi miſerentis eſt do
num. Et quid de hac tam breui cõfeſſio/
ne ⁊ incomꝑabili diuĩe retributionis ĩ/
menſitate dicamus· cum beatus apoſto/
lus ad illaꝫ magnitudinem future remu
nerationis aſpiciens· quid de illis tã in/
numeris ꝑſecutionibus ſuis ꝓnũciaue/
rit conſiderare ꝑfacile ſit: Nam momen
taneum hoc inquit ⁊ leue tribulationis
noſtre· ſupra modum vltra cõꝑationeꝫ
eternum põd⁹ glorie oꝑatur in nob̃ De
quo et alibi conſtãter enunciat dicens.
Quia nõ ſunt ꝯdigne paſſiones huius
tp̃is ad futuraꝫ glãꝫ q̃ reuelabit̃ in nob̃
Quantũlibet ergo eniſa fuerit humana
fragilitas· future retributioni par eẽ nõ
poterit· nec ita laboribus ſuis diuinam
imminuit grãm· vt non ſꝑ gratuita per/
ſeueret. Et idcirco ꝑdictus magiſter gẽ/
tium· licet gratia dei apoſtolatus gradũ
ſortitum ſe fuiſſe teſtetur dicens· gratia
autem dei ſum quod ſum· tũ ſe q̊ꝫ diui/
ne gratie reſpondiſſe ꝓnunciat dicens·
Et gratia eius in me vacua non fuit· ſꝫ
abundãtius illis omnib⁹ laboraui ⁊ ob
tinui· non autẽ ego· ſed gratia dei mecũ
Nam cum dicit laboraui· conatuꝫ ꝓprij
ſignat arbitrij· Cum dicit non autẽ ego
ſed gratia dei· virtutem diuine ꝓtectio/
nis oſtendit Cũ dicit· mecum. non ocio
ſo neqꝫ ſecuro· ſed laboranti ac deſudãti
eam cooꝑatam fuiſſe declarat.

## Qꝛ temptationibus ſuis deus virtutem humãi experiatur ar/bitrij Cap̃. xiiij.

q
Uod etiam in iob probatiſſi/
mo athleta ſuo· cum eum dya/
bolus expetiſſꝫ ad ſingulare cer
tamen· diuinam legimus ꝓuidiſſe iuſti/
ciam. Si enim contra inimicũ non ſua
virtute ſed dei ſolius fuiſſet gratia ꝓte/
gente congreſſus· ⁊ abſqꝫ vlla ꝟtute pa
tiẽtie ſue diuina tm̃ opitulatõe ſuffult⁹·
multiplices illas ac tota inimici crudeli/
tate queſitas temptationum moles ⁊ ex
itia pertuliſſet· quomõ non illam calum
nioſam diabolus q̃ꝫ prius emiſerat vo/
cem aduerſus eum iuſtius iteraſſet Nũ
quid gratis colit iob deum: Nonne tu
vallaſti eum ac domum eius ⁊ vniu̇ſam
ſubſtantiam eius ꝑ circũitum: Sed au/
fer manum tuaꝫ. id eſt ſine eum ſuis me/
cum viribus decertare· niſi in faciẽ tuaꝫ
benedixerit tibi. Sed cum nullã huiuſ/
cemodi querimoniam calumnioſus ho/
ſtis poſt conflictũ audeat iterare· nõ dei
ſed illius ſe victum viribus confitet̃· li/
cet etiam gratia dei non in totum illi de
fuiſſe credenda ſit· que tantã temptato/
ri temptandi tribuit poteſtateꝫ. quantã
⁊ illum reſiſtendi nouerat habere virtu/
tem· nõ eum ab illius impugnatione ſic
ꝓtegens· vt nullum virtuti humane re/
linqueret locum· ſed hoc tantũ ꝓcurans
ne violentiſſimus inimicus animã eius
amentem faciens· ⁊ impotem ſenſu· im/
pari eum atqꝫ iniquo certaminis põde/
re ꝑgrauaret. Qđ ergo ſoleat interduꝫ
temptare dñs fidem noſtram vt fortior
vel glorioſior fiat· euangelici illius cen/
turionis edocemur exemplo· cuius pue
rum cum ſciret vtiqꝫ poteſtate ſermonis
ſui ſe dñs curaturum· offerre maluit pre
ſentiam corporalem dicens. Ego veniã
⁊ curabo eum. Sed illo hanc e ius obla



tionem feruentioris fidei flagrantia ſu/
pergrediente atqꝫ dicente. Domine non
ſum dignus vt intres ſub tectum meuꝫ
ſed dic tantum verbo et ſanabitur puer
meus· miratur euꝫ dominus atqꝫ collau
dat· cũctiſqꝫ illis qui ex iſrahelis popu
lo crediderãt prefert dicens. Amẽ dico
vobis· non inueni tantam fidem in iſra
hel. Nulli⁹ enim laudis eſſet ac meriti·
ſi id in eo chriſtus quod ipſe donauerat
pretuliſſet. Alioquin dixiſſet. Amẽ dico
vobis· non dedi tantam fidem in iſrael·
Quam explorationem fidei· etiam in il
lo magnificentiſſimo patriarcha diuaꝫ
legimus diſpenſaſſe iuſticiam· cum dici
tur. Et factuꝫ eſt poſt hec verba tempta
uit deus abraham. Non enĩ illam fideꝫ
quaꝫ ei dñs inſpirabat· ſed illã q̃ꝫ voca
tus ſemel atqꝫ illuminat⁹ a domino ꝑ ar
bitrij libertatem poterat exhibere· experi
ri voluit diuina iuſticia. Unde non im/
merito fidei eius cõſtantia comprobat̃·
atqꝫ ad eum ſubueniente gratia dei que
eum pauliſper ſubreliquerat vt proba/
ret ita dicitur. Ne inferas manum tuaꝫ
in puerum· neqꝫ facias ei quicq̃ꝫ· nũc enĩ
ſcio· quia times dominum tu· et non peꝑ
ciſti filio tuo dilecto propter me. Quod
temptationis genus nob̃ quoqꝫ ad pro
bationis meritũ poſſe contingere· ĩ deu
teronomio ſatis euidẽter a legiſlatore ꝑ̃
dicatur. Si ſurrexerit inter vos prophe
ta· aut qui ſomnium ſe vidiſſe dicat· et
ꝑdixerit ſignum atqꝫ portentum· et eue/
nerit qđ locutus eſt· et dixerit tibi eam⁹
et ſeruiamus dijs alienis quos ignoratꝫ
ne audias ꝟba prophete illius aut ſom
niatoris· quia temptans temptat te dñs
deus tuus· vtrum diligas eũ in toto cor
de tuo· ⁊ cuſtodias mandata illi⁹ an nõ·
Quid ergo: Cum iſtum prophetaꝫ aut
ſomniatorem ſurgere permiſerit de⁹· ita
ne eos quorum fidem probare diſponit·
protecturus eſſe credendus eſt· vt nulluꝫ
penitus locuꝫ quo ſuis viribus cuꝫ tem
ptatore confligant libero eorum relinquet
arbitrio: Et quid eos neceſſe eſt vel tem/
ptari· quos ita infirmos nouit ac fragi/
les· vt nequaq̃ꝫ virtute ſua valeant reſi/
ſtere temptatori: Sed vtiqꝫ nec tempta/
ri eos iuſticia domini permiſiſſet· niſi pa
rem in eis reſiſtendi ſciſſet ineſſe virtutẽ·
qua poſſent equitatis iudicio in vtroqꝫ
merito vl̃ rei vl̃ laudabiles iudicari· Ta
le eſt ⁊ illud quod ab apoſtolo dicitur.
Itaqꝫ qui ſe exiſtimat ſtare videat ne ca/
dat. Temptatio vos nõ apprehendat ni
ſi humana. Fidelis autem deus qui nõ
permittit vos temptari ſupra id qđ po/
teſtis· ſed faciet cum temptatione et exitũ
vt ſuſtinere poſſitis. Cum enĩ dicit· qui
ſtat videat ne cadat· ſollicitaꝫ reddit ar/
bitrij libertatem· quã vtiqꝫ nouerat per/
cepta gratia· vel ſtare per induſtriaꝫ· vel
cadere per negligentiam poſſe· Cum au
tem infert· temptatio vos non apprehen
dat niſi humana· infirmitatem eoruꝫ et
inconſtantiam nec dum robuſte mẽtis
exprobrat· qua adhuc ſpiritaliuꝫ nequi
tiarum turbinib⁹ nõ poterant impugna
ri· aduerſuſq̊ſ ſeipm̃ vel illos ꝑfectos no/
uerat quotidie dimicare· de quibus ad
epheſios dicit. Iam non eſt nobis collu
ctãtio aduerſus carnẽ et ſanguinem· ſed
adu̇ſus pñcipatus· adu̇ſus ptãtes· adu̇
ſus mundi rectores tenebrarum harum·
contra ſpiritalia nequitie in celeſtibus.
Cum vero ſubiungit· fidelis autem de⁹
qui nõ permittit vos temptari ſupra id
quod poteſtis. non vtiqꝫ optat ne eos
dominus temptari permitteret· ſed ne ſu
pra id quod ſuſtinere poterant tempta/
rentur. Illud enim indicat humani ar/
bitrij facultatem· hoc vero dñi gratiam
temptationum luctamina moderantis
oſtendit. In his igitur omnibus appro/
batur ita ſemper diuinam gratiam arbi
trium hominis incitare· vt illud nõ in oĩ
bus taliter protegat ac defendat· vt non
etiam proprijs eum conatibus congredi ad/
uerſum ſpiritales faciat inimicos· in qui
bus vel gratiã dei victor· vel infirmitatẽ
ſuã ſuperatus intelligat· ⁊ ita diſcat nõ
de ſua fortitudine ſed de diuino ſemper

ſperare ſuffragio· atqꝫ ad ſuum ingiter
recurrere protectorem. Et vt hoc nõ no/
ſtra coniectura· ſed euidentioribꝫ adhuc
ſcripture teſtimonijs approbetur· illud
quod in ieſu naue legitur retractemus:
Has inquit gẽtes dimiſit dominus. ac
diſperdere noluit· vt in eis experiretur iſ/
rahelez· vtrũ cuſtodiret mandata domi
ni dei ſui· vt haberent conſuetudinez cũ
hoſtibus preliandi. Et vt incomparabi
li creatoris noſtri clementie mortale ali/
quid· non pro equalitate pietatis· ſed ex
aliqua indulgentie ſimilitudine compa
remꝰ· ſi nutrix pia atqꝫ ſollicita diu ſinu
paruulum geſtat· vt quandoqꝫ ingredi
doceat· et primũ quidem eum reptare ꝑ/
mittit· de hinc erectum vt alternis paſſi/
bus innitatur dextre ſue ꝟtute ſuſtẽtat·
at mox paululũ derelictuꝫ. ſi titubantez
viderit· protinus apprehendit· nutantez
ſuſcipit· lapſuꝫ erigit· et vel arcet a caſu·
vel etiam decidere leuiter ſinẽs eleuat pꝰ
ruinam. cum autem eum ad puericiam
vel adoleſcentie ac iuuentutis perduxe/
rit robur· quedam etiam pondera vel la
bores quibus non opprimatur· ſed exer/
ceatur iniungit· et cum emulis decertare
permittit. quanto magis celeſtis ille om/
nium pater nouit· quem ſinu gratie ſue
geſtet· ⁊ quẽ libere voluntatis arbitrio ĩ
conſpectu ſuo exerceat ad virtutem· et
tñ adiuuat laborantem· exaudit vocan
tem· non reliquit querentem· eripit de pe
riculo interdum etiam neſcientem.

## De multiplici vocationum gra tia. Cap. xv.

p

Er que etiam euidenter oſtẽdi
tur inſcrutabilia eſſe iudicia dei
et inueſtigabiles vias eius· q̇
bus ad ſalutem humanum at
trahit genus· Qđ etiam euangelicaruꝫ
vocationum exemplis poſſumus appro
bare. Andream namqꝫ ac Petrum cete
rosqꝫ apoſtolos· nihil de ſaluti ſue reme
dio cogitãtes· ſpontanea grẽ ſue digna
tione prelegit· Zacheum ad cõſpectum
ſe domini fideliter extendentem· et exigui
tatez ſtature ſue ſycomori celſitudine ſꝰ
leuantem· non ſolum ſuſcipit· verumeti
am benedictione cohabitatiõis illuſtrat
Inuitum ac repugnantez attrahit pau
lum· Aliũ ita precepit ſibi inſeparabi/
liter inherere· vt ei poſtulãti breuiſſimaſ
pro ſepultura patris nõ concedat indu
cias. Cornelio precibus et elemoſynis
ingiter inſiſtenti· velut remunerationis
vice via ſalutis oſtẽditur· eiqꝫ angeli vi
ſitatione precipitur· vt accerſiens petrũ
verba ſalutis ab eo· quibus vna cũ oĩni
bus ſuis ſaluaretur agnoſcat. Et ita mꝉ
tiformis illa ſapientia dei ſalutem homi
num multiplici atqꝫ inſcrutabili pieta
te diſpenſat· ac ſm capacitatem vniuſcu
iuſqꝫ gratiaꝫ ſue largitatis impꝫtit· vt ip
ſas quoqꝫ curationes nõ ſm vniformẽ
maieſtatis ſue potentiam· ſed ſm menſu
ram fidei in qua vnũquẽqꝫ repperit· vel
ſicut vnicuiqꝫ ipſe partitus eſt· maluerit
exercere. Credentem namqꝫ ꝙ ad emun
dationez lepre ſue voluntas chriſti ſuffi
ceret· ſolo voluntatis ſue curauit aſſen
ſu· dicẽs· Volo· Mũdare. Alteri depcã
ti· vt adueniens per impoſitionez manꝰ
ſue defunctam filiam ſuſcitaret. ingreſ/
ſus domum eius· eodem modo quo ille
ſperauerat· id quod rogabatur indulſit
Alij credenti ſummã ſalutis in verbi eiꝰ
preceptione conſiſtere· ac reſpondenti.
dic tantum verbo et ſanabitur puer me
us· per ſmonis imperium reſolutos ar
tus priſtino robore ſolidauit dicẽs. Va
de et ſicut credidiſti fiat tibi. Alijs de ta
ctu fimbrie eius ſperantibus medicinã·
vbertim ſanitatis dona largitus eſt. Ali
orum morbis medelam rogatꝰ indulſit·
Alijs ſpontaneaꝫ preſtitit medicinam.
Alios hortatus eſt vt ſperarent dicens.
Vis ſanus fieri· Alijs nõ ſperantibꝫ vl/
tro ingeſſit auxilium. Aliorũ deſideria
priuſqꝫ voluntati eorum ſatiſfaceret ex/
plorauit dicens. Quid vultis vt faciaꝫ
vobis. Alij ignorãti viam qua id quod



concupierat obtineret benignꝰ oſtẽdit·
ſi credideris inquiens· videbis gloriam
dei. Inter alios ita virtutem curationũ
affluenter effudit· vt de eis euangeliſta
cõmemoret· et curauit oĩes languidos
eorũ· Inter alios vero immenſa illa bñ/
ficiorum chriſti abyſſus ita obturata ẽ
vt dicatur· ⁊ nõ poterat inter illos ieſus
facere virtutes propter incredulitatez il
lorum. Et ita largitas dei ſm capacita/
tẽ hũane fidei etiaꝫ ipſa formatur· vt hu/
ic quidem dicat· ſm fidem tuam fiat ti/
bi· illi vero· vade ⁊ ſicut credidiſti fiat ti
bi· alij aũt· fiat tibi ſicut vis· et rurſuꝫ al
teri· fides tua te ſaluũ fecit.

## De gratia dei eo ꝙ humane fi dei tranſcendat anguſtias. Cap. xvi.

n

Emo autem eſtimet hec a noƀ
ob hoc fuiſſe prolata· vt nitamı̃
aſtruere ſummã ſalutis in no/
ſtre fidei dicione conſiſtere· ſm quorun/
dam profanam opinionem· qui totuꝫ li
bero arbitrio deputãtes· gratiã dei diſpẽ
ſari ſm meritum vniuſcuiuſqꝫ definiũt
Sed abſoluta plane pronunciamꝰ ſen/
tentia· etiam exuberare gratiã dei ⁊ trãſ
gredi interdum humane infidelitatꝭ an/
guſtias· Qđ in illo euãgelico factũ fuiſ/
ſe regulo reminiſcimur· qui dum faciliꝰ
credit egrotantem filium ſuuꝫ poſſe cu/
rari· ꝗ̃ mortuum ſuſcitari· preſentiã do
mini feſtinus implorat dicens. Domine
deſcende priuſqꝫ moriatur filius meus·
Cuius infidelitatem licet his ſermonibꝫ
chriſtꝰ arguerit· niſi ſigna ⁊ prodigia vi
deritis non creditis· tamen nõ ſm infir/
mitatem fidei eius gratiam ſue diuinita
tis exercuit· nec preſentia corporali quẽ/
admodum ille crediderat letales febriũ
morbos· ſed verbo ſue poteſtatis excluſit
dicens. Vade filius tuus viuit. Quam
ſuperabundantiam gratie· etiã in illius
paralitici curatione, dominum legimus
effudiſſe· cum ei languoris ſui tantum
quo corpus fuerat reſolutum remedia
poſcenti· anime prius ingerit ſoſpitatez
dicens. Conſtans eſto fili· dimittuntur
tibi peccata tua. Poſt quod non credẽ
tibus ſcribis poſſe eum remittere huma/
na peccata· ad confundendam incredu/
litatem eorum· etiam membra eius para
liſeos valitudine reſoluta· poteſtatꝭ ſue
ſermone reſtrinxit dicens. Quid cogita
tis mala in cordibus veſtris: Quid ẽ fa
ciliꝰ dicere· remittũtur tibi peccata· aut
dicere· ſurge ⁊ ambula: Vt ſciatis autẽ
quia filius hominis poteſtatem habet in
terra dimittendi peccata· tunc ait para/
litico. Surge ⁊ tolle lectum tuũ· ⁊ vade
in domũ tuam. Similiter autem in illo·
qui triginta ⁊ octo annos iuxta natato
rie crepidinem fruſtra decũbens. de aq̃
illius motu ſperauerat medicinam· mu
nificentiam vltronee largitatis oſtendit
Nam cum volens eum ad ſalutis reme/
dia prouocare dixiſſet ei· vis ſanus fie/
ri: cũqꝫ ille de humani adiutorij inopia
quereretur ac diceret· hominem non ha
beo vt cum turbata fuerit aqua mittat
me ĩ piſcinã· ĩcredulitati eiꝰ et ignorãtie
veniam tribuens· priſtine eũ ſanitati· nõ
illa qua ſperauerat via· ſed qua dominꝰ
voluit miſeratiõe reſtituit dicens. Sur/
ge tolle lectuꝫ tuum· ⁊ vade in domũ tu
am. Et quid mirũ ſi hec domini poteſta/
te geſta narrẽtur· cũ ſimilia etiã ꝑ ſuos
ſuos diuina grã fuerit operata: Ingre
dientibus namqꝫ templum petro ⁊ Jo/
hanne· cum ille claudus ex vtero matris
qui greſſum penitus ignorabat elemoſi
nam poſtularet· illi nõ vilia era que po/
ſcebat infirmus· ſed greſſus officia largi
untur· et paruiſſime ſtipis ſperantẽ ſola/
tia inſperate ſalutis premijs locupletãt·
dicente petro. Argentum ⁊ aurum nõ ẽ
mihi· quod autem habeo hoc tibi do. In
noĩe ieſu chriſti nazareni ſurge ⁊ ambu
la.

## De inſcrutabili diſpenſatione dei. Cap̄.xvij.

p Er hec igitur exempla q̄ d euāgelicis protulimuſ monimenq̄ euidentiſſime poterimus aduertere diuerſis atq; innumeris modis et inſcrutabilibus vijs deum ſalutem humani generis procurare et quorundam quidem volentium ac ſitientiū curſum ad maiorem inuitare flagrantiā · q̄ſdaz vero etiam nolentes inuitoſq; compellere et nunc quidem vt impleātur ea que vtiliter a nobis deſiderata pſpexerit adiuuare nunc vero etiam ipſius ſancti deſiderij inſpirare principia et vel initium boni operis vel perſeuerantiam cōdonare. Inde eſt q̄ orantes non ſolum protectorem ac ſaluatorem · ſed etiā adiutorē ac ſuſceptorem dominum proclamam⁹. In eo enim q̄ prior aduocat et ignorantes nos atq; inuitos attrahit ad ſalutē protector atq; ſaluator noſter ē in eo autem q̄ annitentib⁹ nobis opem ferre refugienteſq; ſuſcipere ac munire conſueuit ſuſceptor ac refugium nominat᷑ · Deniq; hanc diſpenſationis dei multiplicem largitatem. beatus apoſtolus mente pertractans et in quoddā immenſuz atq; interminabile pietatis dei pelagus ſe incidiſſe conſpiciēs · exclamauit. O altitudo diuitiaruz ſapientie ꝛ ſciētie dei · q̄ȝ inſcrutabilia ſunt iudicia eius · et inueſtigabiles vie eius. Quis eniȝ cognouit ſenſum domini: Huius ergo ſciētie admirationem q̄ȝ ille talis ac tantus gētium magiſter expauit euacuare conabitur quiſq; crediderit illius īeſtimabilis abyſſi profunditatem humana ratione ſe poſſe metiri. Nam qui ad plenuȝ diſpenſationes dei quibus ſaluteȝ in hominibus operatur vel mente concipere vel diſſerere ſe poſſe confidit procul dubio īpugnans apoſtolice ſententie veritateȝ · ſcrutabilia eſſe dei iudicia et veſtigabiles vias eius · prophana pronunciabit audacia · ipſo quoq; domino hec ad eos ita teſtante. Non enim cogitationes mee cogitatiōes veſtre · neq; vie vr̄e vie mee · dicit dominus · quia ſicut exaltantur celi a terra · ſic exaltate ſunt vie mee a vijs veſtris · ꝛ cogitationes mee a cogitationibus veſtris. Hanc igitur diſpenſationem atq; amorem ſuum · quem nobiſ tribuere dominus indefeſſa pietate dig̃tur volens humane affectionis motu exprimere nec inueniēs in hac creatura talem charitatis affectum cui eum comparare dignius poſſet tenerrimis pie m̄ris viſceribus comparauit et vtitur quideȝ hoc exemplo . quia carius aliud in natura hominum non poteſt inueniri dicens Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum · vt nō miſereat᷑ filio vteri ſui: Sed non contentus hac comparatiōe · tranſcendit eam confeſtī atq; ſubiungit dicens. Et ſi illa oblita fuerit · ego tamē non obliuiſcar tui.

## Definitio patrum eo q̄ liberuȝ arbitrium ad ſaluandum non ſit idoneum. Cap̄.xviij.

p Er quod euidenti ratione colligitur ab his qui nō loquacib⁹ verbis · ſed experientia duce · vel magnitudinem gratie · vel modulū humani metiuntur arbitrij · quia nō leuib⁹ curſus · nec fortibus prelium · nec ſapientibus panis · nec prudentibus diuitie · nec ſcientibus gratia · ſed operatur hec omnia vnus atq; idem ſpirituſ diuidēs vnicuiq; prout vult. Et idcirco fide nō dubia · et vt ita dicam palpabili experiētia comprobatur · vniuerſitatis deū velut pijſſimū patrem · benigniſſimūq; medicum · ſm̄ apoſtolum indifferenter omnia in omnibus operari · et nunc quideȝ ſalutis inſpirare pr̄icipia et inſerere vnicuiq; bone voluntatis ardorem · nūc vero ipſius operationis effectum ꝛ conſummationeȝ donare virtutū · et nūc a ruina



iam proxima lapſuq; precipiti etiam inuitos ꝛ inſcios reuocare · nunc autem occaſiones ꝛ oportunitates ſalutis ingerere · ac precipites violentoſq; conatus a letalibus diſpoſitionibus inhibere · ꝛ alios quidem volentes currēteſq; ſuſcipere · alios vero nolentes renitenteſq; pertrahere et ad bonaȝ cogere voluntatem · Totum vero non ſemper reſiſtentib⁹ nec perſeueranter inuitis nobis a diuinitate concedi · et ſummā ſalutis noſtre non operum noſtrorum merito · ſed celeſti g̃tie deputandam · ita domini ipſius vocibus edocemur. Et recordabimini viarū veſtrarum · et omnium ſcelerum veſtroꝝ quibus polluti eſtis in eis · et diſplicebitiſ vobis in conſpectu veſtro · in omnibus malitijs veſtris quas feciſtis · et ſciet᷑ q2 ego dominus cum bene fecero vobis ꝓpter nomen meum · non ſm̄ vias veſtras malas · neq; ſm̄ ſcelera vr̄a peſſima domus iſrahel. Et idcirco hoc ab om̄ibus catholicis patribus diffinitur · qui perfectionem cordis nō inani diſputatiōe verborum · ſed re atq; opere didicerūt diuini eſſe muneris · Primū vt accendatur vnuſquiſq; ad deſideranduȝ omne qđ bonum eſt · ſed ita vt ī alterutram partē plenū ſit libere volūtatꝫ arbitriū · Itēq; etiā ſcđm · diuine eē gratie vt effici valeant exercitia predicta virtutum · ſed ita vt poſſibilitas nō extinguatur arbitrij · Tertiū quoq; · ad dei munera pertinere vt acquiſite virtutis perſeuerantia teneatur · ſed ita vt captiuitatem libertas addicta non ſentiat. Sic enī vniuerſitat᷑ deus omnia in omnibus credendus eſt operari · vt īcitet protegat atq; ꝯfirmet · non vt auferat quā ſemel ipſe conceſſit arbitrij libertatem. Si quid ſane verſutius humana argumentatione ac ratione collectum. huic ſenſui videatur obſiſtere · vitandum magis eſt q̄ȝ ad deſtructionem fidei prouocandum. Non enim fidem ex intellectu · ſed intellectum ex fide meremur · ſicut ſcriptum eſt · Niſi credideritis non intelligetis · quia quemadmodum ꝛ deus omnia operetur in nob̄ · et totum libero aſcribatur arbitrio · cui dicitur · ſi volueritis ꝛ audieritis me · q̄ bona ſunt terre mānducabitis · ad plenū humano ſenſu ac ratione non poteſt vel arbitror comprehendi. Hoc nos beatus cheremon confirmatos cibo laborem ſec̄ tanti itineris non ſentire.

## Explicit collatio tertia abbatis cheremonis d protectione dei. Incipiunt capitula collationiſ prime abbatis neſterotis d ſpiritali ſcientia. Cap̄.i.


Verba abbatis neſterotis de religioſorum ſcientia.

ij De apprehendenda ſpiritaliū rerum cognitione

iij Q̄r actualis perfectio duplici ratione ſubſiſtat.

iiij Q̄r actualis vita erga multas profeſſiones ac ſtudia diriuetur.

v De profeſſionis arrepte perſeuerantia ·

vi De infirmorum mobilitate.

vij Exemplum caſtitatis quo docetur non omnia ab omnibuſ emulanda.

viij De ſpiritali ſcientia.

ix Q̄r de actuali ſcientia proficiatur ad ſpiritalem.

x De apprehendenda vere ſcientie diſciplina.

xi De multiplici ītellectu diuinarum ſcripturarum.

xij Interrogatio quomodo poſſit ad obliuionem ſecularium carminū perueniri.

xiij Reſponſio quo pacto memoriam eorum poſſimus abluere.

xiiij Q̄r immūda anima neq; trade

re neqꝫ percipere poſſit ſcienti-
am ſpiritalem·

xv Obiectio deo ꝙ multi immun
di ſcientiam habeant·et ſanc-
ti non habeant.

xvi Reſponſio ꝙ mali ſcientiam ve
ram habere non poſſint.

xvij Quibus ratio perfectionis de
beat aperiri.

xviij Quibus ꝺ cauſis ſpiritalis do
ctrina infructuoſa ſit.

xix Q plerumqꝫ etiam indigni
gratiam ſalutiferi ſmonis ac
cipiant.

Expliciūt capitula.

## Incipit collatio prima Abba-
tis neſterotis de ſpiritali ſcien-
tia. Cap̄.i.

r Ponſio
nis noſtre ⁊ itineriſ
ordo compellit· vt
abbatis Neſterotꝭ
preclari in omnib⁹
ſummeqꝫ ſciētie vi
ri inſtitutio ſubſequatur. Qui cum ſac-
rum ſcripturarum nos aliqua memorie
commendaſſe et eorum intelligentiā de-
ſiderare ſenſiſſet·talibus nos adorſus ē
verbis. Multa quidem ſcientiarum in
hoc mundo ſunt genera·tanta ſiquidez
earum quanta ⁊ artium diſciplinarūqꝫ
varietas eſt. Sed cum omnes·aut omni
no inutiles ſint·aut preſentis tantum vi
te cōmodis proſint·nulla eſt tamen que
non habeat proprium doctrine ſue ordi
nem atqꝫ rationem·per quam ab expetē
tibus poſſit attīgi. Si ergo ille artes ad
inſinuationez ſui certis ac proprijs line
is diriguntur·quanto magis religionis
noſtre diſciplina atqꝫ ꝓfeſſio·que ad cō
templanda inuiſibilium ſacramentorū
tendit archana·nec preſentis queſtus·ſz
eternorum retributionem expetit premi-
orum·certo ordine ac ratione ſubſiſtit.
Cuius quidem duplex eſt ſciētia. Pri-
ma practice·id eſt actualis que emēdati
one morum ⁊ viciorum purgatione per
ficit·altera theoretice·id eſt·que in cōtē
platione diuinarum rerum et ſacratiſſi-
morum ſenſuum cognitione conſiſtit.

## De apprehendēda ſpiritalium
rerum cognitione. Cap̄.ij.

q Uiſquis igitur ad hāc theore-
ticen voluerit puenire·necēe eſt
vt omni ſtudio atqꝫ virtute ac-
tualem primū ſcientiam conſequatur·
Nā hꝫ practice abſqꝫ theoretice poſſide-
ri poteſt·theoretice ꝟo ſine actuali omi-
modis apprehendi non poteſt. Gradus
enim quidam ita ordinati atqꝫ diſtincti
ſunt·vt humana humilitas poſſit ad ſb-
lime conſcendere·qui ſi inuicez ſibi ea q̄
diximus ratione ſuccedant·poteſt ad al-
titudinem perueniri·ad quā ſublato ꝓ-
mo gradu non poteſt tranſuolari. Fru
ſtra igitur ad conſpectum dei tendit·q̄
viciorum contagia nō declinat. Spūs
namqꝫ dei effugiet fictuz·nec habitabit
in corpore ſubdito peccatis.

## b Q actualis ꝑfectio duplici ra-
tione ſubſiſtat. Cap̄.iij.

b Ec autez actualis perfectio du-
plici ratione ſubſiſtit. Nam ꝓ-
mus eius modus eſt·vt omniū
natura viciorum ⁊ curationis ratio co-
gnoſcatur. Secundus vt ita diſcernat
ordo virtutum·earūqꝫ perfectione mēs
noſtra formetur·vt illis non iaz velut co
acta·et quaſi violēto imperio ſubiecta
famuletur·ſed tamqꝫ naturali bono de-



lectetur atqꝫ paſcatur·⁊ arduā illā atqꝫ
anguſtam viam cum oblectatione con-
ſcendat. Quo ei modo·vel ꝟtutū ratio
nem qui ſecundus in actuali diſciplina
gradus eſt. vel rerum ſpiritalium et cele-
ſtium ſacramenta·que in theorie gradu
ſblimiore conſiſtūt·valebit attingere·q̄
naturam viciorum ſuorum nec potuit i-
telligere nec niſus ē extirpare: Cōſequē
ter enim pronunciabitur progredi ad ex
celſiora non poſſe·qui non euicerit plani
ora·multoqꝫ minus ea que ſunt extrinſe
cus apprehendit·quiſqꝫ intelligere ea q̄
ſibi ſunt inſerta non quiuerit. Sciendū
tamen eſt·duplici nobis laboris intenti-
one ſudandum·tam in expellēdis vicijs
qꝫ in virtutibus acquirendis· Et hoc n̄
noſtra capimus cōiectura·ſed illius ſen
tentia pdocemur·qui ſolus opificij ſui
vires rationemqꝫ cognoſcit. Ecce inq̄t
conſtitui te hodie ſuper gentes ⁊ ſuper re
gna·vt euellas ⁊ deſtruas et diſperdas
et diſſipes ⁊ edifices ⁊ plantes. In expul
ſione enim noxiarum reruz quattuor eē
neceſſaria deſignauit·id eſt·euellere·de-
ſtruere·diſperdere·diſſipare. In ꝑficien
dis ꝟo ꝟtutibus·et his que ad iuſticiā
pertinent acquirendis·edificare tantuz
modo atqꝫ plantare. Unde liquido pa
tet difficili⁹ euelli atz eradicari inolitas
corporis atz anime paſſiones·qꝫ ſpirita-
les extrui plantariqꝫ virtutes.

## Q actualis vita erga multas ꝓ
feſſiones ac ſtudia di. etur.
Cap̄.iiij.

b Ec igitur practice que duobus
vt dictuz eſt ſubſiſtit modis·er
ga multas profeſſiones ſtudia
qꝫ diuiditur. Quidam enī ſummā intē-
tiōis ſue erga heremi ſecreta ⁊ cordis cō-
ſtituunt puritatem·vt in preteritis heli-
am ⁊ heliſeum·noſtriſqꝫ temporibus be
atum antonium·alioſqꝫ eiuſdem propo
ſiti ſectatores·familiariſſime deo per ſilē
tium ſolitudinis coheſiſſe cognoſcimus
Quidam erga inſtitutionem fratruz·⁊
peruigilem cenobiorum curam.omnem
ſtudij ſui ſollicitudinem dederūt.vt nu
per abbatem Johannem qui in vicinia
ciuitatis cui nomen eſt thimius·grandi
cenobio prefuit·ac nōnullos eiuſdez me
riti viros apoſtolicis etiam ſignis claru
iſſe meminimus. Quoſdaz xenodochij
et ſuſceptionis pium delectat obſequiū·
per quod etiam in preteritis Abraham
patriarcham ⁊ Loth domino placuiſſe
ſcimus·et nuper beatum macharium ſin
gularis manſuetudinis ac patientie vi-
rum·qui xenodochio ita apud alexādri
am prefuit·vt nulli eorum qui ſolitudi
nis ſecreta ſectati ſunt·inferior ſit creden
dus. Quidam eligentes egrotantiū cu
ram·alij interceſſionem que pro miſeris
atqꝫ oppreſſis impenditur exequentes.
aut doctrine inſtantes·aut elemoſynam
pauperibus largiētes·inter magnos ac
ſummos viros·pro affectu ſuo ac pieta
te viguerunt.

## De profeſſionis arrepte perſe-
uerantia. Cap̄.v.

q Ua propter hoc vnicuiqꝫ vtile
atqꝫ conueniens eſt·vt ſm pro
poſitum quod elegit·ſiue grati
am quam accepit·ſummo ſtudio ac dili
gentia ad operis arrepti perfectionem ꝑ
uenire feſtinet·et aliorū quidem laudās
admirāſqꝫ ꝟtutes·neqꝫ qꝫ a ſua quā ſe
mel elegit profeſſione diſcedat·ſciēs ſm
apoſtolum vnum quidem eſſe corpus ec
cleſie·multa autez membra·⁊ habere eā
donationes ſm gratiam que nobis da
ta eſt differentes·ſiue prophetiaz ſm ra
tionem fidei·ſiue miniſterium in miniſtrā
do·ſiue q̄ docet ī doctrīa·ſiue q̄ exhortat᷑
in exhortatiōe·q̄ tribuit ī ſimplicitate·q̄
pēſt ī ſollicitudīe·q̄ miſeret᷑ ī hilaritate·

Nec enim vlla membra aliorum ſibi mē
brorum poſſunt miſteria vendicare· q̄a
nec oculi manuū nec nares auriū vtū-
tur officio· et idcirco non omnes apoſto-
li· non omnes prophete· non omnes doc
tores· non omnes gratias habent cura
tionum· non omnes linguis loquūtur·
non omnes interpretantur.

## De infirmorum mobilitate. Cap. vi·

ſ Olent enim hi qui nec dū ſunt
in illa quā arripuerūt profeſſio
ne fundati· cum audierit quoſ-
dam in diuerſis ſtudijs ac virtutibus
predicari· ita eorum laude ſuccendi· vt
imitari eorum protinus geſtiāt diſcipli
nam· in quo irritos neceſſario impendit
conatus humana fragilitas. Impoſſi-
bile namqꝫ eſt vnum eūdemqꝫ hominē
ſimul vniuerſis quas ſuperius compre-
hendi fulgere virtutibus. Quas ſiquis
voluerit pariter affectare· in id eum inci
dere neceſſe eſt· vt dum omnes ſequitur
nullam integram conſequatur· magiſqꝫ
ex hac mutatione ac varietate diſpendi
um capiat q̄ꝫ profectum. Multis enim
vijs ad deū tenditur· et ideo vnuſq̄ſqꝫ
illā quā ſemel arripuit irreuocabili cur
ſus ſui intentiōe cōficiat· vt ſit in q̄libet
profeſſione perfectus.

## Exemplū caſtitatis quo docetur nō omnia ab o꜄mibus emulanda. Cap. vij.

a Bſqꝫ illo diſpendio quo feriri
monachum diximus· qui mobi
litate m̄tis ad ſtudia cupit trāſ-
ire diuerſa· etiam hinc periculum mort̄
incurritur· quod nōnunq̄ꝫ recte quedā
ab alijs geſta· malo ab alijs preſumunt
exemplo· et que nōnullis bn̄ ceſſerant ꝑ-
niciosa ab alijs ſentiuntur. Nā vt q̇d
dam exempli gratia proferamus· velut
ſi quis illam viri illius imitari virtutem
velit· quā ſolet abbas Johannes· nō ad
imitationis formulam· ſed tantūmodo
pro admiratione proferre. Nam quidā
veniens ad predictū ſenem habitu ſecu-
lari· cum ei quaſdam frugum ſuarū pri-
mitias detuliſſet· ferociſſimo quendam
demonio arreptum ibidē repperit. Qui
cum abbatis iohannis obteſtatiōes ac p̄-
cepta deſpiciens· teſtaret̄ ſe nunq̄ꝫ ad il-
lius imperium de corpore quod obſede-
rat migraturum· huius aduentu perter-
ritus· cum reuerentiſſima nominis illius
inclamatione diſceſſit. Cuius tā euidē
dentem gratiam ſenex non mediocriter
admiratus· eoqꝫ amplius obſtupeſcens
q̄ eum ſeculari cerneret habitu· cepit ab
eo vite ac ꝓfeſſionis eius ordinē diligē
ter inquirere. Cumqꝫ ille ſecularem ſe atqꝫ
vxorio vinculo colligatum eſſe dixiſ-
ſet· beatus Johannes excellentiam vir-
tutis eius et gratie mente pertractans· q̄
nam illi eſſet conuerſatio attētius explo-
rabat. Ille ſe ruſticū· et quotidiano ma
nuū opere victum querere· nec vlliꝰ bo
ni eſſe ſe conſcium teſtabatur· niſi q̄ nun
q̄ꝫ ante ad ruris opera mane exercēda ꝓ
cederet· neqꝫ veſpere domū reuerteretur·
niſi in eccleſia pro quotidiane vite cōme
atu largitori eius deo gratias retuliſſet·
neqꝫ ſe vnq̄ꝫ de fructibꝫ ſuis aliq̇d vſur
paſſe· niſi prius deo primitias eorum ac
decimas obtuliſſet· et nūq̄ꝫ ſe boues ſu-
os per aliene meſſis traduxiſſe confiniū·
niſi eorum prius ora clauſiſſet· ne vel pa
rum damni per incuriā eius proximus
ſuſtineret. Et cum hec quoqꝫ abbati Jo
hanni· necdum ad comparationem tan
te gratie qua eum prelatum ſibi eſſe cer-
nebat· idonea viderentur· atqꝫ ab eo
quid nam eſſet illud quod tante gratie
meritis conferri poſſet ſciſcitans ſcruta-
retur· ille reuerentia tam ſollicite inqui-
ſitionis aſtrictus· vxorem ſe parentum
vi imperioqꝫ compulſum cum profiteri
monachum vellet ante vndecim annos
accepiſſe confeſſus eſt· quā nemine etiā
nunc conſcio ſororis loco a ſe virginem
cuſtodiri teſtabatur. Quod factum cū
audiſſet ſenex· tanta eſt admiratiōe per-
motus· vt coram ipo publice proclama-
ret. Non immerito demonem qui ſe de-
ſpexerat· illius non toleraſſe preſentiam·
cuius ipe virtutem non ſolum in iuuen-
tutis ardore· ſed ne nunc quidē ſine diſ-
crimine caſtitatis auderet appetere. Q̄d
factum abbas iohānes licet ſumma ad-
miratione pretulerit· tamen neminē mo
nachorū vt experiretur hortatus eſt· ſci-
ens multa recte ab alijs geſta· magnam
alijs imitantibus intuliſſe perniciē· nec
vſurpari ab omnibus poſſe· quod pau-
cis dominus ſpeciali munere ꝯtuliſſet.

## De ſpiritali ſcientia. Cap. viij.

ſ Ed ad expoſitionem ſcientie de
qua ſumptum eſt ſermonis ex-
ordium reuertamur. Itaqꝫ ſic̄
ſuperius diximus practice erga multas
ꝓfeſſiones ac ſtudia diriuatur· Theore-
tice vero in duas diuidit̄ partes· id eſt· ī
hyſtoricā interpretationem· ⁊ intelligē
tiam ſpiritalem. Unde etiam Salomō
cum eccleſie multiformē gratiam enume
raſſet adiecit. Omnes enim qui apd̄ eā
ſunt veſtiti ſunt dupliciter. Spiritalis
autem ſcientie genera ſunt tria· tropolo-
gia· allegoria· anagoge. de quibus in ꝓ-
uerbijs ita dicitur. Tu autē deſcribe ti
bi ea tripliciter· ſuper latitudinē cordis
tui. Itaqꝫ hyſtoria preteritarum ac viſi
bilium agnitionem complectitur rerū·
que ita ab apoſtolo replicatur. Scriptū
eſt enim· quia abraham duos filios ha-
buit· vnum de ancilla. et alium de libe-
ra· ſed qui de ancilla ƀm carnem natus
eſt· qui autem de libera per repromiſſio-
nē. Ad allegoriā aūt pertinēt que ſequū
tur· quia ea que in veritate geſta ſunt· al
terius ſacramenti formā prefiguraſſe di-
cuntur. Hec enim inquit ſunt duo teſta
menta. Unū quidem de monte ſyna· in
ſeruitutem generans. quod eſt agar Sy
na enim mons eſt in arabia· qui compa
ratur huic q̄ nunc eſt hieruſalem· ⁊ ƀuit
cum filijs ſuis. Anagoge v̄o de ſpiritali
bus miſterijs ad ſublimiora quedam et
ſacrariora celorum ſecreta conſcendens·
ab apoſtolo ita ſubijcitur. Que aūt ſur-
ſum eſt hieruſalē libera eſt· que eſt mat̄
noſtra. Scriptum eſt enim. Letare ſteri
lis que nō paris· erumpe ⁊ clama q̄ nō
parturis· quia multi filij deſerte magꝭ q̄ꝫ
eius que habet virum. Tropologia eſt
moralis explanatio· ad emendationē vi-
te ⁊ inſtructionem pertinens actualem·
velut ſi hec eadem duo teſtamenta intel-
ligamꝰ praticen ⁊ theoreticen diſciplinā·
vel certe ſi hieruſalem aut ſyon aīā ho-
minis velimus accipere· ƀm illud. Lau-
da hieruſalem dominum: lauda deū tu
um ſyon. Igitur predicte quattuor figu
re in vnū ita ſi volumus ꝯfluūt· vt vna
atqꝫ eadem hieruſalem quadrifariā poſ
ſit intelligi· ƀm hyſtoriam ciuitas iude-
orum· ƀm allegoriam eccleſia chriſti· ƀm
anagogen ciuitas dei illa celeſtis que eſt
mater omnium noſtrum· ƀm tropologiā
anima hominis que frequenter hoc noīe
aut increpatur aut laudatur a domi-
no. De his quattuor interpretationum
generibus beatus Apoſtolus ita dicit.
Nunc autem fratres ſi venero ad vos lī
guis loquens· quid vobis prodero· niſi
vobis loquar· aut in reuelatione aut in
ſcientia· aut in prophetia· aut in doc-
ctrina. Reuelatio namqꝫ ad allegoriā
pertinet· per quā ea que tegit hyſtorica
narratio· ſpiritali ſenſu ⁊ expoſitione re-
ſerantur· vt verbi gratia· ſi illud aperire
temptemus· quemadmodum patres no
ſtri omnes ſub nube fuerint· et oēs in mo
yſe baptizati ſint in nube ⁊ ī mari· ⁊ quē-
admodum omnes eandem eſcā ſpirita
lem māducauerint· ⁊ eūdē ſpiritalē de
ꝯſequēti petra biberint potū· petra autē
erat chriſtꝰ. Que expoſitio ꝑfigurationi

corporis ⁊ ſanguinis chriſti quem quoti
die ſumimus comparata · allegorie con
tinet rationem. Scientia vero que ſimi
lit̃ ab apoſtolo memorat̃ tropologia ē ·
qua vniuerſa que ad diſcretionem per
tinent actualem · vtrum vtilia vel hone
ſta ſint prudenti examinatione diſcerni
mus · vt eſt illud. Cum apud noſmetip
ſos iudicare precipimur · vtrum deceat
mulierem non velato capite orare deū.
Que ratio vt dictū ē moralē continet ī
tellectum. Itē prophetia q̄m tertio apo
ſtolus intulit loco · anagogen ſonat · per
quā ad inuiſibilia ac futura ſermo trāſ
fertur · vt eſt illud. Nolumus autē vos
ignorare fr̃es de dormiētib⁹ · vt nō cōtri
ſtemini ſicut ⁊ ceteri qui ſpem nō habēt
Si enī credimus ꝙ chriſt⁹ mortuus eſt
et reſurrexit · ita ⁊ deus eos qui dormierīt
ꝑ ieſum adducet cū eo. Hoc enī vob̃ di
cimus in verbo domini · quia nos qui vi
uimus · qui reſidui ſumus · ī aduētu do
mini non preueniemus eos qui dormie
rūt ī chriſto. q̄m ipē dominus ī iuſſu et ī
voce archangeli · et in tuba dei deſcēdet
de celo · et mortui qui in chriſto ſunt re
ſurgent primi. Qua exhortatiōis ſpecie
anagoges figura prefert̃. Doctrina ꝯo
ſimplicem hyſtorice expoſitionis ordinē
pādit · in qua nullus occultior intellect⁹
niſi qui verbis reſonat continetur · ſicut
eſt illud. Tradidi enim vobis in primis
quod ⁊ accepi · q̄m chriſtus mortuus eſt
pro peccatis noſtris ſm̃ ſcripturas · ⁊ qr
ſepult⁹ ē et qr reſurrexit t̃tia die ſm̃ ſcri
pt̃as · ⁊ qr viſus ē cephe · Et miſit de⁹ fili
um ſuum factum ex muliere · factum ſb̃ le
ge · vt eos q̄ ſub lege erāt redimeret · Si
ue illud. Audi iſrael · dominus deus tu⁹
deus vnus eſt.

## Qꝫ de actuali ſcientia proficia tur ad ſpiritalem. Cap̄ .ix.

Ua propter ſi vobis cura ē ad
ſpiritalis ſcientie lumen · non
inanis iactantie vicio . ſed emendatio
nis gratia peruenire · illius primum bea
titudinis cupiditate flammamini · de q̄
dictum eſt. Beati mundo corde · quoni
am ipī deum videbunt · vt etiam ad illā
de qua angelus ad danielē ait · perueni
re poſſitis · qui autem docti fuerint fulge
bunt ſicut ſplendor firmamenti · et qui
ad iuſticiam erudiūt multos · quaſi ſtel
le in perpetuas eternitates · Et in alio ꝓ
pheta. Illuminate vobis lumen ſcientie
dum tempus eſt. Tenētes itaqꝫ illā quā
habere vos ſentio diligētiā lectiōis · om
ni ſtudio feſtinate actualē · id eſt · ethicā ·
q̄ꝫ primū ad integrum comprehendere
diſciplinam. Abſqꝫ hac nanqꝫ illa quā
diximus theoretica puritas non po
teſt apprehendi · quā hi tantū qui ñ alio
rum docentium verbis · ſed propriorum
actuum virtute perfecti ſunt · poſt mlt̃a
operum ac laborum ſtipendia · iam qua
ſi in premio conſequūtur. Non enī a me
ditatione legis intelligentiam · ſed d̃ fru
ctu operis acquirentes · cum pſalmigra
pho canūt. A mandatis tuis ītellexi · Et
excoctis paſſionibus vniuerſis fiducia
liter dicunt. Pſallam ⁊ intelligā in via
immaculata. Ille enim pſallens intelli
git que canuntur · qui in via immacula
ta greſſu puri cordis innititur · Et idcir
co ſi ſciētie ſpiritalis ſacrum in corde ve
ſtro vultis tabernaculum preparare · ab
omniū vos viciorū contagione purga
te · et curis ſeculi preſentis exuite. Impoſ
ſibile namqꝫ eſt animā que mundanis
vel tenuiter diſtentionibus occupatur ·
donum ſcientie promereri · vel generatri
cem ſpiritalium ſenſuum · aut tenacē ſa
crarum lectionum fieri. Obſeruate igit̃
in primis · et maxime tu iohānes · cui ma
gis ad cuſtodienda hec que dicturus ſū
etas adhuc adoleſcentior ſuffragat̃ · ne
ſtudium lectiōis ac deſiderij tui labor va
na elatione caſſetur · vt inducas ſummū
ori tuo ſilentium · hic eſt enim primus





diſcipline actualis ingreſſus · omīs q̊p
pe labor hoīs in ore ipīus · et vt omnium
ſeniorum inſtituta atqꝫ ſententias inten
to corde ⁊ q̄ſi muto ore ſuſcipias · ac dili
genter in pectore tuo ꝯdens · ad perfici
enda ea potius q̄ꝫ ad docenda feſtines ·
Ex hoc enim cenodoxie pernicioſa p̄ſum
ptio · ex illo autem fructus ſpiritalis ſciē
tie pullulabunt. Nihil itaqꝫ in collatio
ne ſeniorum proferre audeas · niſi qd̃ in
terrogare te aut ignoratio nocitura · aut
ratio neceſſarie cognitionis impulerit ·
ñ vt q̊dā vane glorie amore diſſenti · ꝓ
oſtētatiōe doctrine ea que optime norūt
interrogare ſe ſimulant. Impoſſibile eā
eſt eum qui propoſito acquirēde laudis
humane · ſtudio lectionis inſiſtit · donū
vere ſcientie promereri. Nā qui hac paſ
ſione deuictus eſt · neceſſe eſt vt alijs q̊qꝫ
⁊ maxime ſuꝑbie vicijs obligetur · ⁊ ita ī
actuali atqꝫ ethica congreſſione proſtra
tus · ſcientiam ſpiritalem que ex ea naſci
tur minime conſequetur. Eſto ergo per
omnia citus ad audiendum · tardus au
tem ad loquendum · ne cadat in te illud
quod notatur a ſalomone. Si videris vi
rum velocem in verbis · ſcito quia ſpem
habet inſipiēs magꝭ q̄ꝫ ille · Nec quēq̄ꝫ
verbis docere preſumas · quod opere an
te non feceris. Hunc enim nos ordinem
tenere debere · etiā exemplis ſuis domin⁹
noſter īſtituit · de quo ita dicitur · que ce
pit ieſus facere et docere. Caue ergo ne
ante actum proſiliens ad docendum · in
illorū numero deputeris · de quibus in
euāgelio dñs ad diſcipl̃os ſuos loq̄tur.
Que dicunt vobis ſeruate et facite · ſm̃
opera vero eorū nolite facere · dicūt enī
et nō faciūt. Alligāt āt onera grauia et ī
portabilia · et imponunt ea ſuper hūeros
hominum · ipī autem digito ſuo nolunt
ea mouere. Si enim ille qui vnum man
datum minimū ſoluens docuerit ſic ho
mines · minimus vocabitur in regno ce
lorum · qui multa ⁊ maiora negligēs do
cere preſumpſerit · conſequēs profecto ē ·
vt nō iam minimus in regno celorum · ſꝫ
in gehenne ſupplicio maxim⁹ habeatur.
Et ideo cauēdū tibi eſt · ne illorū ad docē
dum inciteris exemplis · qui peritiā diſ
putandi · ac ſermonis affluentiam cōſe
cuti · quia poſſunt ea que voluerint orna
te copioſeqꝫ diſſerere · ſcientiam ſpiritalē
poſſidere credūtur · ab his qui vim eius
et qualitatem diſcernere non nouerunt.
Aliud namqꝫ eſt facilitatem oris et nito
rem habere ſermonis · et aliud venas ac
medullas celeſtium intrare dictorū · ac ꝓ
funda ⁊ abſcondita ſacramenta puriſſi
mo cordis oculo contemplari · quod nul
latenus humana doctrina · nec eruditio
ſecularis · ſed ſola puritas mentis per il
luminationē ſancti ſpiritus obtinebit.

## De apprehendēda vere ſcien tie diſciplina. Cap̄ .x.

f Eſtinandū igitur tibi eſt · ſi ad
veram ſcripturarum vis ſcien
tiam peruenire · vt humilitatē
cordis immobilē primitus conſequaris ·
que te non ad illam que inflat · ſed ad eā
que illuminat ſcientiam · charitatis con
ſummatione perducat. Impoſſibile nā
qꝫ eſt immundam mentem donum ſcien
tie ſpiritalis adipiſci. Et idcirco oī cau
tione deuita · ne tibi per ſtudiū lectiōis ·
nō ſcientie lumen · nec illa perpetua que
per illuminationē doctrine promittitur
gloria · ſed inſtrumenta perditionis d̃ ar
rogantie vanitate naſcantur. Deinde ſꝫ
tibi eſt omnimodis enitendum · vt expul
ſa omī ſollicitudine ⁊ cogitatione terre
na · aſſiduū te ac potius iugem ſacre pre
beas lectioni · donec continua meditatio
imbuat mentē tuam · ⁊ quaſi in ſimilitu
dinem ſui formet · archam quodammo
do ex ea faciens teſtamenti · habentem in
ſe ſcilicet duas tabulas lapideas · id eſt ·
duplici inſtrumēti ꝑpetuā firmitatē · ſvr
nā q̊qꝫ aureā · ſꝫ eſt memoriam puram
atqꝫ ſincerā · que reconditū in ſe manna

perpetua tenacitate conſeruet. ſpiritaliū
ſcꝫ ſenſuum·et angelici illius panis per-
ennē cęleſtem qꝫ dulcedinem·necnō etiā
virgā aaron·id eſt·ſummi veriqꝫ ponti-
ficis noſtri ieſu chriſti ſalutare vexillū·
immortalis memorie ſemper viriditate
frondeſcens. Hec namqꝫ eſt virga quę
poſtea qꝫ d radice yeſſe ſucciſa ē viuaciꝰ
mortificata reuireſcit. Hec autem oīa
duobus cherubin·id eſt·hyſtorice et ſpi-
ritalis ſcientie plenitudine proteguntur
Cherubin enim interpretatur ſciētie mlt
titudo·quę propiciatorium dei·id ē pla
ciditatem pectoris tui ingiter protegent·
et a cunctis ſpiritalium nequitiarum in
curſibus obumbrabūt. Et ita mēs tua
non ſolum in archam diuini teſtamenti
verumetiam in regnum ſacerdotale ꝑ-
uecta·per indiſſolubilem puritatis affe-
ctuꝫ·quodāmodo abſorpta ſpiritalibꝫ
diſciplinis·illud implebit pōtificale mā
datuꝫ·quod a legiſlatore ita precipitur·
Et de ſanctis nō egredietur·ne polluat
ſanctuarium dei·id eſt cor ſuum·in q̄ in
giter habitaturum ſe dn̄s repromittit
dicens. Inhabitabo in eis et inter illos
ambulabo. Quāobrem diligenter mēo
rie cōmendanda eſt·et inceſſabiliter recē
ſenda ſacrarum ſeries ſcripturaꝝ. Hec
etenim meditationis iugitas duplicem
nobis cōferet fructum Primū qꝺ dū in
legendis ac parandis lectionibus occu
patur mentis intentio·neceſſe eſt vt nul
lis noxiaruꝫ cogitationuꝫ laqueis capti
uetur·deinde qꝺ ea quę creberrima repe
titione percurſa·dum memorie tradere
laboramꝰ·intelligere id tēporis obliga-
ta mente nō q̇uimꝰ·poſtea ab omniū ac
tuum ac viſionum illecebris abſoluti·p̄
cipueqꝫ nocturna meditatione taciti re
uoluētes·clarius intuemur·ita vt occul
tiſſimorum ſenſuū quos ne tenui quidē
vigilantes opinatione percepimus·qui
eſcentibus nobis·et vel ſoporis ſtupore
demerſis·intelligentia reueletur.

**De multiplici intellectu diuina-
rum ſcripturarum. Cap̄. xi.**

c Reſcente autem per hoc ſtudiū
innouatione mētis noſtre·etiā
ſcripturarum facies incipiet in
nouari·⁊ ſacratioris intelligētie pulchri
tudo quodammodo cum proficiente ꝓ
ficiet. Pro capacitate enim humanorū
ſenſuum·earuꝫ quoqꝫ ſpecies coaptat᷑·
et vel terrena carnalibus·vel diuina ſpi-
ritalibus apparebit·ita vt hi quibꝫ an-
tea videbatur craſſis quibuſdam nebu
lis inuoluta·nec ſubtilitatem eius dep̄-
hendere nec fulgorem valeant ſuſtinere·
Sed vt hocipſum quod aſtruere niti-
mur aliquo clarius pandatur exemplo·
vnum legis teſtimonium protuliſſe ſuf-
ficiat·per quod etiam omnia precepta ce
leſtia ſm menſuram ſtatus noſtri ad om
ne hominum genus probemus extendi.
Scriptū ē in lege Nō fornicaberis. Hoc
ab homine carnalium adhuc obſcenita-
tum paſſionibus obligato ſcd̄m ſim-
plicem litere ſonum ſalubriter cuſtodi-
tur. Ab eo autem qui iam ab hac actio-
ne lutulenta et impuro diſceſſit affectu·
neceſſe eſt idipſum ſpiritaliter obſerua-
ri·vt ſcilicet non ſolum a cerimonijs ido
lorum·ſed etiam ab omni ſuperſtitione
gentilium et auguriorum·omniumqꝫ ſi
gnorum ⁊ dierum ac tempōrum obſer-
uatione diſcedat·vel certe ne quorundā
verborum aut nominum coniecturis·q̄
ſinceritatem fidei noſtre polluunt impli
cetur. Hac enim fornicatione etiam hie
ruſalem dicitur conſtuprata·q̄ fornicata
eſt in omni colle ſublimi·et ſub omni lig-
no frondoſo· Et quā dominus iterū in
crepans per prophetam. Stent inquit
et ſaluēt te augures cęli qui contēplabā
tur ſidera·et ſupputabant menſes·vt ex
eis annunciarent ventura tibi. De qua
fornicatione ⁊ alibi arguens eos domi-
nus ait. Sp̄us fornicatōis decepit eos·
et fornicati ſunt a deo ſuo. Quiſqꝫ ꝺo



a gemina hac fornicatiōe diſceſſerit· ha
bebit tertiam quā deuitet·quę in legꝪ et
iudaiſmi ſuperſtitionibꝫ cōtinetur· De
quibꝫ aplus· Dies inq̇t obſuatis ⁊ mē-
ſes ⁊ tp̄a ⁊ annos. Et iteꝝ. Ne tetigeris
neqꝫ guſtaueris neqꝫ ꝯtrectaueris· Quę
de ſuperſtitionibꝫ legis dicta eſſe nō du
biū ē·in q̄s ſi q̇s īciderit ꝓculdubio me
chatꝰ a chriſto·ab ap̄lo n̄ meret᷑ audire·
Deſpōdi·n·vos vni viro ꝟginē caſtā ex
hibere chriſto· ſ illud ad eum qꝺ ſeq̇tur
voce eiuſdē apoſtoli diriget᷑· Timeo āt
ne ſicut ſpēs ſeduxit euā aſtutia ſua· ita
corrūpant᷑ ſenſus veſtri a ſimplicitate q̄
eſt in chriſto ieſu. Qꝫ ſi immūdiciā huiꝰ
q̊ꝫ fornicationis effugerit· habebit quar
tā q̄ heretici dogmatis adulterio perpe-
trat᷑. De qua idē btūs ap̄lus. Ego inq̇t
ſcio·quia poſt diſceſſionē meā intrabūt
lupi graues in vos·nō parcentes gregi·
et ex vobis ip̄is ſurgēt viri loquētes per-
uerſa·vt abducant diſcipulos poſt ſe.
Hanc etiā qui potuerit declinare caue-
at ne ſbtiliore peccato ī fornicationis vi
tiū collabat᷑·q̄ ſcꝫ in cogitationū perua-
gatione conſiſtit·qꝛ oīs cogitatio nō
ſolū turpꝪ ſ etiā ocioſa·et a deo q̄ntulū-
cūqꝫ diſcedens·a perfecto viro immun-
diſſima fornicatio deputatur.

**Interrogatio quō poſſit ad ob
liuionē ſeculariū carminū per-
ueniri. Cap̄. xij.**

Ermanus. Ad h ego occul-
ta p̄mū cōpunctiōe permotus
ac deinde grauiter ingemiſcēs·
hec inquā oīa q̄ copioſiſſime digeſſiſti
maiora mihi intulerūt deſperatiōis au-
gmēta quā hactenus ſuſtinebā Quippe
cui p̄ter illas generales aīę captiuitates·
q̇bus nō dubito infirmos quoſqꝫ pul-
ſari extrinſecus·ſp̄ale impedimentuꝫ ſa-
lutis accedit·per illā quā tenuiter vide-
or attigiſſe noticiā literaꝝ·in qua me ita
vel inſtantia pedagogi·vel cōtinue lecti-
onis macerauit intētio·vt nūc mēs mea
poetic̄ velut illis infecta carminibꝫ·illas
fabularū nugas hiſtoriaſqꝫ belloꝝ qui-
bus a paruulo primis ſtudioꝝ imbuta
eſt rudimētis·oratiōis etiā tp̄e mediteт᷑·
pſallentiqꝫ vel ꝓ peccatorū indulgentia
ſupplicanti·aut impudens poematū me
moria ſuggeratur·aut quaſi bellantium
herorū āte oculos imago verſet᷑· taliūqꝫ
me fantaſmatū imaginatio ſꝑ illudens
ita mentē meā ad ſupernos intuitꝰ aſpi
rare nō patitur·vt quotidianis fletibus
nō poſſit expelli·

**Reſponſio quo pacto memori-
am eorum poſſimus abluere.
Cap̄. xiij.**

Eſteros. De hac ip̄a re vnde
tibi purgatiōis maxima naſci-
tur deſperatio·citū ſatis atqꝫ ef
ficax remediū poterit oboriri·ſi eandē di
ligentiā atqꝫ inſtantiā qꝫ te in illis ſecu
laribꝫ ſtudijs habuiſſe dixiſti·ad ſpirita
liū ſcripturarū volueris lectionē medi-
tationēqꝫ transferre. Neceſſe eſt enī mē-
tē tuā tamdiu illis carminibus occupa
ri·qꝫdiu ſibi aliqua q̄ intra ſemetipſam
recolat ſimili ſtudio ⁊ aſſiduitate conq̇-
rat·ac ꝓ illis infructuoſis atqꝫ terrenis·
ſpiritalia atqꝫ dīna ꝑturiat· Quę cū ꝓ-
funde alteqꝫ conceperit·atqꝫ in illis fue-
rit enutrita·vel expelli p̊ores ſenſiꝫ pote-
rūt vel penitus aboleri. Uacare enī cun
ctis cogitationibꝫ hūana mēs nō poteſt·
et ideo qꝫdiu ſp̄ualibꝫ ſtudijs non fuerit
occupata·neceſſe eſt eā illis q̄ pridē didi
cit implicari. Qꝫdiu enī non habuerit q̊
recurrat·⁊ indefeſſos exerceat motus·ne
ceſſe eſt vt ad illa quibꝫ ab infantia ību-
ta eſt collabatur·eaqꝫ ſemꝑ reuoluat·q̄
longo vſu ac meditatiōe ꝯcepit. Ut igi
tur h in te ſcīa ſpiritalis perpetua ſolidi
tate robooret᷑·nec ea iam tēporarie perfru-
aris·ſicut illi qui eā nō ſuo ſtudio· ſ alie
na relatione ꝯtingunt·et velut aerio vt
ita dixerim odore percipiūt·ſed vt ſenſi-
bus tuis inuiſcerata quodāmodo ⁊ per
ſpecta atqꝫ palpata cōdatur· illud oīi
obſuantia cuſtodire te cōuenit· vt etiaꝫ
ſi ea q̄ optime noſti·forte audieris in col
latione ꝓferri·nō ex hoc qꝺ tibi iam no-

ta ſint·aſpernanter faſtidioſeqꝫ ſuſcipi
as·ſꝫ ea cordi tuo illa auiditate cōmen-
des·qua debent deſiderabilia ſalutis v-
ba·vel auribus noſtris indeſinent' infun
di·vel de noſtro ore iugiter proferri. Q̄-
uis enī adhibeat' ſanctarū rerum crebra
narratio·nunqꝫ tamē aīe ſitim vere ſciē
tie ſuſtinēti·ſatietas generabit horrorē·
ſed ea quotidie velut noua ac deſidera-
ta ſucipiens·quanto frequentius hauſe
rit·tanto auidius vel audiet vl' loquet'·
et confirmationem potius percepte ſciē-
tie ex eorū repetitione qꝫ vllum ex frequē
ti capiet collatione faſtidium. Euidens
nanqꝫ eſt tepide ac ſuperbe mentis indi-
cium. ſi verborum ſalutarium medicinā·
qꝫuis ſtudio nimie aſſiduitatis ingeſtā·
faſtidioſe negligēterqꝫ ſuſcipiat· Anima
enī que in ſatietate eſt fami illudit· anie
aūt egenti etiā amara dulcia videntur.
Si itaqꝫ hec diligenter excepta· et in re-
ceſſu mentis condita atqꝫ indicta fuerit
taciturnitate ſignata·poſtea vt vina q̄-
dā ſuaue olētia ⁊ letificātia cor hoīs·cū
ſenſuū canicie ⁊ patiētie fuerit vetuſtate
decocta· cū magna ſui fragrātia de va
ſe tui pectoris proferentur·et tanqꝫ pen-
nis fons de experientie venis et irriguis
virtutum meatibus redundabunt· fluē
taqꝫ continua velut de quadam abyſſo
tui cordis effundent. Eueniet nanqꝫ in
te illud qđ in prouerbijs ad illum dicit'·
qui hec opere ꝯſūmauit· Bibe aquas đ
tuis vaſis et de puteorū tuorum fonte·ſu
pereffluant tibi aque de tuo fonte·in tu-
as autē plateas pertrāſeant aque tue·ac
ſm yſaiam prophetam. eris quaſi ortus
irriguus·et ſicut fons aquarum cui⁹ nō
deficient aque·et edificabuntur in te de-
ſerta a ſeculis· fundamēta generatiōis
et generatiōis ſuſcitabis·et vocaberis edi
ficator ſepium·auertens ſemitas iniqui-
tatum. Illa etiam tibi beatitudo proue
niet·quā idem propheta pmittit· Et nō
faciet dñs auolare a te vltra doctorem
tuū·et erunt oculi tui videntes precepto
rem tuū·et aures tue audient verbū poſt

tergum monentis. Hec via ambulate i
ea·neqꝫ ad dexteram neqꝫ ad ſiniſtram.
Atqꝫ ita fiet vt non ſolum oīs directio
ac meditatio cordis tui·verumetiam cun
cte euagationes atqꝫ diſcurſus cogitati
onum tuarum·ſint tibi diuine legis ſan
cta ⁊ inceſſabilis ruminatio.

## Q2 immūda anima neqꝫ trade-re neqꝫ percipere poſſit ſcientiā ſpiritalem. Cap. xiiij.

Impoſſibile eſt autē hec ſicut p-
fati ſumus inexpertum queq̄uā
vel agnoſcere vel docere. Nam
qui ne ad percipiendum quidem capax
eſt·quomodo erit idoneus ad tradēdū:
De quibus tamen etiam ſi aliquid doce
re preſumpſerit·īefficax proculdubio et
inutilis vſqꝫ ad aures tantummodo au-
dientium eius ſermo perueniet·cor autē
eorum penetrare nō poterit·inertia ope-
rum ⁊ infructuoſitate ſue proditus va-
nitatis·quia non de thezauro bone pmi-
tur conſcientie·ſed de inani iactantie p̄-
ſumptione. Impoſſibile nanqꝫ eſt immū
dam aīam quantalibet deſudauerit le-
ctionis inſtantia·adipiſci ſcientiam ſpi-
ritalem. Nemo enim in vas fetidum atqꝫ
putridum ſiue corruptum·vngentū ali
quod nobile·aut mel optimū·aut precio
ſi quicqꝫ liquoris infundit. Facilius em
qꝫuis odoratiſſimū mirrhum ſemel horrē
dis imbuta fetoribus teſta cōtaminat·
qꝫ vt aliquid ex eo ſuauitatis aut gratie
ipſa concipiat·quia multo citius mun-
da corrūpuntur qꝫ corrupta mūdant'.
Ita igit' ⁊ vas pectoris nr̄i niſi prius fuerit
ab omni fetidiſſima viciorum contagio
ne purgatum·nō merebitur ſuſcipere il-
lud benedictionis vngentum. de quo dī
per pphetam. Sicut vngentum in capi
te quod deſcendit in barbam aaron·qđ
deſcendit in oram veſtimenti eius· nec il
lam ſcientiam ſpiritalem et eloquia ſcri-
pturarum que dulciora ſunt ſuper mel et
fauū impolluta ſeruabit. Que enī parti
cipatio iuſticie cum iniquitate: Aut que
ſocietas luci cū tenebris: Que aūt ꝯuētio



chriſti ad belial.

## Obiectio de eo ꝙ multi imūdi ſcientiam habeant· et ſancti nō habeāt. Cap. xv.

Ermanus. Diffinitio iſta ne
quaqꝫ videtur nobis veritate
fulciri·aut probabili ratiōe ſb-
nixa. Cum enim omnes qui fidem chriſti
aut nequaqꝫ ſuſcipiūt·aut īpia dogma-
tum prauitate corrumpunt·immūdi cor
dis eſſe manifeſtum ſit·quō multi iu-
deorum atqꝫ hereticorum·vel etiam ca-
tholicorum qui diuerſis vicijs inuoluū-
tur·perfectam ſcripturarum ſcientiam cō
ſecuti·de ſpiritalis doctrine magnitudie
glorientur·et econtra ſanctorum virorum
innumera multitudo·quorū cor ab omi
peccatorum contagione purgatū eſt·ſim
plicis fidei pietate contenta·profundi-
oris ſcientie ignorat archana. Quemad
modū ergo ſtabit iſta ſententia. q̄ ſcienti
am ſpiritalem ſoli cordis tribuit purita
ti.

## Reſponſio ꝙ mali ſciam veram habere nō poſſunt. Cap. xvi.

Neſteros. Haud recte virtu-
tem diffinitionis explorat· qui
nō omnia diligenter plate ſen
tentie verba ppēdit. Prediximus nāqꝫ
huiuſmodi homines diſputandi tantū
habere peritiam ⁊ elocutionis ornatum·
ceterum ſcripturarum venas·et archa-
na ſpiritalium ſenſuum intrare nō poſſe.
Eteni vera ſciētia nō niſi a veris dei cul
toribus poſſidetur·quā is vtiqꝫ non ha
bet cui dicitur. Audi popule ſtulte q̄ nō
habes cor·qui habetis oculos ⁊ nō vide
tis·et aures et nō auditis. Et iterū. Q2
tu ſcientiam repuliſti·et ego repellam te·
ne mihi ſacerdotio fungaris. Cum enim
in chriſto omnes thezauri ſapientie ⁊ ſci
entie abſconditi eſſe dicantur·quomo-
do is qui chriſtum inuenire contempſit
aut inuentū ſacrilego ore blaſſemat·aut
certe catholicam fidem immūdis operi-
bus polluit·veram ſcientiam aſſecutus
eſſe credendus eſt· Spiritus enī dei effu

giet fictum. nec habitabit in corpore ſub
dito peccatis. Nō ergo alias ad ſcienti-
am ſpiritalem niſi hoc ordine peruenit'·
quem vnus prophetarum eleganter ex
preſſit d. Seminate vobis ad iuſtitiā·me-
tite ſpem vite. illuminate vobis lumē ſcie
Primū ḡ ſeminādū nobis ē ad iuſtitiā·h
eſt vt actualem perfectionē operibus iuſti
ſpes propagem⁹·deinde metēda eſt nob
bis vite id eſt virtutum ſpiritalium fru-
ctus·expulſione viciorum carnaliū con
gregandi·et ita illuminare nobis lumē
ſcientie poterimus. Quem ordinē etiam
pſalmigraph⁹ tenere debere decernit di-
cens. Beati immaculati in via qui am-
bulāt in lege domini·beati qui ſcrutant'
teſtimonia eius. Non enī prius dixit·be
ati qui ſcrutantur teſtimonia eius·⁊ pt⁹
ea intulit·beati immaculati in via· ſꝫ prius
inquit·beati immaculati in via· per hoc
euidenter oſtendens neminē recte poſſe
ad perſcrutanda dei teſtimonia perue-
nire·niſi prius per actualem conuerſati
onem in via chriſti immaculatus īcedat.
Hi ergo quos dixiſtis nō iſtā quā imū
di hr̄e non poſſunt ſed pſeudonimon h
eſt·falſi nominis ſcientiam poſſident· de
qua beatus Apl'us·o inquit thymotee
depoſitum cuſtodi·deuitans profanas
vocū nouitates·et oppoſitiones falſi no-
minis ſcie·quod in greco dī·taſāti thēſe
iſtes pſeulonimi gnoſeuis· De iſtis ergo
qui imaginem quādam ſcientie vident'
acquirere·vel de his qui cū ſacrorum volu
minū lectioni ac memorie ſcripturarum
diligenter inſiſtant·carnalia tamē vicia
nō relinquūt·in prouerbijs eleganter ex
primitur. Sicut inauris aurea in nari-
bus ſuis·ita mulieris male morate ſpe-
cies. Quid enī prodeſt quempiam orna
mentū eloquiorum celeſtiū et illam preci
oſiſſimā ſcripturarū ſpeciē conſequi· ſi
eam lutulentis operibus vel ſenſibus in-
herendo quaſi immūdiſſimā terrā ſubi-
gendo confringat·aut cenoſis libidinum
ſuarū polluat volutabris. Fiet enim vt
id qđ recte vtentibus decori eſſe conſueuit

nõ ſolũ iſtos oꝛnare nõ poſſit· verũetiã
maioꝛis ceni colluuiõe ſoꝛdeſcat. Ex oꝛe
ẽi peccatoꝛis nõ ẽ pulcra laudatio· Cui
dicitur per ꝓphetam. Quare tu enarras
iuſtitias meas. et aſſumis teſtamentum
meũ per os tuũ: De huiuſmodi anima
bus. que nequaq̃ ſtabiliter timoꝛem do
mini poſſidentes· de quo dicitur. timoꝛ
domini diſciplina ⁊ ſapiẽtia eſt· ſcriptura
rum acquirere ſenſum de iugi earũ me
ditatione conantur· ſatis ꝓprie ĩ pꝛouer
bijs memoꝛatur. Ut quid fuerit diuitie
inſipienti: Poſſidere enĩ ſapientiam ex
coꝛs nõ poterit. Jntãtũ vero ab illa eru
ditione ſeculari q̃ carnaliũ vicioꝛũ ſoꝛ
de polluitur· vera hec ⁊ ſpiritalis ſciẽtia
ſubmouetur· vt eã in nonnullis elinguibꝫ
ac pene illiteratis ſciamus nõnunq̃ mi-
rabilit̃ viguiſſe. Qđ in apl̃is multiſq̃
etiam ſanctis viris euidentiſſime cõpꝛo-
batur· qui non inani folioꝛum dilata-
bantur luxuria· ſed veris ſpiritalis ſci-
entie fructibus curuabant̃. De quibus
et in actibus apoſtoloꝛũ ſcriptũ eſt· Ui-
dentes aũt petri conſtantiã ⁊ iohannis·
et cõperto q̃ homines eſſent ſine literis ⁊
idiote admirabãt̃. Et idcirco ſi tibi cure
eſt ad eius immarceſcibilem flagantiã
peruenire· cunctis pꝛimũ conatibꝫ elabo
ra· vt a domino puritatẽ caſtitatis obti-
neas. Nullus enĩ in quo adhuc carnali
um paſſionũ ⁊ maxime foꝛnicationis do
minatur affectus· ſpiritalem poterit ſciẽ
tiam poſſidere. Jn coꝛde enĩ bono requi-
eſcet ſapientia· et qui timet deum inueni
et ſcientiam cum iuſtitia. Hoc autem q̊
pꝛediximus oꝛdine ad ſpiritalem ſcien-
tiam peruenire· etiam beatus Apoſtolus
docet. Nam cum vniuerſarum virtu-
tum ſuarum non ſolum catalogum texe
re· verũetiam oꝛdinem earum vellet expo
nere. vt que quam ſequeretur· vel que
quam parturiret exprimeret. poſt ali-
quãta intulit dicens. Jn vigilijs· in ieiu
nijs· in caſtitate· in ſciẽtia. in longanimi
tate· in ſuauitate· in ſpiritu ſancto· ĩ cha-
ritate nõ ficta. Jn qua cõiugatione vir
tutum euidentiſſime nos voluit erudire
de vigilijs atq̃ ieiunijs ad caſtitatem·
de caſtitate ad ſcientiam· de ſcientia ad
longanimitatem· de lõganimitate ad ſu
auitatẽ· de ſuauitate ad ſpiritũ ſanctũ·
de ſpiritu ſancto ad charitatis non ficte
pꝛemia peruenire. Cum igitur hac diſci
plina atq̃ hoc oꝛdine tu quoq̃ peruene
ris ad ſcientiam ſpiritalẽ· habebis pꝛo
culdubio ſicut diximus· nec ſterilem· nec
inertem· ſed viuã fructuoſamq̃ doctri
nã· ſemẽq̃ ſalutaris verbi· qđ cũ a te fue
rit audientiũ coꝛdibꝫ cõmendatũ· ſubſe
quens ſpiritus ſancti imber largiſſimus
fecundabit· ac ſm̃ id quod pollicitus eſt
ꝓpheta· dabitur pluuia ſemini tuo· vbi
cunq̃ ſeminaueris in terra· et panis fru
gum terre tue erit vberrimus et pinguis.

**Quibus rõ perfectionis debe at aperiri. Cap̃. xvij.**

c Ave etiam ne hec que tam lecti
one q̃ experientie ſudoꝛe didi-
ceris· cũ te etas maturioꝛ ꝓue
xerit ad docendum· vane gloꝛie ſeduct⁹
amoꝛe immũdis hominibus paſſĩ inge
ras· illudq̃ qđ ſapientiſſimus ſalomon
interdixit incurras. Noli applicare ĩpiũ
ad paſcua iuſti· neq̃ ſeducaris ſaturita
te ventris. Non enĩ expediunt ſtulto de-
licie· nec opus eſt ſapientia vbi deeſt ſen-
ſus. Magis enĩ dicitur inſipientia· q̊a
ſeruus durus nõ emẽdabitur verb̃. Si
eĩ ⁊ ĩtellexerit nõ obediet. Auribꝫ impꝛu
dentis noli quicq̃ dicere· ne foꝛte irride-
at ſapientes ſermones tuos. Et ne dede
ritĩ ſanctũ canibus· neq̃ miſeritĩ marga
ritas veſtras ante poꝛcos· ne foꝛte cõcul
cent eas pedibꝫ ſuis· et ↄuerſi dirũpant
vos. Opꝫtet itaq̃ vt huiuſmodi homini
bus ſpiritaliũ ſenſuũ ↄtegẽs ſacramẽta
efficaciter canas. Jn coꝛde meo abſcon-
di eloquia tua· vt nõ peccem tibi. Sꝫ di
cas foꝛſitan. Et quibꝫ diuinarũ ſcriptu
raꝝ diſpẽſanda ſunt ſacramẽta: Docet
te ſapiẽtiſſim⁹ ſalomon. Date inq̊t ebꝛi
etatem his qui in triſtitia ſunt· et vinum
bibere his qui in doloꝛibus ſunt· vt ob



liuiſcantur paupertatis· et doloꝝ ſuoꝛũ
nõ meminerint amplius· id eſt· his qui
pꝛo penitudine actuũ pꝛiſtinoꝝ meroꝛe
atq̃ triſtitia depꝛimũtur. ſpiritalis ſciẽ-
tie iocunditatẽ· velut vinum qđ letificat
coꝛ hominis affluẽter infundite· eoſq̃ ſa
lutaris vbi crapula refouete· ne foꝛte iu
gitate meroꝛis· ac letali deſperatione de-
merſi· abundantioꝛe abſoꝛbeantur triſti
tia· qui eiuſmodi ſunt. De illis vero qui
in tepoꝛe ac negligentia conſtituti· nullo
coꝛdis ſui doloꝛe moꝛdentur· ita dicitur.
Nam qui ſuauis ⁊ ſine doloꝛe eſt· in ege
ſtate erit. Quãta potes igit̃ cautiõe de-
uita· vt ne vane gloꝛie amoꝛe detentus·
illius quem pꝛopheta collaudat pticeps
eſſe nõ poſſis· qui pecuniam ſuam nõ de
dit ad vſuram. Omnis enĩ qui eloquia
dei de quibus dicitur. eloquia domini
eloquia caſta· argentum igne examina-
tum· pꝛobatũ terre· purgatũ ſeptuplũ·
humane laudis amoꝛe diſpenſat· pecu-
niã ſuã erogat ad vſurã· nõ ſolũ nullã
ꝓ hoc laudẽ· ſed etiã ſupplicia meritur⁹
Ob hoc enĩ pecunias domini maluit ꝓ-
fligare· vt ex ea tempoꝛalem conſequere-
tur ipẽ mercedem· non vt dñs ſicut ſcri-
ptum eſt veniens· reciperet quod ſuũ eſt
cum vſura.

**Quibus đ cauſis ſpiritalis do ctrina infructuoſa ſit. Cap̃. xviij.**

d Uabus autem ex cauſis ineffi
cacem ſpiritalium rerum ↄſtat
eſſe doctrinã. Nam aut ille q̊
docet inexperta cõmendans· vano vbo
rũ ſono inſtruere nititur auditoꝛẽ· aut
certe neq̃m ac vicijs refertus auditoꝛ· ſa
lutarẽ ſpiritalis viri ſanctamq̃ doctri
nam obturato coꝛde nõ recipit. De qui-
bus dicitur per pꝛophetam. Excecatũ
eſt enĩ coꝛ populi hui⁹· ⁊ auribꝫ grauiter
audierunt· et oculos ſuos concluſerunt·
neqñ videant oculis ſuis· ⁊ auribꝫ ſuis
audiant· ⁊ coꝛde intelligant· et conuertã
tur et ſanem illos.

**Q Xplerũq̃ etiã ĩdigni gratiã ſa- lutiferi ſmonis accipiãt. Ca. xix.**

n Onnũq̃ tamen diſpenſatoꝛis
noſtri dei qui omnes homines
vult ſaluos fieri· et ad agnitio-
nẽ veritatĩ venire· munifica liberalitate
conceditur· vt is qui indignum ſe pꝛedi
cationi euangelice repꝛehenſibili conuer
ſatione pꝛebuit· pꝛo ſalute multoꝛũ ſpi
ritalis doctrine gratiam ↄſequat̃. Qui-
bus autem modis etiã cariſmata cura
tionum ad expellendos demones a dño
concedãtur· conſequens eſt vt ſimili diſ-
putatione pandamus· q̃ conſurgentes
ad refectionẽ in veſperã reſeruemus· q̊a
efficacius ſemper coꝛde concipitur· quic
quid ſenſim ⁊ abſq̃ nimio laboꝛe coꝛpo-
ris intimatur.

**Explicit collatio pꝛima abbatis neſterotis đ ſpiritali ſciẽtia. Jn cipiũt capitula ſecũde collatõis eiuſdem abbatis de cariſmati- bus diuinis· Cap̃. i.**


Iſputatio abbat̃ neſterotis đ
tripartita cariſmatum ratione
ij Jn q̊ quis ſanctos viros debeat
admirari.
iij De ſuſcitato moꝛtuo ab Abbate
machario.
iiij De miraculo quod abbas abra-
ham in mulieris fecit vberi-
bus.
v De claudi cuiuſdam curatione
quã idem eſt operatus.
vi Q̊ meritum vniuſcuiuſq̃ nõ ex
ſignis debeat eſtimari.
vij Q̊ cariſmatum virtus nõ in mi-
rabilibus· ſꝫ in humilitate con
ſiſtat·
viij Q̊ mirabili⁹ ſit đ ſemetipſo vicia
q̃ đ altero demones extruſiſſe.
ix Q̊ tãtũ pꝛecellat vite pꝛobitas
opera ſignoꝛum.
x Reuelatio đ perfecte caſtitatis ex
perimẽto.


Expliciũt capitula.

## Incipit collatio ſecunda abbatis neſterotis de cariſmatibus diuinis. Cap.i.

POſt ſinaxim veſpertinã ad repromiſſam narrationem intenti pſiathijs parit' ex more cõſedim⁹ Cũq; ſilentium aliquantiſper pro ſenis reuerentia preberemus· taciturnitatem verecundie noſtre tali preuenit eloquio. Uſq; ad ſpiritalium rationem cariſmatum proferendam· precedens diſputatiõis ordo peruenerat· quã tripartitam eſſe maiorũ traditione percepimus. Prima ſiquidem curationũ cauſa eſt· cum pro merito ſanctitatis· electos quoſq; ac iuſtos viros ſignorũ gratia comitat'· ſicut apoſtolos· multoſq; ſanctorum ſigna ac prodigia ſcḋm auctoritatem dñi feciſſe manifeſtum eſt· ita dicentis Infirmos curate· mortuos ſuſcitate· leproſos mũdate· demones eijcite· gratis accepiſtis· gratis date. Secunda cum ob edificationẽ eccleſie vel eorum qui infirmos ſuos ingerũt· vel eorum qui curandi ſunt fidem· ſanitatum virtus etiam a peccatoribus indigniſq; procedit· De quibus ſaluator in euãgelio. Multi inquit dicẽt mihi in illa die· dñe dñe· nõne ĩ noĩe tuo ꝓphetauim⁹· et ĩ noĩe tuo demonia eiecim⁹· ⁊ in tuo noĩe virtutes multas fecimus· et tũc confitebor illis· quia nunq̃ noui vos· Diſcedite a me operarij iniquitatis. Et econtrario ſi offerentiũ vl' infirmorũ deſit fides· etiã illos q̃bus curationũ dona collata ſunt· nõ ſinit ſanitatũ exercere ꝟtutẽ. De qua re lucas euangeliſta. Et nõ poterat inquit ieſus facere inter eos virtutes ꝓpter incredulitatem illoꝝ· Unde idem dñs. Multi inquit leproſi erant in iſrahel ſub heliſeo propheta· et nemo eorum mundatus eſt: niſi naaman ſyrus. Tertius curationũ modus· etiam colludio demonum ac factione ſimulatur· vt dũ homo manifeſtis criminibus obligatus ꝓpter admirationẽ ſignorum ſanctus ac dei famulus creditur· etiam vicioꝝ eius emulatio ſuadeatur· et per hoc obtrectationis aditu reſerato· etiã religionis ſanctitas infametur· vel certe· vt is qui curationũ dona habere ſe credit· per ſuperbiam cordis elatus grauius elidatur. Inde eſt ꝙ inuocãtes eorum nomina· quos nulla merita ſanctitatis· nec vllos ſpiritales fructus habere cognoſcunt· vri ſe eorum meritis ac de obſeſſis ſimulãt corporibus effugari· De quibus in deuteronomio. Si ſurrexerit ĩquit in medio tui propheta· aut qui ſomniũ ſe vidiſſe dicat· et predixerit ſignũ atq; portentum· ⁊ euenerit qḋ locutus eſt. et dixerit tibi. eamus et ſequamur deos alienos q̃s ignoras· et ſeruiamus eis· non audias verba prophete illius aut ſomniatoris· q2 temptat vos dominus deus vr̃ vt palã fiat vtrũ diligatis eum an nõ in toto corde· et in tota anima veſtra. Et in euangelio Exurgent inquit pſeudo chriſti· et pſeudo prophete· ⁊ dabunt ſigna magna et ꝓdigia· ita vt in errorem inducãtur ſi fieri poteſt etiam electi.

## In quo quis ſanctos viros debeat admirari. Cap.ij.

Quaꝓpter nũq̃ debem⁹ eos q̃ hec affectãt in his virtutib⁹ admirari· ſed potius intueri· vtrũ viciorũ oĩm expulſione· et moꝝ emẽdatione perfecti ſint. Qḋ vtiq; nõ pro alterius fide· aut diuerſitate cauſarũ· ſed pro vni⁹cuiuſq; ſtudio dei gratia diſpenſante cõceditur. Hec nanq; eſt actualis ſcientia que alio vocabulo charitas ab apoſtolo nũcupat'· et vniuerſis linguis hominum et ãgeloꝝ· et plenitudini fidei· q̃ etiã mõtes trãſferat· et omi ſcientie ac ꝓphetie et erogationi oĩm facultatũ· ipiq; poſtremo glorioſo martirio apoſtolica auctoritate prefertur. Nam cum dinumeraſſet vniuerſa cariſmatũ genera atq; dixiſſet Alij datur per ſpiritum ſmo ſapie· alij ſmo ſcie· alij fides· alij gr̃a ſanitatũ· alij



operatio virtutũ· ⁊ reliqua· de charitate dicturus· queadmodum eam cunctis p̃tulerit cariſmatibus paucis aduertite. Et adhuc inquit ſupra modũ excellentiorem vobis viam demõſtro. Per quod euidẽter oſtenditur perfectionis ac beatitudinis ſummã· nõ in illorũ mirabilium operatione· ſed in charitatis puritate conſiſtere. Nec immerito Omia enĩ illa euacuãda ac deſtruẽda ſunt· charitas vero perpetuo permanſura. Ideoq; a patrib⁹ noſtris opera iſta ſignorũ nequaq̃ vidimus affectata· quinĩmo· cum ea ſpiritusſancti gratia poſſiderent· nunq̃ exercere voluerunt· niſi forte extrema illos ⁊ ineuitabilis neceſſitas coartaſſet.

## De ſuſcitato mortuo ab Abbate machario. Cap.iij.

SIcut ⁊ ab abbate machario q̇ habitationẽ ſchytiotice ſolitudinis primus inuenit· mortuũ ſuſcitatũ eſſe reminiſcimur. Nam cũ hereticus quidam qui eunomij perfidiam ſectabatur· ſinceritatẽ catholice fidei arte dyaletica ſubuertere conaretur· magnãq; iã hoĩm multitudinẽ iã decepiſſet· rogatus a catholicis viris qui ruina tante ſubuerſionis grauiſſime mouebãtur beatus macharius· vt ſimplicitatẽ toti⁹ egipti ab infidelitatis naufragio liberaret· aduenit. Quem cũ hereticus arte dialetica fuiſſet aggreſſ⁹· ⁊ ad ariſtotelicas ignorantẽ ſpinas vellet abducere· beat⁹ Macharius apoſtolica multiloquium eius breuitate concludens· non eſt inq̇t in verbo regnum dei. ſed in virtute. Eamus igitur ad ſepulchra· et nomẽ dñi ſuper mortuũ qui primus inuentus fuerit inuocem⁹· ac ſic̃ ſcriptũ eſt· oſtẽdam⁹ ex operib⁹ fidem nr̃am· vt manifeſtiſſime recte fidei documẽta eius teſtimonio declarentur· et perſpicuã veritatẽ nõ inani diſputatione verboꝝ ſed virtute ſignorũ· et illo qḋ nõ poteſt falli indicio cõprobem⁹. Quo audito· hereticus corã circũſtanti plebe pudore conſtrictus· cum ad p̃ns p̃bere ſe cõditiõi ꝓpoſite ſimulaſſet aſſẽſum ſeq; affuturum in craſtinũ ꝓmiſiſſet. poſtero die expectantib⁹ vniuerſis qui ſtudioſius ad condictũ locũ ſpectaculi huius cupiditate cõfluxerũt· exterritus cõſcientia ſue infidelitatis aufugit· ac ꝓtinus ab vniuerſa egypto tranſmigrauit Quẽ cum beatus macharius vſq; ad horam nonã cum ꝑplis preſtolatus pro ſua conſcientia declinaſſe vidiſſet· aſſumẽs plebẽ q̃ ab illo fuerat deprauata· ad cõdicta ſepulchra perrexit. Hũc autẽ egyptijs morẽ nili fluminis inuexit alue⁹· vt q̃m vniuerſa illius latitudo terre· inſtar immẽſi pelagi· nõ paruo anni tp̃e ſolita aquarũ eruptiõe cõtegitur· ita vt nulla tũc cuiq̃ humãdi copia humani corporis tribuat'· niſi poſt tranſuectionem decurſam· corpora mortuorum pigmentis condita redolentib⁹· in editiorib⁹ cellulis recondantur. Nam madens ebrietate contigua terre illius ſolũ humandi arcet officiũ. Si qua enĩ cadauera defoſſa ſuſceperit· euomere ad ſuperficiẽ ſuã inũdationũ nimietate cõpellitur. Cum igitur antiquiſſimo cuidam cadaueri beatus macharius aſtitiſſet ait. O homo ĩquit· ſi veniſſet huc mecum hereticus ille filius perditionis· et aſtante ipo nomen chriſti dei mei inuocãs exclamaſſem· vtrũ ne corã his qui pene eius fuerant fraude ſubuerſi· ſurrecturus fuiſſes edicito. Tũ ille conſurgens· annuentis voce reſpondit. Quẽ interrogans abbas machari⁹ quid nã fuiſſet aliquãdo cũ frueret' hac vita· vel qua hominũ fuiſſet etate· aut ſi nomẽ chriſti tũc tp̃is cõgnouiſſet. ille ſe ſub antiquiſſimis regibus vixiſſe reſpõdit· chriſtiq; nomẽ aſſeruit illis ſe nec audiſſe tẽporibus. Cui rurſus abbas macharius. Dormi inquit in pace· cũ ceteris in tuo ordine a chriſto in fine tempoꝝ ſuſcitandus. Hec igitur eius ꝟtus et gratia q̃ꝫtũ in ipo fuit ſemper fortaſſe latuiſſet· niſi eum neceſſitas totius prouincie periclitantis· et erga chriſtum plena deuotio amorq; ſincerus· iſtud exercere miraculum cõpuliſſet. Qḋ vtiq; vt ab eo

fieret non oſtentatio glorię ſed charitas chriſti ⁊ totius plebis extorſit vtilitas· vt beatum quoqꝫ helia̅ feciſſe regnoru̅ lectio manifeſtat· qui ignem de celo ſuper hoſtias impoſitas pirę ·pię idcirco deſcendere poſtulauit· vt periclitante̅ pſeudo prophetarum preſtigijs fidem totius populi liberaret.

## De miraculo qd abbas abraha̅ in mulieris fecit vberibus Cap̄.iiij.

q

Quid ſi etiam abbatis Abrahe geſta commemorem ·qui pais· id eſt· ſimplex pro ſimplicitate morum et innocentia cognominatur· Qui cum metendi gratia ad egyptu̅ de heremo diebus quinquageſime perrexiſſet· et a muliere quadam paruulum ſuu̅ lactis inopia iam tabidum atqꝫ ſeminecem preferente· lachrymoſis precibꝫ fuiſſet obſtrictus· calicem ei aquę potanduꝫ impreſſo crucis ſignaculo dedit· cuius hauſtu ·confeſtim miruꝫ immodum ·arida iam penitus vbera copia lactis redu̅dante confluxerunt.

## De claudi cuiuſdam curatione quaꝫ idem eſt operatus. Cap̄.v.

v

Vel cu̅ idem ipe pge̅s ad vicum circundatus eſt illudentiu̅ turbis· qui ſubſannantes oſtendebant ei quendam hominem co̅tracto genu ·multis iam annis greſſus officio deſtitutum· et antiqua debilitate reptante̅· ac temptantes eum· oſtende aiebant abba abraham ſi ſeruus es dei· et reſtitue hunc priſtine ſanitati vt nomen chriſti quem colis vanum non eſſe credamus. Tunc ille confeſtim inuocato chriſti nomine· inclina̅s ſe ⁊ apprehendens aridu̅ pedem hominis traxit· cuius tactu continuo ſiccum genu incuruumqꝫ directuꝫ eſt· ac recepto vſu greſſuum quem obliuioni iam tradiderat annoſa debilitas· letus abſceſſit.

## Q meritum vniuſcuiuſqꝫ no̅ ex ſignis debeat eſtimari. Cap̄.vi

b

Hi itaqꝫ viri nihil ſibi pro taliu̅ mirabilium virtute donaba̅t· quia non hec ſuo merito agi· ſ; dn̄i miſcdia fatebantur· apoſtolicis verbis in admiratione ſignorum humana̅ gloriam refutantes. Viri fratres inquiunt· quid admiramini in hoc· aut nos quid intuemini· quaſi nr̄a vtute aut poteſtate fecerimus hunc ambulare. Nec quemqꝫ in donis ac mirabilibus dei· ſ; potius ex proprijs virtutu̅ fructibus predicandum eſſe cenſebant· qui induſtria mentis et operum virtute generantur. Plerumqꝫ enim vt ſupra iam dictum e̅ homines mente corrupti· reprobi circa fidem· in nomīe domini et demonia expellunt· et virtutes maximas operant̄. De quibus cum apoſtoli cauſarentur ⁊ dicerent· preceptor· vidimus quendam in nomine tuo eijcientem demonia· et prohibuimus eum· quia no̅ ſequitur nobiſcum· licet eiſdem ad preſens reſponderit chriſtus· nolite prohibere· qui enim non eſt aduerſum vos: pro vobis eſt· tamen eis in fine dicentibus· domine domine· no̅ne in nomine tuo prophetauimus· et in tuo nomine demonia eiecimus· et in tuo nomine virtutes multas fecimus· reſponſurum ſe eſſe teſtatur· quia nunqꝫ noui vos· diſcedite a me operarij iniquitat̄. Et idcirco etia̅ iſtos quibꝫ ha̅c gloriam ſignorum atqꝫ virtutum pro merito ſanctitatis ipſe conceſſit· ne in his extollantur admonet dicens. Nolite gaudere quia demonia vobis ſubijciu̅tur· gaudete autem· quia nomina veſtra ſcripta ſunt in celis·

## Q carismatum virtus no̅ in mirabilibus ſed in humilitate conſiſtat. Cap̄.vij.

d

Deniqꝫ ipe auctor ſignoru̅ omnium atqꝫ virtutuꝫ· cum ad doctrinę ſuę magiſterium diſcipulos aduocaret· quid ab eo veri atqꝫ electiſſimi ſectatores peculiariter diſcere deberent· euidenter oſte̅dit. Venite inquit et diſcite a me· no̅ vtiqꝫ vt demones celeſti ptāte pellatis· non vt leproſos emu̅detis· no̅ vt cecos illuminetis· no̅ vt mortuos ſuſcitetis. Hec enim etia̅ ſi p qſda̅ ſeruos meos operor· non poteſt ſe inſerere laudibus dei humana conditio· nec vllam ſibi in hoc miniſter et famulus decerpere portionem· vbi ſolius diuinitatꝭ eſt gloria. Vos autem inquit hoc diſcite a me· quia mitis ſum et humilis corde. Hoc eni̅ eſt qd cunctis generaliter diſcere ⁊ exercere poſſibile eſt· opera aute̅ ſignoru̅ atqꝫ vtutum nec ſp necc̄ia· nec oībꝫ co̅moda· nec omnibꝫ co̅cedunt̄. Humilitas eſt ergo omniu̅ magiſtra virtutuꝫ· ipa eſt celeſtis edificij firmiſſimu̅ fundamentum· ipa eſt donum proprium atqꝫ magnificuꝫ ſaluatoris. Iſta eteni̅ vniuerſa miracula quę chriſtus operatus eſt· ſine periculo elationis exercet· qui mitem dominu̅· no̅ ſublimitate ſignorum ſ; patientię atqꝫ humilitatis virtute ſectat̄. Qui vero immu̅dis ſpiritibus imperare. aut languentibus ſanitatuꝫ dona co̅ferre· aut aliquod ſignu̅ mirabile popul̄ geſtit oſtendere· qua̅uis in oſtentationibus ſuis chriſti inuocet nome̅· tame̅ alienus a chriſto eſt· quia humilitatis magiſtrum ſuperba mente no̅ ſequitur. Naꝫ etia̅ cu̅ ad patre̅ remea̅s quodda̅ vt ita dixerim conderet teſtamentuꝫ· hoc diſcipulis dereliqt. Ma̅datu̅ inqt nouu̅ do vobis vt diligatꝭ inuice̅ ſicut dilexi vos vt et vos diligatis inuicem. Statimqꝫ ſubiunxit. In hoc cognoſce̅t oe̅s qꝛ mei eſtis diſcipuli· ſi dilectione̅ habueritꝭ ad inuicem· Non ait. ſi ſigna atqꝫ virtutes ſimiliter feceritis· ſed ſi digna̅ dilectio̅eꝫ inuicem habueritis. q̄m certu̅ eſt niſi mites atqꝫ hu̅iles huare no̅ poſſe. Quapp̄t nu̅qꝫ monachos ꝓbos nec morbo cenodoxię vacuos noſtri maiores eſſe dixeru̅t· qui ſemetipos exorciſtas cora̅ hoībꝫ ꝓfitentur· et inter admirantiu̅ turbas ha̅c q̄m vel meruerūt vel preſumpſerūt gr̄aꝫ iactantiſſima oſtentatio̅e diffama̅t. Sꝫ incaſſum. Qui enim innititur me̅dacijs hic paſcet ventos· idem aute̅ ipe ſeqtur aues volantes. Sine dubio eni̅ eueniet eis illud quod in prouerbijs dicitur. Sicut venti et nubes ⁊ pluuię manifeſtiſſime ſunt· ita qui gloriātur in dato falſo. Et ideo ſi quis coram nobis hoꝛ aliqd fecerit· no̅ de a̅miratione ſignorum· ſ; de ornatu morum debet apud nos eſſe laudabilis· nec vtrum demonia ei ſubiecta ſint· ſed vtrum charitatis membra q̄ deſcribit apoſtolus poſſideat inquirendu̅.

## Q mirabilius ſit de ſemetipſo vicia qꝫ d altero demones extruſiſſe. Cap̄.viij.

e

Et reuera maius miraculum e̅ de propria carne fomitem luxurię eradicare· qꝫ expellere īmundos ſpiritus d corporibus alienis· ⁊ magnificentius ſignum eſt virtute patie̅tię truculentos motus iracu̅die cohibere· qꝫ aereis principatibꝰ imperare· pluſqꝫ eſt excluſiſſe edaciſſimos de corde proprio triſtitie morbos· qꝫ valitudines alterius febreſqꝫ corporeas expuliſſe. Poſtremo multis modis preclarior virtus ſublimiorqꝫ profectus eſt· anime proprie curare languores· qꝫ corporis alieni. Quanto eniꝫ hec ſublimior carne eſt· tanto preſta̅tior eius eſt ſalus· quantoqꝫ precioſior̄ excellentiorisqꝫ eſt ſubſtantię· tanto grauioris ac pernicioſioris eſt et ruine.

## Quantum precellat vite probitas opera ſignorum. Cap̄.ix.

e

Et de illis quidem curationibꝫ ita beatiſſimis apl̄is dr̄. Nolite gaudere quia demonia vobis ſubijciuntur. Hoc eniꝫ faciebat no̅ eorum poteſtas· ſed virtus dominici nominis inuocati· et idcirco mone̅tur· vt ex hac parte nihil ſibi beatitudiniſ aut glorię audeant vendicare· quę dei tantum potentia ac virtute perficitur· ſed ex illa vite ſuę cordiſqꝫ ītima puritate· ob q̄m nomina eorum inſcribi mere̅tur in cęlis.

**Revelatio ꝺ perfecte caſtitatis experimento. Cap. x.**

E
T vt hocipſum quod diximus
vel teſtimonijs veteꝝ vel diuis
oracul' approbem⁹ · q̇d beatus
Paſunti⁹ vl' ꝺ admiratiōe ſigꝝ · vel de
gr̄a ſenſerit puritatis · immo quid āgeli
revelatione cognouerit · ipi⁹ verbis atqȝ
experimentis rectius proferemus. Hic
nanqȝ ita multis vigens annis diſtricti
one precipua · vt crederet ſe etiam carna
lis cōcupiſcentie laqueis penitus abſo-
lutū · eo ꝙ cunctis infeſtationibus demo
num · quibus diu aperteqȝ conflixerat ·
ſuperiorem ſe factū eſſe ſentiret · dum ad
uenientibus viris ſanctis pulmentū̄ len
ticule q̄ꝺ illi atheran nominānt prepararet ·
manus eius in clibano vt aſſolet flāma
ſuperuolitāte combuſta eſt. Quo facto
triſtificatus magnū immodū cepit ſecuȝ
tacitus voluere · cur ignis inquiēs mecū
nō habet pacē · cum duriora mihi demo
nū ceſſerint prelia : aut queādmodū me
ī illo metuendo examinis die per ſe tran
ſiturū ille ignis inextinguibilis · et inqui
ſitor meritoꝝ omniū nō tenebit · cui nūc
extrinſecus hic temporalis ac paruul⁹ n̄
pepercit : Cunqȝ eſtuanti huiuſcemodi
cogitationibus atqȝ triſtitia ſopor ſubi-
tus obrepſiſſet · adueniēs angelus dn̄i ·
cur inquit paſunti triſtis es · q̄ꝺ nec duȝ
pacatus tibi ſit ignis iſte terrenus · cū ad
huc reſideat in mēbris tuis carnalium
motuū necdum purū excocta cōmotio :
Cuius radices donec in tuis viuūt me-
dullis · ignē iſtum materialē nequaqȝ ti-
bi pacificū eſſe permittēt. Quē vtiqȝ in-
noxiū alias ſentire nō poteris · niſi oīnes
internos motus his indicijs in temetip
ſo experiaris extinctos. Vade ꝛ apprehē
de nudam et pulcherrimā virginē · et ſi il
lam tenens · tranquillitatem tui cordis ī
mobilem · eſtuſqȝ carnales pacificos ī te
ſenſeris perduraſſe · huius quoqȝ viſibi
lis flāme mitis atqȝ innoxius in modū
illoꝝ triū ī babilonia puerorū te allābet
attact⁹ Itaqȝ ſenex ex huiuſmodi reuela
tiōe percullſus · nō quidem experimēti di
uinitus demonſtrati pericula conſuluit
ſꝫ interrogans ꝯſcientiā ſuam · ꝛ purita-
tem ſui cordis examinās · nec adhuc pō
dus caſtimonię ſuę huius probationis
ponderi cōpenſare coniectans · nō mirū
eſt ait · ſi cedentibus mihi immūdorū ſpi
rituū prelijs · aduſtiones ignis quas di
riſſimis cōgreſſibus demonū inferiores
eſſe credebam · adhuc aduerſum me ſen-
ſerim ſeuientes. Maior quippe eſt virtus
ac ſublimior gratia · internā libidinē car
nis extinguere · qȝ nequitias demonū ex
trinſecus irruentes · ſigno dn̄i ac virtutꝫ
altiſſime potentia ſubiugare · vel de ob-
ſeſſis corporibus noīs diuini inuocatio
ne ꝓpellere. Hucuſqȝ abbas neſteros ·
orationē de vera cariſmatū operatione
ꝯſummās · nos ad cellam ſenis ioſeph q̄
ſex ferme milibus ab ipō aberat prope-
rantes · doctrinę ſuę inſtitutione proſe-
ſecutus eſt.

**Explicit collatio ſecunda abba tis neſterotis de cariſmatibus diuinis. Incipiūt capitula col lationis prime abbatis ioſeph de amicicia. Cap. i.**


Q
Uid a nobis abbas Joſeph p̄
mitus inquiſierit.
ij Diſputatio eiuſdem ſenis de in-
fido amiciciarum genere.
iij Unde indiſſolubilis amicicia
ſit.
iiij Interrogatio vtrum vtile aliq̄d
etiā contra votum fratris effici
debeat.
v Reſpōſio ꝙ perpetua amicicia
niſi inter perfectos ſtare n̄ poſſit
vi Quibus modis inuiolablis poſ
ſit ſocietas retentari.
vij Qꝛ nihil charitati preponenduȝ
ſit · nec iracūdie poſtponendū.
viij Quibus de cauſis inter ſpirita-
les naſcatur diſſenſio.





ix De amputandis etiam ſpiritali-
bus cauſis diſcordiarum.
x De optimo examine veritatis.
xi Qꝛ impoſſibile ſit queq̄uā q̇ pro-
prio fidit iudicio diaboli illuſi-
one nō decipi.
xij Qꝫ ob cauſam nō debeant inferio
res in collatione contemni.
xiij Qꝛ charitas nō ſolum res dei · ſꝫ
etiam deus ſit.
xiiij De gradibus charitatis.
xv De his qui vel ſuam vel fratrum
cōmotionē diſſimulatione cor-
roborant.
xvi De eo ꝙ ſi frater aduerſum nos
aliquid habeat ſimultatis · mu
nera orationū noſtraruȝ a dn̄o
reſpuantur.
xvij De his qui patientiaȝ ſecularibꝫ
magis putāt impendendaȝ eſſe
qȝ fratribus.
xviij De his qui patientiā mentiētes
ad iracundiam fratres ſilentio
accendunt.
xix De his q̇ ex indignatiōe ieiunāt
xx De quorundam ſimulata patiē
tia qui maxillam verberandam
alterā ingerunt.
xxi Interrogatio queādmodū chri-
ſti mādatis obtemperātes euā
gelica perfectione fraudentur.
xxij Reſponſio ꝙ chriſtus nō ſolum
facti ſꝫ etiam voluntatis inſpe-
ctor ſit.
xxiij Qꝛ ille ſit fortis ꝛ ſanus q̇ ſuccū-
bit alterius voluntati.
xxiiij Qꝛ infirmi iniurioſi ſint ꝛ iniuri-
as ferre nō poſſint.
xxv Interrogatio quō fortis ſit q̇ nō
ſp ſuſtentat infirmū.
xxvi Reſponſio ꝙ infirmus non ſe ſi-
nat ſuſtentari.
xxvij Quemadmodum ſit iracundia
cōprimenda.
xxviij Amicicias coniuratiōe initas fir
mas eſſe non poſſe.


**Expliciūt capitula.**



**Incipit collatio prima Abba-tis Joſeph ꝺ amicicia. Cap. i.**

B
Eatus
ioſeph cui⁹ nūc
inſtituta ac pre-
cepta pandēda
ſunt · vnus ex tri
bus quorum in
prima collatiōe
fecimus mentionem · clare admodum fa
milię · ac primarius ciuitatis ſuę int̄ egy
ptū fuit q̄ appellat' thymnis · et ita nō ſo-
lum egyptia · ſꝫ etiam greca facundia di-
ligenter edoctus · vt vel nobis vel his q̇
eloquentiam penitus ignorabant · non
vt cęteri per interpretem · ſed per ſemetip
ſum elegantiſſime diſputaret · Qui cum
inſtitutionem ſuam nos deſiderare ſen-
ſiſſet · percontatus primū · vtrum nā eſſe
mus germani fratres · audienſqȝ a nobꝭ
ꝙ non carnali ſed ſpiritali eſſemus frat'-
nitate deuincti · noſqȝ ab exordio renun-
ciationis noſtrę · taȝ ī peregrinatiōe quę
ab vtroqȝ noſtrum fuerat obtentu mili-
tię ſpiritalis arrepta · qȝ ī cenobij ſtudio
indiuidua ſemper ꝯiunctione ſociatos ·
tali vſus eſt ſermonis exordio.

**Diſputatio eiuſdem ſenis de ī-fido amiciciarū genere. Cap. ij.**

A
Miciciarum ac ſodalitatis mlt
ta ſunt genera · que diuerſis mo
dis humanū genus dilectiōis
ſocietate connectunt. Quoſdam eni p̄-
cedens cōmendatio · primū noticię · poſt
etiaȝ amicicię fecit inire cōmertia. In q̇
buſdam vero contractus quidā ſeu da-
ti accepti ve depactio · charitatꝭ federa co
pulauit. Quoſdā negociatiōis ſeu mili
tię vel artis ac ſtudij ſimilitudo atqȝ cō
munio amiciciarum vinculis nexuerūt ·
per q̄m ita etiaȝ effera ſibi inuiceȝ corda
manſueſcunt · vt etiaȝ hi qui in ſiluis ac
montibus latrocinijs gaudent · et effuſi-
one hūani ſanguinis delectantur · ſuoꝝ
ſcelerum participes amplectantur ac fo
ueant. Eſt etiam dilectiōis aliud genus

qđ inſtictu nature ipſiꝰ ⁊ ꝯſanguinitatꝭ lege connectitur· qua vel contribules vł coniuges· vel parentes ſeu fratres· ac filij· naturaliter ceteris preferūtur· quod non ſolum humano generi· verumetiaꝫ oībꝫ alitibus atqꝫ aīantibꝫ ineſſe deprehenditur. Nam pullos vel catulos ſuos naturali affectu inſtigante ſic ꝓtegūt ac defendūt· vt frequēter ꝓ ipſis etiā obijcere ſe ꝑicul' mortiqꝫ nō metuāt. Deniqꝫ etiā illa beſtiaꝝ vł ſerpentiuꝫ vel alitum genera· que intolerabilis feritas ac letale virus ab oībus ſeparata eē cernit· vt ſūt baſiliſci vł monocerotes vł griphes· cum etiam viſu ipſo cunctis pernicioſa eſſe dicantur· inter ſe tamē pro originis ipſius affectioniſqꝫ conſortio pacata et innoxia perſeuerant. Sed hec omnia q̄ diximꝰ genera charitatis· ſicut malis ac bonis· feris etiam atqꝫ ſerpentibus videmus eſſe cōmunia· ita etiam vſqꝫ in finē certum eſt perſeuerare non poſſe. Eteniꝫ interrūpit ea frequenter ac diuidit locorum diſcretio· et obliuio temporalis· et verbi vel cauſe negociorūqꝫ contractus. Ut enim ex diuerſis· vel lucri· vel libidinis· vel conſanguinitatis· ac neceſſitudinū variarum ſocietatibꝫ acquiri ſolent ita intercedente qualibet diuorcij occaſione ſoluūtur.

## Unde indiſſolubilis amicicia ſit. Cap. iij.

In his igitur cunctis vnuꝫ genus eſt inſolubile charitatꝭ· qđ nec cōmendationis gratia· nec officij vel munerū magnitudo contractuſqꝫ cuiuſcūqꝫ rō. vł nate neccītas iūgit ſꝫ ſola ſimilitudo ꝟtutū. Hec inqꝫ ē que nullis vnqꝫ caſibꝫ ſcinditur· quam nō ſolū diſſociare vel delere locoꝝ vel tēporum interualla nō preualent· ſꝫ ne mors quidem ipſa diuellit. Hec eſt vera et idirupta dilectio· que gemina amicoruꝫ ꝑfectione ac virtute concreſcit. Cuius ſemel initum fedus· nec deſideriorum varietas· nec contētioſa dirūpet contrarietas voluntatum. Ceterum multos nouimus in hoc ꝓpoſito conſtitutos· q̇ cuꝫ ꝓ charitate chriſti flagrantiſſima eſſent ſoliditate deuicti· non perpetuo eam· nc indirupte ſeruare potuerunt. quia licet bono ſocietatꝭ principio niterētur· nō tñ vno nec pari ſtudio arreptuꝫ propoſitū tenuerunt· fuitqꝫ inter eos quedam tpal' affectio· quia non eq̄li vtriuſqꝫ virtute· ſꝫ vnius patiā ſuabat'. Que quāuis ab vno magnanimiter atqꝫ infatigabiliter retentetur· neceſſe eſt tamen eam alterius puſillanimitate dirūpi. Infirmitates namqꝫ eorum qui tepidius perfectionis expetunt ſanitatem· quantalibet fortiuꝫ tolerantia ſuſtentētur· ab ipſis tamen q̇ infirmi ſunt nō feruntur. Habent enī inſitas ſibi cōmotionū cauſas que eos q̇etos eſſe nō ſinant· vt ſolent hi qui carnali egritudine detinentur· ſtomachi ſui infirmitates et faſtidia cocorum vel miniſtrantium negligentijs imputare· ⁊ quātalibet eis obſequētium ſollicitudo deſulat· nihilominꝰ tamē ſanis cauſas ſue cōmotionis aſcribere· quas ſibi vtiqꝫ vicio valitudinis ſue ineſſe non ſentiunt. Quāobrem hec eſt amicicie vt diximus fida indiſſolubiliſqꝫ coniunctio· que ſola virtutū parilitate federatur. Dñs enī inhabitare facit vnius moris in domo. Et idcirco in his tantum indirupta poteſt dilectio permanere· in quibus vnū ꝓpoſitum ac voluntas· vnū velle ac nolle conſiſtit. Quā ſi vos quoqꝫ cupitis inuiolabilem retentare· feſtinandum ē vobis vt expulſis primitꝰ vicijs· mortificetꝭ ꝓprias volūtates· ⁊ vnito ſtudio atqꝫ ꝓpoſito· illud quo propheta ad modū delectatur· gnauiter impleatis· ecce qꝫ bonū ⁊ qꝫ iocundū habitare fratres ī vnū. Qđ non localiter ſꝫ ſpiritaliter oportet intelligi. Nihil enim prodeſt· ſi moribꝫ ac ꝓpoſito diſſidentes vna habitatiōe iūgantur· nec obeſt parili virtute fundatis· per locoꝝ interualla diſiungi. Apđ deū namqꝫ morum cohabitatio· non locorū vnita fratres habitatio coniungit· nec poteſt vnqꝫ pacꝭ integritas cuſtodiri vbi voluntatū diuerſitas inuenit'.



## Interrogatio vtruꝫ vtile aliq̇d etiā cōtra votū fratris effici debeat. Cap. iiij.

Germanus. Quid ergo ſi vno volente perficere aliquid qđ ſcḋm deū ꝯmodū ⁊ ſalubre ꝑſpexerit· alius nō preſtet aſſenſum· exequendum ne etiam contra votū fratris eſt· an pro eius arbitrio negligendum:

## Reſpōſio ꝙ perpetua amicicia niſi iter perfectos ſtare nō poſſit. Cap. v.

Joſeph. Idcirco diximꝰ plenā atqꝫ perfectaꝫ amicicie gratiam niſi inter perfectos viros eiuſdēqꝫ virtutis perſeuerare non poſſe· quos eadem voluntas vnūqꝫ ꝓpoſituꝫ aut nūqꝫ aut certe raro diuerſa ſentire· aut in his que ad profectū ſpiritalis pertinent vite patitur diſſidere. Qđ ſi animos ceperint ꝯtentionibus eſtuare· liq̄t vtiqꝫ eos nūqꝫ ſcḋm regulā q̄m prediximꝰ fuiſſe cōcordes. Sed qꝛ nemo poteſt a ꝑfectione habere principiū· niſi qui ab ipſo eius ceperit fundamēto· et vos nō q̄nta eius ſit magnitudo· ſed quēadmodū ad eam peruenire poſſit inquiritis· neceſſariū reor vt paucis regulaꝫ vobis eius ac tramitē quendam· per quē greſſus veſtri dirigātur apiaꝫ. vt patientie ac pacꝭ bonū facilius obtinere poſſitis.

## Quibus modis inuiolabilis poſſit ſocietas retētari. Cap. vi.

Prima igitur ſunt vere amicicie in contemptu ſb̄e mundialis et omniū quas habemus rerū deſpectione fundamina. Quā enī iniuſtū atqꝫ impium eſt· ſi poſt abrenūciatā mūdi ⁊ omnium que in eo ſunt vanitatem· precioſiſſime fratris dilectiōi ſuppellex viliſſima que ſuperfluit preferatur. Secundum eſt· vt ita ſuas vnuſquiſqꝫ reſecet voluntates· ne ſe ſapientem atqꝫ conſultum eſſe indicans ſuis malit qꝫ proximi diffinitionibꝫ obedire. Tertium eſt vt ſciat oīa etiā q̄ vtilia ac neceſſaria eſtimat· poſtponēda bono charitatis ac pacis. Quartū· vt credat nec iuſtis nec iniuſtis de cauſis penitus iraſcendū. Quītū· vt aduerſus ſe iracundiā fratris· etiā ſine ratione conceptam· eodem modo q̄ ſuam curare deſideret· ſciens equaliter ſibi pernicioſam alterius eſſe triſtitiam ac ſi aduerſus aliuꝫ ipſe moueatur· niſi eā qꝫtū in ſe eſt etiā đ fris mēte depulerit. Poſtremū illud eſt· qđ generale vicioꝝ omnium peremptorium eſſe non dubiū eſt· vt ſe de hoc mūdo credat quotidie migraturum. Que perſuaſio non ſolū nullam in corde triſtitiaꝫ reſidere permittit· verumetiam vniuerſos concupiſcentiarum ac peccatorum omnium cōprimet motus. Hec igitur quicunqꝫ tenuerit· amaritudineꝫ ire atqꝫ diſcordie nec pati poterit nec inferre. His autem ceſſantibus cum primum ille emulus charitatis in cordibus amicorum triſtitie ſenſiꝫ venena ſuffuderit· neceſſe eſt vt frequentibus iurgijs paulatim dilectione tepefacta· amātium corda diu exulcerata quādoqꝫ diſſociet. Nam qui per callem predicte directionis ingreditur· in quo ab amico vnqꝫ ſuo poterit diſſidere· qui p̄mum litium cauſam que ex paruulis rebus viliſſimiſqꝫ materijs generari ſolet· nihil ſuum vendicans radicitus amputauerit· illud quod in actibus apoſtolorum legimus de vnitate credentiuꝫ omni virtute cuſtodiēs. Multitudinis autē credentium erat cor vnum ⁊ anima vna nec quiſqꝫ eorum que poſſidebāt aliq̇d ſuum eſſe dicebat· ſed erant illis omnia communia. Deinde quemadmodū ab eo ſeminariū diſſēſionis exurget· qui nō ſue ſed fratris ſeruiens voluntati· domini atqꝫ auctoris ſui fuerit imitator effectus· qui loquēs ex perſona hominis quē gerebat. Non veni inq̇t vt facereꝫ volūtatē meā ſꝫ volūtatē eiꝰ q̇ me miſit. Quo autem modo vllum contentionis fomitē ſuſcitabit· qui de intelligētia ac ſenſu ſuo· nō taꝫ ꝓprio iudicio qꝫ fratrꝭ credere decreuit examini· ꝓ eius ſcꝫ arbitrio· vel

probans ſua inuenta· vel improbans· ⁊
euangelicuꝫ illud pij cordis humilitate
conſummans· verumtamē nō ſicut ego
volo ſed ſicut tu vis. Aut qua ratiōe ali
ꝗd quo frater meſtificet admittet· q̇ bo-
no pacꝭ nihil iudicat eſſe precioſius· dn̄i
ce illius ſententie memoriā nō amittens
In hoc cognoſcēt oēs ꝙ mei eſtis diſci-
puli· ſi dilectioneꝫ habueritis ad inuicē·
per quā velut ſpāli ſignaculo gregē oui
um ſuarum in hoc mundo voluit chri-
ſtus agnoſci· atqꝫ hoc a ceteris vt ita di-
xerim caractere diſcerni Qua vero ex cā
vel in ſe recipere vel in alio reſidere rāco
rem triſtitie ſuſtinebit· cui ſumma diffi-
nitio eſt iracundie que pernicioſa ⁊ illi-
cita eſt iuſtas cauſas eſſe non poſſe·
eodemqꝫ ſe modo ſuccenſente ſibi fratre
orare nō poſſe· quo ſi fratri ſuo ipē ſuccē
ſeat· illam domini ſaluatoris humili ſp
retinens corde ſententiaꝫ. Si offers mu
nus tuum ad altare· ⁊ ibi recordatus fu
eris ꝙ frater tuus habet aliquid adůſuꝫ
te· relinque ibi munus tuū ante altare· ⁊
vade prius reconciliari fratri tuo· et ſic
veniens offer munus tuuꝫ. Nihil enim
proderit ſi te quidem aſſeras nō iraſci· et
credas te īplere illud mādatū quo dicit
ſol non occidat ſuper iracundiā veſtrā·
et qui iraſcitur fratri ſuo reus erit iudi-
cio. alterius vero triſtitiam quā delinire
tua manſuetudine potuiſti· contumaci
corde deſpicias. Eodem nāqꝫ modo ꝑ-
cepti dominici preuaricatione plecteris·
Qui enī te iraſci aduerſus alterū nō de-
bere dixit· nec alterius ꝯtemni triſtitiam
debere dixit· quia non intereſt apud deū
qui omnes hoīes vult ſaluos fieri· vtruꝫ
te an alium quempiā perdas. Unum ſi
quidem cuiuſlibet interitu ei naſcitur de
trimentum· itidemqꝫ illi cui grata omni
um perditio eſt· vnū lucrum· vel tua vel
fratris morte cōquiritur. Quemadmo-
dū poſtremo poterit vel tenueꝫ ꝯ fratreꝫ
retinere triſtitiam· qui ſe credit quotidie
īmo continuo ab hoc ſeculo migraturū.

**Q nihil charitati preponendū ſit· nec iracūdie poſtponendum Cap̄. vij.**

ſ
Icut ergo nihil preponendum
eſt charitati· ita furori vel iracū
die nihil eſt econtrario poſtpo-
nendum. Omnia nanqꝫ ꝗuis vtilia ac
neceſſaria videantur ſpernenda tamen
ſunt· vt ire perturbatio deuitetur· ⁊ om-
nia etiam que putantur aduerſa ſuſci-
pienda atqꝫ toleranda ſunt· vt dilectio-
nis paciſqꝫ tranquillitas illibata ſerue
tur· quia nec ira atqꝫ triſtitia pernicioſi-
us quicqꝫ· nec charitate vtilius creden-
dum eſt.

**Quibus de cauſis inter ſpirita-les naſcatur diſſēſio. Cap̄. viij**

n
Am quemadmodum carnales
adhuc ⁊ imbecilles fratres ob
vilem terrenamqꝫ ſbam cito in
imicus diſiungit· ita etiā īter ſpiritales
gignit pro intellectuuꝫ diuꝰſitate diſcor-
diam. Ex qua ſine dubio contentiones
rixeqꝫ verborum· quas apoſtolus dam-
nat· plerumqꝫ conſurgunt· vnde conſe
quent diuorcia inter vnanimos fratres
hoſtis inuidus ac malignꝰ īterſerit. Ue-
ra eſt namqꝫ ſapientiſſimi ſalomonis il-
la ſentētia. Odiū ſuſcitat contentio· vni
uerſos vero qui non contendunt prote-
git amicicia.

**De amputādis etiam ſpiritali-bus cauſis diſcordiarū. Ca. ix.**

q
Ua propter ad conſeruandaꝫ
perpetuam ⁊ indiuiduam cha-
ritatē· nihil prodeſt primā cau
ſaꝫ amputaſſe diſcidij· que naſci ſolet ꝺ
rebus caducis atqꝫ terrenis· et vniuerſa
deſpexiſſe carnalia· atqꝫ omniū quibꝫ no
ſter vſus indiget rerum· indiſcretam cō-
munionem fratribus permiſiſſe· niſi etiā
ſecundā ꝗ ſub ſpecie ſpiritaliū ſenſuum
naſci ſolet ſimiliter abſcidentes· acquiſi
erimus in omnibꝫ hūilem ſenſum· ⁊ con
ſonas voluntates.

**De optimo examine veritatis. Cap̄. x.**



m
Emini namqꝫ cū me adhuc ad
herere ꝯſortio etas iunior horta
ret huiuſmodi nob̄ ītelligētiā·
vel in moralibus diſciplinis·
vl in ſcripturis ſacris frequēter inꝑtā· vt
nihil ea verius· nihilqꝫ rationabiliꝰ cre-
deremus. Sed cū in vnū conuenientes
ſn̄ias noſtras ꝓmere cepiſſemus· quedā
cōmuni exaīatiōe diſcuſſa· primum ab
altero falſa ac noxia notabātur· mox de
inde vt ꝑnicioſa cōmuni ꝓnunciata iu
dicio dānabātur· que intm̄ prius infu-
ſa a diabolo luce clarius fulgebāt· vt fa-
cile potuiſſent generare diſcordiā· niſi ꝑ
ceptū ſeniorū velut diuinū quoddā ora
culū cuſtoditū ab omī nos ꝯtentione re-
uocaſſet. quo ab illis legali quadaꝫ ſan
ctione perſcriptū eſt· vt neuter noſtrum
plꝰ iudicio ſuo ꝗ fratri crederet· ſi nūqꝫ
vellet diaboli calliditate deludi.

**Q impoſſibile ſit queqꝫ qui ꝓ-prio fidit iudicio diaboli illuſi-one nō decipi. Cap̄. xi.**

Tenī ſepe illud qꝺ apoſtolꝰ di-
cit· ꝓbatuꝫ eſt euenire. Ipē enī
ſathanas transfigurat ſe in an
gelū lucis· vt obſcurā ac tetrā caliginem
ſenſuū ꝓ vero lumine ſcientie fraudulē-
ter effundat. Qui niſi humili ⁊ manſue-
to corde ſuſcepti maturiſſimi fratris vel
ꝓbatiſſimi ſenioris reſuētur examini· et
eoꝝ iudicio diligēter excuſſi· aut abijciā
tur· aut recipiantur a nobis· ſine dubio
venerātes in cogitatiōibus noſtris pro
angelo lucis angelum tenebrarū ꝗuiſſi-
mo feriemur interitu. Quā perniciē im-
poſſibile eſt euadere quēpiam iudicio ꝓ
prio confidenteꝫ· niſi hūilitatis de ama
tor ⁊ executor effectus· illud qꝺ apl's ma
gnopere deprecatur omī contritione cor
dis impleuerit. Si qua ergo inquit con
ſolatio in chriſto· ſi qꝺ ſolatiū charita-
tis· ſi qua viſcera miſerationis· implete
gaudiū meū vt ideꝫ ſapiatis· eandē cha
ritatē habentes· vnanimes idipm̄ ſenti
entes· nihil per contentionē· neqꝫ per ina
nē gloriā· ſꝫ in humilitate ſuperiores vo-
bis metipīs alterutrū arbitrātes· ⁊ illud·
honore alterutrū preuenientes· vt plꝰ vnꝰ
quiſqꝫ conſorti ſuo ſcientie ⁊ ſanctita-
tis aſcribens· ſummā diſcretionis de in
alteriꝰ magiſ ꝗ ī ſuo credat ſtare iudicio

**Quā ob cauſam non debeant ī-feriores in collatione contem-ni. Cap̄. xij.**

Epe autem accidit· ſine illuſio
ne diaboli· ſine interceſſu erroꝝ
humani· quo nullus eſt in hac
carne qui falli velut homo nō poſſit· vt
et ille interdum qui acrioris ingenij ſciē
tieqꝫ maioris eſt· aliquid falſum mēte cō
cipiat· et ille qui tardioris ingenij ac mi-
noris eſt meriti· rectius aliquid veriuſqꝫ
perſentiat. Et idcirco nullus ſibi ꝗuis
ſcientia preditus inani tumore perſuade
at· quod poſſit collatione alterius non
egere. Nam etiam ſi iudicium eius dia-
bolica non fallat illuſio· elationis tamē
et ſuperbie grauiores laqueos non eua-
det. Quis enim hoc ſibi abſqꝫ īgenti po
terit vſurpare pernicie· cum vas electio
nis in quo chriſtus vt ipē profeſſus ē lo-
quebatur· ob hoc ſolummodo ſe aſſerat
hieroſolimā conſcendiſſe· vt cuꝫ ſuis co
apoſtolis euangelium· qꝺ gentibus re-
uelante ⁊ cooperante domino predica-
bat· ſecreta examinatione cōferret. Per
quod oſtēditur nō ſolum vnanimitatē
atqꝫ concordiam per hec precepta ſerua
ri· verumetiam cunctas diaboli aduer-
ſantis inſidias et illuſionum eius laque
os non timeri.

**Q charitas non ſolum res dei ſed etiam deus ſit. Cap̄. xiij.**

Eniqꝫ intantum virtus chari-
tatis extollitur· vt eam beatus
Iohannes apoſtolus· nō ſolū
rē dei· ſed etiā deum eſſe pronūciet dicēs
Deus charitas eſt· et qui manet in cha
ritate in deo manet et deus in eo. Nam
vſqꝫ adeo illam diuinaꝫ eſſe perſpicimꝰ
vt illud apl'i manifeſtiſſime vigere ſenti
amꝰ ī nob· qm̄ charitas dei diffuſa ē in
cordibꝫ nr̄is ꝑ ſpm̄ſanctū ꝗ hitat ī nob

Qđ tale ē· ac ſi dicat· Quõ deꝰ diffuſus eſt in cordibus noſtris per ſpiritũ ſanctũ qui habitat in nobis. Qui etiã cũ ignoremus quid debeamus orare· īterpellat ꝓ nobis gemitibꝰ inenarrabilibꝰ. Qui aũt ſcrutatur corda ſcit q̄d deſideret ſpiritus q꞉ ſꝫm deũ poſtulat pro ſanctis.

## De gradibus charitatis. Cap. xiiij.

Illam igitur charitatē q̄ dicit agape· poſſibile eſt omibꝰ exhibere· de qua beatus apl's. Ergo dum tēpus habemus inquit operemur bonũ ad oēs· maxime aũt ad domeſticos fidei· Que intantũ omībus eſt generaliter exhibēda· vt ea꞉ etiã inimicis noſtris a dño iubeamur impendere. Nam diligite inq̄t īimicos vr̃os. Diathesis aũt· i· affectio· paucis admodũ et his q̄ vl' paritate morũ vel virtutũ ſocietate cõnexi ſunt exhibetur· licet etiã ip̄a diathesis multã in ſe differentiã habere videatur. Aliter eni parētes· aliter ꝯiuges. alit' fratres· aliter filij diligũtur· et in ip̄a quoq꞉ hoꝝ affectuũ neceſſitudīe magna diſtãtia eſt· nec vniformis parentũ dilectio erga filios inuenitur. Qđ etiã Jacob patriarche probatur exemplo· qui cu꞉ eſſet duodecim filiorũ pater· omneſq꞉ patna charitate diligeret· tñ ꝓpenſiore Joſeph dilexit affectu· vt de eo aperte ſcriptura cõmemoret. Inuidebant autē ei fratres ſui· eo q̄ diligeret eu꞉ pater ſuus· ſc꞉ nõ q̄ vir iuſtus ⁊ pater nõ valde diligeret etiã ceteram ꝓlem· ſed q̄ huius quia typum dñi preferebat affectui dulcius qđammodo atq꞉ indulgentius inhereret· Hoc etiã de Johãne euãgeliſta legimꝰ euidentiſſime deſignari· cũ de ip̄o dicit'. Diſcipulus ille quē diligebat ieſus· cu꞉ vtiq꞉ etia꞉ reliquos vndecim ſimiliter electos· ita precipua dilectiõe cõplexus ſit· vt hoc etiã euangelica atteſtatiõe deſignet dicēs. Sicut dilexi vos ⁊ vos diligite inuicē. De quibꝰ ⁊ alibi dicit'. Diligens ſuos qui erãt in mũdo vſq꞉ in finē dilexit eos· ſꝫ hic vnius dilectio nõ erga reliquos diſcipulos tepore͂ charitatis ſꝫ largiorē erga hũc ſuperabundantiam amoris expreſſit· quã et ꝟginitatꝭ ꝓuilegiũ ⁊ carnis icorruptio cõferebat· Que idcirco velut ſblimior cũ quadã exceptione ſignatur· quia nõ eam odij cõparatio· ſꝫ affluentior gratia exuberantiſſimi amoris extollit. Tale quid etiã ex perſona ſponſe legimus in cantico canticorũ dicētis. Ordinate in me charitatē· Hec eni ē vere charitas ordinata· q̄ odio habens neminē quoſdã meritorũ iure pluſ diligit· queq꞉ cũ generaliter diligat cunctos· excipit tamē ſibi ex his quos debeat peculiari affectione complecti. et rurſum int' ip̄os qui in dilectiõe ſũmi atq꞉ precipui ſunt· aliquos ſibi qui ceterorũ affectui ſuperextollantur excerpit.

## De his qui vel ſuã vel fratrũ cõmotione diſſimulatione corroborãt. Cap. xv.

Contra nouimus· qđ vtinã neſciremus· nõnullos fratrũ tante eſſe obſtinationis atq꞉ duricie· vt cũ vel ſuos aduerſus fratrē. vl' fratris aduerſum ſe ſenſerint animos excitatos· ad diſſimulandã mentis ſue triſtitiam· q̄ ex indignatiõe alterutre cõmotionis exorta eſt· ſecedētes ab eis q̄s hũili ſatiſfactione atq꞉ colloq̄o lenire debuerãt· aliquos pſalmoꝝ incipiũt decantare verſiculos. Qui dũ conceptã cordis amaritudinē delinire ſe putãt· inſultando augent· qđ ſtatim extinguere potuerit ſi magis anxij atq꞉ humiles eſſe voluiſſent· vt oportuna cõpunctio ⁊ ip̄oꝝ cordibꝰ mederetur· et fratrũ animos deliniret. Nam illo vtiq꞉ modo puſillanimitatis immo ſuperbie ſue viciũ palpãt· ⁊ nutriũt potiꝰ q̄ꝫ extirpãt fomitē iurgiorũ· dñice illius preceptiõis immemores· qua ait. Qui iraſcitur fratri ſuo reꝰ erit iudicio· ⁊ ſi recordatus fueris q̄ frater tuus habet aliquid aduerſum te· relinque ibi munus tuum ad altare· et vade priꝰ recõciliari fratri tuo· et tũc veniens offeres munus tuũ.



## De eo q̄ ſi frater aduerſum nos aliquid habeat ſimultatiſ mũera orationũ noſtrarũ a domino reſpuãtur. Cap. xvi.

In tantum igitur nõ vult nos deus noſter alteriꝰ deſpectui habere triſtitiam· vt ſi aliquid aduerſu꞉ nos frater habuerit· nec munera noſtra ſuſcipiat· id eſt· n' orationes ſibi a nob' permittat offerri· donec de animo eꝰ triſticiam iuſte iniuſte ve cõcepta꞉· celeri ſatiſfactione tollamus. Neq꞉ eni꞉ ait ſi habet veram querelam aduerſum te frater tuus· relinque ibi munus tuũ ad altare· ⁊ vade prius reconciliari fratri tuo· ſꝫ ſi recordatus fueris inquit· quia frat' tuus habet aliquid aduerſum te· id eſt· etiam ſi leue aliquid ac vile ſit q̄ fratris inte fuerit excitata cõmotio· et hoc memoriam tuã ſubita recordatione pulſauerit· ſcias te offerre precum tuaru꞉ ſpiritalia munera nõ debere. niſi prius qualibet ex cauſa ortam triſticiã de corde fratris benigna ſatiſfactiõe depuleris. Si igitur euangelicus ſꝫmo etiã ꝓ preterita et minima ſimltate· ac de exiguis oborta cauſis· ſatiſfacere nos iraſcētibꝰ iubet· quid de nobis miſeris fiet· qui recentes ⁊ maximas cauſas noſtroq꞉ errore cõmiſſas· ꝑtinaci diſſimulatione cõtemnimus· ⁊ inflati tumore diabolico· dum humiliari erubeſcimus· auctores nos fraterne triſticie denegamu꞉· ac rebelli ſpiritu ſubijci ꝓceptꝭ dñi dedignantes· neq̄q̄ꝫ ea vel obſeruari debere. vel impleri poſſe contēdimus. Eoq꞉ fit vt iudicantes eũ impoſſibilia vel incõgrua precepiſſe· efficiamur ſꝫm apoſtolũ nõ factores· ſꝫ iudices legi.

## De his qui patientiam ſecularibus magis putãt impēdenda꞉ eſſe q̄ꝫ fratribus. Cap. xvij.

Illud quoq꞉ q̄bus lachrymis eſt deflendum· q̄ nõ nulli fratꝝ cum fuerint contumelia cuiuſlibet ſꝫmonis accenſi· ſi alterius cuiuſpiã qui eos lenire deſiderat precibus fatigētur· cum audierint nequaq̄ꝫ debere adũſus fratrem cõcipere tenere ve triſticiaꝫ ſꝫm illud qđ ſcriptum eſt. qui iraſcit' fratri ſuo reus erit iudicio· et ſol nõ occidat ſuper iracundiã veſtrã· proclamãt ilico· Si paganus aliquis· ſi ſecularis hoc feciſſet· aut ita dixiſſet· recte debuit ſuſtineri. Quis aũt ferat fratrē tam grauis cõſcium culpe· aut tam inſolens de ore cõuiciũ proferentē. Quaſi vero patiã infidelibus tantũ· atq꞉ ſacrilegis· et nõ omībus ſit generaliter adhibenda· aut iracũdia contra gentilem noxia contra fratrē vtilis eſtimanda· cũ vtiq꞉ ꝑturbate mentis obſtinata cõmotio· nõ diſſimile contra quēuis fuerit excitata ſibi īferat detrimentu꞉. Quante autem obſtinationis· immo vecordie eſt· vt nec ip̄am verborũ ꝓprietatē hꝰ tementis ſtupore diſcernat. Quia ñ dicitur. omis qui iraſcitur alienigene reus erit iudicio· qđ fortaſſe poterat ſꝫm illoꝝ ſenſu꞉· cõtra conſortes noſtre fidei ⁊ conuſſationis excipere· ſꝫ ſignificanter expreſſit euãgelicus ſꝫmo dicens. Omis qui iraſcitur fratri ſuo reus erit iudicio. Licet itaq꞉ ſꝫm regulam veritatis omnē hoīem fratrē debeamꝰ accipere· tamē hoc ī loco magis fidelis ac noſtre cõuerſationis particeps q̄ꝫ ethnicꝰ fratris vocabulo deſignatur.

## De his qui patientiã mentientes ad iracundiã fratres ſilētio accendunt. Cap. xviij.

Illud vero quale eſt· q̄ interdũ patiētes eſſe nos credimus· q꞉ reſpondere ꝯtemnimus laceſſiti· ſꝫ ita cõmotos fratres amara taciturnitate vel motu geſtuq꞉ irriſorio ſbſannamus· vt eos magis ad iracũdia꞉ vultu tacito prouocemus. quã tumida potuiſſent incitare cõuicia· ī eo nos eſtimãtes minime apud deu꞉ reos· q꞉ nihil ore protulimus· qđ nos notare hominu꞉ iudicio aut condemnare potuiſſet. Quaſi vero apud deũ verba tantũmodo ⁊ ñ precipue volũtas vocetur in culpam· et opus ſolum peccati· et nõ etiã votu꞉ ac ꝓpoſitu꞉ habeatur in crimine· aut ſꝫ tm̃

·qđ vnuſquiſqꝫ fecerit per loquelã· et nõ
qđ etiã per taciturnitatem facere ſtudue
rit·in iudicio ſit querendum. Non eniꝫ
ſola cõmotionis illate qualitas. ſ; etiam
ꝓpoſitũ irritãtis in noxa eſt· Et idcirco
nõ quemadmodũ iurgiũ fuerit excitatũ
ſ; cuius conflagrauerit vicio· verũ iudi
cis noſtri perquiret examen. Affectus enĩ
peccati· nõ oꝛdo conſiderãdus eſt admiſ
ſi. Quid enĩ differt vtrũ quis gladio ip
ſe peremerit fratrẽ· an aliqua ad moꝛtem
fraude cõpulerit· cum ipſius eum dolo
vel crimine conſtet extinctum. Quaſi ve
ro cecum in p̄ceps manu pꝛopꝛia non
impegiſſe ſufficiat· cum ſimiliter reus ſit
qui ꝓnũ ⁊ imminentẽ iam fouee· cũ potu
erit reuocare cõtempſerit· aut ille ſolus ĩ
crimine ſit qui manu ſua quẽpiã laque
auerit· et nõ etiã is qui vel parauerit vel
ingeſſerit laqueũ· vl' certe cũ potuerit au
ferre noluerit. Jta igitur tacere nihil pꝛo
deſt· ſi idcirco nobis indicamus ſilenti
um· vt quod agendum conuicio fuerat
hoc taciturnitate faciamus· aſſimulan
tes quoſdam geſtus· quibus et ille queꝫ
curare nos opoꝛtuit vehementioꝛi inar
deſcat iracundia· et nos ſuper hec omĩa
damno illius ac perditione laudemur·
quaſi vero nõ etiã ex hoc ipõ quis crimi
noſioꝛ ſit· ꝙ gloꝛiã ſibi de fratris volue
rit perditione cõquirere. Utriqꝫ enĩ tale
ſilentiũ erit equaliter noxiũ· quia ſicut ex
aggerat in alterius coꝛde triſticiaꝫ· ita in
ſuo nõ permittit extingui. Contra quos
illa ꝓphete ſatis ꝓpꝛie eſt directa maledi
ctio· Ue qui potat amicũ ſuũ· mittẽs fel
ſuũ· et inebꝛians vt aſpiciat nuditatem
eius· repletus eſt ignominia pꝛo gloꝛia.
Jllud q̊ꝫ qđ per aliũ de talibus dicitur
Quia omnis frater ſupplantãs ſupplã
tabit· et omnis amicus fraudulenter in
cedet· et vir fratrem ſuũ irridebit· ⁊ veri
tatẽ nõ loquẽtur· extenderũt enĩ linguaꝫ
ſuã q̄ſi arcũ mendacij ⁊ ñ veritatis. Se
pe aũt ficta patientia etiam acriꝰ ad ira
cundiam ꝙ̃ ſermo ſuccendit· et attrociſ
ſimas verboꝛũ tranſcendit iniurias· ma
ligna taciturnitas· leuiuſqꝫ tolerantur ĩ
imicoꝛũ vulnera ꝙ̃ irridentiuꝫ ſubdola
blandimenta. De quibus ꝓpꝛie dicitur
per ꝓphetam. Molliti ſunt ſermones eiꝰ
ſuper oleum· et ipĩ ſunt iacula. Et alibi.
Uerba callidoꝛũ mollia· hec aũt feriũt
in penetralia ventris. Quibus etiam
illud poteſt elegãter aptari. Jn oꝛe pacẽ
cum amico ſuo loquitur· et occulte põit
ei inſidias· quibꝰ tamẽ magis decipitur
ipẽ qui decipit. Naꝫ qui p̄parat ante
faciem amici ſui rete· circũdat illud pedi
bus ſuis· et qui fodit foueam ꝓximo ſuo
incidet in eam ipẽ. Deniqꝫ cũ magna ad
compꝛehendendũ dñm cũ gladijs et fu
ſtibus multitudo veniſſet· nẽo in aucto
reꝫ vite noſtre illo cruentioꝛ extitit parri
cida· ꝙ̃ qui cunctos ficto ſalutatiõis ho
noꝛe p̄ueniens oſculum ſubdole chari
tatis ingeſſit. Cui dñs. Juda inq̇t oſcu
lo filium hominis tradis· id eſt· amaritu
do perſecutiõis atqꝫ odij tui· hoc tegmẽ
aſſumpſit· quo dulcedo vere amoꝛis exꝓ
mitur. Apertius quoqꝫ ac vehemẽtius ꝑ
ꝓphetã vis huiꝰ doloꝛis exaggerat'. Nã
ſi inimicus inquit meus maledixiſſet mi
hi· ſuſtinuiſſem vtiqꝫ· ⁊ ſi is q̇ oderat me
ſuper me magna locutus fuiſſet· abſcon
diſſem me foꝛſitan ab eo. Tu vero homo
vnanimis dux meus ⁊ notus meus· qui
ſimul mecũ dulces capiebas cibos· in do
mo dei ambulauimus cũ conſenſu.

**De his qui ex indignatiõe ieiu nant. Cap. xix.**

a Liud quoqꝫ ꝓfanũ triſticie ge
nus eſt· quod dignuꝫ cõmemo
ratione nõ fuerat· niſi id a non
nullis fratribus ſciremus admitti· qui
cum triſtificati fuerint vel irati· ab ipſo
etiam pertinaciter abſtinent cibo· ita vt
qđ etiam dicere abſqꝫ pudoꝛe nõ poſſu
mus· illi qui dũ placidi ſunt refectionem
cibi vſqꝫ ad hoꝛã ſextã· vel vt multũ no
nã negãt ſe poſſe differre· cũ fuerint triſti
cia vel furoꝛe ſuꝑpleti. ieiunia etiaꝫ bidu
ana nõ ſentiãt· tãtãqꝫ inedie defectiõeꝫ
iracundie ſatietate ſuſtentẽt. Jn q̊ plane
ſacrilegij crimen euidenter incurrũt· ieiu
nia ſcꝫ q̄ ſoli deo ꝓ humiliatione coꝛdis
⁊ purgatione vicioꝛũ ſunt ſpecialit' offe
rẽda· ꝓ diabolico tumoꝛe tolerãtes. Qđ
tale eſt· ac ſi oꝛationes atqꝫ ſacrificia nõ
deo ſed demonijs deferãt· illãqꝫ moſay
cam increpationẽ mereãtur audire. Sa
crificauerũt demonijs ⁊ nõ deo· dijs q̊s
ignoꝛabant.

**De quoꝛundaꝫ ſimulata patiẽ tia qua maxillaꝫ verberandam alteram ingerũt. Cap. xx.**

n On ignoꝛamus etiã aliud de
mentie genus· qđ ſ; coloꝛe fuca
te patientie in nõnullis fratribꝰ
inuenitur· quibꝰ parũ eſt iurgia commo
uiſſe· niſi etiã inſtigatoꝛijs verbis vt feri
antur irritent· cum vtiqꝫ vel leui fuerint
impulſione cõtacti· aliã quoqꝫ partem
coꝛpoꝛis ingerũt verberandã· quaſi per
hoc perfectionẽ mandati illius impleuiſ
ſe quo dicitur. ſi quis te percuſſerit in de
xterã maxillã tuã· p̄ebe illi et alterã· ſcri
pture vim ac ꝓpoſitũ penitus ignoꝛãtes
Euangelicã nanqꝫ patientiã per iracũ
die viciũ exercere ſe putant. Ob qđ radi
citus excidendum· nõ ſolum viciſſitudo
talionis· et ꝯcertãdi irritatio pꝛohibet'·
ſ; etiam furoꝛeꝫ verberãtis geminate iu
bemur iniurie tolerantia mitigare.

**Jnterrogatio quemadmoduꝫ chꝛiſti mandatis obtemperan tes euangelica perfectiõe frau dentur. Cap. xxi.**

Ermanus. Quomodo repꝛe
hendendus eſt is qui p̄cepto
ſatiſfaciens euãgelico nõ ſoluꝫ
nõ intulit talionẽ· ſ; etiã paratus ẽ vt ſi
bi geminetur iniuria:

**Reſponſio ꝙ chꝛiſtus nõ ſoluꝫ facti ſed etiã voluntatis inſpec toꝛ ſit. Cap. xxij.**

Joſeph. Sicut Paulo an
te dictuꝫ eſt· nõ ſolum res ipſa
que geritur· ſ; etiã qualitas mẽ
tis ⁊ ꝓpoſitum facientis eſt intuendum.
Et idcirco ſi id qđ ab vnoquoqꝫ perfici
tur· quo animo fiat· vel quo pꝛocedat af
fectu. intimo perpẽdatis coꝛdis examĩe·
videbitis patientie lenitatiſqꝫ virtu
tem nequaqꝫ poſſe cõtrario ſpiritu· id ẽ·
impatientie ac furoꝛis impleri. Siq̇deꝫ
dñs noſter atqꝫ ſaluatoꝛ ad pꝛofundaꝫ
nos inſtruens patientie lenitatiſqꝫ vir
tutẽ· id eſt· nõ vt labijs eã tantũmodo ꝓ
feramus· ſ; vt intimis aĩe noſtre abditis
recondamus· iſtã nobis perfectiõis euã
gelice foꝛmulã dedit dicẽs. Si quis te ꝑ
cuſſerit in dextera maxilla tua· p̄ebe illi ⁊
alterã· ſubauditur ſine dubio dexteram
Que alia dextera niſi interioꝛis homĩs
vtita dixerim facies poteſt accipi: Per
hoc omnẽ penitus iracũdie fomiteꝫ de ꝓ
fundis cupiens aĩe penetralibꝰ extirpare
id eſt· vt ſi exterioꝛ dextera tua impetum
ferientis exceperit· interioꝛ quoqꝫ hõ per
humilitatis aſſenſum dexterã ſuã p̄ebe
at verberandã· cõpatiens exterioꝛis ho
minis paſſioni· et qđammodo ſuccũbẽs
atqꝫ ſubijciẽs ſuum coꝛpus ferientis in
iurie· ne exterioꝛis hominis cede vel taci
tus intra ſe moueatur interioꝛ. Uidetis
ergo longe eos ab euãgelica perfectiõe
diſtare· que patiẽtiã docet nõ verbis· ſ;
interioꝛe coꝛdis tranquillitate ſeruandã·
eamqꝫ a nobis cũ quid aduerſi euenerit
ita p̄cipit cuſtodiri· vt nõ ſolũ noſmet
ipſos alienos ab iracũdie perturbatiõe
ſeruemus· ſ; etiaꝫ illos qui ſuo cõmoti ſũt
vicio ſuccũbentes iniurijs eoꝝ ad placi
ditatẽ expleta cedis ſatietate cogamus·
furoꝛeꝫ eoꝛum noſtra lenitate vincentes
Et ita etiã illud apoſtolicũ implebimꝰ.
Noli vinci a malo· ſ; vince in bono ma
lum· Quod ab illis impleri nõ poſſe cer
tiſſimũ eſt· qui illo ſpiritu ac tumoꝛe ver
ba lenitatis atqꝫ humilitatis emittunt·
vt nõ ſolum nõ mitigent ꝯceptũ furoꝛis
incendiũ· ſed magis illud tam in ſuo ꝙ̃
in fratris cõmoti ſenſu faciãt conflagra
re· qui tamẽ etiã ſi poſſent aliquo modo
ipĩ mites ac placidi permanere· nõ ſic q̇
dem aliquos iuſticie fructus caperẽt· cuꝫ
damno pꝛoximi patiẽtie ſibi gloꝛiã ven

dicentes ⁊ per hoc ab illa apoſtolica charitate omnimodis alieni que nō querit que ſua ſunt ſed ea que aliorum. nō enī ita diuitias concupiſcit vt lucrum ſibi de proximi faciat detrimento · nec acquirere quicq̄ cū alterius deſiderat nuditate.

## Q ille ſit fortis et ſanus q̄ ſuccumbit alterius voluntati Cap̄. xxiiij.

ſ Ciendum ſane generaliter illū parteſ agere fortiores qui volūtati fratris ſuā ſubijcit voluntatem · q̄ȝ eum qui in defendendis ſuis diffinitionibus ac tenendis pertinacior inuenitur. Ille enī ſuſtentans ac tolerans proximū ſani ac validi hic autē infirmi et quodāmodo egrotantis obtinȝ locum · que ita palpari neceſſe eſt ac foueri · vt interduȝ etiā a rebus neceſſarijs ꝓ eius quiete ac pace ſalubre ſit aliquid relaxari. In quo quidem non ſe credat q̄s aliquid de ſua perfectione minuiſſe · tam et ſi quiddā de ꝓpoſita diſtrictione condeſcendēdo ſūmiſerit · ſ; ecōtrario multo amplius ſe pro longanimitatis ⁊ patiētie bono nouerit acquiſiſſe. Apoſtolicuȝ nāq̄ȝ preceptū eſt · Uos qui fortes eſtis · ībecillitates infirmoꝝ ſuſtinete · et alterurū onera vr̄a portate · et ſic adīplebitꝭ legē chriſti · Nūq̄ȝ eī infirmꝰ ſuſtētat infirmū nᶜ tolerare poterit · aut curare lāguētem is qui ſimiliter egrotat. ſȝ ille medelam tribuit imbecillo · qui imbecillitati ipſe nō ſubiacet. Merito enī ei dicit · Medice cura teipm̄.

## Q infirmi iniurioſi ſint et iniurias ferre nō poſſint. Cap̄. xxiiij

n Otandum etiam illud eſt · infirmorum naturaȝ eſſe ſemꝑ eiuſmodi · vt prompti quideȝ ac faciles ſint ad cōtumelias ingerēdas · ⁊ iurgia conſerenda · ipſi vero ne minima quidem iniurie velint ſuſpitione contingi · cunq̄ȝ inferentes proterua cōuicia incōſiderata ſuperequitent libertate · ne paruna quidem atq̄ȝ leuiſſima ſuſtinere contenti ſunt. Ideo q̄ȝ ſm̄ predictā ſenioruȝ ſententiam · charitas ſtabilis atȝ indirupta nō poterit perdurare · niſi inter viroſ eiuſdē virtutis atq̄ȝ ꝓpoſiti. Scindi etenī neceſſe eſt eaȝ quocunq̄ȝ tꝑe quantalibet fuerit cautione ab altero cuſtodita.

## Interrogatio quō fortiſ ſit qui nō ſemper ſuſtentat infirmum. Cap̄. xxv.

Germanus. In quo ergo laudabilis perfecti viri poteſt eſſe patientia · ſi tolerare non preualet ſemper infirmū:

## Reſponſio ꝙ infirmus ſe nō ſinat ſuſtentari. Cap̄. xxvi.

Joſeph. Nec ego dixi · ꝙ illiꝰ qui fortis eſt ac robuſtus · virtus tolerantiaq̄ȝ vincenda ſit · ſȝ ꝙ infirmi peſſima valitudo · illius qui ſanꝰ eſt ſuſtentatione nutrita · atq̄ȝ in deteriꝰ quotidie ꝓlabēs · generatura ſit cauſas ob quas vel ipe vltra nō debeat ſuſtineri · vel certe patientiam proximi notā ac deformationē impatientie ſue eē conijciens · abire quādoq̄ȝ mauult q̄ȝ ſemꝑ magnanimitate alterius ſuſtineri. Hec ergo ab his qui ſodalitatꝭ affectuȝ cupiūt inuiolabilem cuſtodire · pre oīmibus obſeruanda cenſemus · vt primū quibuſlibet iniurijs laceſſitus nō ſolum labia ſ; etiā profunda pectoris ſui monachus tranquilla cuſtodiat · que tamen ſi ſenſerit vel tenuiter fuiſſe turbata · omni ſemetipȝ taciturnitate contineat · et illud qd̄ pſalmiſta cōmemorat diligenter obſeruet · turbatus ſum ⁊ nō ſum locutus · et dixi cuſtodiam vias meas · vt nō delinquaȝ in lingua mea · poſui ori meo cuſtodiaȝ dū conſiſteret peccator aduerſuȝ me · obmutui ⁊ humiliatus ſum ⁊ ſilui a bonis · nec pn̄tem conſiderans ſtatum · ea proferat que ad horam turbulentus ſuggerit furor · dictatq̄ȝ animus aſperatus · ſed vel recolat gratiā preterite charitatis · vl̄ reformande pacis redintegrationē mēte ꝓſpiciat. eamq̄ȝ velut cōtinuo reuerſuraȝ etiā in ipo cōmotionis tꝑe contemplet



dūq̄ȝ ſe ad dulcedineȝ reſeruat concordie mox future · amaritudinem pn̄tiū non ſentiet iurgiorum · et ea potiſſimū reſpondebit · e quibus vel a ſemetipſo reus fieri · vel ab alio reprehēdi reſtituta charitate non poſſit · ſicq̄ȝ adimplebit ꝓpheticum illud eloquiuȝ. In ira mīe memor eris.

## Quemadmodum ſit iracundia comprimenda. Cap̄. xxvij.

c Ohibere ergo nos oportet oīs iracundie motus · ⁊ gubernatrice diſcretiōe moderari · ne ī illd̄ qd̄ a ſalomōe dānat. ꝑcipiti furore rapteū. Totā irā ſuā ꝓfert ipiꝰ · ſapiēs āt diſpenſat per partes · id eſt · ſtultus q̄deȝ ad vltionē ſui ire perturbatiōe ſuccenditur · ſapiens autem paulatim eam maturitate conſilij ac moderationis extenuat et expellit. Tale eſt ⁊ illud qd̄ ab apoſtolo dicitur. Nō voſmetipſos vindicātes chariſſimi · ſ; date locū ire · id ē neq̄ q̄ȝ ad vindictam iracundia cogente tēdatis · ſed date locum ire · hoc eſt · non ſint corda veſtra ſic impatientie ac puſillanimitatis anguſtijs coartata · vt violentā cōmotionis procellam cū irruerit ſuſtinere nō poſſint · ſed dilatamini in cordibꝫ veſtris · ſuſcipiētes aduerſos iracundie fluctus in illis extentis ſinibus charitatꝭ · q̄ oīa ſuffert · oīa ſuſtinet · ⁊ ita mēs vr̄a amplitudine longanimitatis ac patiētie dilatata · habeat in ſe conſilioꝝ ſalutares receſſus · in quibus receptus quodāmodo atq̄ȝ diffuſus teterrimus iracūdie fumus protinus euaneſcat. Uel certe ita ītelligendum eſt · Damꝰ locum ire · quotiens cōmotioni alterius humili atq̄ȝ trāquilla mente ſuccūbimus · et quodāmodo dignos nos qualibet iniuria profitētes · impatientie ſeuienti obſeq̄mur. Ceterū hi qui ita ſenſuȝ apoſtolice perfectionis inclināt · vt locū ire illos dare exiſtiment · qui ab iraſcente diſcedunt · videntur mihi diſſenſionū fomitē nō abſcidere ſed nutrire. Niſi enī iracundia proximi humili ſtatim ſatiſfactione vincatur · prouocat eaȝ fugiēs potius q̄ȝ declinat. Illud quoq̄ȝ huic ſimile eſt qd̄ ſalomō ait. Noli feſtinare ī ſpiritu tuo iraſci · q̄a ira in ſinu inſipientiuȝ requieſcit · et noli ꝓcurrere in rixam cito · ne peniteat te in nouiſſimo. Neq̄ȝ enī ita feſtinationē rixe vel iracundie culpat · vt earundē approbet tarditatem. Similiter ⁊ illud ſuſcipiendum eſt. Stultus eadem ipa hora pronūciat iram ſuā · occultat aūt ignominiam ſuā aſtutus. Non enī ignominioſā iracundie paſſionem ita a ſapientibꝫ occultari debere decernit · vt iracundie velocitatem culpās nō prohibeat tarditatē · quā vtiq̄ȝ ſi per neceſſitatem humane infirmitatis irruerit · ideo cenſuit occultandam · vt dū ad preſens ſapienter obtegitur imꝑpetuum deleat. Hec enī natura eſt ire · vt dilata lāgueſcat ⁊ pereat · prolata vero magis magiſq̄ȝ cōflagret. Dilatanda ergo atq̄ȝ āplianda ſunt pectora · ne anguſtijs puſillanimitatis artata · iracundie turbulentis eſtibus oppleantur · et recipere ſm̄ prophetam illd̄ nimis latum mādatum dei anguſto corde nequeamus · nec dicere cuȝ ꝓpheta · viam mādatoꝝ tuoꝝ cucurri cū dilatareſ cor meum. Nam quia longanimitas ſapientia ſit · euidentiſſimis ſcripture teſtimonijs edocemur. Longanimus enim vir nimius in prudētia · puſillanimis āt valde inſipiens ē. Et idcirco de illo q̄ ſapientie donū laudabiliter a dn̄o poſtulauit · ſcriptura cōmemorat. Et dedit dominus Salomoni ſapientiaȝ prudentiamq̄ȝ multam nimis · et latitudinem cordis quaſi arenā maris innumerabilem.

## Amicicias coniuratiōe innitaſ firmas eſſe non poſſe. Cap̄. xxviij.

i Llud quoq̄ȝ multis ē experimētis ſepiſſime cōprobatum · nullo modo eos qui amicicìarū federe coniurationis iniere principio · idirruptam potuiſſe ſeruare concordiaȝ · ſiue ꝙ eam nō pro deſiderio perfectionis nec pro apoſtolice charitatis imperio · ſ; pro

amore terreno· ꝛ ꝑ neceſſitatē ac vinculū
pacti retinere conati ſunt· ſine qđ ille cal
lidiſſimus inimicus vt eos preuaricato
res ſui faciat ſacramēti· celerius ad irrū
penda amiciciarū vincula pcipitat. Cer
tiſſima ergo eſt prudentiſſimorū virorū
illa ſnia· verā concordiā ꝛ indiuiduā ſo
cietatē niſi inter emendatos mores · ei⁹
demq́ꝫ virtutis ac propoſiti viros ſtare
nō poſſe. Hec de amicicia beat⁹ ioſeph
ſpiritali narratiōe diſſeruit· noſq́ꝫ ad cu
ſtodiendā ſodalitatis perpetuā charita
tem ardentius incitauit.

## Explicit collatō prima abbatiſ Joſeph de amicicia. Incipiunt capitula collatiōis ſecūde eiuſ de ſenis de definiendo. Cap. i.


E vigilijs q̄s pertulimus.
ij De abbatꝭ germani āxietate ſu
per ſponſiōis nr̄e recordatione.
iij Quid m̄ ad hoc viſum ſit.
iiij Interrogatio abbatꝭ Joſeph no
ſtraq́ꝫ reſponſio vnde anxietas
emerſiſſet.
v Expoſitio abbatis germani cur
vel in egypto reſidere mallemuſ
vel retraheremur ad ſyriam.
vi Interrogatio abbatis ioſeph an
in egypto maior profectus nob
q̄ꝫ in ſyria conferretur.
vij Reſponſio de differētia inſtituti
onū vtriuſq́ꝫ prouincie.
viij Q. perfecti viri nihil abſolute
debeāt definire· vł vtrū ſine pec
cato poſſint definita reſcindere
ix Q. plerūq́ꝫ vtilius ſit ſtatuta ir
rumpere q̄ꝫ implere.
x Interrogatio noſtra de metu ꝑ
bite in cenobio ſyrie ſpōſionis
xi Reſponſio q̄ ꝓpoſitū gerētis· nō
negocij ſit conſiderād⁹ effect⁹.
xij Q. boni ꝓuentus malignis auc
toribꝫ non profuerint· nec bōis
mala geſta nocuerint.
xiij Reſponſio noſtra q̄ cauſa a nob
exegerit ſacramentū ſpōſiōis.
xiiij Diſputatio ſenis q̄ ſine culpa ac
tionis ordo mutetur dūmodo
boni ſtudij capiatur effectus.
xv Interrogatio an abſq́ꝫ peccato
ſit qđ infirmis noſtra ſcientia
occaſionē ingerit mētiendi.
xvi Reſponſio q̄ nō ꝓpter infirmoꝝ
ſcandalū ſcripturarum veritas
ſit mutanda.
xvij Q. veniabilit' mēdacio ſancti tā
q̄ꝫ elleboro vſi ſint.
xviij Obiectio q̄ illi tantum impune
mendacio vſi ſint qui ſub lege
vixerunt.
xix Reſponſio eo q̄ licentia menda
cij que ne in veteri quidē indul
ta ē teſtamēto veniabiliter a mł
tis fuerit vſurpata.
xx Q. veniabile plerūq́ꝫ mendaci
um ꝛ noxiam veritatem etiam
apoſtoli eſſe cenſuerint.
xxi An interrogantibus occultā cō
tinentiā ſine mēdacio oporteat
ꝓpalari· et an ſuſcipienda ſint q̄
ſemel fuerint recuſata.
xxij Obiectio q̄ oporteat quidem ab
ſcondi continentiam ſed ſuſci
pi recuſata nō debeant.
xxiij Reſponſio q̄ irratiōabilis ſit hu
ius diffinitionis pertinacia.
xxiiij Quomodo abbas pyamon ſuā
continentiā celare maluerit.
xxv Teſtimonia ſcripturarum de cō
mutatis diffinitionibus.
xxvi Q. nō ſm̄ imēſitatē preſcie diui
uina clemētia· ſ; ſm̄ p̄ntes act⁹
vł r̄mūeret vnūquēq́ꝫ vł p̄niat
xxvij Q. ſancti viri pertinaces ac du
ri eſſe nō poſſint.
xxviij Interrogatio an ſit contrarium
predicte ſententie illud qđ dī
iuraui ꝛ ſtatui.
xxix Reſponſio in quibꝫ immobilis
definitio ſit tenēda· et in q̄bꝫ ſi
oportuerit reſcindenda.
xxx Queādmodum debeāt celanda
cōmitti.
xxxi Nihil ſuper his q̄ ad vſum cō
munis vite attinent definiēdū.


## Explicit capitula. Incipit collatio ſecunda abbatis Joſeph de definiendo. Cap. i.



Recedē-
te igitur collatiōe fini
ta· pariterq́ꝫ nocturno
intercedēte ſilentio· cū
fuiſſemus a ſancto ab
bate ioſeph ad ſepoſitā cellulā in ſecre
to cauſa quietis adducti· ꝛ ſmonibꝫ ei⁹
igne quodam in noſtris cordibus excita
to· totā noctē habuiſſemus inſomnem·
egreſſi cellulā· et centū fere ab ea paſſibꝫ
ſecedētes · in loco remotiore conſedim⁹.
Cum itaq́ꝫ ſecreti colloquij nobis fami
liariter etiā nocturnis tenebris oportūi
tas preberetur· ilico vt reſedimus abbaſ
germanus grauiter ingemiſcēs.

## De abbatis germani anxietate ſuper ſponſiōis noſtre recordatione. Cap. ij.

Quid agim⁹ inq̇t: Ingenti nā
q́ꝫ diſcrimine nos videm⁹ et ꝑ
quā miſerabili cōditiōe ꝯſtric
toſ· q̊s ꝛ ratio ipa conuerſatioq́ꝫ ſancto
rū q̇d ſalubrius ſit ad profectū vite ſpi
ritalis efficaciter docet · et eligere id qđ
expedit· data ſenioribus ſponſio nō ad
mittit. Eteni potuimus exēplis taliū ac
tantorū viroꝝ ad perfectiorē vitā ꝓpoſi
tūq́ꝫ formari· niſi nos inſtanter ad ceno
biū recurrere promiſſi pactio coartaret.
Quo ſi reuerſi fuerimus· copia nob vl
terius huc remeādi nulla tribuet'. Sin
vero hic reſidentes deſideriū noſtrū ma
luerimus explere· quid agimus de ſpon
ſionis fide· quā ſenioribꝫ nr̄is velociſſi
mū; reditū pollicētes· dediſſe nos noui
mus· vt vel curſim liceret nobis hui⁹ ꝓ
uincie ſanctos ac monaſteria circumire:
Cumq́ꝫ ſic eſtuātes · quid ſuper ſtatu ſa
lutis noſtre definiendū eſſet· nequaq̄ꝫ in
uenire poſſemus· ſolo gemitu teſtabam̄
duriſſime cōditiōis neceſſitatē· accuſan
tes teneritudinē frontis noſtre· et ingeni
tā nobis verecundiam deteſtantes · cui⁹
onere pregrauati· etiā contra vtilitatem
noſtrā ac ꝓpoſitum noſtrū· retinentium
precibꝫ alias non potuiſſemus obſiſtere·
niſi maturiſſimo reditu repromiſſo huc
veniſſem⁹· illi⁹ ſc; nos pudoris vicio labo
raſſe deflentes· de quo dī eſt pudor affe
rens peccatum.

## Quid mihi ad hoc viſum ſit. Cap. iij.

Tum ego Cōpendium inq̄ꝫ an
goribus afferat noſtris ꝯſiliu;
immo auctoritas ſenis · ad quē
oportet vt noſtras ſollicitudines defera
mus. et quicq̇d fuerit eius ſententia defi
nitū· velut diuinū et celeſte reſponſum
cunctis eſtibus noſtris terminu; ponat.
Qđ quidem nobis per os ſancti huius
a dn̄o tribuēdū· et ob illius meritū ꝛ ob
noſtrā fidē minime dubitem⁹. Ipi⁹ eni;
munere ſalubre ꝯſiliū ꝛ creduli ab indi
gnis· ꝛ increduli a ſanctis frequēter acce
perūt· dn̄o id · vł ꝓpter meritū reſpōdētiū·
vel ꝓpter fidem conſulentium largiente.
His itaq́ꝫ ſermonibus a ſancto abbate
germano ea alacritate ſuſceptis · ac ſi eos
nō a memetipſo ſ; inſtinctu domini pro
tuliſſem· aduentum ſenis atq́ꝫ inſtante;
iam horā nocturne ſynaxeos paululū ꝑ
ſtolati· poſtq̄ꝫ eū ſolita ſalutatiōe ſuſce
pimus· et legitimus orōnum atq́ꝫ pſal
moꝝ impletus eſt numerus · iſdem rur
ſus quibꝫ ad quietē cōpoſiti fueramus
pſiathijs ex more conſedimus.

## Interrogatio abbatis Joſeph noſtraq́ꝫ reſponſio vnde anxietas emerſiſſet. Cap. iiij.

Tum venerabilis Joſeph deie
ctiores nos animo ꝯtemplatur
atq́ꝫ hoc nobis non ſine cauſa
conijciēs accidiſſe· illo nos patriarche io
ſeph ſmone cōpellat. Cur itaq́ꝫ vultus
veſtri triſtes ſunt hodie. Cui nos· non ſi
cut vinculati illi pharaonis miſtri · ſom
niū vidimus· et q̇ interptetur nō eſt· ſ; in
ſomnē inquā duximus noctē· ꝛ q̇ eſtuū;
nr̄orū moles ſuſtinet nō eſt· niſi eas dn̄s

tua diſcretione ſubmouerit. Tuꝫ ille· q̇
patriarche virtutem ⁊ merito referret et
nomine· nōne per dominum inquit ē hu
manarum cogitationū curatio ꝯ pꝛofe-
rantur in medium· potens eſt enim diui
na clementia ſm fidem veſtram nr̄o eis
medelam pꝛebere conſilio·

## Expoſitio abbatiſ germani cur vel ī egypto reſidere mallemuſ vel retraheremur ad ſyriā. C.v.

a D hec germanus. Crede-
bamus inquit nos veſtre beati-
tudinis viſione· nō ſolum leti-
cia ſpiritali· ſed etiam pꝛofectu abunde
repletos ad noſtrum cenobium recurſu-
ros· et ea que fuiſſemꝰ veſtro magiſterio
ꝯſecuti a nobis poſt reditum vel tenui
emulatione ſectanda. Hoc enim ⁊ ſeni-
oꝝ nr̄oꝝ dilectio ſibi ſpondere nos cō
pulit· dum ſublimitateꝫ vite veſtre atqꝫ
doctrine poſſe nos aliquatenus imitari
in illo cenobio crederemus. Unde cum
ex hoc nobis omnē eſtimaremus leticiaꝫ
conferendaꝫ· intolerabili econtrario do
loꝛe conficimur· conſiderantes illo nos
oꝛdine id quod ſalutare nob̄ eſſe cogno-
ſcimus obtinere non poſſe. Ex vtroqꝫ er
go nunc latere coartamur. Si enī ꝓmiſ-
ſioni quā ſenioꝝ charitate nos compel-
lente coꝛam cunctis fratribus in ſpeleo ī
quo dominus noſter ex aula vteri virgi-
nalis effulſit· ipō teſte deprompſimus·
ſatiſfacere voluerimus· ſummū ſpiritał
vite incurrimus detrimentum. Sin aūt
ſponſionis immemoꝛes· et in his regio-
nibus reſidentes· vtilitati perfectiōis no
ſtre illam voluerimus poſtponere pactio
nem· abrupta mendacij nō implete pꝛo
miſſionis pericula foꝛmidamꝰ. Sed ne
hoc quidem eſtus noſtros poſſumus re-
leuare conſilio· vt poſtqꝫ velociſſimo re-
ditu ſponſionis fuerit impleta cōditio·
hec denuo loca celeri repetamꝰ recurſu.
Nam qꝫuis ad pꝛofectum ſpiritaliū re-
rum virtutemqꝫ tendētibus· perículoſa
ac noxia ſit etiam parua dilatio· tamen
pollicitationem fidei noſtre quāuis mo-
roſo ſolueremus reditu· niſi nos non ſo
lum charitate verumetiaꝫ auctoꝛitate ſe
nioꝛum noſtroꝛum ſciremus inexolubi-
liter colligādos· ita vt remeandi ad hec
loca nobis poteſtas deinceps nullo mo-
do tribuatur.

## Interrogatio abbatis Joſeph an ī egipto maioꝛ pꝛofectus nobis qꝫ in ſyria conferretur. Cap̄. vi.

a D hec beatus ioſeph interpoſi-
to aliquantiſper ſilentio· certi ī
quit eſtis maioꝛem ſpiritalium
rerum pꝛofectum in regione hac vobis
poſſe conferri.

## Reſponſio de differētia inſtitutionum vtriuſqꝫ pꝛouincie. Cap̄. vij.

Ermanus. Quāuis etiaꝫ il-
loꝛuꝫ doctrine ſummas grates
repēdere debeamꝰ· q̇ nos docu-
ērt a puulis magna conari· et dato bōi
ſui guſtu· egregiā perfectionis ſitim nr̄is
viſceribus indiderunt· ſi quid tamen iu
dicio noſtro creditur· nullam ducimus
comparationem inter hec atqꝫ illa que
illic percepimus inſtituta· vt ſileamꝰ con
uerſationis veſtre inimitabilem purita-
tem· quā vobis nō ſolum mentis ac ꝓpo
ſiti diſtrictione· ſed etiam locoꝛum credi-
mus beneficio patrocinā te conferri. Un
de nō dubitamus ad imitandam perfe-
ctionis veſtre magnificentiā hāc q̄ curſim
traditur doctrinam nō poſſe ſuffice-
re· niſi nobis etiaꝫ cōmoꝛationis ipſius
affuerint adiumenta· longiqꝫ tempoꝛis
eruditio quotidiana inſtitutione toꝛpo
rem noſtri coꝛdis vtcūqꝫ diſcuſſerit.

## Q perfecti viri nihil abſolute debeant definire. vel vtruꝫ ſine pctō poſſint definita reſcidere Cap̄. viij.

Joſeph. Sanum quidem eſt
atqꝫ perfectum· noſtreqꝫ ꝓfeſſi-
oni omnino cōueniens· vt ea q̄
ſb aliqua ſponſione decernimus efficaci



ter impleamꝰ. Ob quā reꝫ nihil opoꝛtet
abrupte monachum diffinire· ne aut id
qđ incaute pꝛomiſit implere cogat̄· aut
conſideratione honeſtioꝛis ītuitus reuo-
catus ſponſiōis ſue pꝛeuaricatoꝛ exiſtat.
Sed quia nūc ꝓpoſitum nobis eſt· non
tam de ſanitatis ſtatu qꝫ de infirmitatis
curatione tractare· nō quid pꝛioꝛe loco a
vobis fuerit actitandum· ſed quēadmo-
dum de ſcopulo huiꝰ pernicioſi naufra-
gij poſſitis euadere· ſalubri eſt conſilio re
quirendum. Quādo igitur nullꝫ nos
coartat vinculum· nec vlla conditio cō-
ſtringit· de cōparatione ſecundarum re-
rum optione ꝓpoſita· id quod maioꝛis ē
cōmodi pꝛelegatur· quando vero aliq̄
diſpendioꝛum obſiſtit aduerſitas· in cō
paratione damnoꝛū illud eſt appetendū
quod leuioꝛibus ſubiacet detrimentꝭ· vt
quodam dictū eſt loco. De maximis ma
lis minima deligas. Pꝛoinde qꝫtū vr̄a
patefacit aſſertio· cū ad id vos loci ſpō-
ſio incōſulta perduxerit· vt ex vtroqꝫ vo
bis grauis incōmodi ſubeunda iactura
ſit· in eaꝫ partem inclinandum eſt electi
onis arbitriū· que vel tolerabilioꝛa diſ-
pendia inferat· vel ſatiſfactiōis remedio
facilius expietur. Si ergo maioꝛa ſpiri-
tui veſtro lucra ex hac commoꝛatione
credatis conferenda· qꝫ illa ſunt que vo
bis de cōuerſatione illius cenobij naſce-
bantur· neqꝫ ſine iactura ingentiū cōmo
doꝛum poteſt conditio veſtre ſponſioniſ
impleri· ſatius eſt hoc vos mendacij vel
nō implete pꝛomiſſionis ſubire diſpēdi-
um· quod ſemel pꝛeteritum nec ipluꝫ vl
tra iam repeti· nec alia per ſemet poterit
generare peccata· qꝫ in illud incidere· per
quod tepidioꝛis vite vt dicitis ſtatꝰ q̊ti
diano vos atꝫ interminabili afficiat de
trimēto. Ueniabiliť enī imo ⁊ vo etiā lau
dabiliter definitio īcauta mutabitur. ſi
ad ſalubrioꝛem tranſeat partem· nec cō
ſtantie pꝛeuaricatio eſſe credenda eſt· q̊ti
ens ſponſio vicioſa coꝛrigitur· ſed teme-
ritatis emendacio. Que omnia ſcriptu
raruꝫ quoqꝫ poſſunt teſtimonijs aptiſſi
me compꝛobari· qꝫ multis pernicioſum
fuerit definitionibꝫ ꝓpꝛijs inheſiſſe· ⁊ ab
eis ecōtrario deſitiſſe cōmodum fuerit
ac ſalubꝛe.

## Q plerūqꝫ vtilius ſit ſtatuta irrupere qꝫ implere. Cap̄. ix.

q Uod liquidiſſime ſācti apoſto
li petri ⁊ iude traditoꝛis exēpla
teſtātur. Ille enī qꝛ diſceſſit ab
inconſulte diffinitionis ſnīa qua dixe-
rat· non mihi lauabis pedes in eternuꝫ·
immoꝛtale chriſti oīnꝫqꝫ ſanctoꝝ ꝯſoꝛ-
tiū pꝛomeretur· abſcidēdus ꝓculdubio
ab huius beatitudinis grā· ſi in ſmōis
ſui obſtinatione manſiſſet· hic vero perti
naciā ſue retinēs ſpōſionis· ꝑpetua moꝛ
te damnatur· q̄ fuiſſet ꝓculdubio libera
tus· ſi definitionis ſue maluiſſet deſtitu-
toꝛ potius qꝫ pertinax inueniri. Qđ in il
lis quoqꝫ duobꝫ filijs q̇ in euangelio ad
opationē vinee deſtinātur euidētiſſime
perdocemur· q̊ꝝ vnus pr̄is reſtitit impe
rio· alius ꝓna reſponſione ꝯſenſit. Sed
nec illi ꝓfuit humilis obſequendaqꝫ re-
ſponſio· quia pꝛeceptuꝫ patris opere de
tractauit implere· nec illi obfuit refraga-
tio iuſſionis· eo ꝙ ſtatuti ſmonis obſtīa
tione mutata· ſcopon patris operis exe-
cutione cōpleuit· et id qđ repꝛehenſibili
ter ſtatuerat· definitione coꝛrecta lauda
biliter emendauit. Nec nō ⁊ herodis cru
entiſſimi regis exēplum· qui fidem incō-
ſulte retinens ſacramenti· cruentiſſimus
pꝛecurſoꝛis domini extitit interemptoꝛ·
vanoqꝫ timoꝛe periurij damnationi ſe-
metipſum atqꝫ ſupplicijs perpetue moꝛtꝭ
immerſit. Pꝛimū etenī eſt optima ſtatu
ere· ꝙ et ſi aliter ceſſerit· ſequēs eſt in me
lius ea q̄ ſunt ſtatuta mutare· oꝛdinatio
nibusqꝫ noſtris iam iacentibus vt ita
dixerī manū dexterā poꝛrigere. Ubi pꝛī
cipia ꝯſilij non appꝛobantur· pꝛudentia
ē vt vtili addita ꝓuiſione reparenť. Si
claudicat ad p̄ma ſtatuta diſpoſitio· ad
hibeať ad ſcđa coꝛrectio. Jn oīmibꝫ ergo
rebus conſiderandus eſt finis· et ſm eū

ꝓpoſiti noſtri dirigendus eſt curſus·
quẽ ſi ſuperueniente ſalubriore conſilio
ad deteriorẽ partẽ vergere viderimꝰ· re-
ctius eſt incõgrua conſtitutione ſubmo
ta·ad meliorem tranſire ſententiam· q̃m
ſtatutis pertinaciter inherendo·peccatis
grauioribus obligari.

**Interrogatio noſtra de metu ꝑ
bite in cenobio ſyrie ſponſiõis
Cap̃.x.**

Ermanus. Quantũ ſpectat
ad deſideriuꝫ noſtrum quod a
nobis pro ſpiritalis commodi
vtilitate ſuſceptum eſt·optaremus edi-
ficari veſtri ingitate ꝯſortij. Si ·n·ad ce
nobium noſtrum fuerimus reuerſi· non
ſolum nos ab hoc tam ſublimi ꝓpoſito
relapſuros·ſed etiam pro mediocritate
conuerſationis illius multis certũ ẽ diſ-
pendijs quatiendos. Uerum illud nos
euangelicum mandatuꝫ vehemẽt abſ-
terret· ſit ſermo veſter eſt·nõ nõ ·qꝺ aũt
his abundantiꝰ eſt· a malo ẽ. Credimꝰ
enim tanti tranſgreſſionẽ ꝑcepti nul
la poſſe compenſari iuſticia·nec in extre-
mis recte cedere·quod malo initio ſemel
fuerit inchoatum.

**Reſponſio ꝙ ꝓpoſitum gerẽ
tis nõ negotij ſit conſiderãdus
effectus. Cap̃.xi.**

Oſeph. In omnibus vt diximus
cauſis non proceſſus ope
ris.ſed voluntas operantis eſt
intuenda·nec ſtatim quis quid egerit·ſꝫ
quo voto egerit inquirenduꝫ·ita vt nõ-
nullos pro his factis· de quibus bona
poſtea orta ſunt·reperiamus fuiſſe dam
natos·et econtrario quoſdam per repre
henſibiles actus ad ſummam perueniſſe
iuſticiam. Et nec illi vtilis rerũ exitus ꝓ-
fuit·qui peſſimo regreſſus propoſito·nõ
illam que ſubſecuta eſt vtilitatẽ· ſ quid-
dam contrarium voluit operari ·nec hu
ic nocuit reprehenſibiliter inchoaſſe·qui
nõ pro contemptu dei nec delinquendi
propoſito · ſed neceſſarij et ſancti finis
intuitu· vituperabilis initij ſuſtinuit ne-
ceſſitatem. Et vt hec eadem ſanctaꝝ ſcri
pturarũ dilucidemus exemplis.

**Quoniã boni prouẽtus malignis au
ctoribus nõ profuerint nec bo-
nis mala geſta nocuerint.
Cap̃.xij.**

Uid ſalubrius·quid vtiliꝰ vni
uerſo orbi potuit procurari· q̃ꝫ
dominice paſſionis ſalutare re-
medium: Et tamen nõ ſolum nõ profu
it·verumetiã intantuꝫ illi obfuit tradito
ri·cuius miniſterio probatur impletuꝫ·
vt abſolute pronuncietur ꝺ illo. Bonũ
erat ei·ſi natus nõ fuiſſet homo ille. Nõ
enim ſm hoc qꝺ euenit fructus illi eſt ſui
operis repenſandꝰ. ſ ſm id qꝺ facere vo
luit·vel qꝺ effecturũ ſe eſſe credidit. Et
rurſus. Quid criminoſius dolo atꝫ mẽ-
dacio·etiã in extraneũ· ne dixerim in ger
manũ patrẽve cõmiſſo: Et tamẽ non ſo
lũ nullam pro his dãnationẽ aut rep̃hẽ-
ſionẽ Jacob patriarcha ꝯtraxit· verũeti
am ꝑpetua bñdictiõis hereditate ditatꝰ
eſt. Nec immerito·qꝛ ⁊ iſte benedictionẽ
primogenitꝭ deſtinatã·nõ ex preſentꝭ lu
cri auaricia· ſ ex fide ſanctificatiõis ꝑpe-
tue ꝯcupiuit·et ille nõ hũane ſalutis ob
tentu· ſ filargirie crimine morti tradidit
oĩm redẽptorẽ. Et idcirco vtriꝗꝫ eorum
fructus operatiõis ſue ſm deſtinationeꝫ
mentis ac ꝓpoſitũ volũtatis aſcriptꝰ ẽ·
qꝛ nec ille fraudẽ·nec iſte ſalutem ſtatuit
oꝑari. Illud enĩ ꝓ retributiõe mercedis
iuſte vnicuiꝗꝫ repẽſatꝰ·qꝺ ꝑncipalr m̃te
ꝯcepit·nõ ꝙ exinde bñ vel male ꝯ votuꝫ
oꝑãꝗ emerſerit Jõꝗꝫ iuſtiſſimꝰ iudex ex-
cuſabilẽ imo laudabilẽ talꝭ m̃dacij cẽſu
it preſumptorẽ· qꝛ ſine eo ad bñdictionẽ
ꝑmitiuorũ ñ poterat ꝑuenire Nec debu
it in crimen vocari ·qꝺ deſiderio benedi
ctiõis exortũ ẽ. Alioquĩ nõ modo iniquꝰ
in fratrẽ p̃riarcha ꝑdictꝰ· ſ etiã circũuẽ-
tor in p̃rem et ſacrilegus extitiſſet· ſi bñs
aliã viã qua ad benedictiõis illiꝰ grãm
ꝑueniret· hãc que fratri damnoſa eſſet
ac noxia expetere maluiſſet. Uideꝗ ergo
apud deum nõ proceſſum operis· ſ deſti



nationem mentis inquiri. His itaꝗꝫ ꝓ-
ſtructis· vt ad propoſitam queſtionẽ ob
quam hec vniuerſa premiſſa ſunt reuta-
mur.reſpondeatis mihi primitus velim
cuius rei cauſa vos illius ſponſionis ne
xibus vinxeritis.

**Reſpõſio noſtra q̃ cauſa a no-
bis exegerit ſacramentũ ſponſi
onis. Cap̃.xiij.**

g Ermanus. Prima vt dixi-
mus extitit cauſa· qua noſtros
meſtificare ſeniores ac preceptꝭ
eorum obſiſtere verebamur. Secũda q̃
ſiquid perfectum atꝗꝫ magnificũ vel vi
ſu vel auditu percepiſſemus a vobis· cũ
reuerſi ad cenobium fuiſſemus exercere
nos poſſe inconſultiſſima perſuaſiõe cre
didimus.

**Diſputatio ſenis ꝙ ſine culpa
actionis ordo mutetur dũmo-
do boĩ ſtudij capiatur effectus
Cap̃.xiiij.**

Oſeph. Sicut prefati ſumus
deſtinatio mẽtis vel remunerat
hominem vel condemnat· ſm il
lud. Et inter ſeinuicem cogitationibus
accuſantibus aut etiã defendẽtibꝰ· ĩ die
qua iudicabit deus occulta hominum·
illud etiã·ego aũt opera ⁊ cogitationes
eorum venio vt congregẽ cũ oĩbꝰ genti
bus ⁊ linguis. Quãobrem deſiderio ꝑ-
fectionis vt video· hoc vos ſponſiõis vĩ
culo colligaſtis· duꝫ credidiſtis illo eam
poſſe ordine comprehendi·quo nũc ſuꝑ-
ueniente pleniore iudicio·ad ſublimita-
tem eius conſcẽdi nõ poſſe reſpiciꝗ. Nõ
ergo preiudicat quicqd diſcrepãs ab il-
la diſpoſitione viſum fuerit accidiſſe· ſi
modo nulla principalis illius ꝓpoſiti di
uerſitas ſubſequatur. Neꝗꝫ enĩ opificij
cuiuſq̃ꝫ deſertio eſt demutatio ferramen
ti·aut ſegniciem arguit viatoris ·vie cõ-
pendioſioris ac directioris electio. Ita
igitur ⁊ in hac parte emendatio diſpoſi-
tionis improuide·nõ ſpiritalꝭ voti eſt iu
dicanda tranſgreſſio. Quicq̇d enim ꝓ
charitate dei et pietatꝭ amore perficitur·
que promiſſioneꝫ habẽt vite que nunc ẽ
et future·tã ⁊ ſi duris atꝫ aduerſis vide
atur principijs inchoare·non ſolum nul
la reprehenſione·ſed etiam laude digniſ
ſimũ eſt. Et idcirco nihil ꝑiudicat refra
gatio ſponſionis incaute·ſi quolibẽt ge-
nere ſcopos tantum·id eſt·propoſita pie
tatis deſtinatio teneatur. Omnia nãꝗꝫ
ob hoc agimꝰ· vt deo cor mũdum exhibere
poſſimꝰ·cuius ꝯſũmatio ſi ĩ his locꝭ faci
lior iudicatꝰ·nihil vob oberit extorte mu
tatio pactiõis·dũmodo ꝑncipalꝭ illiꝰ ꝑ-
fectio puritatis·ꝓ q̃ ſponſio vr̃a ꝓceſſe-
rat· ſm domini voluntatem maturiꝰ ac-
quiratur. Nõ eniꝫ ex hac immutatione
vllum poteſt iudicari mendacium · ſed
inconſulte definitionis prudens ſaluta-
riſꝗꝫ correctio. Et vt etiã de phiſicis qꝺ
nodum propoſite queſtionis abſoluat
aliquid inferamus·natura ipã in nobis
opera ſua de conſilio diuine maieſtatis
immutat. Naꝫ ab infantia in puericiã·
de puericia in iuuentã·de iuuẽta in ſene-
ctutis vlteriora transferimur · atꝗꝫ ita
hec in nobis ꝯditoris noſtri conſumma-
tio peregit·vt ex hac permutatiõe nullũ
mendacium aſcribatur etati. Ita etiam
interior homo noſter ablactatus a ꝑmor
diorum tenerrimis inſtitutis·cum per di
uerſas prouectus etates ad robuſtioreꝫ
de vnaquaꝗꝫ profecerit·atꝗꝫ exinde ad
caniciem ſenſuum ac virum perfectuꝫ·et
menſuram etatis plenitudinis chriſti ꝑ-
ueniens·depoſuerit ea que erant paruu-
li·nunquid varietatem incurriſſe mẽda
cij · et non potius perfectioris plenitu-
dinem conſecutus eſſe credendus eſt·
Sic erudimẽta veteris inſtrumenti·diſ-
penſatione legiſlatoris dei· ad perfectio
nem beatitudinis euangelice transferũt·
nec tamen ex hoc immutatio aut di-
uerſitas preterite ſanctiõis interueniſſe
credenda eſt·ſed adimpletio ⁊ cumulus
ſublimiorum et celeſtium preceptorum·
nec ſacre promulgationis illius eſtiman
da eſt abolitio ſed aſcenſus· nec varie-
tas ſed profectus. Unde ⁊ dñs noſter.

Nolite inquit eſtimare ꝙ veni ſoluere legem aut ꝓphetas· non veni ſoluere ſʒ adimplere· id eſt· non antiquare priora· ſed ad perfectionem perducere imperfecta.

## Interrogatio an abſqꝫ peccato ſit ꝙ infirmis noſtra conſcia occaſione ĩgerit mētiēdi. Cap̄.xv.

Ermanus. Quantū ſpectat ad vim ſermonū qui rationabiliter prudenterqꝫ digeſti ſunt· haud difficile ſponſionis noſtre ſcrupulus a nob̄ potuiſſet extrudi· niſi illd̓ nos vehementiſſime deterreret qd̓ infirmioribꝫ quibuſqꝫ intromitti fortaſſe ꝑ hec videtur exempla occaſio mentiendi· ſi vllomodo pacti fidem licito diſſolui poſſe cognouerint· quippe cū tantis hoc ipſuʒ et tam minacibus interdicatur eloquijs ꝓpheta dicente. Perdes omnes qui loquūtur mendacium· et os qd̓ mentitur· occidit aīam.

## Reſponſio ꝙ nō ꝓpter infirmorum ſcandalum ſcripturarū veritas ſit mutanda Cap̄.xvi.

Ioſeph. Occaſiones cauſeqꝫ perditionum his qui perituri ſunt· immo qui ꝑire deſiderāt deeſſe nō poſſunt. Neqꝫ enim abijciēda ſunt teſtimonia ſcripturarum· ac de ſuo corpore penitus abradenda · quibus vel hereticorum prauitas animatur· vel iudeorum infidelitas obduratur· vel tumor ſapientie gentilis offenditur· ſʒ vtiqꝫ ⁊ pie credenda et immobiliter ſunt tenenda· et ſm̄ veritatis regulam predicāda. Et idcirco nō debemus aliene infidelitatis obtentu economias· id eſt· diſpenſationes prophetarum atqꝫ ſanctoꝝ· q̄s ſcriptura cōmemorat abdicare· ne dum infirmitati eorum condeſcendere debere nos credimus· nō ſolum mendacij· verū etiā ſacrilegij crimine polluamur· ſʒ quēadmodum diximꝰ· oportet nos ea· ⁊ ſm̄ hyſtoriā ꝯfiteri· et quēadmodum pie geſta ſunt explanare. Ceteruʒ his qui praui ꝓpoſiti ſunt· nō ex hoc mētiendi aditꝰ obſtruetur· ſi earum rerum quas vel prolaturi ſumus vel protulimus veritateʒ· aut penitus abnegare aut extenuare allegoricis interpretationibus laboremꝰ. Quid enim illis horum teſtimoniorum nocebit auctoritas · quibus etiam ſola corruptio voluntatis ſufficit?

## Qꝰ venialiter mēdacio ſācti tāqꝫ eleboro vſi ſint. Cap̄.xvij.

Taqꝫ taliter de mendacio ſentiendum atqꝫ ita eo vtendum ē quaſi natura ei īſit ellebori. Qd̓ ſi imminente exitiali morbo ſumptū fuerit fit ſalubre· ceterū abſqꝫ ſummi diſcriminis neceſſitate perceptum preſentis exitij eſt. Ita nāqꝫ etiam ſanctos ac probatiſſimos deo viros veniabiliter legimus vſos fuiſſe mendacio· ſicut raab· cuiꝰ cū non ſolum nulla virtutum ſed etiam impudicicie monimenta commemoret ſcriptura· pro tali mendacio quo exploratores maluit occultare qꝫ prodere· admiſceri populo dei eterna benedictione promeruit. Que ſi veritatem loqui· aut ſaluti ciuium ꝯſulere maluiſſet· nulli dubium· ꝙ nec imminentem cum vniuerſa domo ſua fugiſſet interitum · nec auctoribus dominice natiuitatis inſerta · et in patriarcharum annumerata catalogo· per ſucceſſionem ſue prolis edere meruiſſet oīm ſaluatorē. Deniqꝫ dalila q̄ vtilitati ciuium conſulens· exploratam prodidit veritatem· perpetue perditionis viciſſitudinem conſecuta· ſolam criminis ſui cunctis memoriā dereliquit. Quando igitur graue aliquod imminet de veritatis confeſſione diſcrimen tunc mendaciorum ſunt recipienda perfugia· ita tamen vt reatu humilis conſcientie ſalubriter mordeamur. Vbi autem nulla cōdicio ſumme neceſſitatis incūbit · omni cautione mendaciuʒ velut mortiferū deuitandū eſt· quēadmoduʒ de ellebori diximus potu· qd̓ ſalubre eſt q̇dē ſi tunc



demum ſumatur· cum ineuitabilis atqꝫ mortifera imminet egritudo· Sin vero integra ⁊ imperturbata corporis ſanitate ſumatur· ſtatim ad preoccupanda vitalia vis pernicioſa pertendit. Quod de raab hierichōtina· ⁊ d̓ iacob patriarcha euidenter oſtenſum eſt· e quibus nec illa mortem alias qꝫ hoc remedio potuiſſet euadere· nec iſte ad benedictionem ꝑ̇mogeniti peruenire. Non enim deus verborum tantum actuūqꝫ noſtroꝝ diſcuſſor et iudex· ſed etiam propoſiti ac deſtinationis inſpector eſt. Qui ſi aliquid cā ſalutis eterne ac diuine contemplatiōis intuitu· ab vnoquoqꝫ vel factum viderit vel promiſſum· tam ⁊ ſi hominibꝫ durum atqꝫ iniquū eſſe videatur· ille tamē intimā cordis inſpiciēs pietatem· nō verborum ſonum· ſed votum diiudicat voluntatis· quia finis operis ⁊ affectus cōſiderandus eſt perpetrantis· quo potuerunt quidam vt ſupra dictum eſt· etiam per mendacium iuſtificari· et alij per veritatis aſſertionē peccatū perpetue mortis incurrere. Ad quem finem etiam Iacob patriarcha reſpiciens· hiſpidam fraterni corporis ſpeciē obuolutione pellium ſimulare nō timuit· et inſtiganti ad hoc mendacium matri laudabiliter acquieuit. Videbat enim ex hoc maiora ſibi lucra benedictiōis atʒ iuſticie· qꝫ ꝑ ſimplicitatis obſeruantiā conferenda. Nō· n· dubitabat mendacij huius maculā inundatione paterne benedictionis protinus abluendam· et velut nubeculā quādam flatu ſpiritusſancti velociter auferendam· atqꝫ vberiora ſibi per hanc affectaticiā ſimulationē quā per illam ingenitam veritatē· meritorum premia conferenda.

## Obiectio ꝙ illi tantuʒ impune mēdacio vſi ſint qui ſub lege vixerunt. Cap̄.xviij.

Ermanus. Non mirum eſt has diſpenſationes in veteri teſtamēto licentius vſurpatas· ac nōnūqꝫ viros ſanctos veniabilit̓ fuiſſe mentitos· cum multo maiora eis pro tempoꝝ rudimentis licuiſſe videamus. Cur enī mirum ſit· ꝙ beatus Dauid fugiēs ſaulem· percōtanti achymelech ſacerdoti atqꝫ dicēti· quare tu ſolus ⁊ nullus eſt tecum· ita reſpondit. Rex inq̇t precepit mihi ſermonem· et dixit. Nemo ſciat reʒ ꝓpter quā miſſus es· nam ⁊ pueris condixi in illū ⁊ in illū locū· Et iterū. Si habes hic ad manū haſtam aut gladiū· quia gladium meū et arma mea nō tuli mecū· ſermo enim regis vrgebat · Vel illud. Cuʒ perductus ad achis regē geth īſanū ſe furioſumqꝫ ſimulauit· ac mutauit os ſuum coram eis· et collabebatur ī manus eorum· ⁊ impingebat in oſtiū porte· defluebantqꝫ ſaliue eiꝰ in barbā· Cū etiam vxorū ꝯcubinarūqꝫ gregibꝫ licito fruerentur· nec vlluʒ eis imputaretur ex hac parte peccatum· inſuper etiā inimicoꝝ ſanguinē ꝓpria manu frequent̓ effūderēt· idqꝫ nō ſolū nō reprehenſibile· verum etiam laudabile crederet̓. Que ita nunc euangelio choruſcante videmꝰ omnimodis interdicta· vt ſine ingēti crimīe ac ſacrilegio hoꝝ q̇cqꝫ nō poſſit admitti. In quēmodū nec mendaciū vlluʒ qꝫlibet pio colore contectum· nō dicā probabiliter· ſed nec veniabiliter a quoq̄m credimus vſurpari· dicente dn̄o· ſit ſermo veſter. eſt eſt· nō nō· qd̓ autē his abundātius ē· a malo eſt· Apoſtolo quoqꝫ in eadem congruente. Nolite mentiri inuicē.

## Reſponſio eo ꝙ licentia mendacij que ne ī veteri quidē īdulta ē teſtamēto veniabiliter a multis fuerit vſurpata. Cap̄.xix.

Ioſeph. Vxorum quidē ꝯcubinarūqꝫ multaꝝ antiqua illa libertas· inſtante iam temporuʒ fine· et multiplicatione humane generationis expleta· nō immerito velut minus iam neceſſaria per euangelicam perfectionem debuit amputari. Nam vſqꝫ ad aduentuʒ chriſti oportuit benedictionē primordialis illiꝰ vigere ſnīe q̄ dictuʒ ē. Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ replete trā·

Et idcirco iuſtiſſimū fuit vt ex illa radi-
ce fecunditatis hūane que in ſynagoga
pro diſpenſatiōe tempoꝛis vtiliter vigu
it· angelice virginitatis floſculi germiā
rent· ac ſuaue olentes continentie fructꝰ
in eccleſia gignerētur. Mendacia vero
etiam tunc fuiſſe damnata· totius veteri
inſtrumenti textus euidenter oſtendit di
cens. Perdes omnes qui loquūtur mē-
dacium. Et iterum. Suauis eſt homini
panis mendacij· et poſtea replebitur os
eius calculo. Et ipē legiſlatoꝛ· mēdaciū
inquit fugies. Sed tunc demū id venia-
biliter diximus vſurpatum· cū ei neceſſi
tas aliqua ſeu diſpenſatio ſalutaris ad
iūcta eſt· ob quā nō debuerit cōdemna
ri· quale eſt illud quod commemoꝛaſtis
de Dauid rege· cum fugiens inſectatio
nē ſaulis iniuſtam· ad achymelech ſacer
dotem· non pꝛopoſito cuiuſqꝫ lucri· nec
ſtudio ledendi quempiam· ſed vt tantū-
modo ſemetipſum ab impijſſima eius i-
ſectatione ſaluaret· mendacibus vtitur
verbis· quippe qui manus ſuas inimici
regis ſanguine· etquidem a deo ſibi toti
ens traditi· contaminari noluerit dicēs·
Pꝛopicius mihi ſit deus· ne faciam rē
hanc domino meo chꝛiſto dn̄i· vt mittā
manum meam in eum· quia chꝛiſtus do
mini eſt. Et idcirco diſpenſationes has
quas vel ob volūtatem dei· vl' ob pfigu
rationem ſpiritalium ſacramentoꝛū· vel
ob quoꝛundam ſalutem ſanctos viros i
veteri teſtamento legimꝰ executos· intan
tum nos quoqꝫ cum neceſſitas coarta-
uerit nō poſſumus abdicare· vt ne ipos
quidem apoſtolos· vbi conſideratio ali-
cuiꝰ vtilitatis exegit· ab eis declinaſſe cer
namus. Que pauliſper interim differē-
tes· digeſtis pꝛimitus que adhuc de ve-
teri teſtamento pꝛoferre diſponimus· pꝰ
hec cogruentius inferemus· vt faciliꝰ ap
pꝛobetur viros iuſtos ⁊ ſanctos· tam in
nouo qꝫ in veteri teſtamēto in his ꝯcono
mijs ſibi per omnia concoꝛdaſſe. Quid
enī de illa chuſi ad abſalon pꝛo ſalute re
gis dauid pia ſimulatione dicimꝰ: que

cum toto fallentis ⁊ circumuenientis ꝓ
matur affectu· et vtilitatē conſulenti im
pugnet· ſcripture diuine teſtimonio cō-
pꝛobat' ita dicenti· dn̄i aūt nutu diſſipa
tum eſt conſiliū achitofel vtile· vt indu-
ceret dominus ſuper abſolō malū. Nec
enī repꝛehendi poterat id qd recto ꝓpoſi
to ac pio iudicio pꝛo iuſtis partibus ge-
rebatur· ac pꝛo illius cuiꝰ pietas deo pla
cebat· ſalute atqꝫ victoꝛia· religioſa fue-
rat ſimulatione cōceptum. Quid etiam
de illius femine pꝛonūciabimꝰ facto· q
ſuſcipiens illos· qui ad regē dauid a pꝛe
dicto chuſi fuerāt deſtinati· abſcondit i
puteo· et expādēs velamen ſuper os eiꝰ
cuꝫ ptiſanas ſe toꝛrere ſimulaſſet. tran-
ſierunt inquit guſtata paululum aqua.
atqꝫ hoc eos figmento· ab inſequentium
manibꝫ liberauit: Quapꝓpter· reſponde
te queſo mihi· qd fuiſſetis acturi· ſi qua
vobis nunc ſub euangelio conſtitutis ſi
milis fuiſſet exoꝛta conditio· vtrū nā ma
luiſſetis eos ſimili celare mendacio dicē
tes eodeꝫ modo· tranſierūt guſtata pau
lulū aqua· ⁊ implere illud quod pꝛecipi
tur· erue eos qui ducūtur ad moꝛtē· et re
dimere eos qui interficiuntur ne parcas·
an veritatis confeſſione latitātes pꝛode
re peremptoꝛis: Et vbi illud apl'i. Ne-
mo quod ſuum eſt querat· ſed quod alte
rius· et charitas nō querit que ſua ſunt·
ſed ea q aliorum· Ac de ſeipſo· Nō qro
inquit quod mihi vtile eſt· ſed qd multi·
vt ſalui fiant· Si enī ea que noſtra ſunt
querimus· et id quod nobis vtile eſt per-
tinaciter volumus retentare· etiaꝫ in hu
iuſmodi neceſſitatibus loqui nos nece-
ſe eſt veritatem· ⁊ reos fieri moꝛtis aliene
Si vero ea que alijs ſalutaria ſunt· nr̄is
vtilitatibus pꝛeponētes· apoſtolico ſa
tiſfecerimus imperio· ſine dubio ſubeū-
da eſt nobis neceſſitas mentiendi. Et id
circo nec integra charitatis viſcera poſ-
ſidere· nec ea que alioꝛum ſunt· ſm̄ apo-
ſtolicam diſciplinam querere poterimꝰ·
niſi his que diſtrctioni noſtre perfecti-
oniqꝫ conueniunt paululum relaxatis



condeſcendere vtilitatibus alioꝛuꝫ pꝛo-
no maluerimus affectu· et ita cum aplo
infirmis efficiamr̄ infirmi· vt lucrari poſ-
ſimus infirmos.

**Q. veniabile plerūqꝫ mendaci-
um et noxiam veritatem etiam
apoſtoli eſſe cenſuerit. Cap. xx.**

q
Vibus eruditus exemplis bea-
tus quoqꝫ apl'us Jacobus om
neſqꝫ illius eccleſie pꝛimitiue p
cipui pꝛincipes apoſtoloꝝ Paulum ad
ſimulationis figmēta deſcendere ꝓ im-
becillitate infirmātium cohoꝛtant'· eūqꝫ
purificari ſm̄ obſeruantiā legis· caput ra
dere· vota offerre cōpellūt· pn̄s illd diſ-
pendiū· quod ex hac hypocriſi gigneba
tur nihili reputātes· ſ; cōtemplantes po
tius lucra· q erant ex illius diutina ꝑdi-
catione parienda. Non enī tantū aplo
paulo lucrū ex hac eius fuerat diſtrictio-
ne collatū· quātū celeri eius excidio vniū-
ſis gentibꝫ detrimētū. Quod ſine dubio
vniuerſe tunc eueniſſet eccleſie· niſi illuꝫ
hec vtilis ac ſalubꝛis hypocriſis pꝛedica
tioni euangelice reſeruaſſet. Tunc enim
neceſſario ac veniabiliter acquieſcit' mē
dacij detrimēto· quando maius vt dixi-
mus imminet de veritatis confeſſiōe diſ
pendiū· ⁊ vtilitas que nobis de veritate
confertur· cōpenſare illa que generanda
ſunt damna nō pꝛeualet. Qd tempera-
mentū etiā alijs verbis idem btūs apl's
vbiqꝫ ſe ſp tenuiſſe teſtatur. Nā cū dic·
factus ſum iudeis tāqꝫ iudeus· vt iude
os lucrifacerē· his qui ſub lege erāt· qua
ſi ſub lege eſſem· cum ipē ſb lege nō eſſeꝫ·
vt eos qui ſub lege erāt lucrifacerē. his
qui ſine lege erant· tanqꝫ ſine lege eſſem·
cum ſine lege dei nō eſſem· ſ; in lege eſſem
chꝛiſti· vt eos qui ſine lege erant lucrifa-
cerem. factus ſum infirmis infirmꝰ· vt in
firmos lucrifacerē· oībus omnia factus
ſum vt omnes facerem ſaluos· quid ali-
ud oſtendit· qꝫ ſm̄ infirmitatem atqꝫ mē
ſuram eoꝛum qui inſtituebantur ꝯdeſcē
diſſe ſe ſemper· et a perfectiōis rigoꝛe ali-
quid relaxaſſe· nec tenuiſſe ſe id qd diſtri

ctio rigida poſcere videbatur· ſed illud
magis pꝛepoſuiſſe qd infirmantium vti
litas exigebat: Et vt hec eadem attenti-
us indagantes· ſingillatim apoſtolica ꝑ
virtutum inſignia replicemꝰ· queret ali-
quis quomodo omnibus per omnia be-
atus apoſtolus ſuam pꝛobetur aptaſſe
perſonam· Vbi factus ē iudeis ſicut iu-
deus: Pꝛofecto ibi· vbi illam ſententiā
intimo coꝛde cuſtodiens· quā galathis
denunciauerat dicēs. ecce ego paulus di
co vobis· qa ſi circūdamini chꝛiſtꝰ vos
nihil pꝛoderit· in thimothei tamen circū
ciſione imaginem quodammodo iuday
ce ſuperſtitionis aſſumpſit. Et rurſus.
Vbi factus eſt eis qui ſub lege erāt tāqꝫ
ſub lege eſſet. Nempe ibi· vbi Jacobus
omneſqꝫ ſenioꝛes eccleſie foꝛmidantes·
ne in eum illa irrueret Judeoꝛum cre-
dentium· immo chꝛiſtianoꝛum iudaiꝫā
tium multitudo· que ꝑ ita fidem chꝛiſti
receperat· vt adhuc ritu cerimoniarum
legalium teneretur· diſcrimini eius hoc
conſilio ac perſuaſione ſuccurrerunt di
centes. Vides frater· quot milia ſunt in
iudeis qui crediderunt· et hi omnes
emulatoꝛes legis ſunt. Audierunt auteꝫ
de te· quia diſceſſionem doceas a moyſe
eoꝛum qui per gentes ſunt iudeoꝛum· di
cēs nō debere eos circuncidere filios ſu-
os. Et infra. Hoc ergo fac quod tibi di
cimus. Sūt nobis viri quattuoꝛ votū
habentes ſuper ſe. His aſſumptis ſan-
ctifica te cum illis. et impende in illis vt
radant capita· et ſcient omnes quoniaꝫ
ea que de te audierunt falſa ſunt· ſ; am-
bulas et ipē cuſtodiens legem. Et ita ꝓ
illoꝛum qui ſub lege erāt ſalute· illā pau
liſper diſtrictionem ſententie ſue calcās·
qua dixerat· ego enim per legeꝫ legi moꝛ-
tuus ſum vt deo viuam· caput radere·
purificari ſm̄ legem· atqꝫ in templo mo-
ſayco ritu vota offerre cōpellitur. Que-
ris etiā vbi ꝓ ſalute eoꝛū qui legē dn̄i pe-
nitus ignoꝛabāt· tāqꝫ ⁊ ipſe ſine lege eēt
effectus ſit ſine lege. Jn athenienſi vrbe
vbi gentiliuꝫ vigebat impietas· q vſus

ſit ꝑdicatiōis exordio attēdē. Preteriēs
inqt vidi ſimulachra veſtra ⁊ araꝫ in q
erat ſcriptū· Ignoto deo. Cūqꝫ de eoꝝ
ſuperſtitione ſmonē fuiſſet orditus· tan,
qꝫ ſi ⁊ ipe ſine lege eſſet. ſub occaſione ꝑ
ſani illius tituli fidem chriſti intulit di/
cens. Qđ ergo vos ignorātes colitis. h
ego annūcio vob. Et poſt pauca velut
ſi diuine lege penitus eſſet ignarus· gen,
tilis poete verſum potius qꝫ moyſi aut
chriſti maluit proferre ſententiā· et ſicut
quidam inquiēs veſtrū poetarū dixerīt·
ipius eni ⁊ genus ſumus. Cum itaqꝫ ſu
is eos q refutare nō poſſent teſtimonijs
fuiſſet aggreſſus· ita de falſis vera cōfir
mans ſubdidit dicēs. Genus ergo cū ſi,
mus dei· nō debem⁹ eſtimare auro vl ar
gēto aut lapidibus ſculpture artis ⁊ co,
gitationi hominis· diuinitatē eſſe ſimilē
Infirmis aūt infirmus effectus eſt· cum
ſm indulgentiā nō ſm imperiū his q ſe
continere nō poterant· in idipſuꝫ redire
conceſſit· ſiue cum lacte nō eſca corinthi,
os potans· in infirmitate ⁊ timore et tre
more multo apud eos fuiſſe ſe dicit. Om
nia aūt omībꝫ factus eſt· vt omes faceret
ſaluos· cum dicit· qui manducat nō mā,
ducantē nō ſpernat· ⁊ q n mādurcat mā
ducantē nō iudicet· et qui matrimonio
iungit ꝟginē ſuā bene facit· et qui nō iū,
git melius facit. Et alibi. Quis inqt in,
firmatur ⁊ ego nō infirmor· quis ſcanda
lizatur ⁊ ego nō vror: Atqꝫ hoc modo il
lud qđ corinthijs preceperat adimpleuit
dicens. Sine offenſione eſtote iudeis et
grecis ⁊ eccleſie chriſti· ſicut ⁊ ego ꝑ om,
nia omnibꝫ placeo· nō querens qđ mi/
hi vtile eſt· ſ qđ multis· vt ſalui fiāt Uti
le eni ſine dubio ſibi fuerat thimotheū n
circūcidere· caput n radere· purificatiōꝫ
iudaicā nō aſſumere· nudipedalia nō ex
ercere· vota legalia nō offerre· ſ facit hec
omnia dū illorū ſaluti plus conſulit· qꝛ
nō querit qđ ſibi vtile eſt· ſ qđ multiꝫ· vt
ſalui fiāt. Qđ quāuis cōtēplatiōe dei
ſit factū· tn ſimulatione nō caruit. Qui
eni per legem chriſti legi mortuus fuerat

vt deo viueret· quicqꝫ illam iuſtitiā legis
in qua conuerſatus fuerat ſine querela
detrimentū fecerat· et arbitrabat vt ſter
cora vt chriſtū lucrifaceret· ea que legis
erant· vero cordis affectu offerre nō po/
tuit· nec fas eſt credi eū qui dixerat· ſi eni
q deſtruxi· hec iteꝝ reedifico· preuaricato.
rem me conſtituo· in id incidere qđ ipſe
damnauerat. Et intantū nō magis res
ipſa que geritur qꝫ gerentis penſat affe,
ctus· Et econtrario quibuſdā reperia,
tur veritas nocuiſſe ⁊ profuiſſe mendaci
um. Nā doech ydumeus· regi ſauli đ fu
ga dauid coram famulis conquerēti ac
dicenti nunquid omībus vobis dabit
filius ieſſe agros et vineas· et vniuerſos
vos faciet tribunos et centuriones· qm
coniuraſtis omnes aduerſus me· et non
eſt qui mihi renūciet: quid niſi verū pro,
didit dicēs. Uidi filiū ieſſe in nobe apđ
achymelech ſacerdotē· qui cōſuluit ꝑ eo
dnm ⁊ cibaria dedit ei· ſ ⁊ gladiū Goli,
ath philiſtei dedit ei. Pro qua veritate
eradicari de terra viuentiū meruit· ac de
eo dicitur per ꝓphetam. Propterea de⁹
deſtruet te in finem· euellet te· et emigra,
bit te de tabernaculo· et radicē tuā đ ter,
ra viuentiū. Ex illa igitur terra hic ꝑ in
dicio veritatis perpetua eradicatione cō
uellitur· in qua raab meretrix pro mēda
cio cum ſua cognatione plantatur. Sic
etiā ſāpſon illā diu occltatā mēdacio ve
ritatē· impie coniugi pernicioſiſſime pro
didiſſe reminiſcimꝰ· cui ꝓpterea deceptio
nem intulit veritas inconſultiſſime pa,
tefacta· quia illud mandatū ꝓpheticum
cuſtodire neglexit. Ab ea que dormit i ſi,
nu tuo· cuſtodi clauſtra oris tui.

## An interrogantibus occultam continentiā ſine mēdacio oportcat propalari· et an ſuſcipiēda ſint que ſemel fuerint recuſata. Cap. xxi.

Et vt exempla quedam de nrīs
e quoqꝫ inevitabilibus ac pene
quotidianis neceſſitatibꝫ profe
ramus. qs quantalibet obſuantia nūqꝫ

ita poſſumus precauere· vt nō vel inuiti
vel volentes cogamur in eas incurrere·
Quid queſo faciendū eſt· cum refectio,
nem procraſtinare diſponentibus nob·
vtrū refecerimus ad veſperaꝫ frater ad,
ueniens percontatur: celandum ne ieiu
nium eſt· et virtus parſimonie ꝯtegēda
an ꝟitatis ꝓfeſſione ꝓdēda. Si celam⁹
vt dominico ſatiſfaciamus īꝑio quo
dicitur· non videaris hominibꝫ ieiunās
ſed patri tuo qui eſt in abſcōdito· et ite,
rum. neſciat ſiniſtra tua quid faciat de/
xtera tua· ꝑfecto mentimur· Si virtuteꝫ
continentie ꝓpalamus· euangelica nos
ſententia iure percellit. Amē dico vobis
receperunt mercedem ſuā. Quid ſi ob/
latū a fratre quiſpiā poculum cum defi/
nitione renuerit· abſolute accepturū ſe
eſſe denegans· qđ ille gaudens aduentu
eius ſupplicit vt ſumatur exorat: Rectiū
ne eſt vt fratri ad genua ꝓuoluto· in ter,
ramqꝫ ꝓſtrato· qui non niſi his officijs
viſcera charitatis expleturum eſſe ſe cre
dit· etiam cū labore ſuo pareat· an in ſer,
monis ſui atqꝫ propoſiti pertinacia per,
ſeueret:

## Obiectio ꝙ oporteat quidē abſcondi continentiam ſed ſuſcipi recuſata nō debeat. Cap. xxij.

Ermanus. In illo quidē ſu
perioze exemplo dubium vt cre
dimus nō eſt· quin expediat ab
ſcondi continentiā noſtrā potius qꝫ per
cōtantibꝫ prodi· ac ſuper huiuſcemodi
cauſis nos quoqꝫ fatemur inevitabile
eſſe mendaciū. In ſecundo aūt nulla no
bis incūbit neceſſitas mentiēdi. Primū
quia poſſumus ea que fratrū miniſterio
porriguntur ita renuere vt nullo nos de
finitionis vinculo colligem⁹. deinde· qđ
ſemel renuētes poſſumus immobilē tene
re ſententiam.

## Reſponſio ꝙ irrationabilis ſit huius diffinitionis pertinacia. Cap. xxiij.

Joſeph. Has diffinitiones il
lorum monaſteriorum eſſe non
dubium eſt· in quibus renunci,
ationis veſtre vt dicitis rudimenta for,
mata ſunt· quoꝝ principes fratrū refecti
oni ſuas aſſolent preponere voluntates
et obſtinatiſſime id qđ ſemel mēte ꝯcepe
rint exequūtur. Ceterū ſeniores noſtri q
rum fidei apoſtolicarū ſigna virtutū te,
ſtimoniū reddiderūt· quiqꝫ vniuerſa iu
dicio potius ac diſcretione ſpūs· quā ri
gida animi obſtinatione geſſerūt· eos q
alienis infirmitatibus acquieſcerent· mlt
to vberiores fruct⁹· qꝫ eos q in ſuis defi
nitionibus perdurarent· capere cēſuerūt·
ſublimioriſqꝫ pronūciauerunt eſſe virtu
tis· contegere potius continentiā neceſſa
rio hoc vt dictum eſt humiliqꝫ mēdacio
qꝫ patefacere ſuperbo veritatis indicio.

## Quomodo abbas pyamon ſuam continentiam celare maluerit. Cap. xxiiij.

Eniqꝫ abbas pyamon poſt vi,
b ginti et quinqꝫ annos oblatam
ſibi a quodam fratre vuā ac vi
num abſqꝫ heſitatione ſuſcipiens· confe
ſtim ea que ingeſta fuerant· contra cōſue
tudinem deguſtare· quā ignote cunctis
continentie maluit propalare virtutem·
Nā ſi illud qꝫ conſiderare velim⁹· qđ ſe
niores noſtros incūctanter feciſſe memi/
nimus· qui mirabilia virtutū ſuarū· vel
ꝓprios actus quos neceſſe erat ad inſtru
ctionem iuniorum i collatione proferri·
ſub aliorū ſolebant colorare perſonis·
quid aliud poſſumus qꝫ apertū ſup his
iudicare mēdaciū: Atqꝫ vtinā nos qqꝫ
dignū aliquid haberemus· qđ ad inci,
tandam fidem ꝓponi iunioribꝫ poſſet· ꝑ,
fecto minime vereremur huiuſcemodi il
lorum figmenta ſectari. Rectius eni eſt
ſub talis figure colore mentiri· qꝫ ꝑ obſ
uantia irrationabili iſtius veritatꝭ· aut
ea que audientes edificare poterant in
cogrua taciturnitate contegere· aut ſi ex
noſtra perſona veraciter proferantur ia,
ctātiā noxie vanitatꝭ incurrere. Ad qđ

etiam nos magiſterio ſuo doctor gẽtiũ
euidẽter inſtituit·qui reuelationũ ſuarũ
magnitudinẽ ex alteri⁹ maluit ꝓferre p-
ſona dicens. Scio hominẽ in chriſto· ſi-
ue in corpore ·ſiue extra corp⁹ neſcio· de⁹
ſcit·raptũ vſq; ad tertiũ celum·et ſcio
huiuſmodi hominẽ q̇a raptus eſt in pa-
radiſum·et audiuit ineffabilia verba q̃
nõ licet homini loqui.

## Teſtimonia ſcripturarũ de cõ-mutatis definitionibus Cap̃.xxv.

i Mpoſſibile nobis eſt· breuiter
vniuerſa ꝑcurrere. Quis etenĩ
enumerare ſufficiat omnes ꝓ-
pemoduꝫ patriarchas·ſanctoſq; innu-
merabiles·alios pro vite tutamĩe alios
pro benedictionis deſiderio·alios ꝓ mi-
ſericordia· alios ꝓ alicuius occultatiõe
myſterij·alios ꝓ çelo dei·alios ꝓ examia-
tione veritatis·patrociniũ vt ita dixeriꝫ
aſſumpſiſſe mẽdacij: Que ſicut enume-
rari cuncta nõ poſſũt·ita pretermitti pe-
nitus vniuerſa nõ debent. Nam beatũ
ioſeph pietas cõpulit vt falſum fratrib⁹
crimẽ etiam cũ obteſtatiõe regie ſalutis
impingeret dicẽs. Exploratores eſtis·in-
firmiora terre veniſtis inſpicere. Et ĩfra.
Mittite inquit ex vr̃is vnũ·et adducite
fratrẽ veſtrũ huc· vos aute cuſtodiemini
hic· vſq; dum manifeſta fiant verba ve-
ſtra·an verũ dicatis·an nõ·ſin autẽ· per
ſalutẽ pharaonis exploratores eſtis. Si
enĩ nõ eos hoc miſericordi mendacio ter-
ruiſſet·nec patrẽ fratrẽq; reuiſere·nec eoſ
in tantis inopie periculis alere·nec cõſci-
entiã poſtremo fratrũ a reatu venditiõiſ
ſue expurgare potuiſſet. Non ergo tam
reprehenſibile fuit metuꝫ fratrib⁹ incuſ-
ſiſſe mendacio· q; ſanctũ atq; laudabile
occaſione ficti periculi inimicos ac ven-
ditores ſuos ad ſalutarẽ pn̄iam cõpuliſ-
ſe. Deniq; cũ grauiſſime inſimulatiõis
vrgerẽtur inuidia·nõ illius q; falſo obij-
ciebatur: ſ; anterioris criminis ꝯſcientia
frangebãtur· dicẽtes adinuicẽ. Merito
hec patimur·quia peccauimus in fratrẽ
noſtruꝫ·q: deſpeximus tribulationẽ aĩe
eius· cum rogaret nos et non audire-
mus eũ·ꝓpter hoc venit nobis omnis tri-
bulatio hec. Que quideꝫ confeſſio·non
ſolum apud fratrẽ in quẽ impia crudeli-
tate peccauerãt·verũetiã apud deũ hũi-
litate ſaluberrima·tantũ eorũ facinus vt
credimus expiauit. Quid ſalomon qui
perceptũ a deo ſapiẽ donũ· in primo iu-
dicio ſuo nõ niſi aſſumptione mendacij
declarauit. Nam vt veritatem q̃ mulie-
ris mendacio tegebatur excul peret· etiã
ipſe mendacij vtiq; aſtutiſſime excogita-
ti vſurpauit auxiliũ dicens. Afferte mi-
hi gladiũ·et diuidite infantem viuuꝫ in
duas partes·et date dimidiã partẽ vni
et dimidiã partẽ alteri· Que ſimulatio
crudelitatis· cuꝫ vere matris viſcera ꝓ-
mouiſſet·ab ea autẽ que mater nõ erat
laudaretur·tũc demũ ſagaciſſimo dic-
tis iudicio illã ſententiaꝫ promulgauit·
quã nemo a deo inſpiratam eſſe nõ cre-
didit·date inquiens huic infantẽ viuuꝫ
et nõ occidatur. hec eſt eĩ mater ei⁹. Pro-
ĩde nec debere nec poſſe nos vniuerſa cõ-
plere· que vel cũ quiete animi vl' cũ com-
motione decernimus·etiaꝫ alijs ſcriptu-
rarũ teſtimonijs copioſius edocemur· q̇-
bus vel viros ſanctos vl' angelos vl' ip-
ſum om̄ipotentẽ deũ·ea que definierant
frequẽter legimus immutaſſe. Nam bea-
t⁹ dauid cũ iuriſiurãdi definitiõe decre-
uit dicẽs· Hec faciat de⁹ inimicꝭ dauid·
et hec addat. ſi reliquero de omnib⁹ que
pertinent ad nabal vſq; mane mingẽteꝫ
ad parietẽ· Et ꝯtinuo intercedente abi-
gail vxore eius ac pro eodem ſupplicãte·
remittit minas·mollit ſententiã·et ma-
uult tranſgreſſor ꝓpoſiti iudicari· q; ſac-
menti ſui fidem cũ crudelitatis executio-
ne ſuare dicens· Uiuit dñs·niſi cito ve-
niſſes in occurſum mihi· nõ remanſiſſet
nabal vſq; ad lucem matutinã mingẽs
ad parietẽ. Cuius ſicut illã precipitis ſa-
cramenti facilitatem que de perturbate
mentꝭ cõmotione deſcenderat nequaq̃
imitandaꝫ eſſe cenſemus· ita remiſſionẽ



atq; emendationẽ ſtatuti ſectandã eſſe
decernimus. Electiõis vas Corinthijs
ſcribens. reditũ ſuũ abſoluta definitione
ꝓmittit dicens. Ueniã aũt ad vos·cum
macedoniã pertranſiero. Macedoniaꝫ
enĩ pertranſibo·apud vos aũt manebo
vel etiã hyemabo· vt vos me deducatis
quocunq; iero. Nolo enĩ vos modo in
trãſitu videre·ſpero enĩ me aliquãto tẽpo-
re manere apud vos. Cuius rei etiaꝫ in
ſecunda epiſtola meminit ita. Et hac cõ-
fidentia volui prius venire ad vos·vt ſe-
cundam gratiã haberetis·et ꝑ vos trãſ-
ireꝫ in macedoniã. et iterũ a macedonia
venire ad vos·et a vobis deduci in iude-
am. Sed ſuperueniẽte ſalubriore conſi-
lio·nequaq̃ ſe id qđ ꝓmiſerat executum
euidentiſſime confitetur. Cũ ſ; inq̇t vo-
luiſſem·nũquid leuitate vſus ſum: Aut
que cogito ſm carnẽ cogito· vt ſit apud
me ẽẽ nõ ñ: Deniq; cur maluerit defini-
tionẽ ſui p̃terire ſmonis·q; aduẽtu ſuo
oneroſam diſcipulis inferre triſticiam·
etiã cum ſacramenti obteſtatione decla-
rat. Ego aũt teſtẽ deum inuoco in aĩam
meã. qđ parcẽs vobis·nõ veni vltra co-
rinthũ· Statui enĩ hoc ipm apud me·vt
ñ in triſticia venirẽ ad vos. Cum intra-
turos ſe domũ loth ſodomis ãgeli dene-
gaſſent·dicẽtes ad eũ·nõ intrabimus·ſ;
in platea manebimus·cõtinuo eius pre-
cibus cõpellũtur ſtatutũ mutare ſmonẽ·
ſicut ſcriptura ſubiungit. Et coegit eos
loth·et diuerterũt ad eum. Qui vtiq; ſi
diuerſuros ſe ad eũ eſſe nouerãt·inuitã-
tis petitionẽ ſimulatoria excuſatione re-
nuerunt·ſin aũt veraciter excuſabãt eui-
denter immutaſſe ſnĩam cõprobantur.
Que vtiq; nõ ob aliã credimus cauſaꝫ
ſpiritũ ſanctũ ſacris voluminibus indi-
diſſe· niſi vt iſtis erudiamur exẽplis·in
definitionib⁹ nr̃is nõ pertinaciter ꝑma-
nere·ſ; eas arbitrio nr̃o debere ſubijcere·
et ita iudiciũ noſtrũ ab omni legis vincu-
lo liberũ conſeruare·vt promptuꝫ ſit ad
ſequendum quocũq; vocauerit ſalubre
cõſiliũ·nec differat aut recuſet ad id qđ
vtilius diſcretio ſalutaris inuenerit abſ-
q; vlla cũctatione tranſire. Et vt ad ſb-
limiora adhuc aſcendamus exempla·de-
cũbentẽ in lecto regẽ ezechiam· grauiq;
egritudine laborantẽ·ex perſona dei eſa-
yas ꝓpheta adorſus eſt dicens. Hec dic̃
domin⁹. Diſpone domui tue·q: morierĩ
tu·et nõ viues. Et conuertit inq̇t ezechias
faciẽ ſuã ad parietẽ· et orauit ad dñm. et
dixit. Obſecro dñe·memento queſo quõ
ambulauerim corã te ĩ veritate ⁊ corde
perfecto·et qđ bonũ eſt in oculis tuis fece-
riꝫ. Et fleuit ezechias fletu magno. P⁹
que rurſus dicit' ad eundem. Reuertere
et dic ezechie regi iuda dicens. Hec dic̃
dñs deus dauid patris tui. Audiui ora-
tionẽ tuã·et vidi lachrymã tuam·et ecce
adijciaꝫ ſuper dies tuos quindecim an-
nos·et de manu regis aſſyriorũ liberabo
te·et ciuitateꝫ hanc ꝓtegam ꝓpter me et
ꝓpter dauid ſeruũ meũ. Quid euidenti⁹
hoc teſtimonio: quo miſcdie ac pietatꝭ in-
tuitu mauult dñs ſuum caſſare ſmo-
nẽ·et ad preſtitute mortis terminos quĩ-
decim annis vitã precantis extendere·
q̃ per immobilitatẽ decreti ſui inexora-
bilis inueniri. Similiter etiã loquit' ad
niniuitas cenſura diuina. Adhuc tridu-
um ⁊ niniue ſubuertet'· Moxq; peniten-
tia eorꝫ ieiunijſq; mollitur·taꝫ minax et
abrupta ſnĩa/atq; ad partẽ miſcdie pro-
na pietate deflectitur. Qz ſi quis velut p̄-
ſcium conuerſionis eoruꝫ· ſubuerſionem
ciuitatis ad hoc eis dñm aſſerat cõmina-
tum· vt eos ad ſalutarẽ penitentiã ꝓuo-
caret·cõſequẽs ẽ vt hi q̇ fratrib⁹ preſunt·
abſq; reprehenſione mendacij his qui ĩ-
digent emẽdari·aliqua ꝯtiã diſtrictoria
quã facturi ſunt ſi opus fuerit cõminen-
tur. Sin vero dixerit deũ ſeuerã illã ſen-
tentiã ſuã penitentie eorũ conſideratiõe
reuocaſſe·ſm illud qđ per ezechieleꝫ ait
Si dixero impio morte morieris·et ege-
rit penitentiã a peccato ſuo·feceritq; iu-
diciũ ⁊ iuſticiã·vita viuet ⁊ nõ moriet'·
quib⁹ docemur exemplis nõ debere nos
obſtinate in noſtris definitionibus ꝑdu-

rare·ſed cõminationem ex neceſſitate ꝓ-
poſitam·clemẽti miſeratiõe mollire·Qđ
ne ſolis ſpecialiter niniuitis crederet do-
minus preſtitiſſe·etiam generaliter erga
omnes eadem ſe eſſe facturum per hiere-
miã perpetuo proteſtatur·et cum neceſſe
fuerit incunctanter ſuã ſe ſententiã mu-
taturum pro noſtris meritis repromittit
dicens·Repente loquar aduerſus gentẽ
et aduerſus regnũ·vt euellã et deſtruam
et diſperdam illud·Si penitentiã egerit
gens illa a malo quod locutus ſum ad-
uerſus eam·agam ⁊ ego penitentiã ſuꝑ
malum qđ cogitaui vt facerem ei.Et ſu-
bito loquar de gente et regno·vt edificẽ
et plantẽ illud.Si fecerit malum in ocu-
lis meis·vt nõ audiat vocem meã·peni-
tentiã agam ſuper bonũ qđ locutus ſuꝫ
vt facerem ei.Ad ezechiel quoqꝫ ait No-
li ſubtrahere verbũ·ſi forte audiãt·⁊ cõu̇
tat vnuſquiſqꝫ a via ſua mala·⁊ penite-
bit me mali·qđ cogitaui facere eis ꝓpter
maliciã ſtudiorum eorũ.Quibus teſti-
monijs declaratur·nõ oportere vt perti-
naciter in noſtris diffinitionibus herea-
mus·ſꝫ ratione eas ac iudicio temperan-
das ſemperqꝫ prelegenda ac preferẽda
eſſe meliora·et ad illam quę vtilior diiu-
dicata fuerit partem·ſine cũctatione ali-
qua tranſeundum

Quod nõ ſm immenſitatẽ preſcien-
tie diuina clementia ſed ſm pre-
ſentes actus vel remũeret vnũ-
quẽqꝫ vel puniat. Cap.xxvi.

Illud etiam pre omnibus ineſti-
mabilis illa cẽſura nos inſtruit·
qđ cũ ſit ei añ ortũ vniuſcuiuſ-
qꝫ precognitꝰ finis·ita ordine ac rõe cõ-
muni et humanis quodãmodo omnia
diſpenſat affectibus·vt nõ potentialiť
nec ſm preſcientie ſuę ineffabilem notici-
am·ſed ſm preſentes hominũ actus vni-
uerſa diiudicãs·vel reſpuat vnũquẽqꝫ
vel attrahat·et vel infundat q̃tidie ſuaꝫ
gratiam vel auertat.Qđ ita eſſe etiam
illa ſaulis manifeſtat electio·cuius vti-
qꝫ cũ vituperabilem finẽ preſcientia dei
ignorare nõ poſſet·de tot milibus iſrael
elegit eũ ⁊ vnxit in regem·preſentis in il-
lo meritũ vitę remunerans·nõ peccatuꝫ
future preuaricationis intendens·ita vt
poſtqꝫ reprobus factus eſt·velut penitu-
dinem gerens electionis ſuę deꝰ·huma-
nis quodãmodo de eodem vocibꝫ atqꝫ
affectibus conqueratur dicẽs.Penitet
me ꝙ conſtituerim ſaul regem·quia de-
reliquit me ⁊ ꝟba mea opere nõ ĩpleuit.
Et iteꝝ.Uerũtñ lugebat ſamuel ſaulẽ
q̃m dominum penitebat ꝙ conſtituiſſet
regem ſaul ſuper iſrael.Deniqꝫ hoc quo-
niã opere fuerat executus·poſtea etiaꝫ ꝑ
ezechielem prophetam dñs proteſtatur
cum oĩbus ſe hominibus quotidiano
geſturum eſſe iudicio·etiam ſi dixero in-
quiens iuſto ꝙ vita viuat·et confiſus in
iuſticia ſua fecerit iniquitatem·oĩes iu-
ſticie eius obliuioni tradẽtur·et ĩ iniq̇ta-
te quã operatus eſt in ipſa morietꝰ.Sin
autem dixero impio·morte morieris·⁊ ege-
rit penitẽtiam a peccato ſuo·feceritqꝫ iu-
dicium ⁊ iuſticiam·pignus reſtituerit il-
le impius rapinãqꝫ reddiderit·in man-
datis vite ambulauerit·nec fecerit q̇cqꝫ
iniuſtuꝫ·vita viuet ⁊ nõ morietur·oĩa
peccata eius quę peccauit nõ imputabũ-
tur ei.Deniqꝫ cum ab illo populo quem
ex omnibꝫ gentibus dñs adoptauit·pro-
pter ſubitam vituli preuaricationẽ miſe-
ricordie ſuę auertiſſet aſpectum·interue-
niens pro eo legiſlator exclamat.Obſe-
cro dñe·peccauit populus iſte peccatum
magnuꝫ·fecerũt ſibi deos aureos·et nũc
ſi remittis peccatũ eoꝝ remitte·ſin alias
dele me đ libro tuo quem ſcripſiſti.Cui
reſpondit dominus.Si quis inquit pec-
cauerit coram me·delebo eũ de libro meo
Dauid quoqꝫ dum de iuda et perſecuto-
ribus chriſti prophetico ſpiritu querere-
tur.deleantur inquit de libro viuentiũ·
Et quia nõ merebantur ad penitentiaꝫ
ſalutarem pro reatu tanti criminis pue-
nire·ſubiungit.Et cum iuſtis nõ ſcribã-
tur.Deniqꝫ ĩ ipſo iuda vis ꝓphetice ma-
ledictionis euidenter impleta eſt.Nam



expleto proditiõis crimine ſuſpendio ſe
necauit·ne ſi poſt illam deletionem noĩs
ſui conuerſus ad penitentiam eſſet·iteꝝ
cum iuſtis ſcribi mereretꝰ in celo.Non g̊
eſt ambigendum·etiam iude nomen illo
tempore quo electus a chriſto apoſtolatꝰ
ſortitus eſt gradum·in libro viuentium
fuiſſe conſcriptum·ac pariter eum audiſ-
ſe cum ceteris.Nolite gaudere·quia de-
monia vobis ſubijciuntur·gaudete aũt
quia nomina veſtra ſcripta ſunt in celis
Sed quia filargirie peſte corruptus·de
aſcriptione celeſti ad terrena deiectus ẽ·
cõpetenter de eo ac de ſimilibus eius dĩ
per ꝓphetam.Dñe omnes qui te derelin-
quunt confundentur·recedentes a te in
terra ſcribentur·quia dereliquerũt venaꝫ
aquarũ viuentiuꝫ dñm.Et alibi.In cõ-
ſilio populi mei nõ erunt·et in ſcriptura
domus iſrael nõ ſcribentur·et ĩ terrã iſra-
el nõ ingredientur.

Quod ſancti viri pertinaces ac du-
ri eſſe nõ poſſunt. Cap.xxvij

Ec illius precepti vtilitas eſt ſi-
n lenda·ꝙ etiã ſi inſtigante ira vł
qualibet alia paſſione ſacramẽ-
to nos aliquo vinxerimus·qđ a nemine
quidem monachorũ fieri penitus debet·
vtriuſqꝫ tamen rei cauſa integro mẽtis
eſt penſanda iudicio·et cõparanda eſt il-
la res quã ſtatuimus huic ad quã tranſ-
ire cõpellimur·atqꝫ ad eam ſine cuncta-
tione eſt tranſeundum·quę ſuꝑueniẽte
ſaniore tractatu iuſtior fuerit iudicata.
Rectius eni ẽ eſt noſtrum nos preterire ſꝫ-
moneꝫ·q̃ rei ſalubrioris ac pie ſubire ia-
cturam.Deniqꝫ nunq̃ rationabiles ac
probatos patres duros aut irreuocabi-
les in huiuſmodi diffinitionibus fuiſſe
reminiſcimur·ſed velut cerã calore ſolis
ita eos ratione mollitos·et intercedente
ſalubriore conſilio melioribus partibꝫ
ſine heſitatione ceſſiſſe.Quoſcunqꝫ aũt
vidimus definitionibus ſuis pertinaciť
inherere·irrationabiles ſemper probaui-
mus ac diſcretionis expertes.

Interrogatio an ſit contrariuꝫ
predicte ſententie illud qđ dici-
tur·iuraui et ſtatui.Cap.xxviij.

Germanus.Quantũ ad hanc
rationem pertinet que euidẽter
copioſeqꝫ digeſta eſt nihil op-
tet monachuꝫ definire·ne aut preuarica-
tor inueniatur aut pertinax.Et vbi illđ
pſalmiſte ponimꝰ eloq̇uꝫ.Iuraui ⁊ ſta-
tui cuſtodire iudicia iuſticie tuę:Quid
ẽ ei aliud iurare ⁊ ſtatuere q̃ definita im-
mobiliter cuſtodire:

Reſponſio in quibus immobi-
lis definitio ſit tenenda et in qui-
bus ſi oportuerit reſcindenda.
Cap.xxix.

Joſeph.Nos nõ de principa-
libus mandatis ſine quibꝫ non
poteſt ſalus noſtra omnino ſbſi-
ſtere·iſta decernimus·ſed đ his quę ſine
periculo ſtatus noſtri vel relaxare poſſu-
mus vel tenere·vtputa de irremiſſo rigo-
re ieiunij·de vini ſiue olei ꝑpetua abſti-
nentia·de progreſſu cellule penitus cohi-
bendo·de lectionis ſeu meditationis in-
ceſſabili iugitate·quę ſine iactura profeſ-
ſionis ac propoſiti noſtri ⁊ exerceri cũ li-
buerit poſſunt et cum neceſſe fuerit irreꝑ-
henſibiliter pretermitti.Ceterum ſuper
obſeruantia illorum principalium man-
datorum cõſtantiſſime defiuiendũ eſt·
ac ꝓ his etiã mors ſi neceſſe fuerit non vi-
tanda·pro quibus immobiliter eſt dicẽ-
dum·iuraui ⁊ ſtatui.Qđ fieri debet pro
cuſtodia charitatis·pro qua ſpernenda
ſunt vniuerſa·ne bonũ tranquillitatis il-
lius perfectioqꝫ maculetur.Similiťqꝫ
iurandum eſt ꝓ caſtimonie puritate·nec
aliud facere nos oportet pro fide pro ſo-
brietate atqꝫ iuſticia.quę omnia indemu-
tabili perſeuerantia ſunt tenenda·et a q̇-
bus paululum receſſiſſe damnabile eſt.
De illis ꝟo corporalibus exercitijs que
ad modicum dicũtur eſſe vtilia·ita ẽ vt
diximus ſtatuendũ·vt ſi qua ſuperuene-
rit certior pietatis occaſio que illa ſuade-
at relaxari·nulla ſuper his lege teneamꝰ·
ſꝫ ꝑtermiſſis eis ad vtiliora libere trãſea-

mus. In illis enī corporalibus exercitijs ſi pro tempore relinquantur periculum nō eſt· ab his vero vel ad momentū declinaſſe mortiferum eſt.

## Quēadmodum debeāt celāda cōmitti. Cap̄. xxx.

De quoqꝫ ſimili cautione curā dum eſt· vt ſiquis forſitan ſmo quē eſſe vultis occultū· de vro ore fuerit prolapſus· nulla occultatiōis precepta ſollicitent audientē. magis enī latebit ſi negligenter atqꝫ ſimplicit' trāſeatur· q2 nō tanta quilibet fratrū ſup diuulgatione eius impugnatiōe torqbit· exiſtimās rem vilem aliquā tranſitoria cōfabulatione prolatam· et que ex ſ ipo ſit leuior· quia cautiſſimo ſilentij precepto ſenſibus audientis cōmendata nō fuerit· Nam ſi etiā fidē eius aliqua ſacramentorū obteſtatione deuinxeris· citius illud ꝑdendum eſſe non ambigas. Maior enim aduerſus ipm̄ vis diabolice impugnationis inſurget· vt et te meſtificet vel denudet· et illū tranſgreſſorem q̄ꝫ totius ſui faciat ſacramenti.

## Nihil ſuper his que ad vſum cōmūis vite attinet definiēdū Cap̄. xxxi.

Et idcirco nihil debet abrupte monachus ſup his dūtaxat q̄ ad corporales exercitatiōes pertinent definire· ne aduerſariū ad impugnationem eorum que velut ſub legis obſeruatione cuſtodit magis incitans citius ea violare cogatur. Prefigens ſiquidē ſibi legem vnuſquiſqꝫ ſub libertatis grā ꝯſtitutus· ne ꝑniciosa ſemetipm̄ obliget ſeruitute· vt ea que licito immo etiā laudabiliter cum gratiarum actione preſumere potuiſſet· ſi neceſſitas fortaſſe cōpulerit velut tranſgreſſor percipere cōpellatur cū preuaricatione peccati· Ubi enī nō eſt lex· nec preuaricatio. Hac btiſſimi Joſeph inſtitutiōe atqꝫ doctrina velut diuino oraculo cōfirmati· in egypto reſidere maluimus. Sed licet paruū deinceps de noſtra eſſemus promiſſiōe ſolliciti· tamē expleto ſeptē annoꝝ numero ſponſionē noſtrā gratanter impleuim⁹. Excurrētes namqꝫ ad cenobiū noſtrum illo iam tp̄e quo de impetrando ad heremū reditu fiduciā gerebamus· primū ſenioribus noſtri honorē debitū ſoluim⁹· deinde animis eorū qui pro charitatis ardore creberrimis litterarū noſtrarū ſatiſfactionibus neqꝫ fuerant deliniti· p̄ſtinam redintegrauimus charitatē· tandēqꝫ ad plenū aculeo nr̄e ſpōſiōis auulſo his q̄ꝫ cū gaudio proſequētibus ad ſcythiotica ſolitudinis ſecreta remeauim⁹. Hāc vobis o ſancti fratres illuſtriū patrū ſcientiā atqꝫ doctrinā noſtra vt potuit elucubrauit inſcia· quā etiā ſi incultus forſitan ſermo confudit potius q̄ꝫ digeſſit· queſo ne laudem inſigniū virorū reprehēſio nr̄e ruſticitatis euacuet. Tutius ſiqdem nobis in conſpectu nr̄i iudicis viſum eſt· doctrine huius magnificētiam vel incultis ſmonibus ꝓdere q̄ꝫ ſilere· quippe cū et profectui lectoris· ſi ſblimitatē ſenſuū ꝯtemplet'· hoc qđ iperitia noſtri ſermonis offendit obeſſe non poſſit· et maior ſit nob̄ vtilitatis cura q̄ꝫ laudis. Neqꝫ enī hoc qđ ſanctoꝝ virorū dicta deſcripſi· et plenū periculi· ⁊ egenum laudis eſſe nō nouerā· ſed prudēs vt dī laqueo pedem indidi· nec me indubitato diſcrimini ſub incerta ſpe alieni profectus tradere recuſaui· monēs oēs ad quorū manus opuſcula iſta peruenerit· vt quicqd placuerit in eis patrū· noſtrū vero ſciāt eſſe qđ diſplicet· omnes qbus amabilis eſt vita ⁊ doctrina ſanctorum.

Explicit collatio ſecūnda abbatis Joſeph đ diffiniēdo.

Expliciunt ſeptē alie collationes caſſiani.



## Incipit p̄fatio caſſiani eloquētiſſimi in ſeptem vltimas collationes aliorū patrū.

Miſſis iuuante gratia chriſti decē collationibus patrum· que exigētibus beatiſſimis epiſcopis helladio ac leontio vtcumqꝫ digeſte ſūt· ſeptem alias beato epiſcopo honorato· ſancto quoqꝫ famulo chriſti eucherio dedicaui· totidem et nunc vobis ſancti fratres ioniniane mineriui leonti ⁊ theodore credidi deputādas. Poſterior ſiquidem veſtrum illam cenobiorum ſanctā atqꝫ egregiam diſciplinam in prouīcijs gallicanis antiquarum virtutū diſcretione fundauit· ceteri vero non ſolum cenobialem profeſſionem apprime monachos expetere· verumetiam anachoreticā ſitire ſublimitatem· veſtris inſtitutionibus prouocaſtis. Ea namqꝫ collatiōes iſte ſummorū patrum diſputatione contexte ſunt· et ita in oībus temperate· vt vtriqꝫ profeſſioni· qua nō ſolum occiduas regiones· verumetiam inſulas· maximis fratrū cateruis feciſtis florere· cōueniant· id eſt· vt non ſolum hi qui adhuc in cōgregationis laudabili ſubiectione perdurant· ſed etiā illi qui haud longe a veſtris cenobijs ſecedētes anachoretarum ſectan geſtiunt diſciplinā· pro cōditione locorum ac ſtatus ſui menſura plenius inſtruantur. Quibus hoc precipuum contulit precedens veſtri laboris induſtria· vt parati iam atqꝫ in iſdē exercitijs deprehenſi· facilius precepta ſeniorum atqꝫ inſtituta ſuſcipiant· ipoſqꝫ in cellulas ſuas auctores collationū cū ipſis collationū voluminibus recipiētes· et quotidianis quodāmodo cum eis interrogationibus ac reſponſionibus colloquētes· nō ꝓprijs adinuētionibus arduam iſtam et incognitam ferme in hac regione appetant viam· ſ periculo fame etiam illic vbi iā tritiſſimi calles et innumera precedentiū exempla non deſunt· anachoreſeos diſciplinā illorū potius preceptis capere cōſueſcant· quos in omnibus ⁊ antiqua traditio ⁊ longe experientie inſtruxit induſtria·



## Explicit prefatio· Incipiunt capitula abbatis pyamonis đ tribus generibus monachorum. Cap̄. i.

Uemadmodum dyolco veniētes ab abbate pyamon recepti fuerimus.
ij Uerba abbatis pyamō quomodo rudes monachi exemplo ſeniorum debeant erudiri.
iij Qr iuniores ſeniorum precepta diſcutere non debeant.
iiij De tribus generibus monachorum que intra egyptum ſunt.
v Quibus autoribus cenobitarū ſit inſtituta profeſſio.
vi De anachoretarum ordine atqꝫ principio.
vij De ſarabaitarū principio et cōuerſatione.
viij De quarto genere monachorū.
ix Interrogatio qd interſit int' cenobium ⁊ monaſteriū.
x Reſponſio.
xi De hūilitate vera et quō fictam cuiuſdā hūilitatē ꝑdiderit abbas ſerapion.
xij Interrogatio quemadmodū vera patientia poſſit acquiri.
xiij Reſponſio.
xiiij De exemplo patientie cuiuſdam religioſe femine.
xv De exemplo patientie abbatis paſuntij.
xvi De perfectione patientie.
xvij De inuidie malo.

Expliciunt capitula.

Incipit collatio Abbatis pya-
monis ꝺ tribus generibus mo
nachorū· ꝛ quarto nuꝑ exorto.

Queadmoduꝫ dyolco ve-
niētes ab abbate pyamon
recepti fuerimus. Cap.i.

Pſt con
ſpectū atqꝫ colloq-
p um trium illoruꝫ ſe
nū·quorū collatio-
nes ſacto fratre no
ſtro eucherio cōpel-
lente vtcunqꝫ digeſſimus·cum etiaꝫ vl
terioris egypti partes in quibus ampli-
or atqꝫ perfectior ſanctorū numerus cō-
ſiſtebat·maiore flagrātia deſiderarem⁹
expetere ad vicum cui nomē eſt dyolcos
vni ex ſepteꝫ nili fluminis oſtijs imminē
tem·nō tam itineris neceſſitate qꝫ deſide
rio ſanctoꝝ illic cōmorantiū cōpellente
peruenimus. Cuꝫ enī velut cupidiſſimi
mercatores plurima illic celeberrimaqꝫ
cenobia ab antiquis audiuiſſemus pa-
tribus inſtituta·cōtinuo quaſi nauiga-
tionem inquiſitionis incerte ſpe maioris
lucri perſuadente ſuſcepimus. Ubi cuꝫ
diutiſſime fluctuātes ad illos virtutum
ſublimitate conſpicuos mōtes vndiqꝫ
curioſos oculos tenderem⁹· abbatē py-
amon omniū anachoretarum illic inha-
bitantiū ſeniorem eorundemqꝫ preſbite
rum velut quendā ſublimiſſimū pharū
id eſt ſignum·primus circumſpectantiū
notauit intuitus. Hic etenī ſicut euāge-
lica illa ciuitas in excelſi montis vertice
conſtituta·noſtro protinus refulſit aſpe
ctui. Cuius virtutes atqꝫ mirabilia q̄ ꝑ
eum etiā ſub conſpectu noſtro diuina ḡ
tia teſtimoniū meritis eius reddente per-
fecta ſunt·ne vel propoſiti noſtri formaꝫ
vel modū huius voluminis excedam⁹·
pretermittenda credimus. Non enim
ꝺ mirabilibꝰ dei·ſꝫ de inſtitutis ſtudijſqꝫ
ſctōꝝ q̄dā q̄ reminiſci poſſibile eſt nos
ſpopōdimus memorie tradituros·vt ne
ceſſariā tantū perfecte vite inſtructionē·
non inutilem abſqꝫ vlla emendatiōe vi-
ciorum ac ſuperuacuam admirationem
legentibus preberemus. Cum itaqꝫ bea
tus pyamon ſumma nos gratulatione
ſuſceptos· humanitate etiam congrua
refeciſſet·intelligens nos nō eiuſdem eſſe
regionis·primū vnde vel cur egyptū pe-
tiſſemus ſollicite percunctatus·ac de ce-
nobio ſyrie ob deſiderium perfectionis
nos illo aduenīſſe cognoſcēs·ita exorſus
eſt.

Uerba abbatis pyamon quo-
modo rudes monachi exēplo
ſeniorū debeāt erudiri. Cap.ij.

Uiſqꝫ hoīm o filij cuiuſlibet
q artis peritiā aſſeq̇ ꝯcupiſcit·ni
ſi omī cura atꝫ vigilātia ei⁹ ſe
quā noſſe deſiderat diſcipliē ſtudijs mā
ciparit·ac perfectiſſimorū quorūqꝫ opifi
cij ipſius vel ſcientie magiſtrorum prece-
pta atqꝫ inſtituta ſeruauerit·fruſtra ina-
nibꝰ votis eoꝝ ſimilitudinē exoptat atti
gere·quoꝝ curā atqꝫ īduſtriā detrectat
emulari. Nouimus enī nōnullos ita ad
hec loca ꝺ vr̄is regionibus aduenīſſe·vt
cognoſcendi tantūmodo gratia fratrū
monaſteria circūirent·nō vt has regu-
las ob q̄s huc cōmeauerāt atqꝫ inſtitu-
ta ſuſciperēt·ſꝫ vt ſecedentes in cellulas
conarētur ea que vel viſu vel traditione
perceperāt operibꝰ experiri. Qui mores
ſuos ac ſtudia quibꝰ imbuti fuerāt retē-
tātes·vt eis exprobrari a nōnullis ſolet·
nō profectus ſui gratia ſꝫ vitā de egeſta-
tis neceſſitate exiſtimati ſunt ꝓuicias cō
mutaſſe. Nō ſolū enī nihil eruditionis
acq̇rere·ſꝫ ne diutius quidē in his parti
bus cōmorari·pertinacis animi obſtina
tione potuerūt. Cum enī nec ieiunioruꝫ
morē·neqꝫ pſalmorum ordinē·nec ipoꝝ
deniqꝫ indumētorū habitū ꝑmutaſſēt·
q̇d aliud in hac regione ſectari qꝫ ſola
victus ſui cōpēdia crederentur.

Q iuniores ſeniorū precepta
diſcutere nō debeāt. Cap.iij.

Uamobrē ſi vos queādmodū
credim⁹ dei cauſa ad emulatio-
nem nr̄e agnitiōis attraxit·omnibꝰ inſti
tutis q̇bus illic ꝑmordia vr̄a preuenta
ſunt penitus abdicatis· q̄cūqꝫ ſeniores
vr̄os agere vl̄ tdere viderit̄·ſūma hūili
tate ſectamī. Neqꝫ vos moueat· aut ab
imitatiōe retrahat ac diuertat·etiā ſi vo
bis ad preſens alicuius rei vl̄ facti ratio
vel cā nō liqueat·qꝛ eos qui bene de cun
ctis ac ſimpliciter ſentiūt· et vniuerſa q̄
a ſenioribꝰ tradi geri ve perſpexerint·fide
liter imitari magis qꝫ diſcutere ſtudent·
per opis experientiā etiā rerū omniū ſciē
tia ſubſequet̄. Ceterū nūqꝫ rationē veri
tatis intrabit·quiſq̄s a diſcuſſione cepe
rit erudiri·quia videns eū inimicus ſuo
potius qꝫ patrū iudicio ꝯfidentē·facile ī
id vſqꝫ ꝓpellet·vt etiā illa q̄ maxime vti
lia atꝫ ſaluberrima ſunt·ſuperflua ei vi-
deātur ꝛ noxia. Atqꝫ ita preſumptiōi ei⁹
callidus hoſtis illudet· vt irrationabili
bus diffinitiōibꝰ ſuis pertinaciter inhe-
rendo·ſꝫ ſolūmodo ſibi ſanctū eſſe ꝑſua
deat·qꝺ rectū atqꝫ iuſtiſſimū ſue tantuꝫ
obſtinatiōis errore cenſuerit.

De tribus generibus mōacho-
rum que intra egyptum ſunt.
Cap.iiij.

Uamobrē ordo atqꝫ ꝑncipiuꝫ
q ꝓfeſſionis nr̄e queādmodū vel
vn̄ deſcēderit ꝑmū debit̄ agno
ſcere. Tūc enī potent q̇s deſiderate artis
efficacius aſſeq̇ diſciplinā·et ad exercen
dā eā ardentius incitari·cū auctoꝝ ꝛ fū
datoꝝ eius agnouerit dignitatē. Tria
ſunt in egypto genera monachoꝝ·q̄rum
duo ſunt optima·tertiū tepidū atqꝫ omī
modis euitandū. Primū eſt cenobitaꝝ·
q̇ ſcꝫ in cōgregatiōe ꝑiter ꝯſiſtentes·vni
us ſenioris iudicio gubernātur·cuiuſ ge
neris maxim⁹ numer⁹ monachoꝝ ꝑ vni
uerſam cōmorat̄ egyptum. Scdm ana-
choretarū·qui ꝑus in cenobijs inſtituti·
iamqꝫ in actuali cōuerſatiōe ꝑfecti·ſoli
tudinis elegere ſecreta·cuius ꝓfeſſionis
nos quoqꝫ optam⁹ eſſe participes. Ter-
tiū repħenſibile ſarabaitarū eſt. De qui
bus ſingillatī ꝑ ordinē pleni⁹ diſſerem⁹.
Harū igit̄ triū ꝓfeſſionū fundatores ꝑ
mū vt diximus debetis agnoſcere. Naꝫ
ꝓfecto ex hoc ipō·vel odiū ꝓfeſſionis illi⁹
naſci poterit que vitanda eſt·vel eius de
ſideriū q̄ ſequēda· qꝛ neceſſe ē vnāquā
qꝫ viā ad illū finē ſuū pertrahere ſectato
rem·ad quē auctor ipi⁹ inuētorqꝫ perue-
nerit.

Quibus autoribus cenobita-
rū ſit īſtituta ꝓfeſſio. Cap.v.

Taqꝫ cenobitarū diſciplina a
i tpe predicationis aplīce ſump-
ſit exordiū· Naꝫ talis extitit in
hieroſolimis oīs illa credentiū multitu-
do·q̄ in actibꝰ aplōꝝ ita deſcribit̄. Mul
titudinis credētiū erat cor vnū ꝛ anima
vna·nec quiſqꝫ eoꝝ q̄ poſſidebat aliq̇d
ſuū eſſe dicebat·ſꝫ erāt illis oīa cōmunia
Poſſeſſiōes ꝛ ſbās vēdebāt·et diuide-
bāt ea omībꝰ ꝓut cuiqꝫ op⁹ erat. Et ite-
rum. Neqꝫ·n·q̇ſqꝫ egens erat int̄ illos.
Quotq̇t eī poſſeſſores agroꝝ aut domo
rū erāt· vēdentes afferebāt precia eoꝝ q̄
vēdebāt ꝛ ponebāt an̄ pedes aplōꝝ. Di
uidebat̄ aūt ſingulis ꝓut cuiqꝫ op⁹ erat
Talis inqꝫ erat tūc oīs eccleſia·q̄les nūc
perpaucos in cenobijs inuenire diffici-
le ē. Sꝫ cū p⁹ aplōꝝ receſſuꝫ tepeſcere ce
piſſet credentiū multitudo·ea vel maxīe
q̄ ad fidem chriſti de alienigenis ac diuſ
ſis gētibꝰ ꝯfluebat·a q̇bꝰ apl̄i pro ipīs fi
dei rudimētis ac inueterata gētilitat̄ cō
ſuetudine nihil amplius expetebāt· niſi
vt ab īmolaticijs idoloꝝ ꝛ fornicatione
ꝛ ſuffocatis ꝛ ſanguine tēperarent·atqꝫ
iſta libertas que gentibus propter infir-
mitatē prime credulitatis indulta eſt·eti
am illius eccleſie que hieroſolimis con-
ſiſtebat perfectionē paulatim ꝯtamina
re cepiſſet·et creſcēte quotidie vel indige
narū nūero vel aduenaꝝ·ꝑme illi⁹ fidei
refrigeſceret feruor·nō ſoluꝫ hi q̇ ad fidē
chriſti ꝯfluxerant·verūetiā illi q̇ erāt ec
cleſie ꝑncipes ab illa diſtrictiōe laxati ſūt
Nōnulli·n·exiſtiantes id qꝺ videbāt gē
tibꝰ ꝓ infirmitate ꝯceſſuꝫ·ſibi etiā licitū·
nihil ſe detrimenti ꝑpeti crediderunt. ſi

cum ſubſtantijs ac facultatibus ſuis fi/
dem chriſti confeſſionemqꝫ ſequerentur
Hi autem quibus adhuc apoſtolicꝰ in,
erat feruor · memores illius priſtine perfe
ctionis · diſcedentes a ciuitatibꝰ ſuis · il/
lorūqꝫ conſortio qui ſibi vel eccleſie dei
remiſſioris vite negligentiam licitam eē
credebant · in locis ſuburbanis ac ſecreti
oribus cōmanere · et ea q̄ ab apoſtolis ꝑ
vniuerſum corpus eccleſie generalit̄ me
minerunt inſtituta · priuatim ac peculia
riter exercere ceperunt · atqꝫ ita incaluit
iſta quam diximus diſcipulorum · qui ſe
ab illorum contagio ſequeſtrauerāt diſ
cipline. Qui paulatiꝫ tempore procedē
te ſegregati a credentiuꝫ turbis · ab eo ꝙ
a coniugijs abſtinerent · et a parentuꝫ ſe
conſortio mundiqꝫ iſtius conuerſatiōe
ſecernerēt · monachi ſiue monoçentes a
ſingularis ac ſolitarie vite diſtrictione
nominati ſunt. Unde conſequēs fuit vt
ex cōmunione conſorcij cenobite · celleqꝫ
ac diuerſoria eorum cenobia vocarētur
Iſtud ergo ſolum fuit antiquiſſimū mo
nachorum genus · qd̄ non modo tempo
re ſed etiam gratia primū eſt · quodqꝫ ꝑ
annos plurimos ſoluꝫ inuiolabile vſqꝫ
ad abbat̄ pauli vel antonij durauit eta
tem. Cuius etiam nūc in diſtrictis ceno,
bijs cernimus reſidere veſtigia.

## De anachoretarū ordine ac pricipio. Cap. vi.

v Nde profecto id eſt · de hoc per,
fectorum numero. et vt ita dixe
riꝫ fecundiſſima radice · ſancto,
rum etiam anachoretarum poſt hec flo/
res fructuſqꝫ prolati ſunt. Cuius ꝓfeſſi
onis principes hos quos pauloante me
morauimus ſanctū videlicet pauluꝫ vł
antonium nouimus extitiſſe. Qui non
vt quidam puſillanimitatis cauſa vel ī
patientie morbo · ſed deſiderio ſublimio
ris profectus cōtemplationiſqꝫ diuine
ſolitudinis ſecreta ſectati ſunt · licet prior
eoꝝ neceſſitatis obtentu · duꝫ tp̄e ꝑſecu,
tionis affinium ſuorū deuitat inſidias ·
heremū penetraſſe dicatur. Ita ꝙ ꝓceſſit
ex illa quā dixinꝰ ap̄lica diſciplina aliḋ
perfectionis genus · cuiꝰ ſectatores ana/
chorete · id eſt · ſeceſſores merito nūcupā
tur · eo ꝙ nequaqꝫ contenti hac victoria
qua inter homines occultas inſidias di,
aboli calcauerunt · aperto certamine ac
manifeſto conflictu demonibus congre
di cupientes · vaſtos heremi receſſus pe/
netrare non timeant · ad imitationem ſci
licet iohannis baptiſte qui ī heremo to/
ta permanſit etate · helie quoqꝫ ⁊ helyſei ·
atqꝫ illoruꝫ de quibus apoſtolus ita cō,
memorat. Circuierunt in melotis · in pel
libus caprinis · egentes · anguſtiati · affli
cti · quibus dignus nō erat mundus · in
ſolitudinibus errātes · et in montibus et
in ſpeluncis ⁊ in cauernis terre. De qui
bus etiam dominus figuraliter ad Iob
Quis ait eſt qui dimiſit onagrum li,
berum · et vincula eius reſoluit. Poſuit
habitaculum eius deſertum · et taberna/
cula eius ſalſuginem. Irridens multitu
dinem ciuitatis · et querelaꝫ exactoris nō
audiens. Conſiderauit montes paſcue
ſue ⁊ poſt omne viride querit · In pſal/
mis quoqꝫ. Dicāt nūc qui redempti ſūt
a dn̄o · q̊s redemit de manu inimici. Et
poſt pauca. Errauerunt in ſolitudine in
inaquoſo. viaꝫ ciuitatis habitaculi nō
inuenerūt · Eſuriētes ⁊ ſitientes · aīa eoꝝ
in ip̄is defecit. Et clamauerūt ad domi,
nū cum tribularentur · et de neceſſitatibꝫ
eoꝝ liberauit eos. Quos etiā hieremias
ita deſcribit. Beatus qui tulit iuguꝫ ab
adoleſcentia ſua · ſedebit ſolitarius ⁊ ta,
cebit · quia leuauit ſe ſuper ſe. Quiqꝫ il/
lud pſalmiſte affectu ⁊ opere ꝯcinunt.
Similis factus ſum pellicano ſolitudīs
Uigilaui ⁊ factus ſum ſicut paſſer ſoli/
tarius in tecto.

## De ſarabaitarū principio et cōuerſatione. Cap. vij.

Unqꝫ his duabꝰ ꝓfeſſiōibꝰ mo,
nachoꝝ rligio chriſtiana gaude,
ret · cepiſſet āt indetenꝰ paulatī h
q̊qꝫ ordo recidere · emerſit poſt hec illud
deterrimū ⁊ infidele monachoꝝ genus ·



vel potius noxia illa plantatio rediuiua
concreuit · que per ananyam ⁊ ſaphyraꝫ
in exordio eccleſie pullulans · apoſtoli pe
tri ſeueritate ſucciſa eſt · que inter mona,
chos tamdiu deteſtabilis execrādaqꝫ iu
dicata eſt · nec a quoqꝫ vlterius vſurpa,
ta · qꝫdiu illius tam diſtricte formido ſen
tentie memorie fideliuꝫ inſerta durauit ·
qua beatus apoſtolus predictos noui fa
cinoris principes · non penitētia · nō vlla
paſſus eſt ſatiſfactione curari · ſed perni
cioſiſſimū germen celeri morte ſuccidit.
Illo igitur exemplo qd̄ in ananya ⁊ ſa/
phyra apoſtolica diſtrictione punitum
eſt · a nōnullorū contēplatiōe paulatim
longa incuria ⁊ temporis obliteratione
ſubtracto · emerſit iſtud ſarabaytarū ge,
nus · qui ab eo ꝙ ſemetip̄os a cenobiorū
cōgregationibus ſequeſtrarēt · ac ſigilla
tim ſuas curarēt neceſſitates · egyptie lin
gue ꝓprietate · ſarabayte nūcupati ſūt ·
de illorum quos prediximus numero ꝓ,
cedentes · qui euangelicā perfectioneꝫ ſi,
mulare potius qꝫ in veritate arripere ma
luerunt · emulatione ſcꝫ eorum vel laudi
bus prouocati · qui vniūſis diuitijs mū,
di perfectam chriſti preferūt nuditatem
Hi igitur dū imbecillo animo rem ſum
me virtutis affectant vel neceſſitate ad
hāc ꝓfeſſionē venire cōpulſi · dū cenſeri
tm̄modo noīe monachoꝝ abſqꝫ vlla ſtu
dioꝝ emulatione feſtināt · cenobiorū nł,
latenus expetūt diſciplinā · nec ſenioruꝫ
ſubijciūtur arbitrio · vt eorum traditio
nibus inſtituti · ſuas diſcant vincere vo
luntates · nec vllam ſane diſcretionis
regulam legitima eruditione ſuſcipiunt
ſed ad publicam tantummodo · id eſt ad
hominū faciē renūciātes · aut ī ſuis domi
cilijs ſub priuilegio huius noīs iſdē ob
ſtricti occupatiōibꝰ ꝑſeuerāt · aut ꝯſtruē
tes ſibi cellulas eaſqꝫ monaſteria nūcu/
pantes ſuo ī eis iure ac libertate ꝯſiſtūt ·
nequaqꝫ euāgelicis preceptionibꝰ ſuccū
bentes · vt nulla ſcꝫ quotidiani victꝰ ſol,
licitudine · nullis rei familiaris diſtentio
nibus occupentur. Qd̄ illi ſoli abſqꝫ vl
la infideli dubitatiōe conſummāt · q̇ cū,
ctis mūdi huius facultatibus abſoluti ·
ita ſe cenobioruꝫ prepoſitis ſubdiderīt ·
vt ne ſui q̇dē ip̄iꝰ fateātur eſſe ſe dn̄os ·
Illi aūt qui diſtrictionē vt diximꝰ ceno,
bij declinātes · bini vł terni in cellulis cō
morātur · nō contenti abbatis cura atꝫ
imperio gubernari · ſed hoc precipue pro
curātes · vt abſoluti a ſeniorū iugo · exer
cendi voluntates ſuas · ac procedēdi · vel
quo placuerit euagandi · agendi ve qd̄
libitum fuerit habeant libertatem · etiam
amplius in operibus diurnis · qꝫ hi qui
in cenobijs degunt · diebus ac noctibus
conſumūtur · ſꝫ nō ea fide eodemqꝫ pro/
poſito. Hoc enī iſti faciūt · nō vt fructuꝫ
ſui operis ſubijciant diſpenſatoris arbī
trio · ſed vt acquirant pecunias quas re,
condant. Inter quos quantum interſit
aduertite. Illi nihil de craſtino cogitan
tes · gratiſſimos deo ſudoris ſui offerunt
fructus · iſti vero nō ſolum in craſtinū ſꝫ
etiam in multorum annoruꝫ ſpacia infi
delem ſollicitudinē protogātes · aut mē
dacem deū aut inopem credunt · q̇ ꝓmiſ
ſam quotidiani victus atqꝫ indumento
rum ſufficientiam prebere eis aut non
poſſit aut nolit. Illi hoc omnibus expe
tunt votis · vt nuditatem oīm rerū pau/
pertatemqꝫ poſſideant · iſti vt oīm copia
rum affluentiā conſequātur. Illi ob hoc
certatim ſtatutū tranſcendere canonem
diurnis operibus elaborant · vt quicq̇d
monaſterij ſanctis vſibus redūdarit · vł
carceribus · vel xenodochio · vel noſoco/
mio · vel indigentibus ꝓ abbatis diſpen
ſetur arbitrio · iſti vt quicquid quotidia
ne ſuperfuerit gule · aut profuſiori profi,
ciat voluptati · aut certe filargirie vicio
recōdat̄. Poſtremo vt cōcedamꝰ ab iſtꝭ
hec q̊ꝫ q̄ nō optimo ꝓpoſito ꝯgeruntur ·
meliꝰ qꝫ diximꝰ poſſe diſtribui · ne ſic qui
dē ad meritū ꝟtutis illiꝰ ac perfectionis
aſpirāt. Illi etenī tātos mōaſterio reddi,
tꝰ ꝯferētes · eiſqꝫ q̊tidie renūciātes · ī tāta
ſbiectōis hūilitate ꝑdurāt · vt queādmo
dū ſui · ita etiā eoꝝ q̄ ꝓp̄o ſudore ꝯq̇rūt

ꝑteſtate priuentur · abrenunciatiõis ꝑ
me feruorem · dum quotidie ſemetipſos
laboris ſui fructibus nudant · iugiter in-
nouãtes · iſti aũt in eoipſo ꝙ aliq̇d pau-
peribus largiuntur elati · in preceps q̄ti-
die collabũtur. Illos patientia atꝫ diſ-
trictio · qua taꝫ deuote in hac quã ſemel
arripuerũt profeſſione perdurant · vt nũ
q̃ꝫ ſuas expleant voluntates · crucifixos
huic mũdo quotidie viuoſq̃ꝫ martires
facit · hos arbitrĳ ſui tepor viuos ad in-
ferna demergit. Hec igitur duo genera
monachorum in hac quidem prouincia
equali ꝓpemodum numeroſitate inter ſe
cõtendunt · Ceterũ per alias regiões q̄s
me neceſſitas catholice fidei cõpulit per
agrare · iſtud tertium ſarabaytaꝝ genus
abundare ac ꝓpe ſolum eſſe cognouim⁹
Tempibꝫ ſiquidem lucĳ qui arriane ꝑ-
fidie ep̄s fuit · ſub valentis imperio cum
dyaconiã noſtris fratribus deferrem⁹ ·
his videlicet qui de egypto ac thebayda
fuerãt ob catholice fidei perſeuerantiam
metallis ponti atq̃ꝫ armenie relegati · licꝫ
cenobiorum diſciplinã in quibuſdaꝫ ci
uitatibus rariſſimã viderimus · anacho
retarũ tamen apud illos ne ipſum q̇deꝫ
nomen auditum fuiſſe cõperimus.

## De quarto genere monachorũ Cap. viĳ.

P yamon. Sane ẽ etiaꝫ aliud
p q̄rtũ genus quod nuꝑ cernim⁹
emerſiſſe in his qui anachoreta
ruꝫ ſibi ſpecie atq̃ꝫ imagine blandiũtur ·
q̇ q̃ꝫ in ꝓmordĳs ſuis feruore quodã bre
ui · cenobĳ perfectionẽ videntur expetere ·
ſed continuo tepefacti · dũ priſtinos mo-
res ac vicia reſecare cõtemnũt · nec iugũ
humilitatis ac penitentie diutius ſuſti-
nere contenti ſunt · ſubdiq̃ꝫ ſeniorũꝫ im-
perio dedignãtur · ſeparatas expetũt cel
las · ac ſolitarĳ ſedere deſiderant · vt ita
ſcꝫ a nemine laceſſiti · patientes · manſue
ti · ac humiles poſſint ab homĩbꝫ eſtima-
ri. Que inſtitutio imo tepor eos quos ſe
mel infecerit · ad perfectionem nunq̃ꝫ per
mittit accedere. Hoc enĩ modo nõ ſolũ
nõ abſcidentur · verũ etiã in deterius eo
rum vicia cõualeſcent · dũ a nemine pro
uocati · vt quoddã letale et inteſtinũ vi-
rus · quanto amplius celatũ fuerit · tãto
profundius ſerpẽs inſanabilem morbũ
generat egrotanti · Pro reuerentia eniꝫ
ſingularis celle · nullus iam vicia ſolita-
rĳ audet arguere · que ille ignorari malu
it q̃ꝫ curari. Porro virtutes nõ occulta
tione viciorũ · ſed expugnatione pariun
tur.

## Interrogatio quid interſit iter cenobiũ et monaſteriũ. Cap. ix.

Germanus. Eſt ne aliqua in-
ter cenobium monaſterium q̃ꝫ
diſtantia · an vtroq̃ꝫ nomie res
vna cenſetur.

## Reſponſio. Cap. x.

P yamon. Licet a nõnullis ſo-
p leant indifferenter monaſteria
pro cenobĳs appellari · tamẽ h̄
intereſt · ꝙ monaſteriũ nomẽ eſt diuerſo-
rĳ · nihil amplius q̃ꝫ locũ · id eſt · habita-
tionem ſignificans monachoꝝ · cenobiũ
vero etiã profeſſionis ipſius qualitatem
diſciplinam q̃ꝫ deſignat. Et monaſteriũ
poteſt etiam vnius monachi habitatio
nominari · cenobiũ aũt appellari nõ p̄t
niſi vbi plurimoꝝ cohabitãtium degit
vnita cõmunio. Dicũtur ſane monaſte-
ria · etiã in quibus ſarabaytarũ collegia
cõmorantur.

## De humilitate vera et quomo-do falſam cuiuſdam humilita-tem prodiderit abbas ſerapiõ. Cap. xi.

Q uamobrem qm̃ de optimo ge
q nere monachorum video vos
profeſſionis huius arripuiſſe
principia · id eſt de laudabili cenobiorũ
paleſtra · ad excelſa faſtigia anachoreti
ce tẽdere diſcipline · humilitatis patien
tie q̃ꝫ virtutem · quam vos illic didiciſſe
non dubito · vero ſectamini cordis affec
tu · nõ eam ſicut quidam falſa humilia-
tiõe v̄boꝝ nec affectata atq̃ꝫ ſuꝑflua in
q̇buſdã officĳs corꝑis ĩcſſatõe fingẽtes ·
Que humilitatis figmentũ abbas Sera-
pion quodam t̄pe elegãter irriſit. Cum
enim quidam ad eum ſummã ſui abiec-
tionẽ · habitu ac verbis preferẽs veniſſꝫ ·
eum q̃ꝫ ſenex ſcḋm morẽ vt orationem col-
ligeret hortaret̄ · ille nequaq̃ꝫ annuẽs de-
precãti · tantis ſe ſubĳciens aſſerebat fla-
gicĳs inuolutũ · vt ne vſum quidẽ huius
cõmũis aeris capere mereret̄ · pſiathĳ q̃ꝫ
ipſius refugiens ſeſſionẽ · humi potius i-
ſidebat · Cũ v̄o etiã ad ablutionẽ pedũ
multo minus prebuiſſet aſſenſum · tũ ab
bas Serapion refectione tranſacta · col-
lationis conſuetudine prouocãte mone-
re eũ benigne ac leniter cepit · ne ocioſus
ac vagus preſertim iuuenis tã robuſtus
inſtabili leuitate per vniuerſa diſcurre-
ret · ſed vt in cella reſidens, ſcḋm regulaꝫ ſe
niorũ ſuo poti⁹ oꝑe q̃ꝫ aliena mallet mu-
nificẽtia ſuſtentari. Qḋ ne paulus apo
ſtolus incideret · et quidem cũ ei in euãge
lio laborãti hec prebitio merito deberet̄ ·
diebꝫ tamẽ ac noctibꝫ maluit operari · vt
quotidianũ victũ vl̄ ſibi vel his q̇ eidẽ
miniſtrantes opus exercere nõ poterant
ſuis manibus prepararet. Ad hec ille tã
ta eſt triſticia ⁊ dolore ſuppletus · vt ama
ritudinẽ corde cõceptaꝫ · ne vultu q̇dem
diſſimulare potuerit. Cui ſenex. hacte-
nus inquit o fili cunctis te facinoꝝ pon-
deribus onerabas · nõ metuens ne cõfeſ-
ſione tam attrociũ criminũ · notã exiſtia
tiõis incurreres · q̇d queſo nũc eſt quod
ad ſimplicẽ ammoniciũculã noſtrã · que
tamẽ in ſe nõ modo nullũ opprobriũ · ſꝫ
etiã edificationis habuit ac dilectionis
affectũ · tanta te video indignatiõe per-
motũ · vt eam ne vultu q̇dẽ occulere · aut
frontis ſerenitate diſſimulare potueris.
An fortaſſe dũ te humiliabas illaꝫ expe-
ctabas a noſtro ore ſententiã · iuſtus ac-
cuſator ſui eſt in ꝓmordio ſmonis. Pro
inde vera eſt cordis humilitas r̄tinẽda ·
q̇ nõ de affectata corporis atq̃ꝫ v̄borũꝫ
ſed de intima mẽtis humiliatione deſcẽ-
dit. Que tunc demũ euidentiſſimis pa-
tientie ſue fulgebit indicĳs · cum quis nõ
ipſe de ſe crimina ab alĳs nõ credenda ia
ctauerit · ſed ab alĳs ſibimet arroganter
ingeſta cõtempſerit · et irrogatas iniuri
as manſueta cordis equanimitate tole-
rauerit.

## Interrogatio queadmoduꝫ vera patientia poſſit acquiri. Cap. xĳ.

Germanus. Quemadmodũ
acq̇ri vel retineri poſſit iſta trã
quillitas optamus agnoſcere ·
vt ſicut indicto nobis ſilentio · oris clau-
ſtra precludimus · verborũ q̃ꝫ licentiã co
ercemus · ita etiã cordis lenitatẽ cuſtodi
re poſſimus · qḋ nõnunq̃ꝫ etiam cum lin
gua refrenatur · intrinſecus tamen ſtatũ
ſue placiditatis amittit. Et idcirco mã
ſuetudinis bonum nõ alias tenere quẽ-
piam poſſe · niſi remotione celle ac ſolita
rio putamus habitaculo.

## Reſopnſio. Cap. xiĳ.

P yamon. Patiẽtia vera atq̃ꝫ
p tranquillitas · abſq̃ꝫ profunda
cordis humilitate nec acq̇rit̄
nec tenet̄. Que ſi de h̄ fonte deſcẽderit ·
nec bñficio celle nec profugio ſolitudĩs
indigebit. Nõ enĩ patrociniuꝫ cuiuſq̃ꝫ
rei extrĩſecus q̄rit · q̇ hũilitatꝭ · id eſt · gene
ratricis atq̃ꝫ cuſtodis ſue intrinſec⁹ v̄tu-
te fulcitur. Ceterũ ſi mouemũ ab aliq̇ la-
ceſſiti · certũ eſt nõ eẽ in nobꝭ hũilitatꝭ fun
damẽta firmit̄ ſtabilita · ⁊ iõ ad incurſuꝫ
vl̄ exigue tẽpeſtatꝭ · edificiũ nr̄m ruinoſa
cõmotiõe ꝯcutit̄. Nõ enĩ eſſet laudabil̄
nec admirãda patiẽtia · ſi null̄ inimicoꝝ
iaculis impetita trãq̇llitatis ꝓpoſitũ re-
tẽtaret · h̄ ĩ eo ẽ ꝑclara atꝫ glīoſa · qḋ irruẽ
tibꝫ in ſe tẽptationũ ꝓcellis ĩmobilis per
ſeuerat. Nã in q̇ vexari frangiq̃ꝫ aduer
ſitatibꝫ creditur · in eo potius roborat̄ · et
in eo magis acuit̄ in q̇ putat̄ obtundi ·
A paſſionibꝫ enĩ ⁊ ſuſtẽtatiõe patiaꝫ di-
ci null⁹ ĩgrat · iõ q̃ꝫ cõſtat patientem pro-
nũciari neminẽ poſſe · niſi eũ qui vniuer-
ſa que ſibi fuerint irrogata · abſq̃ꝫ indig
natione tolerauerit. Et ideo nõ ĩmerito

ita a ſalomone laudat᷑. Melioꝛ ẽ patiẽs
foꝛte· et qui cõtinet iram capiẽte vrbem.
Et iterũ. Lõganimis vir nimius in pru
dentia· puſillanimis aũt valde inſipi/
ens eſt. Cũ ergo q̇s victus iniuria iracũ
die igne ſuccenditur· non cauſa peccati
eiꝰ acerbitas illate ꝯtumelie extitiſſe cre/
denda eſt· ſꝫ potius manifeſtatio infirmi/
tatis occulte· ſm̃ illã parabolaʒ dñi ſal
uatoꝛis quã ꝺ duabus domibus ponit·
vna que fũdata erat ſupꝛa petrã· et alia
que ſup arenã· q̇bus equaliter dicit· plu
uiarũ ac fluminũ vel tempeſtatum turbi
nes irruiſſe· ſꝫ illam ꝗ in petre ſoliditate
fundata ẽ nihil penitus detrimẽti ex illa
tam violenta colliſione ſenſiſſe· ꝗ vero ĩ
arena ꝑ pẽdula mobilitate cõſtructa eſt
ſtatim fuiſſe collapſaʒ. Quã vtiqꝫ appa
rẽt nõ ꝓpterea coꝛruiſſe· qꝛ imbꝛium vel
toꝛrentiũ inundatione pulſata. ſꝫ qꝛ ſup
arenã impꝛudẽter eſt ſtructa. Nõ enĩ in
hoc differt a peccatoꝛe vir ſanctus· qꝛ nõ
ſimiliter ⁊ ipſe temptetur· ſed qꝛ hic etiã
magĩ ĩpugnatiõe nõ vincit᷑· ille aũt etiã
parua temptatione ſuperat᷑. Neqꝫ eniʒ
eſſet vt diximus iuſti alicuius viri lau/
dabilis foꝛtitudo· ſi vinceret intempta/
tus· cũ vtiqꝫ victoꝛia locum habere non
poſſit abſqꝫ aduerſitate certaminũ. Be
atus enĩ vir q̇ ſuffert temptationẽ· quia
cũ pꝛobatus fuerit accipiet coꝛonã vite·
quam repꝛomiſit deus diligentibus ſe.
Scd̃m apoſtolũ quoqꝫ paulũ· virtꝰ nõ
in ocio atqꝫ delicijs· ſꝫ in infirmitate per/
ficitur. Ecce enĩ inquit dedi te hodie in ci
uitatẽ munitã· et in colũnam ferreã· ⁊ in
murũ ereũ· ſuper omnẽ t̃rã regibꝫ iuda·
pꝛincipibus eius ⁊ ſacerdotibus eius·
et omĩ populo terre· et bellabũt aduſum
te· et nõ pꝛeualebũt· quia ego tecum ſuʒ
vt eruã te dicit dñs.

## De exemplo patientie cuiuſdã religioſe femine. Cap. xiiij.

Huius ergo patientie volo vob
b duo ſaltẽ exẽpla ꝓponere· vnuʒ
religioſe cuiuſdam femine· que
patiẽtie virtutẽ tanta auiditate ſectata
eſt· vt nõ ſolum temptationũ nõ vitaret
incurſus· ſꝫ etiã occaſiones moleſtiarum
ſibimet ꝓcuraret· q̇bus frequẽtius inſti/
gata nõ cederet. Hec namqꝫ cũ alexan/
drie cõmaneret· eſſetqꝫ nõ obſcuris oꝛta
maioꝛibus· atqꝫ in domo que ſibi fuerat
a parentibus derelicta religioſe dño de/
ſeruiret· veniẽs ad beate memoꝛie atha/
naſium epm̃· pꝛecabatur vt aliquaʒ ſibi
alendam viduã daret· ꝗ eccleſiaſticis ſũ
ptibus paſcebatur. Et vt petitionẽ eius
verbis ipſius expꝛimamus· da inquit mi
hi aliquã de ſoꝛoꝛibus in qua repauſeʒ
Sacerdos igit᷑ cũ laudaſſet ꝓpoſitum
femine ꝙ eã ad opus miſcꝺie vidiſſet eẽ
pꝛomptiſſimã· iuſſit ex omĩbꝫ eligi vidu
am· ꝗ ⁊ honeſtate moꝛũ et ĝuitate ac diſ/
ciplina omĩbꝫ pꝛeferret᷑· ne foꝛte deſideri/
um largitatis percipientis vicio vincere
tur· et que mercedẽ quereret in egena dã
num fidei pꝛauis eius offenſa moꝛibus
pateretur. Cui cũ domũ adducte omni/
bus deſeruiret obſequijs· virtutẽ mode
ſtie eius ac lenitatis experta· videnſqꝫ ſe
ab ipſa momẽtis ſingulis gratiarũ actio
ne ꝓ officio humanitatis honoꝛari· poſt
dies paucos ad memoꝛatũ reuertitur ſa
cerdotẽ· rogaueram inquiens vt mĩ dari ꝓ
cipes quaʒ ego reficerẽ· et cui moꝛigeris
famularer obſequijs. Cumqꝫ ille necdũ
ꝓpoſitũ femine ac deſiderium intelligẽs
eſtimaſſet petitionẽ eiꝰ diſſimulatiõe ꝑpo
ſiti fuiſſe neglectã· cauſaſqꝫ moꝛe illiꝰ nõ
abſqꝫ animi ſui cõmotione perquirẽs· ꝓ
tinus agnouiſſet honeſtioꝛẽ ei ceteris vi/
duã deputatã· occulte pꝛecepit vt ea illi
que eſſet cunctꝭ nequioꝛ traderet᷑· ꝗ ſcili/
cet vel iracundia vel rixis vel violentia
ſeu verboſitate atqꝫ etiam vanitate cun
ctas quibus hec vicia dñarentur excede
ret. Quã cum multo facilius inuentam
ſibiqꝫ traditã domi habere cepiſſet· atqꝫ
eadem ei diligẽtia qua pꝛioꝛi illi vidue
vel etiã ſtudioſius miniſtraret· hoc ſolũ
ab ea ꝓ tãtꝭ obſeq̇js recipiebat grẽ· vt
ĩdignis iugit᷑ afficeret᷑ iniurijs· ꝯuicijs q̇ꝫ
ab ea exꝓbꝛatiõibuſqꝫ ꝯtinuis vexaret᷑·



obijcientꝭ ei et maledicis obtrectationi/
bus increpantis· eo ꝙ ſe nõ ad refrigeri/
um ſed potius ad cruciatũ ⁊ ꝯtumeliaʒ
ab epõ popoſciſſet· magiſqꝫ ſe de requie
ad laboꝛem q̃ꝫ de laboꝛe tranſtuliſſet ad
requiem. Cum ergo aſſiduitas iurgioꝝ
eo vſqꝫ ꝓrumperet· vt ne ab iniectione q̇
dem manuũ pꝛocax mulier temperaret·
illa aũt humilioꝛis obſequij ĩgeminaret
officia· nõ furentẽ vincere renitendo· ſꝫ
ſemetipſam humilius ſubijciendo diſce/
bat. vt multimodis indignatiõibus la/
ceſſita· iurgãtis ĩſaniã humanitatꝭ mã
ſuetudine deliniret. Quibus ad plenuʒ
exercitijs cõfirmata· perfectãqꝫ virtutẽ
deſiderate patiẽtie ꝯſecuta· ad memoꝛa/
tum ſacerdotẽ· taʒ ꝓ electionis illius iu
dicio q̃ꝫ etiã pꝛo beneficio exercitationis
ſue· gratias relatura perrexit· eo ꝙ ſm̃ de
ſideriũ ſuũ tandem ei magiſtrã patiẽtie
digniſſimã pꝛouidiſſet· cuiꝰ iniurijs iu/
gibus· vt quodã paleſtre oleo quotidie
roboꝛata· ad ſummã animi patientiam
perueniret· tandem inquiẽs dediſti mi/
hi in qua repauſarem· nã illa pꝛioꝛ ſuis
me potius honorabat ac refrigerabat ob/
ſequijs. Hec de ſexu mulíebꝛi dixiſſe ſuffi/
ciat· vt cõmemoꝛatione hac nõ ſolũ edi/
ficemur· verũ etiã ꝯfundamur. q̇ niſi ſu
erimus ad ferarũ moꝛẽ retruſi in caueas
cellularum· patientiã retinere non poſſu
mus.

## De exemplo patientie Abbatiſ paſuntij. Cap. xv.

Nunc aliud abbatꝭ paſuntij pã
n damus exemplũ. Qui in illius
inſignis ⁊ vbiqꝫ pꝛedicabilis
ſchytiotice heremi in qua nũc pꝛeſbiter
eſt ſecretis· tanto ſtudio ſemper inſedit·
vt ei ceteri anachoꝛete bubali ꝯgnomẽ ĩ
diderint· eo ꝙ ingenito vt ita dixerĩ deſi
derio· ſolitudinis ſemꝑ habitatiõe gau/
deret. Itaqꝫ cũ tante ĩ puericia ſua eſſet
virtutis ⁊ gratie· vt etiã pꝛeclari ac ſum
mi id tp̃is viri· grauitatẽ eius ⁊ immo/
bilẽ conſtantiã mirarẽtur· eñqꝫ licet mi
noꝛ eſſet etate· pꝛo virtutũ tamen meri/
to ſenioꝛibꝫ exequarẽt· ſuoqꝫ oꝛdini du
cerent inſerendum· liuoꝛ ille qui aduſuʒ
Ioſeph patriarcham fraternos quõdã
animos inſtigauit· quendã de nũero fra
trũ edacis zeli igne ſuccendit. Qui neuo
quodam ac macula pulchritudinẽ eius
cupiens defoꝛmare· hoc genus maligni/
tatis excogitat. vt opoꝛtunitatẽ temporꝭ
captaret· quo paſuntius ad eccleſiã die
dominico ꝓceſſurus abeſſet a cella. In
quã furtim irruẽs· codicẽ ſuũ inter eius
plectas· quas de palmarũ folijs ſolebat
intexere· latenter abſcondit· ac de conci/
nata factione ſecurus· ipſe q̇qꝫ velut pu/
re ac ſimplicis conſciẽtie ad eccleſiã venit
Cumqꝫ celebꝛata omnis fuiſſet ex moꝛe
ſolennitas· querelaʒ ſancto iſidoꝛo qui
ante hunc paſuntiũ eiuſdem heremi pꝛe
ſbiter fuit coꝛã cũctis fratribꝫ detulit· aſ/
ſerens ſibi codiceʒ de cella furto fuiſſe ſꝫ
latũ. Que eius querimonia cũ ita cun/
ctoꝛũ fratrũ pꝛecipueqꝫ pꝛeſbiteri aĩos
permouiſſet· vt quid pꝛimũ ſuſpicarent᷑
quid ve decernerẽt non haberẽt· ſumma
cũctis ammiratiõe percullis· de tã inau
diti illic facinoꝛis nouitate· ille qui rẽ de
tulerat accuſatoꝛ vrgebat· vt retentis ĩ
eccleſia omnibus· miſſi electi quiqꝫ cun
ctoꝝ ſingillatim fratrũ cellulas ſcruta/
rentur. Qꝺ cũ tribꝫ ſenioꝛibꝫ a pꝛeſbite/
ro fuiſſet iniunctũ· vniuerſoꝝ cubilia re
uoluẽtes· ad extremũ in paſuntij cellula
abſconditũ codicẽ ĩter plectas palmaꝝ
quas illi ſyras vocant· ſicut cum inſidia
toꝛ occuluerat reppererũt. Quẽ cũ inq̇ſi
toꝛes confeſtim ad eccleſiaʒ delatũ coꝛã
omĩbꝫ pꝛotuliſſent· paſuntius licet de cõ
ſciẽtie ſue eſſet ſinceritate ſecurus· tñ ve/
lut q̇ furti crimẽ agnoſceret· ſatiſfactiõi
ſe totũ tradẽs· locũ pñie ſupplicit᷑ poſtu
lauit· hoc verecũdie ſue modeſtieqꝫ ꝓſpi
ciens· ne ſi maculã furti ꝟbis conaretur
abluere· inſuꝑ etiã m̃dacij notaretur· ne
mine ſcꝫ aliud q̃ꝫ id qꝺ inuẽtũ fuerat ſu
ſpicãte. Cũqꝫ de eccleſia nõ tã mẽte deie
ctus q̃ꝫ iudicio dei fidẽs ꝓtinꝰ abſceſſiſ/
ſet· ꝓfuſis in oꝛatiõe iugiter lachꝛymis·

triplicatiſqꝫ ieiunijs·ſumma ſe etiaꝫ in
conſpectu hominū mentis humilitate ꝓ
ſtrauit. Sed cum duabus ferme hebdo
madibus ita ſe omni cõtritiõe carnis ac
ſpiritus ſubieciſſet· vt die ſabbati vł do
minico·nõ ad percipiendam cõmunio-
nem ſacrã·ſed ad proſternendum ſe in li
mine eccleſie atqꝫ ad veniã ſupplicit̃ po-
ſtulandã·matutinus accurreret· neq̃ q̃
paſſus eſt eū occultoꝝ omniū teſtis ⁊ co
gnitor·vel a ſe ãplius cõteri·vel ab alijs
infamari· Nã qđ ille inuẽtor ſceleris·rei
ſue fur improbus· laudis aliene callidꝰ
ĩfamator· nullo hominū teſte occulte cõ
miſerat·per diabolum qui criminis ipiꝰ
incentor fuerat publicauit. Arreptꝰ nã-
qꝫ diriſſimo demone cunctas factionis
occulte patefecit inſidias·criminationū-
qꝫ ac fraudum idem fuit proditor q̊ cõ-
mentor. Ita autẽ ſpiritu illo immūdo
grauiter diuqꝫ vexatus eſt·vt ne oratio
nibus quidem ſanctoꝝ illic conſiſtenti-
um·qui diuinoꝝ cariſmatū merito de-
monijs imperabãt· potuerit emūdari·ſꝫ
ne ipſius quidem iſidori preſbiteri gra-
tia ſingularis crudeliſſimū ab eo excluſe
rit vexatorẽ. Cui tanta erat virtus domi
ni largitate collata· vt ne vſqꝫ ad limiã
quidem eius quiſq̃ arrepticius qui tar
dius ſanaretur aliquando perductus
ſit·chriſto hãc adoleſcenti paſuntio glo
riam reſeruãte·vt illius tantū orationi-
bus cui inſidiatus fuerat purgaretur·et
cuius laudi aliquid inuidus inimicꝰ de
cerpere ſe poſſe crediderat·eius nomẽ ꝓ-
clamans et delicti ſui veniã et finẽ ſup
plicij preſentis acciperet. Hec ergo ille ĩ
adoleſcentia ſua future indolis iam tūc
indicia prefigurans·lineas quaſdam ꝑ
fectionis illius que erat maturitate etatꝭ
augẽda·adhuc in annis puerilibus deſi
gnauit. Si igitur ad culmẽ virtutū eiuſ
volumus peruenire·talia nobis exordio
rum fundamenta iacienda ſunt.

De perfectiõe patiẽtie. Cap. xvi

d Uplex ſane ad narrationẽ facti
huius cauſa me cõpulit. Pri-
mū· vt hãc immobilitatem viri cõſtanti
amqꝫ penſantes·quãto minoribꝰ q̃ ille
eſt appetitus inimici impugnamur inſi-
dijs·tanto maiorem tranquillitatis atꝫ
patientie ſumamus affectuꝫ·deinde·vt
firma definitione teneamus a temptatio
nū procellis impugnationibuſqꝫ diabo
li tutos nos eſſe nõ poſſe·ſi omne preſidi
um patientie noſtre omnẽqꝫ fiduciã·nõ
in interioris hominis noſtri viribꝰ·ſed in
cellule clauſtris·aut in ſolitudinis receſ-
ſu·ſanctoꝝ ve conſortio·vel cuiuſq̃ rei
que extra nos ſit preſidio· collocemꝰ. Ni
ſi enĩ mentẽ noſtrã virtute protectionis
ſue ille firmauerit· qui in euangelio ait.
regnuꝫ dei intra vos eſt·fruſtra aerij ho-
ſtis inſidias·aut auxilio cohabitantiuꝫ
hominū vincere· aut localibus ſpacijs
declinare·aut munitione tectoꝝ exclu-
dere poſſe nos credimus. Nam cum hec
omnia ſancto paſuntio non deeſſent·nõ
tamen impugnationis aditum aduer-
ſus eum temptator inuenire non potuit·
neqꝫ illum nequiſſimū ſpiritū·ſepta pa-
rietum aut heremi ſolitudo· aut tot in
illa congregatiõe ſanctoꝝ merita repu-
lerũt. Sed quia ſanctus dei famulus nõ
in his que extrĩſecus ſunt·ſed in ipſo oc
cultorum omniū iudice ſpem ſui cordis
affixerat·tante impugnatiõis machinis
nequaq̃ potuit cõmoueri. E contra ille
quẽ ad tantū facinus precipitauit inui-
dia·nõne ⁊ ſolitudinis beneficio· ⁊ mūi
tione remotioris habitaculi·et beati iſi-
dori abbatis atqꝫ preſbiteri alioꝝqꝫ ſan
ctorum conſortio fruebatur: et tamen
quia eum ſupra arenã repperit turbo di-
abolicus·nõ ſolum impegit eius veruꝫ
etiã ſubuertit habitaculum. Non ergo
quietem noſtrã extrinſecus inquiramꝰ·
nec opitulari vitijs impatientie nr̃e alie
nam putemus poſſe patientiã. Sicut·n·
regnū dei intra nos eſt·ita inimici homi-
nis domeſtici eius. Nemo enĩ mihi ma-
gis q̃ ſenſus meus·qui eſt mihi vere in-
timus domeſticus· aduerſatur. Et idcir
co ſi fuerimus ſolliciti·ab inteſtinis hoſti



bus liberari·ledi minime poterimꝰ. Ubi
enĩ nobis noſtri domeſtici nõ aduerſan
tur·ibi et regnū dei tranquillitate mẽtis
acq̇ritur. Nam ſi rationeꝫ diligent̃ diſ
cutias·ledi ab homine q̃uis malignãte
nõ potero·ſi ipe impacifico aduerſū me
corde nõ dimicem. Si aūt ledor·nõ ẽ vi
cium impugnationis aliene ſꝫ impatien
tie mee. Sicut enim grauis ac ſolidꝰ ci-
bus ſano vtilis·ita pernicioſus eſt egro-
tanti. Nõ aūt ledere ſumentẽ poteſt·niſi
ei ad nocendum vires adiecerit percipiẽ
tis infirmitas. Si vnq̃ ergo ſimilis in
ter fratres fuerit oborta tẽptatio·neq̃ q̃
a curſu tranquillitatis excuſſi·blaſſemiſ
ſecularium obtrectationibus adituꝫ re
ſeremus· Nec peruerſos atqꝫ execrabiles
quoſqꝫ ſanctoꝝ viroꝝ numero inſertos
latitare miremur·quia dum in huius ſe
culi area conculcamur atqꝫ cõterimur·
neceſſe eſt etiam paleas igni ꝑpetuo de-
putandas·inter electiſſima frumẽta mi-
ſceri. Deniqꝫ ſi vel ſathan inter archan
gelos·vel iudam inter apoſtolos·vel ni-
colaum prauiſſime hereſeos inuẽtorẽ in
ter dyaconos reminiſcamur electos·hoc
qđ nequiſſimi homines ſanctoꝝ ordini
deprehenduntur inſerti·mirū eſſe nõ po
terit. Nam licet hunc nicolaū quidã aſ
ſerant nõ illum fuiſſe qui ad opus mini
ſterij ab ap̄lis eſt electus·nihilominꝰ ta-
men eū de illo diſcipuloꝝ fuiſſe numero
negare nõ poſſunt·q̊s oẽs tales tãqꝫ ꝑfe
ctos in tempe illo fuiſſe manifeſtum eſt·
quales nūc perpaucos vix in cenobijs
inuenimus. Nõ ergo ruinã illius ſupra
dicti fratris·qui in illa heremo taꝫ lugu-
bri lapſus eſt caſu·neqꝫ illaꝫ horribilem
maculã·quã tamẽ ille ingentibꝰ peniten
tie lachrimis poſt diluit·ſꝫ beati paſuntij
nobis ꝓponamus exempla. Nec ſubuer
ſione illius deſtruamur·cuius antiquū
inuidie viciū etiã auxit in peius affecta-
ta religio·ſꝫ huius hūilitatẽ tota virtute
ſectemur·quã nõ illi qui es heremi ſubi-
to genuit·ſꝫ inter homines acquiſitã con
ſūmauit atqꝫ excoluit ſolitudo.

De inuidie malo. Cap. xvij.

ſ Ciendum ſane eſt·inuidie mor
bum difficilius ad medelaꝫ q̃
cetera vicia peruenire. Naꝫ eū
quem ſemel veneni ſui peſte corruperit·
pene dixerim carere remedio. Ipãqꝫ nã-
qꝫ eſt lues· de qua figuraliter dicitur per
ꝓphetam. Ecce ego mittã vobis ſerpẽteſ
regulos quibus nõ eſt incantatio· ⁊ mor
debunt vos. Recte igitur a ꝓpheta mor-
tiferis baſiliſci venenis morſus inuidie
cõparatur·qua primus ille venenorum
oĩm auctor ⁊ p̊nceps ⁊ perijt ⁊ peremit.
Nam ante ſuus q̃ eius cui inuiderat ĩ-
teremptor·priuſq̃ in hominẽ mortis vi-
rus effunderet ipe ſe perdidit. Inuidia
enĩ diaboli mors introiuit ĩ orbẽ terraꝝ.
imitãtur aūt illum qui ſunt ex parte illi
us. Sicut eniꝫ ille qui p̊mus eiuſdẽ ma
li peſte corruptus eſt·nec medelam peni-
tentie·nec fomentū alicuius curationis
admiſit·ita et hi qui iſdem ſe percutien-
dos morſibuſ tradiderūt· omnẽ opẽ ſan
cti incantatoris excludunt·qꝛ cum vtiqꝫ
nõ culpa eoꝝ quibus liuẽt·ſed proſperi-
tate crucientur·erubeſcentes ipam pro-
dere veritatem·extrinſecus ſibi quaſdaꝫ
ſuperfluas et ineptas cauſas offenſiõis
inquirunt. Quarū quia omimodis fal-
ſe ſunt· vana curatio eſt·cum illud mor-
tiferū virus qđ nolunt prodere lateat ĩ
medullis. De q̇bꝰ alibi ille ſapiẽtiſſimꝰ
cõpetenter expreſſit. Si momorderit ſer
pens nõ in ſibilo·nõ eſt abundantia in
cantatori. Iſti enim ſunt taciti morſus·
quibus ſolis ſapientium medicina non
ſubuenit. Nam vſqꝫ adeo incurabilis
eſt iſta pernicies·vt blandimẽtis exaſpe-
retur·infletur obſequijs·muneribꝰ irrite
tur·quia vt idem Salomon ait·nihil ſu
ſtinet zelus. Quãto enĩ amplius alius·
aut humilitatis ſubiectione·aut patien
tie virtute·aut munificentie laude profe-
cerit·tanto ille maioribus inuidie ſtimu
lis incitatur·qui nõ niſi ruinã aut mor
tem eius cui inuidet cõcupiſcit. Deniqꝫ
illorum vndecim patriarcharū zelus in

tantum nulla innoxij fratris ſubiectiõe
potuit delíniri· vt de his ſcriptura cõme
moꝛet. Inuidebant autẽ ei fratres ſui·eo
ꝙ diligeret eũ pater ſuus·et nõ poterant
ei loqui quicꝙ̃ pacificuꝫ·donec zelus eo
rum qui nulla germani obſequẽtis atꝫ
ſubiecti ſuſtinuit blandimenta·moꝛtem
eius cupiens· vix poſſet venditionis fra·
terne crimine ſatiari. Cũctis ergo vicijs
perniciosioꝛem atꝙ ad purgandum dif
ficilioꝛem eſſe conſtat inuidiaꝫ·que ipis
remedijs quibus reliqua extinguũtur ac
cenditur. Nam verbi gratia·qui dãnũ
ſibi illatum dolet· largitatis cõpenſatio
ne curatur·qui de illata indignatur iiu
ria·humili ſatiſfactiõe placatur. Quid
illi facias qui hoc ipõ magis ꝙ te humi
lioꝛem ac benignioꝛem ſentit offenditur·
quem nõ ad iracundiam cupiditas que
pꝛemio delinitur· non iniurie leſio aut
amoꝛ vltionis accendit·que officioꝛum
vincitur blandimentis· ſꝫ ſucceſſus tan
tum aliene pꝛoſperitatis irritat: Quis
autem eſt qui ſe vt ſatiſfaciat inuidenti·
a bonis coꝛruere·aut a pꝛoſperis aliena
ri·aut calamitate aliqua optet inuolui:
Quapꝛopter ne totum quicquid in no
bis viuidum eſt ⁊ quaſi vitali vegetatio
ne ſancti ſpiritus animatur·vno tantũ
huius mali moꝛſu baſiliſcus interimat·
diuinum cui nihil impoſſibile eſt iugiter
imploꝛemus auxilium. Cetera etenĩ ve·
nena ſerpentum·id eſt· carnalia peccata
vel vicia·quibus vt cito inuoluitur ita
facile expurgatur hũana fragilitas· ha·
bẽt aliqua vulnerum ſuoꝛũ in carne ve
ſtigia·quibus quãuis terrenũ coꝛpus ꝑ
niciosiſſime contumeſcat·tamen ſi tyria
ce remedium·aut illam ſalutariũ verbo
rum medelam aliquis peritiſſimus car·
minũ diuinoꝛum incãtatoꝛ admouerit·
ad perpetuã anime moꝛtem pernicies vi
rulenta non peruenit. Inuidie autem q̃
a regulo ſerpente effuſum virus·vitã ip
ſam religionis ac fidei pꝛiuſꝙ̃ vulnus ĩ
coꝛpoꝛe ſentiatur excludit. Non eniꝫ ad
uerſus hominem ſed plane aduerſus de
um blaſſemus extollitur·qui nihil in fra
tre aliud niſi bonum meritũ carpens·nõ
hominis culpam·ſed dei tantuꝫ iudicia
repꝛehendit. Hec ergo eſt illa ſurſuꝫ ger
minans amaritudinis radix·que ſe eri
gẽs ad ſuperna·in contumeliam ipius
qui bona homini cõfert tendit auctoꝛis
Nec quem ꝙ̃ moueat qꝺ deus miſſurũ
ſe ſerpentes regulos·qui eos quoꝛuꝫ cri
minibus offenditur moꝛdeant·cõmina
tur. Nam licet certum ſit deum auctoꝛẽ
inuidie eſſe nõ poſſe·equũ tamen ⁊ diuo
dignum iudicio eſt·vt dum bona data
humilibus conferuntur·et ſuperbis ac
repꝛobis denegãtur·eos qui ſꝫm apoſto·
lum tradi in repꝛobũ ſenſum merentur·
quaſi ab ipſo miſſa percutiat ⁊ ꝯſumat
inuidia·ſꝫm illud. Ipſi me ad emulatio
nem irritauerunt in non deum·⁊ ego ad
emulationem inducam eos in nõ gentẽ.
Hac beatus pyamon diſputatione deſi
derium noſtrũ quo de pꝛimis cenobij ſco·
lis ad ſcꝺm anachoꝛeſeos gradum tẽde·
re ceperamus ardentius inflammauit.
Nam pꝛimoꝛdia ſolitarie cõmoꝛatiõis
cuius ſcientiã poſtea ſumus ſcythie ple·
nius aſſecuti·ipõ pꝛimũ imbuẽte ꝑcepimꝰ

## Explicit collatio abbatis Pyamon de tribus antiquis generibus monachoꝛuꝫ et quarto nuper exoꝛto. Incipiunt capitula collationis abbatis iohãnis ꝺ fine cenobite et heremite. Ca. i.


De cenobio abbatiſ pauli ⁊ pati
entia cuiuſdam fratris.
ij De humilitate abbatiſ iobã·
nis ⁊ interrogatione noſtra.
iij Reſpõnſio abbatis iohãnis cur
heremũ reliquiſſet.
iiij De virtute pꝛedicti ſenis quã in
anachoꝛetica exercuit diſcipli
na.
v De cõmodis heremi.
vi De vtilitate cenobij.
vij Interrogatio de cenobij vel ſoli
tudinis fructu.
viij Reſponſio ſuper interrogatiõe ꝓ
poſita.
ix De conſummata ac vera pfectiõe
x De his q̇ impfecti heremũ petũt.
xi Interrogatio de remedio eoꝛum
qui cito de cenobijs diſcedũt.
xij Reſponſio quomodo ſolitarius
vicia ſua poſſit agnoſcere.
xiij Interrogatio quõ ſanari poſſit
qui nõ expurgatis vicijs ſolitu
dinẽ ingreſſus ſit.
xiiij Reſponſio ſup eoꝝ medicina.
xv Interrogatio an ita caſtitas ſicẽ
et cetere paſſiones debeat explo
rari.
xvi Reſponſio quibus documentis
poſſit agnoſci.


## Expliciũt capitula. Incipit collatio abbatis Johãnis de fine cenobite et heremite.

## De cenobio abbatis pauli ⁊ patiẽtia cuiuſdã fratris. Cap. i.

POſt dies
ad modũ paucos ma
ioꝛis doctrine deſide·
rio pertrahẽte·rurſus
ad abbatꝭ pauli ceno
biũ ſumma ſpũs alacritate perreximus.
vbi licet pluſꝙ̃ ducentoꝝ fratrum nu
merus moꝛaretur·in honoꝛe tamen ſolen
nitatis que id tempoꝛis agebatur·infi·
nita quoꝙ̃ de alijs cenobijs monachoꝝ
turba confluxerat. Nam pꝛioꝛis ab·
batis qui eidem cenobio pꝛefuerat·anni
uerſaria depoſitio ſolenniter curabatur
Cuius cõuentus idcirco facimus men·
tionem·vt patientiã cuiuſdam fratris·
que ſub pꝛeſentia totius congregatiõis
huius immobili eiꝰ claruit lenitate· bre·
uiter perſtringamus. Nam licet alio hu
ius operis tendat intentio·vt ſcꝫ abbatꝭ
iohãnis·qui derelicta heremo illi ſe ceno
bio ſumma humilitatis virtute ſubdide·
rat·pꝛoferamꝰ eloquia·nequaꝙ̃ tamen
putamus abſurdum·ſi abſꝙ̃ vlla circũ
itione verboꝝ·magna vt credimus ſtudi
oſis quibuſꝙ̃ virtutũ edificatio confe·
ratur. In igenti itaꝙ̃ atrio ſubdiuali il
la monachoꝛuꝫ multitudine per duode·
nariũ numerũ diſtinctis oꝛbibus conſi·
dente·cũ quidam fratrũ ſuſceptũ fercu·
lum paulo tardius intuliſſet·ſub occaſi
one iſtius tarditatis pꝛedictꝰ abbas pau·
lus·qui inter turbas miniſtrantiũ fratꝝ
ſollicite diſcurrebat·exerta manu pal·
ma eum ſub omniũ percuſſit intuitu·ita
vt ſonitus etiã auerſoꝛum vel longiꝰ cõ
ſidentium auribꝫ reſultaret. Hoc ãt id
circo ab eo factum eſt·vt cunctis qui ad·
erant iuuenis patientiam patefaceret·⁊
omnes qui interfuiſſent tali ſpectaculo
modeſtie erudirẽtur exemplo. Quã ma
turo aũt id ſenioꝛ fecerit cõſilio·res ꝓba
uit. Nam memoꝛabilis patiẽtie iuuenis
tanta id aĩ lenitate ſuſcepit·vt nõ modo
nullus fuerit ex eius oꝛe ſꝫmo pꝛolapſus·
vel tenuiſſimũ murmur tacita labioꝛuꝫ
agitatione ſignatum·ſed ne ipa quideꝫ
oꝛis modeſtia atꝙ̃ tranquillitas·aut co
loꝛ ſaltem quantulũcũꝙ̃ mutatus. Qꝺ
factũ nõ ſolum nobis·qui nuper ꝺ ſyrie
monoſterio veniẽtes patientie huiꝰ vir·
tutẽ nõ tam euidentibꝫ perceperamꝰ ex·
emplis·ſed etiã cunctis q̇ experti taliuꝫ
nõ erant ſtudioꝛũ·ita mirũ fuit vt etiam
ſummis viris pꝛecipua per hoc factũ cõ·
ferretur inſtructio·ꝙ ſcꝫ etiaꝫ ſi patienti
am eius coꝛreptio paterna nõ mouerat·
ne ſpectaculum quideꝫ tante multitudi
nis vllo vultum eius ruboꝛis tinxiſſet in
dicio.

## De humilitate abbatis iohannis et interrogatione noſtra. Cap. ij.

IN hoc itaꝙ̃ cenobio reperimꝰ
antiqſſimũ ſenẽ noĩe iohãneꝫ·
cuius verba pariter ⁊ humili·
tatẽ qua ſanctis oĩbꝫ pꝛeminebat·neq̃ꝙ̃
ſilentio pꝛetereũda cenſuimꝰ·ſcientes eũ
hac maxime pfectiõe viguiſſe·q̄ cũ ſit vir·
tutũ oĩm mater ac totius ſpiritalis ſtru·
cture fundamentũ ſolidiſſimũ·a noſtris
penitus exulat inſtitutis. Unde nõ mirũ

eſt nec ad illoꝛũ ſublimitatẽ nos poſſe cõ
ſcendere·qui nõ dicã vſqꝫ ad ſenectã ſꝫ
cenobij permanere nõ poſſumꝰ diſcipli-
na·ſꝫ vix biennio ſubiectionis iugũ ferre
ꝯtenti·ad preſumptionẽ noxie libertatis
ꝓtinus euolamus·cũ tamẽ ip̃o illo pũo
tp̃e nõ ſm̃ illam diſtrictionis regulã·ſed
ꝑ noſtri arbitrij libertate vtcũqꝫ ſenioꝛũ
ſubijciamur imperio·vt nõ patientie fru
ctũ ediſcere·ſꝫ tp̃s adipiſcende licentie ex
pectare videamur. Hũc igitur ſenẽ cũ i
abbatis pauli cenobio vidiſſemꝰ·etatẽ
primũ et gratiã viri q̃ erat preditus am
mirati·demiſſo in terrã vultu precari ce
pimꝰ·vt nobis pandere dignaret᷑·quã
ob cauſam relicta heremi libertate·et illa
profeſſione ſublimi·qua eũ pre ceteris eiuſ
dem vite viris fama celebrauerat·ſubire
iugũ cenobij maluiſſet. Ille velut impa-
rẽ ſe anachoretice diſcipline·⁊ ſublimita
te tante ꝑfectionis indignũ·ad iunioꝛuꝫ
ſcolas reuertiſſe dicebat·ſi tamẽ vel ip̃o-
rũ inſtituta ſm̃ profeſſionis meritũ poſ-
ſet implere. Cuius reſponſionis humili
tatẽ cum refragatio noſtre deprecatiõis
excluderet·ad extremũ ita exoꝛſus eſt.

## Reſponſio abbatis Johannis cur heremũ reliquiſſet. Cap̃.iij

a

Nachoreticã diſciplinã quaꝫ
me deſeruiſſe miramini·nõ ſolũ
nõ reſpuo nec refuto·ſꝫ tota po
tius veneratione cõplectoꝛ atqꝫ ſuſcipio
In qua poſt triginta annos·quos in ce-
nobij cõgregatione tranſegerã·ita alioſ
viginti expleſſe me gaudeo·vt inter illos
qui eam vel mediocriter appetebant non
vſqꝫ quaqꝫ ſegnicie denotarer. Sed qꝛ
degustata ciꝰ puritas ſollicitudine inter
duꝫ carnaliũ rerũ interpolata ſoꝛdebat·
recurrere ad cenobiũ cõmodius viſuꝫ ẽ·
vt ⁊ promptioꝛ arrepti planioꝛis ꝓpoſi-
ti cõſummatio ſequeret᷑·et minus de pre
ſumpta ſublimioꝛis ꝓfeſſionis difficul-
tate periculuꝫ. Melius enĩ eſt deuotũ in
minoꝛibꝫ·qꝫ indeuotũ in maioꝛibꝫ ꝓmiſ
ſionibꝫ inueniri. Et idcirco ſi quid elati
us immo liberius foꝛtaſſe protulero·q̃-
ſo vt nõ iactãtie vicio ſed edificationis
veſtre deprõptũ ſtudio cẽſeatis·quia
vobis tam ſtudioſe querẽtibus nihil de
veritate exiſtimo ſubtrahendũ. Arbitroꝛ
enĩ inſtructionis vobis aliquid poſſe cõ
ferri·ſi pauliſper humilitate ſepoſita ſim
pliciter omnẽ ꝓpoſiti mei patefecero veri
tatẽ. Confido enĩ quia nec apud vos de
libertate dictoꝛũ cenodoxie notaꝫ·neqꝫ
apud conſcientiã meã de ſuppreſſiõe ve-
ritatis quiddam mẽdacij crimen incur-
ram.

## De virtute predicti ſenis quam ĩ anachoretica exercuit diſciplina. Cap̃.iiij.

ſ

I quis igit᷑ ſecretis heremi de-
lectatus obliuioni tradere po-
tuit humana conſoꝛtia·ac ſm̃
hieremiã dicere·⁊ dieꝫ hoĩs nõ deſidera
ui·tu ſcis·ego quoqꝫ id dño ſuã gratiã
largiẽte vel aſſecutũ vel certe aſſeq̃ anni
ſum fuiſſe me fateoꝛ· Itaqꝫ pio domini
nr̃i munere memini me in huiuſmodi ra
ptũ frequenter exceſſum·vt obliuiſcerer
me ſarcina coꝛpoꝛee fragilitatis indutũ.
mentẽqꝫ meã ita omẽs exterioꝛes ſenſus
ſubito reſpuiſſe·et a cunctis materialibꝫ
rebus omnimodis exulaſſe·vt neqꝫ ocu-
li neqꝫ aures mee ꝓꝓrio fungerẽtur offi-
cio. et ita diuinis meditationibꝫ ac ſpi-
ritalibus theoꝛijs animus replebatur·
vt ſepe ad veſperam cibum me percepiſ
ſe neſcirem·ac ſequenti die de heſterna
abſolutione ieiunij penitus dubitarem.
Ob quã etiã cauſam ſeptẽ dieruꝫ cibꝫ·ſꝫ
eſt·ſeptẽ paximacioꝛũ paria ſequeſtrati
in ꝓcherio·id eſt·ad manuenſem ſpoꝛtã
die ſabbati reponũtur·vt refectio preter-
miſſa nõ lateat. Qua conſuetudine illiꝰ
q̊ꝫ obliuionis erroꝛ excluditur·vt exple-
tũ hebdomade curſũ·ac ſolẽnitatẽ diei
ip̃ius reuolutã·finitus panũ indicet nu
merus·feſtiuitaſqꝫ diei ſacre ⁊ cõgrega
tionis ſolennitas ſolitariũ latere nõ poſ
ſit. Qꝛ ſi etiã hũc oꝛdinẽ ille quẽ predixi-
mus mentis exceſſus foꝛte turbauerit·ni
hilominus q̊tidiani opis modus·dierũ



numerũ ſignãs·arcet erroꝛẽ. Et vt cete
ras heremi v̓tutes ſilentio pretermittã·
nõ enĩ eſt nobis de eaꝝ numeroſitate ac
multitudine·ſed de ſolitudinis ac ceno-
bij fine tractandum·cauſas potiꝰ ob q̃s
illam deſerere maluerim·quas etiã vos
agnoſcere voluiſtis·breuiter explicabo·
omneſqꝫ illos quos enumeraui ſolitudi
nis fructꝰ·quibꝫ e diuerſo ſublimioꝛibꝰ
meritis duxerim poſtponẽdos·breui oꝛa
tione perſtringã.

## De cõmodis heremi. Cap̃.v.

q

Uamdiu igitur raritas eoꝛũ q̃
in heremo tũc tp̃is moꝛabãtur·
libertatẽ nobis largiẽdo diffu-
ſioꝛe ſolitudinis vaſtitate blandita ẽ·qꝫ
diu maioꝛibꝫ remoti ſecretis frequentiſſi
me ad celeſtes illos rapiebamũ exceſſus·
nec tanta viſitantiũ fratrũ irruens mul-
titudo·parãda humanitatis neceſſitate.
ſenſus noſtros ingentium curarũ diſten
tionibus aggrauabat·ſolitudinis pla-
ne tranquilla ſecreta·⁊ illam cõuerſatio
nem angelice beatitudini cõparandam·
inſatiabili deſiderio ac toto animi ardo
re ſectatus ſum·Sꝫ cũ maioꝛ vt dixi nu
merus fratrũ·habitationẽ illius ſolitu-
dinis cepiſſet expetere·et coãguſtata va
ſtioris heremi libertate·nõ modo ignem
illum diuine cõtemplationis frigeſcere
feciſſet·ſꝫ etiã multimodis mentẽ carnali
um rerũ vinculis impediret·elegi huius
diſcipline vtcũqꝫ implere ꝓpoſitũ·qꝫ in
illa tam ſublimi ꝓfeſſione carnalium ne
ceſſitatũ ꝓuiſione toꝛpere·vt ſi mihi illa
libertas ac ſpiritales denegant᷑ exceſſꝰ.
abiecta tamẽ craſtine dei penitus ſollici-
tudine·euãgelici me precepti cõſumma-
tio conſoletur·et id qđ mihi de illa theo-
rica ſublimitate ſubtrahit᷑·hac obediẽtie
ſubiectiõe rcõpenſetur. Miſer nanqꝫ ẽ
cuiuſlibet artis ac ſtudij diſciplinã quẽ-
piam profiteri·et ad perfectionẽ eius mi-
nime peruenire.

## De vtilitate cenobij. Cap̃.vi.

Uamobrẽ qꝫtis nũc in hac cõ-
uerſatione ꝑfruar cõmodis bre
uit᷑ explicabo·vos vtrũ illa ſolitudinis
lucra his beneficijs valeãt compenſari·
digeſta narratione perpendite·per quaꝫ
etiã ſꝫ probare poſſibile eſt·vtrũ faſtidio
an deſiderio illius ſolitarie puritatis his
malueriꝫ cenobij anguſtijs coartari. In
hac igitur cõuerſatiõe diurni opis nul-
la ꝓuiſio ẽ·venditionis vel coemptiõis
nulla diſtentio·nõ animi panis ineuita
bilis cura·nõ ſollicitudo coꝛpoꝛaliũ rex·
qua nõ tantũ ꝓprijs·verũ etiã multoꝛuꝫ
aduenientiũ vſibus neceſſaria pparant᷑·
poſtremo nulla arrogãtia laudis huma
ne·q̃ immũdioꝛ his omnibꝫ in cõſpectu
dei·etiã magnos heremi laboꝛes frequen
ter euacuat. Uerũ vt in illa anachoreti-
ca diſciplina illos elationũ ſpiritalium
fluctus ⁊ exitiabilis cenodoxie ꝑicula
pretereã·ad hoc generale cunctoꝛuꝫ pon
dus·id eſt cõmunẽ parandi victus ſolli
citudinẽ reuertamur·que eo vſqꝫ menſu
rã non dico illius antiq̃ diſtrictionis ex-
ceſſit·que vſum olei penitus neſciebat·
ſed ne hac quidẽ noſtri tempoꝛis remiſſi
one cepit eſſe contenta·in q̃ vno olei ſex-
tario itidemqꝫ lenticule modio aduenien
tium vſibus preparato·totius annue re
fectionis explebãtur officia·ita vt dupli
cato nũc ac triplicato modio neceſſitas
victualis vix queat expediri. Et in tantũ
apud nõ nullos vis noxie huiꝰ remiſſio
nis ĩcreuit·vt aceto amurcaqꝫ permixti ſ
nõ illã vnã olei admiſceant guttã·quã
predeceſſoꝛes noſtri·qui heremi inſtituta
maioꝛe abſtinentie virtute ſectati ſunt·
repellende tantum cenodoxie gratia in-
ſtillare cõſueuerant·ſed infringẽtes egy-
ptiacũ pro ſalibꝫ caſeũ·plus olei quã ne
ceſſe eſt ſuperfundant·et ita duos cibos
ꝓpria ſuauitate diſtinctos·qui ſingilla-
tim diuerſoqꝫ tp̃e monachũ reficere io-
cundiſſime poterant·ſub vnius ſapoꝛis
oblectatione ꝑcipiãt. Intm̃ ſane ſꝫ alke
kreſis·id ẽ materialiũ rerũ poſſeſſio ſup-
creuit·vt ſagũ q̊ꝫ qđ abſqꝫ verecũdia re
ferre nõ poſſum·ſub obtẽtu humanita
tis ac ſuſceptiõis huius anachorete in

ſuis habere cellulis ceperint· vt illa pretermiſſa· quib⁹ attonita anima ac ſpiritalibus theorijs ſemper intenta ſpecialiuſ ingrauatur· concurſus ſcilicet fratrum· ſuſceptionis quoqꝫ ac deductionis officia· mutuas viſitatõies · diuerſarumqꝫ confabulationum atqꝫ occupationum interminabilem curam· quarum etiaꝫ illo tempore quo hec videntur impedimẽta ceſſare· tamen animuꝫ conſuetudinarie inquietudinis aſſiduitate ſuſpenſuꝫ· expectatio ipſa diſtendit. Atqꝫ ita fit vt anachoreſeos illa libertas huiuſcemodi nexibus impedita· ad illaꝫ cordis ineffabilem alacritatem prepedito non perueniat aſcenſu· ac fructum heremitice pfeſſionis amittat· Qui ſi mihi in congregatione nunc atqꝫ in turbis ſito fuerit denegatus· ſaltim quies anime cordiſqꝫ tranquillitas· omnibus occupationib⁹ abſoluta non deerit. Que niſi illis quoqꝫ qui in ſolitudine commorantur pſto fuerit· labores quidẽ anachoreſeos ſuſtinebunt· fructu vero ipſius fraudabunt· qui non niſi quieta mentis ſtabilitate cõquiritur. Poſtremo etiam ſi mihi in cenobio conſtituto ab illa puritate cordis aliquid fuerit imminutũ· ero ſolius euãgelici precepti compenſatione contẽtus· quod certum eſt omĩbus illis heremi fructibus non poſſe poſtponi· vt ſcilicet de craſtino nihil cogitem· et vſqꝫ ad finem ſubiectus abbati· illum aliquatenus videar emulari de quo dicitur. humiliauit ſemetipſum factus obediẽs vſqꝫ ad mortem· merearqꝫ illius verbũ humilit̃ dicere· quia non veni facere voluntatem meam· ſed voluntatẽ eius qui miſit me patris.

## Interrogatio de cenobij vel ſolitudinis fructu. Cap. vij.

Ermanus. Quia te vtriuſqꝫ profeſſionis nõ quemadmodum multos pricipia tantummodo contigiſſe· ſed ipa faſtigia conſcẽdiſſe manifeſtum eſt· quiſnam cenobite quis heremite ſit finis optam⁹ agnoſcere. Nulli namqꝫ dubium eſt neminẽ de his vel fidelius poſſe vel plenius diſputare· qꝫ illum qui vtramqꝫ perfectionem longo vſu et magiſtra experientia conſecutus· meritum earum ac finem veridica poteſt inſinuare doctrina.

## Reſponſio ſuper interrogatione propoſita. Cap. viij.

Iohannes. Vnuꝫ eundẽqꝫ hominem in vtraqꝫ profeſſione perfectum eſſe nõ poſſe abſolute pronunciare potuiſſem · niſi me paucorum admodum retardaret exempluꝫ. Magnum ſiquidem eſt in qualibet earũ conſummatum quempiã reperiri· quãto magis ad plenum vtramqꝫ perficere arduum ac pene vt ita dixerim homini ĩpoſſibile eſſe perſpicuum eſt. Qđ tamen ſiquando prouenerit· non ſtatim ad generalem formulam referri poteſt. Nõ· n· aperte minima· id eſt de conſideratione paucorum· ſed de his que multorum immo omnium ſubiacent facultati vniuerſalis eſt regula proponenda. Si qua vero rariſſime atqꝫ a pauciſſimis obtinentur· ac poſſibilitatem cõmunis virtutis excedunt· velut ſupra conditionem humane fragilitatis naturamqꝫ cõceſſa · a preceptꝭ ſunt generalibus ſequeſtrãda. nec tam pro exemplo qꝫ pro miraculo referenda. Quãobreꝫ id qđ inquiritiꝭ ſm mediocritatem ſenſus mei breuiter intimabo. Finis quidem cenobite eſt· omẽs ſuas mortificare et crucifigere voluntates· ac ſm euangelice perfectionis ſalutare mandatuꝫ nihil de craſtino cogitare· Quã perfectionem prorſus a nemine niſi a cenobita impleri poſſe certiſſimũ eſt. Queꝫ virũ yſaias propheta deſcribẽs· ita beatificat atqꝫ collaudat. Si auerteris a ſabbato pedem tuuꝫ· facere voluntatem tuam in die ſancto meo· et glorificaueris eũ dũ ñ facis vias tuas· et nõ inuenitur voluntas tua vt loquaris ſmonem· tunc delectaberis ſuper dominũ· et ſuſtollam te ſuper altitudinem terre· ꝛ cibabo te hereditate iacob patris tui. Os



enim domini locutum eſt. Heremite vo perfectio eſt · exutaꝫ mentem a cunctꝭ habere terrenis· eamqꝫ quantum humana imbecillitas ſinit vnire cũ chriſto. Quẽ virum hieremias propheta deſcribens. Beatus inquit vir qui tulit iugum ab adoleſcentia ſua· ſedebit ſolitarius et tacebit· quia leuauit ſe ſup ſe. Pſalmiſta quoqꝫ· Similis factus ſuꝫ pellicano ſolitudinis. Vigilaui ꝛ factus ſuꝫ ſicut paſſer ſolitarius in tecto. Ad hunc igitur finem quem vniuſcuiuſqꝫ profeſſionis eſſe prediximus· niſi eorũ vterqꝫ peruenerit· fruſtra ꝛ ille cenobij ꝛ iſte anachoreſeos expetit diſciplinam. Neuter· n· virtutẽ ſue profeſſionis impleuit.

## De conſummata ac vera perfectione Cap. ix.

Ed hec meeritike· id eſt · non integra et in omnibus conſummata perfefectio· ſed ps perfectionis eſt. Rara eſt ergo ꝛ pauciſſimis dono dei conceſſa perfectio. Is etenim vere ꝛ non ex parte perfectus eſt· qui et in heremo ſqualorem ſolitudinis· et in cenobio infirmitates fratrũ equali magnanimitate ſuſtentat. Et ideo in vtraqꝫ profeſſione per omnia cõſummatum inueniri difficile eſt· qa nec anachoreta aktemoſynen· id ẽ ꝯtẽptũ ac puationeꝫ materialiũ rerũ· nec cenobita theoricã ad integrũ poteſt aſſeqꝫ puritatẽ· licet vtrũqꝫ pfecte abbatẽ moyſen atꝫ paſuntium duoſqꝫ machariios noueriꝫ poſſediſſe. Qui ita erant in vtraqꝫ profeſſione perfecti · vt cum vltra omnes heremi accolas ſecedentes inſatiabiliter ſecreto ſolitudinis paſcerentur· qꝫtumqꝫ in ipſis erat neqꝫ inquirerent hũana cõſortia· tamen ita frequentiam ac fragilitates ad ſe concurrentium ſuſtinebant· vt cum ad eos viſitationis vel profectuſ gratia innumera fratrũ multitudo confluerET· tam ingẽ pene ſuſceptionis inquietudinẽ immobili patientia tolerãtes· nihil aliud vel didiciſſe vel exercuiſſe omni vite ſue tempore crederentur· qꝫ vt cõmunibus tantũ aduenientiũ officijs deſeruirent· ita vt apud cunctos eſſet ambiguuꝫ· in qua potiſſimũ profeſſione eorundem maior eſſet induſtria· id eſt· vtrũ in illa heremitica puritate. an in iſta conuerſatiõe cõmuni · magnanimitas eorũ mirabilius aptaretur.

## De his qui imperfecti heremũ petunt. Cap. x.

Olẽt aũt nõnulli ita diuturno ſilẽtio ſolitudinis efferari· vt prorſus hominũ conſortia perhorreſcant· et cũ vel paululum a ſecreti ſui cõſuetudine· interueniente fratrum viſitatione diſceſſerit· notabili mentis angore et euidẽtibus puſillanimitatis indicijs eſtuare. Qđ vel maxime his euenire cõſueuit· qui nõ perfecte in cenobijs inſtituti· nec excoctꝭ prioribus vicijs ad ſolitariam ſe vitam immaturo deſiderio trãſtulerunt. Qui in vtrãqꝫ partẽ imperfecti ſemper ac fragiles· quocũqꝫ aura cõmotionis impulerit inclinantur. Nam quemadmodum conſortio vel interpellatione fratrum impatienter exeſtuãt· ita in ſolitudĩe ꝯſiſtẽtes eiꝰ ipſius qđ expetũt ſilẽtij nõ ferunt vaſtitatẽ· quippe q̇ ne ipſam quidem rationem norunt· cuius cã deſiderari vel expeti debeat ſolitudo· ſed hanc eſſe virtutis ac profeſſionis huius exiſtimant ſummã· vt fratruꝫ conſortia declinantes · humanos tãtũmodo refugiant ac deteſtentur aſpectus.

## Interrogatio de remedio eorũ qui cito de cenobijs diſcedunt Cap. xi.

Ermanus. Quo ergo vł nobis vel ceteris qui eiuſdem fragilitatis ac menſure ſunt remedio poterit ſubueniri· qui in cenobialib⁹ diſciplinis tenuiter inſtituti· ante expulſionem omnium viciorũ habitationem ſolitudinis cepimus affectare. vel q̃ pacto imperturbate mentis conſtantiaꝫ· et immobilem patientie poterimus apphẽ

dere firmitatē qui ipas q̄dammodo ſco
las ⁊ exercitationis huius paleſtram · in
qua ad plenū erudiri ac perfici pꝛīcipia
noſtra debuerant · intempeſtiue intermiſ
ſa cenobij congregatione dereliquim⁹:
Qualiter ergo nunc ſolitarie cōmoran-
tes · perfectionē longanimitatis ac patiē
tie conſequemur · vel queadmoduꝫ has
ſibi ineſſe vel deeſſe virtutes exploratrix
internoꝝ motuū conſcia deprehēdet · ne
forte qꝛ ab hoīm cōſoꝛtio ſegregati · nul
lis eorundem irritatiōibꝫ prouocamur ·
falſa eſtimatione decepti · tranquillitatē
mentis nos immobilem poſſidere creda-
mus.

## Reſpōſio quomodo ſolitarius vicia ſua poſſit agnoſcere. Cap. xij.

Johannes. In veritate que-
rentibus medicinā · remedia cu
rationū ab illo veriſſimo aīaꝝ
medico deeſſe nō poſſunt · his preſertiꝫ q̄
valitudines ſuas · nō deſperādo aut ne
gligendo contempſerint · nec vulnerum
ſuoꝝum pericula celauerint · aut medelā
penitētie procaci mente reſpuerint · ſꝫ ꝓ
languoꝛibus ignoꝛātia vel erroꝛe vel ne
ceſſitate contractis · humili tandem cau
tela ad celeſtem medicum mente cōfuge
rint. Ideoq̄ noſſe debemus · ꝙ ſi ad ſoli
tudinē vel ad abdita loca nōdum cura-
tis vicijs ſecedamus · effectus eoꝝ tantū
modo reprimatur nō extinguatur affe-
ctus. Latitat enī intra nos immo etiam
ſerpit radix omniū que extirpata nō fue-
rint peccatoꝝū · quā adhuc in nobis vi-
uere his deprehendimus indicijs. Ver
bi gratia. Cum in ſolitudine conſtituti ·
aduentū fratrū vel breuiſſimaꝫ eoꝝ mo-
rā cū quadaꝫ eſtuantis animi anxietate
ſuſcipimus · ineſſe adhuc in nobis viua
ciſſimū impatientie fomitē nouerimus.
Cū ꝟo cuiuſq̄ fratris ſperamus aduen
tū · ſi eo ꝑ neceſſitate aliq̄ paululuꝫ foꝛſi
tan demorāte vel tacita indignatiōe iā
eius culpauerimus tarditatē · ⁊ mētē no
ſtrā immodice expectationis ſollicitudo
turbauerit · ire atꝫ triſticie manifeſte ī no
bis vicia reſidere ꝯſciē nr̄e ꝓbauit exa-
mē. Itē ſi fratre vel codicē ad legendū vl
q̄libet aliā ad vtendū ſpeciē poſtulā-
te · aut nos illius petitio ꝯtriſtauerit · aut
illū negatio nr̄a repulerit · dubiū n̄ ē nos
adhuc auaricie ſeu philargyrie laq̄is
cōpediri. Q̄ꝺ ſi recoꝛdationē femie nob
vel cogitatio ſubita vel ſacre ſeries lecti-
onis attulerit · et in ea quadā nos ſenſeri
mus titillatione pulſatos · ſciam⁹ necdū
extinctū in membꝛis noſtris foꝛnicatiōis
ardoꝛē. Si vero de cōparatione diſtricti
onis nr̄e ⁊ remiſſionis aliene vel tenuiſſi
ma mentē noſtrā tēptarit elatio · certū eſt
dira nos ſupbie peſte coꝛruptos. Cuꝫ h̄
ergo in coꝛde nr̄o deprehenderim⁹ vicio
rū indicia · manifeſte cognoſcamus nob
nō affectū ſꝫ effectuꝫ deeſſe peccati. Que
vtiq̄ paſſiones ſi nos q̄nq̄ ꝯuerſationi
miſcuerim⁹ hūane · ꝓtinus d̄ cauīnis no
ſtroꝝ ſenſuū ꝓcedentes · ꝓbāt ſe nō tunc
ꝑmū cū eruperint naſci · ſꝫ tūc demū quia
diu latuerint publicari. Et ita vniuſcu
iuſq̄ vicij radices ineſſe defixas ſibi cer
tis indicijs etiā ſolitarius deprehendit ·
quiſq̄ puritatē ſuā nō hominibꝫ oſtēta-
re · ſꝫ illius cōſpectui inuiolatā ſtuduerit
exhibere · quē latere omnia coꝛdis archa
na nō poſſunt.

## Interrogatio quomodo ſanari poſſit qui n̄ expurgatis vicijs ſolitudinē ingreſſus ſit. Cap. xiij.

Ermanus. Argumenta q̄bꝫ
infirmitatū indicia colligātur ·
et rōem diſcernendarū egritu-
dinū · id eſt quo pacto vicia q̄ celant in
nob valeāt dep̄hēndi · lucide ſatis aper
teq̄ percepimus. Omia ſiq̄dem quoti-
diana experientia ac diutnis nr̄arū mo-
tibꝫ cogitationū ita vt dicta ſunt intue-
mur. Supeſt igit vt queadmodū ꝓbati
ones cauſeq̄ moꝛboꝝ euidentiſſima no
bis rōne patefacte ſunt · ita etiā curatio-



nū medela monſtret. Nulli nāq̄ dubiū
eſt illū poſſe rectiſſime de remedijs mala-
rū valitudinuꝫ diſputare · q̄ earum ꝑus
cauſas atq̄ origines egrotantiū cōſcia
atteſtāte deprehenderit. Itaq̄ licet do-
ctrina beatitudinis tue vulneꝝ noſtroꝝ
archana nudauerit · q̄ fit vt ſperare ali-
quid etiā de remedijs audeamus · qꝛ taꝫ
euidens declaratio moꝛbi ſpem remedij
pollicet · tamē quia ꝑmum vt ais in con
gregationibꝫ initium ſalutis acq̄ritur · ⁊
ſani in ſolitudine eſſe nō poſſunt · niſi q̄s
ꝑus cenobioꝝ medicina ſanauerit · ꝑni
cioſa rurſum deſperatiōe cōcidimus · ne
foꝛte q̄ imperfecti cenobiū reliq̄mus · neq̄
q̄ iam perfecti eſſe in heremo valeamus.

## Reſponſio ſuper eoꝛuꝫ medicina. Cap. xiiij.

Johannes. De moꝛboꝝ ſuo
rū curatiōe ſollicitis remediuꝫ
ſalutare deeſſe nō poterit · et id
circo eodeꝫ modo quo vniuſcuiuſq̄ vi
cij deprehēdunt indicia · etiam remedia
ſunt querenda. Nā queadmodū ſolita
rijs hūane ꝯuerſationis vicia diximus
nō deeſſe · ita virtutū ſtudia ⁊ inſtrumen
ta ſanitatū · omibus etiā ab hūana con
uerſatione diſcretis poſſe ſuppetere non
negamus. Cuꝫ ſe igit impatiētie ſiue ire
perturbatiōibꝫ incurſari · illis que ſupꝛa
oſtendimus indicijs vnuſquiſq̄ depre
henderit · cōtrarijs ſemetipm ſemꝑ obie
ctionibꝫ exerceat · et ꝓpoſitꝭ ſibi multimo
dis iniuriarū diſpendioꝛūq̄ generibus
velut ab alio ſibimet irrogatis · aſſuefa-
ciat mentē ſuā omībꝫ que inferre imꝓbi-
tas poteſt · perfecta hūilitate ſuccūbere ·
atꝫ aſpera ſibi queq̄ et intolerabilia fre
quēter opponēs · ꝯtīa eis occurrere debe-
at lenitate omni iugiter coꝛdis contri-
tione meditetur. Et ita reſpiciens ad il-
las ſanctoꝝ oīm ſiue ipīus dn̄i paſſiōes ·
vniuerſa nō ſolū ꝯuicioꝝ ſꝫ etiā penarū
genera · inferioꝛa meritis ſuis eſſe ꝓnūci-
ans · ad omnē ſe doloꝛū tolerātiam ꝑpa-
bit. Cumq̄ aliquādo ad cetus fratrum
aliqua fuerit inuitatione reuocatus · q̄ꝺ
non poteſt vel raro etiaꝫ diſtrictiſſimis
heremi accolis n̄ ꝓuenire · ſi mentem ſuā
etiam pꝛo leuibꝫ quibuſq̄ rebus depre-
henderit tacite fuiſſe cōmotā · vt quidaꝫ
occultoꝛū motuuꝫ ſeueriſſimus cenſoꝛ ·
mox ſibi illa duriſſima iniuriarū gn̄a q̄
bus ad perfectā tolerantiā ſemetipm q̄ti
dianis meditatiōibꝫ exercebat exꝓbꝛet ·
atq̄ ita ſe obiurgās ⁊ increpans alloq̄-
tur. Tu ne ille es bone vir · qui dum te in
illa ſolitudis tue exerceres paleſtra · oīa
ſupaturū mala conſtantiſſime pꝛeſume-
bas · qui duduꝫ cū tibi nō ſolū ſummas
ꝯuicioꝝ acerbitates · verūetiā intoleran
da ſupplicia ipe ꝓponeres · ſatꝭ validum
atq̄ ad oēs ꝓcellas īmobilē te credebas
Quō inuicta illa patīa tua · leuiſſimi ꝟ-
bi pluſiōe ꝯfoſſa ē: Quō domū tuā ſuꝑ
illā ſolidiſſimā petrā tanta vt tē videba
tur mole ꝯſtructā, leuis aura cōmouit:
Vbi eſt illud q̄ꝺ inani fiducia bellū ī pa
ce deſiderās ꝓclamabas: Parat⁹ ſuꝫ ⁊
nō ſum turbat⁹ vt cuſtodiā mādata tua
Et cum ꝓpheta ſepe dixiſti. Pꝛoba me
domine et tempta me · vre renes meos et
coꝛ meum · ⁊ pꝛoba me domine ⁊ ſcito coꝛ
meuꝫ · interroga me et cognoſce ſemitas
meas · ⁊ vide ſi via iniquitatis in me eſt:
Quō ingētē certaminis appatū exigua
hoſtis vmbꝛa ꝯterruit: Tali ergo ſemet
ipm cōpunctiōis aīaduerſiōe ꝯdēnās ·
inultā animi ſui cōmotiunculā eſſe non
ſinat · ſꝫ artioꝛe carnē ſuā ieiunij ac vigi-
liarū coꝛreptiōe caſtigās · ac iugibꝫ cōti-
nentie penis culpā ſue mobilitatis excru
cians · id q̄ꝺ ad plenū excoquere in ceno-
bij cōuerſatiōe debuerat · in ſolitudie cō
ſtitutus h̄ exercitationis igne cōſumat.
Illud ſane ad obtinēdā ingē ac ſtabilē
patientiā ꝯſtāter atq̄ īmobiliter eſt tenē
duꝫ · nō licere nobis quibus lege diuina
nō ſolū vltio iniuriarū ſꝫ etiā memoꝛia
ꝓhibet · cuiuſlibet detrimēti vl irritatōis
obtētu ad iracūdiā ꝯmoueri. Q̄ꝺ n. aīe

grauius ꝑt euenire diſpendiũ· ꝗꝫ vt ꝑcõ
motiõis ſubitã cecitateꝫ veri atqꝫ eterni
luminis claritate puata· ab illius qui
mitis ⁊ humilis eſt corde contemplatio
ne diſcedat: Quid ẽ perniciosius· quid
ve deformius· ꝗꝫ vt quis honeſtatis indi
cium ⁊ regulam ac diſciplinam recte diſ
cretiõis amittat· et ea ſanus ac ſobrius
perpetret· que nᶜ temulentus quideꝫ q̇s
ac ſenſu indigẽs veniabiliter admiſiſſꝫ:
Hec ergo et his ſimilia detrimenta quiſ
qꝫ perpenderit· non ſolum vniuerſa dã
norum genera· ſed etiam iniuriarum atꝫ
penarum quecunqꝫ poſſunt a crudeliſſi
mis irrogari· facili ſuſtentatione deſpici
et· nihil diſpendioſius iracundia· nec ꝑ
cioſius animi trãquillitate· ac perpetua
cordis ſui indicãs puritate. Ob quã nõ
ſolum carnalium· ſed etiam illaruꝫ que
ſpiritales videntur rerũ ſpernenda ſunt
commoda· ſi alias acquiri vel perfici niſi
cum huius tranquillitatis perturbatio
ne non poſſunt.

**Interrogatio an ita caſtitas ſi
cut et cetere paſſiões debeãt ex
plorari. Cap.xv.**

**Ermanus.** Sicut ceteroꝛuꝫ
vulnerum· id eſt· ire triſticie· im
patientie· per obiectionem con
trariarum rerum medela monſtrata eſt·
ita etiam contra ſpiritum fornicationis
qꝺ curationis genus nos opteat adhi
bere volumus edoceri· id eſt· vtrum etiã
concupiſcentie ignis propoſitis ſicut il
lic maioribꝰ irritationuꝫ augmẽtis poſ
ſit extingui· quod ſatis caſtitati credimꝰ
eſſe contrarium· ſi non ſolum exaggeren
tur in nobis libidinis incentiua· ſꝫ vel ꝑ
tereunte mentis oculo perſtringentur.

**Reſponſio quibus documẽtis
poſſit agnoſci. Cap.xvi.**

i Ohannes. Queſtionem ꝗ
etiam tacentibus vobis narra
tionem noſtram fuerat ſecutu
ra· ſagax interrogatio veſtra preuenit· et
idcirco efficaciter eam ſenſibus veſtris
concipiendam eſſe non ambigo· quãdo
quidem inſtitutionem noſtram acumen
veſtri preceſſit ingenij. Sine labore eniꝫ
cuiuſlibet queſtionis dilucidatur obſcu
ritas· cum abſolutionẽ eius anticipans
inquiſitio q̊ docenda eſt antecedit. Ita
qꝫ remedijs quidem illorum que ſupra
diximus viciorum· non ſolum nihil offi
ciunt· verumetiam multum conferũt hu
mana conſortia. Nam frequentia im
patientie ſue crebrius patefacta· quan
to magis aſſiduum ſuperatis doloreꝫ cõ
punctionis intulerint· tanto velociorem
laborantibus conferunt ſanitatem. Ob
qꝺ etiam in ſolitudine conſiſtentes· cuꝫ
irritationum fomes atqꝫ materia ab ho
minibus non poſſit exurgere· tamẽ earũ
dem incitamenta debemus etiam ex ĩdu
ſtria retractare· vt aduerſus ea iugi cogi
tationum colluctatione pugnantibꝰ no
bis medela promptior conferatur. Con
tra fornicationis vero ſpiritum· diuerſa
ratio et diſpar eſt cauſa. Naꝫ quemad
modum corpori vſus libidinis carniſqꝫ
vicinitas· ita etiam menti memoria eius
eſt penitus ſubtrahenda. Satis eniꝫ per
nicioſum eſt adhuc infirmis egriſqꝫ pe
ctoribus vel tenuiſſimã r̃cordationẽ hu
ius paſſionis admittere· ita vt nõnunqꝫ
eis etiam ſub recordatione ſanctaruꝫ fe
minarum· velut ſub ſacre lectionis hiſto
ria noxie titillationis ſtimulus excitetur
Cuius cauſa ſeniores noſtri huiuſcemo
di lectiones ſub preſentia iuniorum ſo
lent conſultiſſime preterire. Sane perfe
ctiſſimis quibuſqꝫ et ſummo iã affectu
caſtimonie conſummatis· probationes
quibus examinare ſe valeant deeſſe non
poſſunt· quibus perfectiſſima cordis ĩte
gritas incorrupto ꝯſcie iudicio cõprobe
tur. Erit ẽ ꝯſummatiſſimo viro ſimilis
his que ſupradicta ſunt etiã ſuper hac
paſſione probatio ſui· ſcꝫ vt q̇ ſe radices



morbi huius penitus iam extirpaſſe co
gnouerit· explorande ſi volet gratia ca
ſtitatis· interdum etiam aliquam explo
ratricem ſui imaginationẽ poſſit admit
tere. Ceterum ab his qui adhuc minus
firmi atqꝫ perfecti ſunt· hanc examinati
onẽ nullatenus ꝯuenit vſurpari· vt con
iũctionẽ femineã· ⁊ palpationeꝫ qꝺ ãmo
do tenerã atqꝫ mollẽ corde ꝑtractẽt· erit
enĩ eis magis noxia ꝗꝫ ſalubris. Qꝺ eĩ
experimentũ huiuſcemodi hominibꝰ ꝑt ĩ
hac ratione ſuppetere· vbi et ĩ experimẽto
ipm̃ eſt qꝺ vitatur· et in ipſa exploratio
ne diſcrimen. Cum ergo perfectiſſima
quis virtute fundatus· ad illecebrã blã
dientium cogitationum· nullum mẽtis
aſſenſum· nullam carnis cõmotioneꝫ in
ſe deprehenderit excitari· certiſſima puri
tatis ſue capiet documẽta· ita vt ad hãc
ſe firmitatẽ puritatis exercens· caſtitatis
atqꝫ incorruptionis bonũ· nõ ſolũ mẽte
poſſideat· ſꝫ etiã ſi corpalẽ femĩe attactũ
cauſa cuiuſcunqꝫ vt ſolet neceſſitatis at
tulerit· penitus ſenſũ paſſionis ignoret·
Hoc abbas iohannes cũ hore none refe
ctionẽ imminere ſenſiſſet· collationẽ fine
concluſit.

**Explicit collatio abbatis iohã
nis de fine cenobite ⁊ heremite
Incipiunt capitula collatiõis
abbatis pynufij de penitẽtie fi
ne et ſatiſfactionis indicio·
Cap.i.**

De abbatis pynufij humilitate
et eiuſdem latebra.
ij De aduẽtu noſtro ad abbatẽ py
nufium.
iij Interrogatio de penitentie fine
et ſatiſfactionis indicio·
iiij Reſponſio de humilitate interro
gationis noſtre.
v De modo penitentie ⁊ indulgen
tie documento.
vi Interrogatio an r̃miniſcẽda ſint
pro cordis compũctiõe pctã.
vij Reſponſio quouſqꝫ anteriorum
actuũ recordatio ſit habẽda·
viij De diuerſis pn̄ie fructibus.
ix Qꝛ vtilis ſit ꝑfectus obliuio pec
cati et ꝙ flagicioꝛuꝫ recordatio
ſit vitanda.
x De ſatiſfactiõis ĩdicio et obliui
one preteritorũ criminũ.
xi In quo tempaliter ſit agenda pe
nitudo· et in quo finem habere
poſſit.

**Expliciũt capitula. Incipit col
latio habita cum abbate pynu
fio de penitẽtie fine et ſatiſfacti
onis indicio.
De abbatis pynufij humilita
te et eiuſdem latebra. Cap.i.**

p Reclari
ac ſingularis viri ab
batis pynufij de fi
ne penitentie prece
pta dicturus· ma
gnã materie parteꝫ
mihi videor amputare· ſi humilitatis eiꝰ
laudem· quã in quarto inſtitutionum li
bro· qui eſt ſuper inſtituendis renunciã
tibus titulatus· breui ſermone perſtrinx
eram· lectoris faſtidio conſulens· hic ſilẽ
tio pretermittam· cum preſertim multi il
lius opuſculi noticiam nõ habentes in
hanc poſſint incurrere lectionẽ· et oĩus
dictoruꝫ vacillet auctoritas· ſi dicentis
meritum ſubtrahatur. Hic ſiquideꝫ cũ
haud longe a panephiſi egyptia vt illic
dictum eſt ciuitate· abbas et preſbiter in
genti cenobio preſideret· tantumqꝫ eum
in omni illa prouincia virtutum ſuaruꝫ
atqꝫ ſignorum gloria ſublimaſſet· vt ſi
bi iam videretur retributione laudis
humane laborum ſuorum recepiſſe mer
cedem· timẽs ne ſibi ſpecialiter inuiſa po
pularis fauoris inanitas· fructum pre
mij vacuaret eterni· occulte monaſteri
um ſuum fugiens· ad intima thabennẽ
ſium monachorum ſecreta contendit·

vbi non heremi ſolitudinem· nō ſingula
ris vite vbertatem· quā etiam imperfecti
quiqʒ laborem obedientie in cenobijs nō
ferentes· ſuperba nōnūqʒ preſumptione
ſectantur· ſed celeberrimo preelegit mo-
naſterio ſubiugari· Ubi tamen ne vllo
habitus ſui proderetur indicio· indutus
veſte ſeculari· multis vt illic moris eſt di
ebus lachrymās pro foribus excubauit·
atqʒ ad omniū genua prouolutus· poſt
eorū diuturna faſtidia qui ad exploran-
dum eius deſiderium in vltima eum iaʒ
etate velut panis egeſtate cōpulſum· nō
ſincere illius propoſiti ſanctitatem expe-
tiſſe dicebant· tandem vt ſuſciperet ob-
tinuit. Ubi adoleſcenti cuidam fratri q̇
hortum ſuſceperat excolendū· ī admini
culum deputatus· cum nō ſolum om̄ia
que idem prepoſitus imperaſſet· vel que
iniuncti operis cura poſcebat· cum āmi-
ratione taʒ ſancte humilitatis impleret·
verum etiā quedam neceſſaria opera· q̄
propter horrorem ſui a ceteris vitabanť·
ita furtiuo per noctem labore perficeret·
vt diluculo omnis illa congregatio taʒ
vtilium operum admirās ignoraret au-
ctorem. Cumqʒ ita triennium ferme illic
gaudens deſideratis tam iniurioſe ſbie-
ctiōis laboribus exegiſſet· accidit vt qui-
dam frater eidem cognitus ex illis vnde
ille diſceſſerat egypti partibus adueni-
ret. Qui cum indumentorum eius atqʒ
officij vilitate promptiſſime agnitionis
facilitatem diu heſitās cohiberet· poſt ex
plorationē manifeſtiſſimā ad eiꝰ genua
prouolutus· primū ſtuporem fratribus
cūctis· dehinc prodito etiā nomine· qd̾
apud illos quoqʒ precipue ſanctitatꝭ fa-
ma vulgauerat· etiā dolorem compūcti-
onis incuſſit· ꝙ ſcilicet tanti meriti ac ſa-
cerdotij virum· tam iniurioſis operibus
deputaſſent. Sed poſtqʒ flēs vbertim· ⁊
diabolice inuidie quaſi grauem proditi-
onis ſue imputans caſuʒ· ad monaſteri
um ſuum honorifica fratrū cuſtodia am
biente perductus eſt· exiguo illic tempore
demoratus· rurſus offenſus eſt ipſis ho
noris ſui ac primatus obſeqijs· ac furtiʒ
aſcendens nauem ad paleſtinā ſyrie pro
uinciam tranſmeauit· vbi velut incipiēs
atqʒ nouicius in illo in quo nos degeba
mus monaſterij receptꝰ habitaculo· in
noſtra cellula ab abbate preceptus ē cō-
manere. Sed ne illic quidem diu virtu-
tes eius ac merita latere potuerūt. Naʒ
ſiĺi ꝓditione detectus· atʒ ad monaſteri
um ſuum cum ingenti honorificentia ac
laude reuocatus· tandem qd̾ erat eſſe cō
pulſus eſt.

### De aduentu noſtro ad abbatē pynufium. Cap. ij.

c Um igitur poſt nō longū tem-
pus nos quoqʒ egyptuʒ petere
ſancte inſtitutionis deſideriuʒ
cōpuliſſet· ſummo euʒ affectu ac deſide
rio ꝑquirētes· tanta eius ſumus grā atʒ
hūanitate ſuſcepti· vt nos tāqʒ ꝓſtinos
ſincellitas etiā cellule ſue quā in extrema
horti parte cōſtruxerat honoraret hoſpi
tio· Ubi cū ſatꝭ ardua atʒ ꝓcelſa· cuidā
fratri monaſterij regulā ſubeūti· corā oī
bus in ſynaxi fratribꝫ precepta tradidiſ-
ſet· q̄ in q̄rto vt prediximus īſtitutionū
libro q̄ʒta potui breuitate cōplexus ſuʒ·
tā incōprehenſibilia nobis tāqʒ mirifica
vere abrenūciatiōis culmīa videbātur·
vt nullomodo illuc hūilitatē noſtrā cre-
deremus poſſe conſcendere. Igiť deſpe-
ratione deiecti· et ipō etiā vultu intimaʒ
cogitationū amaritudinē non celantes·
ad beatū ſenē ſatis anxia mente recurri-
mus. Cui ꝓtinus cauſam tante meſtitu
dinis inquirenti· abbas germanus gra-
uiter ingemiſcens ita reſpondit.

### Interrogatio ꝺ penitentie fine et ſatiſfactiōis indicio. Cap. iij.

Ermanus. Quanto magni
ficentior atqʒ ſublimior incog-
nite nobis ſmo doctrine· iter ar
duū precelſiſſime renunciationis aperu-
it· ⁊ q̄ſi remota oculoꝝ nr̄oꝝ caligine ꝯdi
tum celo culmen eius oſtendit· tāto ma-
iore deſperationis mole deꝓmimur. Im
menſitatem ſiq̇dem eius cuʒ exiguitate



viriū nr̄aꝝ metiētes· ⁊ nimiā abiectionē
ignauie noſtre· cū infinita virtutis oſten
ſe celſitudine conferētes· paruitatē nr̄aʒ
nō ſolum ad illa nō poſſe proficere· verū
etiā ab eo qd̾ eſt deterius deficere poſſe
ſentimus. Nam ponderibus nimie de-
ſperationis oppreſſi· quodāmodo de in
fimis ad inferiora ꝓlabim̄· Unū ꝓinde
ac ſingulare preſidium medelā nr̄is pōt
conferre vulneribꝫ· vt de fine penitētie et
maxime de ſatiſfactiōis indicio aliq̄ diſ
camus· vt certi de remiſſione precedenti
um delictorū· poſſimus etiā ad conſcēdē
da faſtigia predicte perfectiōis aīari.

### Reſponſio de humilitate interrogationis noſtre. Cap. iiij.

ꝺ ynufius. Delector quidē ad
modum copioſis hūilitatis ve
ſtre fructibꝫ· q̄s etiam cellule illi
ꝰs quondā habitatione ſuſceptus nō ī-
curioſa eſtimatiōe perſpexi· valdeqʒ con
gaudeo· quia id qd̾ a nobis oīm chriſti-
anorū infimis ſola forſitan verboꝝ liber-
tate precipiť· tanta admiratione ſuſcipi
tis· vt cum ea ſi nō fallor haud ſegnius
q̄ʒ a nobis dicta ſunt impleatis· cūqʒ ſic
memini labore opis vr̄i pene dictoꝝ no
ſtroꝝ exequeť induſtria· ita meritum ve
ſtre virtutis occulitis tamqʒ ſi nulla ad
vos eoꝝ que quotidie exercetis aura ꝑ-
uenerit. Sed quia idipm̄ ſumma laude
digniſſimū eſt· qd̾ velut adhuc rudes in
cognita vobis eſſe iſta ſanctoꝝ inſtituta
teſtamini· id qd̾ a nob̄ ſedulo poſtulatis
breuiter vt poſſumus cōplectemur. Ne
ceſſe eſt enī vt vltra poſſibilitatē noſtraʒ
atqʒ virtutē· antiq̄ familiaritatis veſtre
pareamus imperio. Itaqʒ de penitentie
exhortatione vel merito multi nō ſolū di
ctis verūetiā ſcriptis plurima vulgaue-
rūt· mōſtrantes quāta eius vtilitas· q̄n-
ta virtus· quātaqʒ ſit grā. ita vt deo pre
teritꝭ facinoribus offenſo· tamqʒ iuſtiſſi-
mā penā ꝓ tantis criminibus inferenti·
ſi dici fas eſt quodāmodo obſiſtat· ⁊ q̄ſi
inuiti vt ita dixerim dexterā ſuſpēdat vl
toris· Uerum hec omnia vobis· vel ꝓ ſa
pientia ſupernaturali· vel pro indefeſſo
ſacrarū ſtudio literarū ita cognita eē nō
ambigo· vt de his prima plātatio veſtre
cōuerſationis inoleuerit. Deniqʒ nō de
penitētie qualitate· ſed de eius fine ac ſa-
tiſfactiōis īdicio ſolliciti· id qd̾ ab alijs
pretermiſſum eſt ſagaciſſima interrogati
one diſquiritis. Quapropter om̄i breui
tate atqʒ cōpendio ꝓpoſitiōis veſtre deſi
derio ſatiſfacere nitimur.

### De modo penitentie ⁊ indulgētie documento. Cap. v.

Enitētie plena ⁊ ꝑfecta diffini-
tio eſt· vt peccata ꝓ quibꝫ peni-
tudinē gerimus· vel quibꝫ nr̄a
conſciētia remordeť· neq̄qʒ vlterius ad
mittamus. Indiciū vō ſatiſfactiōis ⁊ ī
dulgētie eſt· affectus quoqʒ eorū de nr̄is
cordibꝫ expuliſſe Nouerit enī vnuſquiſ
qʒ nec dū ſe peccatis priſtinis abſolutū·
q̄ʒdiu ſibi ſatiſfactiōi ⁊ gemitibꝫ incubā
ti· vel illoꝝ q̄ egit vel ſimiliū criminū an-
te oculos imago preluſerit· eorūqʒ nō di
cā oblectatio· ſꝫ vel recordatio infeſtaue-
rit mētis archana. Itaqʒ tūc ſeis q̇ ꝓ ſa
tiſfactione ꝑuigilat· a criminibꝫ abſolu
tū· ac de preteritꝭ admiſſis veniā ꝑcepiſſe
ꝯgnoſcat· cū neq̄qʒ cor ſuū eorūdē vicio
rū illecebris ſenſerit vel imaginatiōe per
ſtrigi. Quāobrē veriſſimus q̇dā exami-
nator pnīe. ⁊ iudex indulgētie in ꝯſcīa re
ſidet nr̄a· q̇ abſolutionē reatꝰ nr̄i añ co-
gnitiōis ⁊ iudicij diē adhuc nob̄ in hac
carne cōmorātibꝫ detegit· ⁊ finē ſatiſfa-
ctiōis ac remiſſiōis grā pandit. Et vt hꝫ
eadem que dicta ſunt ſignificantius ex-
primātur· tum demū preterita nobis vi
ciorum contagia remiſſa credēda ſunt·
cum fuerint de corde noſtro preſentium
voluptatū deſideria pariť paſſioneſqʒ
depulſe.

### Interrogatio an reminiſcenda ſunt pro cordis compunctione peccata. Cap. vi.

Ermanus. Et vnde nob̄ gi-
gni poterit humiliationis illa
ſancta ſalutariſqʒ cōpunctio·

que ex perſona penitentis ita deſcribit'.
Pctm̄ meū cognitū tibi feci· et iniuſtitiā
meā nō operui· dixi pronūciabo aduſūꝫ
me iniuſticiā meā dn̄o· vt illō q̄ꝫ qđ ſeq̄t'
efficacit' dicere merear· ⁊ tu remiſiſti impi
etatē cordis mei: vl' queādmodū in orōe
ꝓſtrati· noſmetipōs ad cōfeſſionis lacry
mas valebimus excitare per quas deli
ctoꝝ veniaꝫ cōſeq̄ mereamur· ſm illud.
lauabo per ſingulas noctes lectū meuꝫ·
lachrymis meis ſtratuꝫ meum rigabo· ſi
peccatorum noſtrorum memoriā de no
ſtris cordibus extrudamus. Quā iube
mur econtrario tenaciter cuſtodire dicē
te domino. Et iniquitatū tuarum nō re
cordabor· tu vero memento. Ob quā reꝫ
nō ſolum operans· verumetiaꝫ orās ad
peccatorum meorū recordationē mentē
meam de induſtria reuocare contendo·
vt ad humilitatem verā ⁊ contritionem
cordis efficacius inclinatus· audeaꝫ di
cere cum ꝓpheta. Uide humilitatē meā
et laborē meū· et dimitte om̄ia pctā mea.

### Reſponſio quouſqꝫ anteriorū actuū recordatio ſit habenda. Cap̄. vij.

Pynufius. Interrogatio vr̄a
vt iam ſupra dictum eſt non de
penitentie qualitate· ſed de eius
fine propoſita eſt· et de ſatiſfactionis in
dicio· ad quā cōgrue vt arbitror conſe
quenterqꝫ reſponſum eſt· Ceteruꝫ h̄ qđ
de peccatorū recordatōe dixiſtis· vtile ſa
tis ac neceſſariū eſt· ſed adhuc agentib⁹
penitentiam· vt cum iugi pectoris ſui cō
tuſione proclamēt. Quoniā iniquitatē
ego cognoſco· et peccatū meū ꝯtra me ē
ſemper. Illō et adijciāt. Et cogitabo ꝓ
pctō meo. Dū ergo agimus penitentiā·
⁊ adhuc vicioſoꝝ actuū r̄cordatōe mor
demur· neceſſariū eſt vt ignē conſcie nr̄e
obortus ex confeſſione culpe lachrymaꝝ
imber extinguat. Cuꝫ vero cuiqꝫ in hac
hūilitate cordis ⁊ ſpūs ꝯtritione deſiro·
atqꝫ in labore ⁊ gemitu perdurāti· horū
recordatio fuerit conſopita· et cōſcīe ſpi
na de medullis anime gratia dei miſerā
tis euulſa· certū eſt eū ad ſatiſfactiōis fi
nem atqꝫ indulgētie merita perueniſſe·
et ab vniuerſorū criminū labe purgatū.
Ad quā tamen obliuionē nō alias ꝑue
nitur· niſi per obliterationē vicioꝝ atqꝫ
actuū priſtinoꝝ· et perfectā cordis atqꝫ ī
tegrā puritatē· quā ſine dubio null⁹ co
rum qui per ignauiā ſiue contemptū vi
cia ſua purgare neglexerit aſſequet'· ni
ſi qui gemitus atqꝫ ſuſpiria meſta iugi
tate continuās omnē ſordiū priſtinaruꝫ
excoxerit labem· et virtute animi atꝫ ope
re ꝓclamauerit ad deū. Delictū meū co
gnituꝫ tibi feci ⁊ iniuſticiam meam non
operui. Et fuerūt mihi lachryme mee
panes die ac nocte· vt conſequent' mere
atur audire. Quieſcat vox tua a plora
tu· ⁊ oculi tui a lachrymis· quia eſt mer
ces opis tui ait dn̄s. Illō quoqꝫ ſimilit'
ad eū voce dn̄i dirigat'· deleui vt nubē ī
iq̇tates tuas· et q̄ſi nebulā peccata tua.
Et iterū. Ego ſuꝫ qui deleo iniquitates
tuas ꝓpter me· ⁊ pctōꝝ tuoꝝ iā nō recor
dabor· et ita funiculis pctōꝝ ſuoꝝ q̇b⁹
vnuſq̇ſqꝫ ꝯſtringit' abſolutus· dn̄o cū
om̄i grāꝝ actiōe cātabit. Dirupiſti vin
cula mea· tibi ſacrificabo hoſtiā laudis.

### De diuerſis penitentie fructibus· Cap̄. viij.

Poſt illam nāqꝫ generalem bap
tiſmi gratiā· et illud precioſiſſi
mū martirij donū qđ ſāguinis
ablutione conquiritur· multi ſunt peni
tentie fructus· per quos ad expiationem
criminū peruenitur. Non enī tantū ſim
plici illo pn̄ie noīe ſalus eterna repromit
titur· de q̄ btūs apl's petrus. Penitemī
inq̇t ⁊ ꝯūtimini vt deleantur pctā vr̄a·
Et iohānes baptiſta vel ipē dn̄s. Peni
tentiam agite appropinquabit enim reg
num celorum. Sed etiam per charitatꝭ
affectum peccatorum moles obruitur·
charitas enim operit multitudinē pctō
rum. Similiter etiā per elemoſynarū fru
ctū vulneribus noſtris medela p̄ſtat'· qꝛ
ſicut aqua extinguit ignem· ita elemoſy
na extinguit peccatum. Ita ⁊ per lachry
marum profuſionem conquiritur ablu
tio peccatorum· Lauabo enim per ſingu
las noctes lectum meum· lachrymis me
is ſtratum meū rigabo. Deniqꝫ oſtendit
eas ſubiungens non inaniter fuiſſe pro
fuſas. Diſcedite inquiēs a me omnes q̇
operamini iniquitatē· quoniā exaudiuit
dn̄s vocē fletus mei. Necnon per crimi
nū confeſſionē eoꝝ abolitio conceditur:
Dixi enī ait pronūciabo aduerſuꝫ me in
iuſticiam meā dn̄o: et tu remiſiſti impie
tatē cordis mei. Et iterū. Narra tu iniq̇
tates tuas ꝑmus vt iuſtificeris. Per af
flictionē quoqꝫ cordis ⁊ corporis admiſ
ſorū ſcelerū remiſſio ſimiliter obtinetur.
Nam vide inquit humilitatem meam
et laborem meum· et dimitte omnia pec
cata mea· Precipueqꝫ per emendatio
nem morum. Nam auferte inquit ma
lum cogitationum veſtrarū ab oculis
meis· quieſcite agere peruerſe· diſcite be
nefacere· q̄rite iudiciū· ſubuenite oppreſ
ſo· iudicate pupillo· defendite viduā· et
venite ⁊ arguite me dic̄ dn̄s Et ſi fuerint
peccata veſtra vt coccinū· velut nix deal
babūtur· et ſi fuerint rubra quaſi vermi
culus· velut lana alba erūt. Interdū eti
am interceſſione ſanctoꝝ impetratur ve
nia delictoꝝ· qui enī ſcit fratrē ſuū pecca
re peccatū nō ad mortē· petat ⁊ dabit ei
vitā deus peccāti nō ad mortē. Et iteꝝ.
Infirmatur q̇s ex vobis· inducat p̄ſbi
teros eccleſie ⁊ orent ſuper eū. vngentes
eū oleo in noīe dn̄i· et oratio fidei ſalua
bit infirmū· et alleuabit eum dn̄s· et ſi in
peccatis ſit dimittentur ei· Nōnūqꝫ mi
ſericordie ac fidei merito labes excoquit'
vicioꝝ· ſm illud· Per miſcđiam ⁊ fideꝫ
purgātur peccata· Per cōuſ̄ionē plerū
qꝫ et ſalutē coꝝ qui noſtris monitis ac p̄
dicatione ſaluātur· qm̄ qui cōuerti fece
rit peccatorē ab errore vie ſue ſaluat ani
mā eius a morte· ⁊ operit multitudinem
peccatorū. Per indulgentiā nihilomi
nus ⁊ remiſſionē noſtrā· ad indulgentiā
noſtroꝝ facinoꝝ peruenit'· Si ei dimiſe
ritis hominibus peccata eoꝝ· dimittet et
vobis pater veſter celeſtis delicta vr̄a.
Uidetis ergo quantos miſcđie aditus
patefecerit clemētia ſaluatoris· vt nemo
ſalutem cupiēs deſperatione frangatur
cum videat ſe tantis ad vitam remedijs
inuitari. Si eniꝫ pro infirmitate carnis
afflictione ieiunioruꝫ abolere te peccata
non poſſe cauſaris· nec potes dicere· ge
nua mea infirmata ſunt a ieiunio· ⁊ caro
mea immutata eſt propter oleuꝫ· quia ci
nerem tanqꝫ panem manducabam· ⁊ po
tum meum cum fletu miſcebam· elemoſi
narum ea redime largitate. Indigentiſſi
nō habes qđ impartias· licet nullum ab
hoc opere neceſſitas inopie ac pauꝑtatis
excludat· quādoquidem ⁊ illius vidue
duo tantū era· ingentibus diuitum mu
neribus preferantur· et pro calice aq̄ fri
gide mercedem ſe redditurūꝫ dn̄s repro
mittat· certe abſqꝫ illis morū poteriſ emē
datione purgari. Qꝛ ſi perfectionem vir
tutum extinctione viciorum omniū non
potes adipiſci· ſollicitudinē piā erga vti
litatem aliene ſalutis impende. Si autē
te idoneum huic miniſterio non eſſe con
quereris· operire peccata poteris charita
tis affectu. In hoc quoqꝫ ſi te fragileꝫ fe
cerit quelibet mentis ignauia· oratione
ſaltem atqꝫ interceſſione ſanctorū reme
dia vulnerib⁹ tuis humilitatis affectu
ſubmiſſus implora. Poſtremo quis eſt
qui nō poſſit ſuppliciter dicere. Pctm̄
meū cognitum tibi feci· et iniuſticiā meā
nō operui. vt per hanc confeſſioneꝫ etiā
illud confidenter ſubiungere mereat' Et
tu remiſiſti impietatem cordis mei. Qꝛ ſi
verecundia retrahente reuelare ea coraꝫ
hominibus erubeſcis· illi quem latere nō
poſſunt confiteri ea iugi ſupplicatiōe n̄
deſinas ac dicere. Iniq̇tatem meaꝫ ego
ꝯgnoſco· et peccatum meū contra me eſt
ſemper· tibi ſoli peccaui· ⁊ malum coraꝫ
te feci· qui et abſqꝫ vllius verecūdie pub
licatiōe curare ⁊ ſine īꝓperio pctā dona
re ꝯſueuit. Poſt iſtud quoqꝫ tam prom
ptum certumqꝫ ſubſidiuꝫ· aliud quoqꝫ

adhuc facilius largita eſt nobis diuina dignatio. ipſamqꝫ remedij opem noſtro cõmiſit arbitrio· vt indulgentiã noſtrorũ ſcelerum pro noſtro preſumamꝰ affectu. dicẽtes ei. Dimitte nobis debita noſtra· ſicut ⁊ n. d. debi. noſtris. Quiſquis igitur ad indulgentiã ſuorum criminũ deſiderat peruenire· iſtis ſemetipſm aptare ſtudeat inſtrumẽtis· nec obdurati cordis peruicacia a remedio ſalutari fontẽ tãte pietatis auertat. quia etiã ſi hec oĩa fecerimus· nõ erunt idonea ad expiationem ſcelerũ noſtrorũ· niſi ea bonitas dñi clementiaqꝫ deleuerit. Qui cuꝫ religioſi conatus obequia ſupplici mẽte a nobis oblata perſpexerit· exiguos paruoſqꝫ conatus imenſa liberalitate proſequitᷣ dicens. Ego ſum ego ſum qui deleo iniqtes tuas ꝓpter me· ⁊ peccatoꝝ tuoꝝ iam nõ recordabor. Ad hunc ergo quẽ prediximus ſtatum quiſqꝫ conſcenderit· ſatiſfactionis gratiã quotidianis ieiunijs et mortificatõe cordis ⁊ corporis aſſequitᷣ· qꝛ ſcriptũ ẽ. Sine ſãguinis effuſiõe ñ fit remiſſio· Nᶜ imerito Caro eĩ ⁊ ſanguis regnũ dei poſſidere ñ pñt. Et ideo quiſquis ab huius ſanguinis effuſione gladiũ ſpũs qd eſt verbũ dei voluerit inhibere· abſqꝫ dubio illa hieremie prophete maledictione plectetur Nam maledictꝰ inquit qui prohibet gladium ſuũ a ſanguine. Hic namqꝫ eſt gladius qui illuꝫ noxiũ ſanguinẽ quo aĩatur materia peccatorum ſalubriter fundens· quicquid repperit in membris anime noſtre carnale terrenũ ve concretũ· reſecat ⁊ abſcidit ac mortificatos vicijs viuere deo ⁊ ſpiritalibus facit vigere virtutibꝫ· et ita iaꝫ nõ recordatione veteris admiſſi· ſꝫ ſpe futurorum gaudiorũ flere incipiet· nec taꝫ de preteritis malis qꝫ de futuris ſeu venturis cogitans bonis· nõ ex peccatoꝝ merore lachrymas· ſed ex eterne illiꝰ leticie alacritate profundit· atꝫ obliuiſcens ea quę poſteriora ſunt· id ẽ carnalia vicia· ad ea que ĩ ante ſunt extẽditur· hoc ẽ ſpiritalia dona atqꝫ virtutes.

## Quam vtilis ſit profectus obliuio peccati· et qꝫ flagiciorũ recordatio ſit vitãda. Cap. ix.

Eterũ qd pauloante dixiſti· te etiam de induſtria preteritoruꝫ peccatorum memoriã retractare· hoc fieri nõ oportet· quinimo etiã ſi violenter irrepſerit protinus extrudatur. Multum namqꝫ retrahit mentẽ a contẽplationis puritate eius precipue q̇ in ſolitudine cõmoratur· implicãs eam ſordibus mundi huius ⁊ preuocans fetore viciorum. Dum enĩ recolis ea que ſm principem ſeculi huius ſiue per ignorantiaꝫ ſiue per laſciuiam cõmiſiſti· vt concedaꝫ tibi quod in hac cogitatione poſito oblectatio nulla ſubrepat· certe antique putredinis vel ſola contagio neceſſe eſt vt retro mentem fetore corrũpat· et ſpiritalem virtutuꝫ fragrantiã· id eſt· ſuauitatem boni odoris excludat. Cum ergo preteritorum memoria vicioruꝫ pulſauerit ſenſum· ita ab ea reſiliendum eſt ſicut refugit vir honeſtus et grauis ſi impudice ac procacis femine in publico aut colloquijs aut amplexibꝫ appetatur. Qui vtiqꝫ niſi ſe a contactu eius feſtinus abſtraxerit. et vel breuiſſimã moram inhoneſte cõfabulationis admiſerit· etiam ſi cõſenſum ĩpudende reſpuat voluntatis· infamie tamen ac reprehenſionis notam cũctorum pretereuntiũ iudicio nõ euadit. Ita igitᷣ etiã nos optet cuꝫ fuerimus in huiuſmodi cogitationes peſtifera recordatione deducti· raptim ab earum contemplatione diſcedere· et implere illud quod a ſalomone precipitur. ſed exili inquit· noli demorari in loco eius· neqꝫ intendas oculum tuũ in eam· ne videntes nos angeli immũdis ac turpibꝫ cogitaonibus inuolutos· nõ poſſint de nobis pretereũtes dicere. Benedictio domini ſuper vos· benediximꝰ vobꝫ in noĩe domini. Impoſſibile namqꝫ eſt mentem bonis cogitationibus immorari· cum pncipale cordis ad turpes atqꝫ terrenos intuitus fuerit deuolutum. Vera eſt eniꝫ illa



ſalomõis ſnĩa· ocłi tui cũ viderĩt alienã· os tuũ tũc loquetᷣ praua· ⁊ iaceb̃ tãqꝫ ĩ corde marꝭ ⁊ ſicut gubernator in magna tempeſtate· dices aũt percuſſerũt me· ſed nõ dolui· et deluſerũt me· ego aũt neſciui Derelictis ergo nõ ſolum turpibꝫ ſꝫ etiã terrenis cogitationibꝫ vniuerſis· erigenda eſt ſemper ad celeſtia noſtre mẽtis intentio· ſm ſaluatoris noſtri ſententiam. Ubi eĩ ego ſuꝫ ĩ q̇ t· illic ⁊ miſter meꝰ erit· Solet enĩ frequẽter accidere· vt dum vł ſuos vel alioꝝ lapſus imperitoꝝ q̇ſpiã miſerantis retractat affectu· ipe etiam ſb tiliſſimi teli voluptuario perſtringatur aſſenſu· et initiũ ſub ſpecie pietatis exortũ· obſceno ac noxio fine cõcludat. Sũt enĩ vie quę videntᷣ apud homineſ recte· nouiſſima aũt earũ veniẽt in pfundum inferi. Quapꝓpter ſtudendum eſt nobꝫ vt virtutũ potius appetitu et deſiderio regni celorũ· qꝫ noxijs viciorũ recordationibꝫ noſmetipſos ad cõpunctionẽ laudabilem prouocemus· qꝛ neceſſe eſt tãdiu quẽpiam peſtilentiſſimis cloace fetoribꝫ prefocari· quãdiu ſupra eam ſtare vel cenum eius voluerit cõmouere

## De ſatiſfactiõis indicio et obliuione preteritorum criminum. Cap. x.

Ouerimus aũt nos vt ſepe diximus· tũc demũ pro preteritꝭ ſatiſfeciſſe peccatis· cũ ipi motus atqꝫ affectus per quos penitenda cõmiſimus· fuerint de noſtris cordibꝫ amputati. Qd tamen nullus obtinere poſſe ſe credat· q̇ nõ prius ipas cauſas atqꝫ materias· p quibus in illa collapſus eſt crimina· omi ſpiritus feruore ſucciderit. vt verbi gratia· ſi in fornicationẽ vel adulteriũ pernicioſa feminarũ familiaritate collapſus eſt· ſumma feſtinatiõe etiã ipſum earũ deuitet aſpectũ· aut certe· ſi per abundantiã vini epularũqꝫ eſt nimietate ſuccenſus· illicitam ciboruꝫ crapulam ſumma diſtrictione caſtiget. Et rurſuꝫ· ſi in periuriũ· aut furtũ· aut homicidiuꝫ· aut blaſſemiã· pecuniarũ deſiderio atqꝫ amore corruptus incurrit· materiã auaricie illectricẽ ſuę deceptionis abſcidat. Si in iracundie viciũ· ſuperbie paſſiõe ꝓpellitur. arrogantie ipſius fomitẽ ſumma hũilitatis virtute cõuellat. Et ita vt vnũquodqꝫ peccatũ poſſit extigui· cauſa atqꝫ occaſio per quã vel ob quam admiſſum eſt debet pmitus amputari. Iſto etenĩ curationũ remedio· ad obliuioneꝫ quoqꝫ admiſſorũ criminũ ſine dubio peruenietur.

## In quo temporaliter ſit agẽda penitudo et in quo finẽ habere poſſit. Cap. xi.

Erum iſta predicte obliuionis diffinitio ſup capitalibꝫ tantũ ſit criminibꝫ cõſtituta· quę moſayca quoqꝫ lege dãnantur· quorũ ſicut p cõuerſatiõeꝫ bonam abijciũtur vel cõſumũtur affectus· ita etiã accipit pnĩa finẽ Ceterũ ab ipſis minutis in quibus ſepties iuſtus cadit in die· vt ſcriptũ eſt· et reſurget· nũqꝫ deerit penitudo. Aut eĩ per ignorantiã· aut per obliuionẽ· aut p cogitationẽ· aut per ſmonem· aut per obreptionẽ· aut per neceſſitatẽ· aut per fragilitateꝫ carnis· ſingulis diebus vel inuiti vel volentes frequẽter pctã incurrimꝰ· pro quibꝫ et dauid orans dñm· purificationẽ atqꝫ indulgẽtiã deprecatur dicẽs. Delicta quis intelligit: ab occultis meis munda me· et ab alienis parce ſeruo tuo Et apl'us. Non enĩ qd volo bonũ hoc facio· ſꝫ qd odi malum hoc ago· Et p quibus idem etiam eiulãs pclamauit. Infelix ego homo· quis me liberabit de corpore mortis huius. Tanta enĩ in his facilitate tanqꝫ naturali lege prolabimur· vt quantalibet circumſpectione atqꝫ cuſtodia caueantur. nõ poſſint ad plenum iſta vitari. De his ſiquidem vnus diſcipulorum queꝫ diligebat ieſus· abrupta definitione pronũciat dicens. Si dixerimus· quia peccatum non habemus· ipi nos ſeducimus· ⁊ verbum eius nõ eſt in nobis. Proinde ad perfectionis culmẽ pertingere cupienti· nõ ſatis proderit ad

finem penitentie perueniſſe· id eſt· ab illi citis temparare· niſi ſpetiā in illis virtutibꝰ ī defeſſo curſu ſemetipm̄ ſemper extēderit· quibus ad ſatiſfactiōis indicia perueni tur. Nec enī a fetidiſſimis criminum ſoꝛ dibus que abhoꝛret dominus· quemq̄ꝫ abſtinuiſſe ſufficiet· niſi etiam illaꝫ bonā virtutum fragrantiā qua dominus de lectat᷑· puritate coꝛdiſ ꝛ apoſtolice chari tatis perfectiōe poſſederit. Hucuſq̄ꝫ ab bas pynuſius de ſatiſfactionis indicio ac penitentie fine diſſeruit. Qui licet vrī eius cenobio reſidere mallemus· ſollici to depꝛecaretur affectu· Tamen fama ſcythiotice ſolitudinis inuitatos cum re tinere nō poſſet emiſit.

**Explicit collatio habita cuꝫ ab bate pynuſio de penitudinis fi ne et ſatiſfactionis indicio. In cipiunt capitula collatiōis ab batis theone de remiſſione qui quageſime. Cap. i.**


Quomodo theonas ad abbatē iohannem venerit.
ij Exhoꝛtatio abbatis iohan nis ad theonā ꝛ ceteros q̄ cuꝫ eo venerunt.
iij De decimarū ꝛ pmitiaꝝ oblatōe
iiij Qꝫ abraham dauid ꝛ ceteri ſan cti mādata legis fuerint ſuper greſſi.
v Qꝫ ſub euangelij gratia degētes ſupare debeāt mādata legalia
vi Qꝫ euāgelij gratia ſicut perfectis tribuit regna celoꝝ ita veniabi liter ſuſtentet infirmos.
vij Qꝫ in noſtra ſitum ſit poteſtate· vtrū ſub euangelij gratia an ſb legis velimus terroꝛe ꝯſiſtere.
viij Queadmodum theonas coniu gem ſuā vt ꝛ ipa renūciaret ex hoꝛtatus ſit.
ix Queadmodum nō acquieſcente vxoꝛe ſua ad monaſteriū peruo larit.
x Satiſfactio p eo ne diſcidia cō iugibꝰ ſuadere videamur.
xi Inquiſitio cur in egypto tot di ebus quinquageſime nō ieiune tur· nec genua in oꝛatione cur uentur.
xij Reſponſio de natura eoꝛū que bo na vel mala vel media ſunt.
xiij Quale bonū ſit ieiuniū.
xiiij Qꝫ nō ſit pncipale bonū ieiuniū.
xv Qꝫ pncipale bonū nō ꝑpter inferi us bonū debeat exerceri.
xvi Quō pa ceteris bonis pꝛincipale diſcernatur bonum.
xvij De rōe ꝛ vtilitate ieiunij.
xviij Nō ſp cōgruū eſſe ieiuniū.
xix Interrogatio cur totis quīqua ginta diebus ieiuniū relaxet᷑.
xx Reſponſio.
xxi Interrogatio vtrū abſtinentia ie iunij relaxata nō obſit coꝛpoꝛꝭ caſtitati
xxij Reſponſio de ſeruando continen tie temperamento.
xxiij De refectionis tpe atꝫ menſura.
xxiiij Interrogatio de diuerſa obſua tione quadrageſime.
xxv Reſpōſio eo ꝙ ad anni decimas quadrageſime ieiuniū referat᷑.
xxvi Quomodo etiam pꝛimitias no ſtras dn̄o debeamus offerre.
xxvij Cur diuerſo dierum numero q̄ dragesima a pleriſq̄ꝫ obſuet᷑
xxviij Quare vocetur quadrageſima cum triginta et ſex tātummodo diebus ieiunetur.
xxix Qꝫ perfecti ſupergredientur legē quadrageſime.
xxx De cauſa ꝛ initio q̄drageſime.
xxxi Interrogatio quemadmodū in telligi debeat qꝺ ait apoſtolus peccatum in vobis non domina bitur.
xxxij Reſponſio de differentia gratie et legalium pꝛeceptoꝛum.
xxxiij De eo ꝙ leuioꝛa ſunt euangelij p cepta q̄ꝫ legis.
xxxiiij Quemadmoduꝫ quis pꝛobetur eſſe ſub gratia.





xxxv Interrogatio cur interdum pꝛo penſius ieiunātes carnalibus incentiuis acriꝰ vrgeamur.
xxxvi Reſponſio ꝙ hec queſtio future collationi debeat reſeruari.


**Expliciūt capitula. Incipit col latio pꝛima habita cum btō the na de remiſſione quinq̄geſime. Cap. i.**

p Riuſquā verba collatiōis hu ius habita cum ſum mo viro abbate theo na incipiamus euol uere· neceſſarium reoꝛ· vt initium cōuer ſionis eius breui ſmone perſtringam. qꝛ ex hoc vel meritum viri vel gratia euidē tius poterit patere lectoꝛi. Hic igit᷑ ado leſcens admodum· parentum ſtudio im perioq̄ꝫ connexus eſt vinculo coniugali Nam duꝫ pudicicie eius religioſa ſedu litate pꝛoſpiciunt· et ancipitē lapſuꝫ lu brice verentur etatis· pꝛeueniēdos ado leſcentie motus· licito nuptiarum reme dio crediderunt. Cum ergo hic vniꝰ lu ſtri tempus cum coniuge peregiſſet· veit ad abbatē iohannem· qui tunc tempoꝛꝭ merito ſanctitatis electus diaconie pꝛe ſidebat. Non enī ad hunc graduꝫ quili bet pꝛopꝛia voluntate aut ambitione ꝑ uehitur· ſed is quem cunctoꝛum ſenioꝛū cetus· etatis pꝛerogatiua et fidei atq̄ꝫ v̓ tutum teſtimonio· excellentioꝛē oībꝰ ſbli mioꝛemq̄ꝫ cēſuerit. Ad hunc inquā bea tū iohannem cuꝫ pie deuotionis ſtudio pꝛedictus tunc iuuenis aduenisset· defe rens religioſa munera inter ceteros poſ ſeſſoꝛes· qui certatim decimas vel pꝛimi tias frugum ſuarum memoꝛato ſeni de ſuis ſubſtātijs offerebāt· videretq̄ꝫ eos ſenex cum multis ad ſe muneribus ꝯflu xiſſe· et deuotioni eoꝛum viciſſitudinem cuperet recompenſare· cepit eis ſm apo ſtolum ſpiritalia ſeminare· quoꝛum me tebat dona carnalia· deniq̄ꝫ ita ſermonē exhoꝛtationis inſtituit.

**Exhoꝛtatio abbatis iohannis ad theonā ꝛ ceteros qui cuꝫ eo venerunt. Cap. ij.**

d Electoꝛ quidem o filij pia vrō rum munerū largitate· et deuo tionem huius oblationis· cuiꝰ diſpēnſatio mihi credita eſt· gratant᷑ am plectoꝛ· quia fideliter pꝛimitias veſtras ac decimas indigentiū vſibus pꝛofutu ras velut ſacrificium dn̄o bone ſuauita tis offertis· harum ſcilicet oblationū· ple nitudinem quoq̄ꝫ fructuum vniuerſeq̄ꝫ ſubſtantie veſtre· ex qua hec dn̄o deliba ſtis· vbertī benedicendā credētes· voſq̄ꝫ ſcd̄m mandati illiꝰ fidē multiplici vber tate bonoꝝ oīm etiā in hoc ſeculo cumu landos· honoꝛa deum de tuis iuſtis labo ribus· et deliba ei de fructibꝰ iuſticie tue· vt impleātur hoꝛrea tua abundantia tri tici· vino aūt toꝛcularia tua redundent. Quam deuotionem fideliter exequētes· ſcitote vos legis antique iuſticiā cōſum maſſe· ſub qua tunc poſiti ꝛ tranſgrediē tes eam· reatū ineuitabiliter incurrebāt· et implentes ad perfectionis apicem per uenire nō poterant.

**De decimarū et pꝛimitiaruꝫ ob latione. Cap. iij**

d Ecime ſiquidem pꝛecepto dn̄i vſibus leuitarum· oblationes vero ac pꝛimitie erant ſacerdo tibus conſecrate· ſed pꝛimitiarū hic erat modus· vt quinquageſima pars vel fru gum vel animalium· templi vel ſacerdo tum miniſterio pꝛeberetur· Quē modū tepidioꝛes quiq̄ꝫ infideliter minuentes· religioſiores vero etiam cumulantes· illi ex ſexageſima· hi autē ex quadrageſima fructuū ſuoꝛū parte pendebant. Iuſti enī quibus lex nō eſt poſita ſic pꝛobant᷑ nō eſſe ſub lege· vt iuſticias legis nō ſolum implere· verūetiam ſuperare contendāt· ſitq̄ꝫ deuotio eoꝛum legali maioꝛ impe rio· que obſeruantiam cumulans pꝛece ptoꝛum voluntaria addat ad debita.

**Qꝫ abꝛaham dauid et ceteri ſan cti mandata legis fuerint ſup**

greſſi. Cap.iiij.

Ta namq͡z et abraham future
legis precepta legimus ſuper/
greſſum·cum ſuperatis quattu
or regibus·d̄ ſpolijs ſodomorum que ſi
bi velut victori nō immerito debebātur·
etquidē rege ipſo cuius ſpolia retulerat
ſuppliciter offerente·nihil penitus acqui
eſcit attingere·ſub diuini nominis teſti/
ficatione proclamans·Extendo manuz
meam ad deum excelſum·qui fecit celuz
et terram· ſi a filo ſubtegminis vſq͡z ad
corrigiam calige accipiam ex omnibꝫ q̄
tua ſunt Sic dauid p̄cepta legi ꝯgnoui
mus ſupergreſſum·qui precipiente moy
ſe·vt inimicis talio redderetur· nō ſoluz
hoc nō fecit·verumetiam dilectione com
plexus eſt perſequentes·et pro his domi
no pie ſupplicans etiā lugubriter fleuit·
et vltus eſt interfectos. Ita heliaz quoq͡z
et hieremiam probamus nō fuiſſe ſub le
ge·qui cum licito vti coniugio abſq͡z re/
prehenſione potuerint·perſeuerare tamē
virgines maluerunt. Sic heliſeum ac re
liquos eiuſdem propoſiti viros·moſay/
ca legimus ſuperaſſe mandata·de quibꝫ
apoſtolus ita dicit. Circūierunt in melo
tis·in pellibus caprinis·anguſtiati·affli
cti·egentes·quibus dignus nō erat mū/
dus·in ſolitudinibus errantes·et in mō
tibꝫ·⁊ in ſpelūcꝭ·⁊ in cauernis terre·Quid
de filijs Ionadab filij rechab dicaz·q̊s
hieremie p̄phete offerēti ex precepto dn̄i
vinū·ita legimus reſpondiſſe: Nō bibe
mus vinuz·quia ionadab filius rechab
pater noſter precepit nobis dicens. Nō
bibetiſ vinū vos ⁊ filij vr̄i vſq͡z in ſempit
nuz·et domū nō edificabitis·et ſementē
nō ſeretis·et vineas nō plantabitis nᵉ
habebitis·ſed in tabernaculis habitabi
tis cunctis diebus veſtris. Unde etiam
ab eodem p̄pheta merētur audire. Hec
dicit dominus exercituum deus iſrahel·
Nō deficiet vir de ſtirpe ionadab filij re
chab·ſtans in conſpectu meo cunctis di
ebus. Qui omnes offerre poſſeſſionum
ſuarum decimas nō contenti·ſed ip̄a p̄/
dia reſpuentes·ſemetip̄os potius deo ac
ſuas animas obtulerūt·pro quibus nul
la ab homīe fieri cōmutatio poteſt· ſicut
dominus in euangelio conteſtat᷑·Quaz
dabit homo cōmutationē p̄ anima ſua.

## Q̄ ſub euangelij gratia degen/tes ſuperare debeant mandata legalia. Cap.v.

Ua ꝓpt᷑ ſcire debemꝰ nos·a q̄bꝫ
nō iā exigit᷑ legale mādatū·ſꝫ q̄
hꝰ euāgelicꝰ q̄tidie intonat ſmo·
ſi vis perfectus eſſe·vade vende omnia
que habes ⁊ da pauperibus·⁊ habebis the
ſaurum in celo·et veni ſequere me·cū de/
cimas de ſubſtantijs noſtris offerimus
deo·adhuc quodāmodo ſub legis ſarci
na detineri·et nec dum ad euangelicum
illud faſtigium perueniſſe·qd̄ obtempe/
rantes ſibi·nō tantum preſentis vite be/
neficijs·ſed etiam futuris premijs mune
rat. Lex ei᷑ factoribus ſuis nō regnū cele
ſtium·premia·ſed vite huius ſolatia re/
promiſit dicens: Qui fecerit h̄ viuet ī eis
Dn̄s autem diſcipulis ⁊ amicis ſuis·be
ati inquit pauperes ſpiritu·qm̄ ip̄orum
eſt regnum celorum·et omnis qui reliq̄/
rit domū·vel fratres·aut ſorores·aut pa
trem·aut matrē·aut vxorē·aut filios·aut
agros·ꝓpter nomen meū·centuplum ac
cipiet·et vitam eternā poſſidebit. Nec ī/
merito. Non enī tam laudabile eſt ſi ab
illicitis·q̄ ſi etiā a licitis temperemus·
et his propter eius reuerentiam nō vta/
mur·qui ea nobis propter infirmitatem
noſtram vtenda permiſit· Itaq͡z ſi etiaz
hi qui decimas fructuum ſuorum fideli
ter offerentes preceptis domini antiqui/
oribus famulantur·nec dū poſſunt euā
gelicum culmen aſcendere· illi qui ne h̄
quidem faciunt quantum ab eo abſūt
manifeſtiſſime peruidetur. Nam quem/
admodum poterūt euangelice gratie eē
participes·qui conſummare etiā leuio/
ra legis precepta contemnunt: Quorū
facilitatem vſq͡z adeo impioſa legiſlato
ris verba teſtantur·vt etiam maledictuz
non implentibus proponatur. Maledi/



ctus enī inquit qui nō permanſerit in oī
bus que ſcripta ſunt in libro legis huiꝰ·
vt faciat ea. Hic autem pro excellentia ⁊
ſublimitate mandatorum dicitur·q̇ po/
teſt cape capiat· Illic legiferi violēta cō
pulſio preceptorum indicat paruitatez.
Conteſtor enī inquit vobis hodie celuz
et terram·ꝙ ſi nō cuſtodieritis precepta
domini dei veſtri· peribitis a facie terre.
Hic magīficētia ſb̄limiū mādatoꝝ·ip̄a
nō tā iperātis q̄ adhortantis ꝯditione
ſignatur·ſi vis perfectus eſſe fac hoc aut
illd̄·Ibi inexcuſabile etiā recuſantibus
moyſes pondus īponit. Hic conſilio tā
tum volentibus et ad perfectionem feſti
nantibus dominꝰ occurrit. Non eniz ge
neraliter precipienduz erat·nec vt ita di
xerim canonice ab omnibus exigenduz·
id quod propter mirificam ſublimitatez
nō poteſt paſſiz ab om̄ibus apprehendi·
ſed conſilio potiꝰ prouocant᷑ oēs et gr̄a·
vt hi qui magni ſunt poſſint perfectione
virtutum nō immerito coronari·qui au
tem parui ſunt·et menſurā etatis pleni/
tudinis chriſti implere non poſſunt·licet
fulgore maioꝝ velut ſiderum tecti latere
videantur·tamen a tenebris maledictio
num que in lege ſunt alieni·nec preſenti
um malorum cladibus abdicantur·nec
ſupplicio plectantur eterno. Non ḡ chri
ſtus ad illa virtutuz excelſa faſtigia quē/
quā precepti neceſſitate conſtringit· ſed
liberi arbitrij prouocat poteſtate·et ſalu/
britate conſilij et deſiderio perfectionis
accendit. Ubi enī preceptum·ibi neceſſi
tas et vbi neceſſitas·ibi ⁊ difficltas· vbi
difficultas·ibi ⁊ negligētia·vbi negligē/
tia·ibi ⁊ peccatū·vbi pct̄m· conſequēter
et pena. Cuſtodientes vero hec ad que p̄
fixe legis ſeueritate coguntur·penam po/
tius que ab illa intentabatur effugiunt·
quā mercedem aut premia conſequan/
tur.

## Q̄ euāgelij gratia ſicut pfectis tribuit regna celorum ita venia/biliter ſuſtētet infirmos. Cap.vi.

Taq͡z ſicut fortes ad ſublimia
atq͡z precelſa euangelicus ſmo
ſuſtollit·ita non patitur infir/
mos ad ima demergi· perfectis quidem
tribuens beatitudinis plenitudinem·ve
niaz vero infirmitate ſuperatis imparti
ens. Lex enim conſummantes precepta
ſua in vtriusq͡z meriti velut quodā me/
ditullio collocauit·quantū a tranſgreſ/
ſorum damnatione ſecernens·tantuz ſe/
parans a gloria perfectorum. Quod q̇/
dem q̄ infimū q̄zq͡z miſerabile ſit·vel ex
preſentis vite ſtatu et comparatione per
ſpicite·in qua miſerrimū ducitur·ſi hoc
tantum quis ſtudeat ac laboret·ne reus
modo inter honeſtos homines·⁊ nō etiā
locuples ac honorabilis ⁊ glorioſus ha
beatur.

## Q̄ in noſtra ſitum ſit poteſtate vtrū ſub euāgelij gratia an ſub legis velimus terrore cōſiſtere. Cap.vij.

Quamobrē in noſtra hodie ſitū
eſt poteſtate·vtrum ſub euange
lij gratia an ſub legis velimus
terrore conſiſtere. Cuilibet enim parti p̄
qualitate actus ſui vnumquemq͡z nece
eſt aggregari· Nam aut ſupergrediētes
legem·ſuſcipit chriſti gratia·aut certe in
feriores velut debitores ſuos ſibiq͡z ob/
noxios lex retentat. Reus namq͡z legaliū
preceptorum nequaq̄ euangelicam per
fectionem valebit attigere·quāuis chri/
ſtianum ſe et domini gratia liberatuz in/
aniter glorietur· Non ſolum enim h̄ cre
dendus eſt adhuc eſſe ſub lege·qui ea q̄
lex precipit detrectat implere· ſed etiam
ille qui ea tantum que lex iubet obſerua/
re contentus eſt·ac nequaq̄ vocationi ⁊
gratie chriſti cōdignos exhibet fructus·
vbi nō dr̄·decimas tuas et primitias of/
feres domino deo tuo· ſ; vade vende om
nia que habes et da pauperibus·⁊ habe
bis theſaurum in celo·et veni ſeq̄re me.
vbi ob perfectionis magnificentiam diſ
cipulo poſtulanti·ne breuiſſimū quidez
hore ſpaciū pro patris conceditur ſepul

tura·nec hũane charitatis officiuꝫ·diui
ni amoris virtuti prefertur.

## Queadmodũ theonas cõiugẽ ſuã vt et ipſa renunciaret exhoꝛtatus ſit. Cap̃.viij.

q Uibus auditis beatus Theo-
nas inextiguibili deſiderio euã
gelice perfectionis accenſus· ſe-
men verbi fecundo coꝛde conceptum·q̃i
pꝛofundis atqꝫ edomitis condidit ſulc·
in eo vel maxime humiliatus atqꝫ com-
punctus·ꝙ eum ſenex non ſolum euãge
licam perfectionem nõ attigiſſe dixiſſet·
ſed etiam vix legis ipſius adimpleſſe mã-
data. Siquidem cum decimas frugum
ſuarum ſolitus eſſet diaconie annis ſin-
gulis pendere·pꝛimitiarum rationem ne
audiſſe quidem ſe aliquando·quã tamẽ
etiam ſi ſimiliter impleſſet longe nihilo-
minus ſm̃ ſenis ſententiam ſe ab euãge
lica perfectiõe diſtare ſuppliciter fateba-
tur. Domũ itaqꝫ reuertitur meſtus· illa
qꝫ affectus triſticia·que penitentiam ad
ſalutem ſtabilem operatur·ac de ſua iaꝫ
voluntate ⁊ definitione non dubius·er-
ga ſalutem coniugis·omnem mentis ſol
licitudinem curamqꝫ conuertit·eãqꝫ ad
deſiderium quo fuerat ipſe ſuccenſus· ce
pit exhoꝛtatiõe ſimili pꝛouocare·⁊ vt deo
pariter in ſanctimonia ⁊ caſtitate ſerui-
rent·diurnis nocturniſqꝫ fletibus ãmo
nere dicens: conuerſionem melioꝛis vite
nequaquã eſſe pꝛotelandam·quia neceſ-
ſitati ſubite moꝛtis vana ſpes immatu-
re non pꝛeiudicaret etatis·quippe que in
fantes pueros adoleſcẽtes·pari vt ſenes
ſoꝛte pꝛeriperet.

## Queadmodum nõ acquieſcente vxore ſua ad monaſteriũ peruolarit. Cap̃.ix.

c Umqꝫ huiuſmodi obſecratio
nibus iugiter perſiſtenti·ꝯiunx
duriſſima nõ pꝛeberet aſſenſũ·
ſeqꝫ diceret ſolatio maritali pꝛo etatꝗ ſue
floꝛe penitus abſtinere non poſſe·ac pꝛo
inde ſi quid deſerta ab eo criminis admi
ſiſſet·illi potius aſcribendum ·qui coniu
gij federa dirupiſſet. Ad hec ille cum diu
conditionem nature pꝛetendiſſet huma
ne·quã fragilẽ ⁊ incertam periculoſum
eſſꝫ carnalibus deſiderijs ⁊ operibus di
utius implicari·adijciens aſtruebat· nõ
licere cuiqꝫ eius ſe boni extoꝛrẽ facere qꝺ
didiciſſet·maioꝛiſqꝫ eſſe noxe deſpicere
cognitam bonitatem·qꝫ incognitam nõ
amare·pꝛoĩde ſe iã reatu etiã pᷣuaricati
onis inuolui·ſi inuẽtis tam pꝛeclaris tã
qꝫ celeſtib᷒ donis·terrena ac ſoꝛdida pᷣtu
liſſet· Ad omnẽ ſane aiebat etatẽ·oẽm qꝫ
ſexum perfectionis magnificentiam per
tinere·⁊ vniuerſa eccleſie membꝛa ad cõ
ſcendendam ſublimium meritoꝛum cel
ſitudinem pꝛouocari· dicente apoſtolo·
ſic currite vt compꝛehendatis·nec pꝛopᷣ
lentoꝛum et ſegnium moꝛas·paratos at
qꝫ alacres debere ſubſiſtere· cum rectius
ſit·vt deſides a pꝛecurrentibus inciten
tur·qꝫ vt pꝛoperantes a reſidentibus ob
ligent. Pꝛoĩde ſtatutũ ſibi dicebat de
cretũqꝫ eſſe renũciare ſeculo ac moꝛi mũ
do· vt viuere poſſit deo·⁊ ſi hanc beatitu
dinẽ nequeat obtinere·vt cum ſocia ſua
in conſoꝛtium tranſeat chriſti·malle ſe
vel cum vnius membꝛi diſpendio ſaluũ
fieri·et velut debilem introire ĩ regnũ ce-
loꝛuꝫ·qꝫ cũ ſoliditate coꝛpoꝛis cõdemna
ri. Adijciebat aũt etiã iſta dicẽs. Si mo
yſes pꝛo duricia coꝛdis dimitti permit-
tit vxoꝛes·quare hoc non ſinat chriſtus
pꝛo deſiderio caſtitatis ·pꝛeſertim cum
idem dominus inter ceteras affectiones
id eſt·patrum matrum ac filioꝛum qui-
bus omnem reuerentiam ·non ſolum lex
ſed etiam ipſe pꝛeceperat exhibere· tamẽ
pꝛo nomine ſuo ac deſiderio perfectiõis
non ſolum contemnenda ſimpliciter· ſꝫ
etiam odio habenda eſſe decernens ·con
iungat eis ſimiliter etiam vxoꝛuꝫ nomẽ
dicens·et omnis qui reliquerit domum
vel fratres aut ſoꝛoꝛes aut patrẽ aut ma
trem aut vxoꝛem aut filios aut agros pᷣ
pter nomen meum·centuplum accipiet·



et vitam eternam poſſidebit. Intantum
ergo perfectioni quã pꝛedicat nihil pati
tur comparari· vt illam quoqꝫ neceſſitu
dinem ſoluat patris ac matris·que ſcꝺꝫ
apoſtolum pꝛimum obtinet in repꝛomiſ
ſione mandatum·honoꝛa ſcilicet patrẽ
et matrem·quod eſt mandatum pꝛimuꝫ
in repꝛomiſſione. vt bene ſit tibi ⁊ ſis lon
geuus ſuper terram ·eamqꝫ deſpici pꝛo
ſuo amoꝛe pꝛecipiat. Euidenter itaqꝫ ſi
cut eos euangelicus ſermo condemnat
qui non interueniente adulterij crimine
vxoꝛia vincula dirumpunt·ita ob amo
rem chriſti et deſiderium caſtitatis ·his
qui iugum carnale reiecerint ·etiam cen
tupla pꝛemia repꝛomittit. Quapꝛopter
ſi fieri poteſt· vt ad hanc optatiſſimaꝫ mi
hi partem·accepta tandẽ ratione flecta
ris·ſcilicet vt domino ſeruientes·penam
gehenne pariter euitemus·charitateꝫ cõ
iugij non refuto·immo etiam maioꝛe ad
huc dilectione complectoꝛ·agnoſco enĩ
et veneroꝛ adiutricẽ meã·dñi in ſentẽtia
deputatam·et indirupto eidẽ federe cha
ritatis in chriſto cohercere non reſpuo·nᵉ
a me ſeparo quod dominus mihi pꝛime
ſtatim conditionis lege coniunxit· dum
modo ſis et ipſa quod cõditoꝛ eſſe te vo
luit· Si vo nõ ad adiutoꝛiũ eſſe volueris
ſed in deceptionem· ⁊ amminiculũ te nõ
mihi ſed aduerſario malueris exhibere·
atqꝫ ob hoc attributum putas coniugij
ſacramentuꝫ· vt te huic que ingerit frau
dans ſaluti·inſuper etiam me a diſcipu-
latu retrahas ſaluatoꝛis·ita illam abba
tis iohannis immo chriſti oꝛe pꝛolatam
ſententiam viriliter appꝛehendam· vt me
a ſpiritali bono nulla carnalis auellere
poſſit affectio. Qui enim inquit nõ odit
patrem et matrem·et filios et fratres ⁊ ſo
roꝛes et vxoꝛẽ et agros· adhuc ãt ⁊ aĩaꝫ
ſuã ñ pt me᷒ eſſe diſcipulus. Cuꝫ ḡ his
atqꝫ huiuſmodi verbis muliebris non
flecteretur intentio·et in eadem obſtina-
tionis duricia permaneret· ſi ego inquit
beatus Theonas te abſtrahere a moꝛte
non poſſum ·nec tu me ſeparabis a chri
ſto. Tutius ẽ autẽ mihi cum homine qꝫ
cum deo habere diuoꝛtium Aſpirante
itaqꝫ gratia dei· definitionis ſue executi-
onem inſtanter aggreſſus eſt· nec intepe-
ſcere per aliquam moꝛã deſiderij ſui paſ
ſus eſt ardoꝛem·nam confeſtim omĩ mũ-
dana facultate nudatus ad monaſteriũ
peruolauit. Ubi in breui tanto ſplen-
doꝛe ſanctitatis et humilitatis enituit.
vt beate memoꝛie iohanne ad dominum
ex hac luce migrãte·ſanctoqꝫ Helia vi-
ro qui haud minoꝛ deceſſoꝛe ſuo fuit ſi-
militer decedente·tertius theonas vniu-
ſoꝛum pꝛeelectus iudicio·in diaconie eis
diſpenſatione ſucceſſerit.

## Satiſſactio pꝛo eo ne diſcidia coniugibus ſuadere videamur Cap̃.x.

n Emo autem exiſtimet nos hec
ad pꝛouocanda cõiugioꝛuꝫ di
uoꝛtia texuiſſe· qui non ſolum
nuptias minime condemnamus·verum
etiam apoſtolicam ſequentes ſententi-
am·dicimus honoꝛabile connubium in
omnibus·et thoꝛus immaculatus· ſed
vt lectoꝛi initium conuerſionis·quo tan
tus ille vir deo dicatus eſt fideliter pan-
deremus. A quo bona gratia hoc pꝛimũ
depoſco· vt ſiue ħ ei placeat ſiue diſpli-
ceat·me quoq̊modo a calumnia alienuꝫ
eſſe concedens ·in ſuo hoc facto aut lau-
det aut repꝛehendat auctoꝛem. Ego au
tem qui non meam ſuper hac re ſententi
am pꝛompſi·ſed rei geſte hyſtoꝛiam ſim-
plici narratione complexus ſum· equuꝫ
eſt vt ſicut mihi de eoꝛum qui hoc factũ
pꝛobant laude nihil vendico·ita eoꝛũ q̇
id impꝛobant non pulſer inuidia. Ha-
beat ergo ſuum de illo vt diximus vnuſ
quiſqꝫ iudiciuꝫ· ſed moneo vt ita cenſu
ram ſui caſtiget examinis·ne ſe equioꝛeꝫ

aut ſanctiorem diuino credat eſſe indi-
cio·quo in eum etiam apoſtolicarum col
lata ſunt ſigna virtutum·vt taceam de
tantorum patrum ſententia·a quibus
factum eius non ſolum minime reprehē-
ſum·verum etiam vſqꝫ adeo collauda-
tum eſſe manifeſtum eſt·vt eum ſummiſ
ac ſublimiſſimis viris in diaconie electi
one pretulerint. Et puto tot ſpiritalium
virorum deo auctore prolatum non er-
raſſe iudicium·quod etiam tanta ſigno-
rum vt ſupra iam dictum eſt admiratio
confirmabat.

## Inquiſitio cur in egypto totis diebus quinquageſime non ieiunetur nec genua in oratione curuentur. Cap. xi.

Ed iam tempus eſt vt pro-
miſſe diſputationis ordinē
ꝓſequamꝰ. Igiť abbas The
onas cum diebus quinquageſime nos
ī noſtra cellula viſitaſſet·veſpertina ora
tionum ſolemnitate trāſacta·humi pau
lulum conſidentes·cepimus diligētius
percontari·cur apud eos tanta obſer-
uantia caueretur·ne quis penitus totis
quinquageſime dieb· vel genua in ora-
tione curuaret·vel vſqꝫ ad horam nonā
ieiunare preſumeret·eoqꝫ id diligentius
ſcrutabamur·quod nequaqꝫ hoc tanta
cautione ſeruari in ſyrie monaſterijs vi-
deramus.

## Reſpōſio de natura eorum que bona vel mala vel media ſunt. Cap. xij.

Ad hec abbas Theonas tali
vſus eſt ſermonis exordio.
Oportet quidem nos aucto
ritati patrum·conſuetudini
qꝫ maiorum vſqꝫ ad noſtrum tempus
per tantam annorum ſerieꝫ protelate·eti
am non percepta ratione cedere·eamqꝫ
vt antiquitꝰ tradita eſt iugi obſeruātia
ac reuerētia cuſtodire. Verūtn̄ qm̄ quiā cau
ſas huius rei et rationem vultis agno-
ſcere·accipite breuiter ea que a ſenioribꝫ
noſtris tradita ſuper hac inſtitutione cō
perimus·Veruntamen anteqꝫ ſcriptu-
re diuine auctoritas proferatur·ſi placet
de natura ipſius ieiunij et qualitate pau
ca dicamus·vt diſputationem noſtraꝫ
ſubſequens ſcripturarum confirmet au
ctoritas. Diuina ſapientia per eccleſia-
ſten omni rei·id eſt·vniuerſis ſeu proſpe
ris ſeu que aduerſa putantur ⁊ triſtia·tē
pus eſſe proprium deſignauit dicens.
Omnibus tempus eſt·et tempus om-
ni rei ſub celo. Tempus pariendi et tem
pus moriendi·tempus plantandi ⁊ tem
pus euellendi quod plantatum eſt·tem-
pus occidendi et tempus ſanandi·tem-
pus deſtruendi et tempus edificandi·tē
pus plorandi et tempus ridendi·tempꝰ
plangendi et tempus ſaltandi·tempus
mittendi lapides et tp̄s colligendi lapi
des·tp̄s amplectendi et tempus longe
fieri ab amplexibus·tempus acquirendi
et tempus perdendi·tempus cuſtodien-
di et tempus expellendi·tempus dirum
pendi et tempus ſarciendi·tempus tacē
di et tempus loquendi·tempus aman-
di et tempus odiendi·tempus belli ⁊ tē-
pus pacis·et infra·quia tempus eſt inq̇t
omni rei et omni facto. Nihil igiť ex his
eſſe bonum perpetuū diffiniuit·niſi cum
fuerit horum quid oportune et compete-
ter expletum·ita vt hec eadem que nunc
oportune geſta bene cedunt·ſi importu-
no vel incongruo tempore preſumātur·
inutilia inueniantur ⁊ noxia·abſqꝫ his
dumtaxat que per ſe principaliter vł bo
na vel mala ſunt·nec aliquando poſſunt
in contrarium diriuari·vt ē iuſticia·pru
dentia·fortitudo·temperantia·ceterēqꝫ



virtutes·ſiue e diuerſo vicia quorum de
finitiones in aliam partem cadere omni
no mutari ve non poſſunt. Si qua ve-
ro in vtrumqꝫ affectū poſſunt aliquan-
do tranſire·vt pro qualitate vtentiuꝫ vł
bona inueniantur vel mala·hec non ab-
ſolute ꝓ ſua natura·ſed ꝓ perpetrantis
affectu et oportunitate temporis·vel vti
lia interdum vel noxia ſentiuntur.

## Quale bonum ſit ieiunium. Cap. xiij.

Vamobrem nunc queren-
dum eſt·quid ſuper ieiunio-
rū ſtatu decernere debeamꝰ·
vtrum nā ſimiliter et ipſum
bonum eſſe eo modo quo iuſticiam·pru
dentiam·fortitudinem·aut temperanti-
am diximus·que in partem contrariam
penitus tranſire non poſſunt·an mediuꝫ
quid·quod interdum factum poſſit pro-
deſſe·interdum pretermiſſuꝫ condemna-
re non poſſit·quodqꝫ nonnunqꝫ egiſſe
reprehenſibile ſit·nonnunqꝫ ꝑtermiſiſſe
laudabile. Si enī in illa diffinitione vir
tutum·etiam ieiunium cenſeamus·vt in
ter principalia bona ciborum abſtinen-
tia collocetur·erit profecto eorum mala
et criminoſa perceptio. Quicquid enim
principali bono contrarium eſt·ſine du
bio principale malum eſſe cenſendum ē·
Qđ definiri a nobis ſcripturarum ſan-
ctarum non permittit auctoritas. Si n·
tali ſenſu ac propoſito ieiunemus vt pec
catum contrahi in eſcarum participati
one credamus·nonmodo nullos fructꝰ
pro abſtinentia conſequemur·ſed etiam
reatum maximū ac ſacrilegij crimen ſm
apoſtolum contrahemus·abſtinentes a
cibis quos deus creauit ad percipiendū
cum gratiarum actione fidelibus·et his
qui cognouerunt veritatem·quia om̄is
creatura dei bona·et nihil reijciendum
quod cum gratiarum actiōe percipitur.
Qui enim putat quid commune eſſe illi
commune eſt·et idcirco ob ſolam perce-
ptionem eſce neminem legimus condem
natum·niſi forte iunctum quid fuerit·vł
poſtea ſubſecutuꝫ·per quod meruerit cō
demnari.

## Q non ſit principale bonum ieiunium. Cap. xiiij.

Taqꝫ hoc medium eſſe etiaꝫ ex
hoc manifeſtiſſime declaratur·
quia ſicut non iuſtificat cuſto
ditum·ita non condemnat irruptuꝫ·ni
ſi forte p̄cepti tranſgreſſio magis qꝫ eſca
rum perceptio puniatur. Pŕicipali au
tem bono ita nullum oportet vacuū eſſe
tempus·vt ſine eo cuiqꝫ eſſe nō liceat·qr
neceſſe eſt ceſſatione eius in maluꝫ corru
ere negligenteꝫ·Nec rurſum principali
malo vllum conceditur tempus·qr qđ
noxium ſemper eſt nūqꝫ poterit ſi admiſ
ſum fuerit non nocere·vel in partem vn-
qꝫ laudabilē cōmutari·Ac ꝓinde ea q̇bꝫ
qualitates ſtatutas videmus et tempo-
ra·et q̄ ſic obſeruata ſanctificāt·vt omiſ
ſa non polluant·media eſſe manifeſtum
eſt·vtputa nuptias·agriculturam·diui
tias·ſolitudinis remotionem·vigilias·
ſacrorum lectionem·meditationemqꝫ li-
brorum. ipſaqꝫ ieiunia·de quibus prin-
cipiū ſermonis exortum eſt. Que omnia
diuina preceptio·vel ſanctarum auctori
tas ſcripturarum·non ita inceſſabiliter
obtinenda nec iugiter cuſtodiēda decre
uit·vt ea paululum intermiſiſſe nephari-
um ſit. Quicquid eniꝫ imperatiue decer
nitur mortē irrogat nō impletū·q̄cunqꝫ
vero ſuadenť potiꝰ qꝫ iubenť·facta pro-
ſunt·infecta n̄ puniūt. Et idcirco aut oīa
hec·aut certe quedam·ꝓ cauſa·pro loco·
ꝓ modo·pro tp̄e·circūſpecte agere nos
maiores noſtri ⁊ prouide obſeruare inſ-
ſerunt·quia ſi congrue horum aliquid

actitetur· aptum atq; conueniens· ſi in
cōgrue· ineptum eſſe conſtat ac noxiu; ·
ac ſi velit quis in fratris aduētu in quo
chriſtum debet humanitate reficere· ⁊ g̃
tiſſima ſuſceptione complecti· auſterita·
tem ieiunij cuſtodire· nonne inhumani/
tatis potius crimen incurrit· quā laudē
et meritum religionis acquirit: Uel ſi
cum defectio ⁊ imbecillitas carnis repa·
rationem virium eſce perceptione depo·
ſcit· non acquieſcat aliquis rigorem ab/
ſtinentie relaxare· nonne magis crudelis
ſui corporis homicida· q̃ ſalutis proui/
ſor eſt eſtimandus: Ita etiam cum tem/
pus feſtiuitatis eſcarum congruum fo/
tum et refectionem neceſſarie abſolutio·
nis indulget· ſi quis ieiuniorum rigidā
obſeruantiam indirupte voluerit reten·
tare· neceſſe eſt vt non tam religioſus q̃
inconditus atq; irrationabilis habea/
tur. Sed et illis hec nihilominus reperi
entur aduerſa· qui humanam laude; ie
iunijs aucupantur· et inani oſtentatiōe
palloris· famam ſanctitatis acquirunt·
quos euangelicus ſermo in preſenti ſu/
am recepiſſe mercedem pronunciat· vel
quorum per prophetam dominus ieiuni
um deteſtatur· ⁊ ex quorum perſona cū
ſibi obijciens ante dixiſſet· quare ieiuna
uimus et non aſpexiſti· humiliauimus ani
mas noſtras ⁊ neſciſti· confeſtim ſubijci·
ens prodidit cauſas cur non merentur
audiri. Ecce inquit in die ieiunij ve/
ſtri inuenitur voluntas veſtra· et omnes
debitores veſtros repetitis Ecce ad lites
et contētiones ieiunatis· et percutitis pu
gno impie. Nolite ieiunare ſicut vſq; in
hanc diem· vt audiat' in excelſo clamor
veſter. Nunquid tale eſt ieiuniu; quod
elegi per diem affligere hominem animā
ſuam: Nunquid contorquere quaſi cir·
culum caput ſuum· et ſaccum et cinere;
ſternere: Nunq̇d iſtud vocaui ieiuniu; ·
et diem acceptabilē domino: Deinde in
fert docens quomodo acceptabilis fiat

continentia ieiunantis· atq; euidenter
enunciat per ſe ſolum ieiunium non poſ
ſe prodeſſe· niſi has que ſubijciūtur cau
ſas habuerit conſequentes· Nōne hoc ē
inquiens ieiunium quod elegi: Diſſol/
ue colligationes impietatis· ſolue faſci/
culos deprimentes· Dimitte eos qui cō/
fracti ſunt liberos· et omne onus dirū/
pe· Frange eſurienti panē tuum. et ege·
nos vagoſq; induc in domū tua; · Cū
videris nudum operi eum· et carnem tu
am ne deſpexeris. Tunc erumpet quaſi
mane lumen tuum· et ſanitas tua citius
orietur· ⁊ anteibit faciē tuā iuſticia tua·
et gloria domini colliget te. Tunc inuo·
cabis ⁊ dominus exaudiet· clamabis et
dicet ecce aſſum. Uidetis ergo ieiunium
neq̃q; principale bonum a dño indica·
ri· eo ꝙ non per ſeipſum ſed per alia ope
ra bonum ac placitum deo fiat· ⁊ rur·
ſum ex accidentibus cauſis· non ſolū va
num· verumetiam odibile cenſeatur· di/
cente domino· cum ieiunauerint nō exau
diam preces eorum.

## Q' principale bonum non pro pter inferius bonum debeat ex erceri. Cap̄. xv.

Non enim miſericordia· patien·
tia ⁊ veritas· vel illa predicta p̄
cepta virtutum· in quibus vti/
q; bonum ē principale· propter ieiunia
ſunt tenenda· ſ; potius ieiunia propter
illa. Elaborandum eſt enim vt virtutes
ille· que vere bone ſunt ieiunijs acquirā·
tur· nō vt ad ieiuniorum terminum ten·
dant illarum geſta virtutu;. Ob hoc er
go eſt vtilis carnis afflictio· ob hoc ei ad
hibenda eſt inedie medicina· vt per illa;
ad charitatem in qua immobile ac ſine
vlla temporis exceptione perpetuum bo
num eſt peruenire poſſimus. Neq; enim
medicine aurificine vel ceterarum que ī
hoc mundo ſunt artium diſciplina· pro



pter inſtrumenta que ad opus eius per
tinent exercetur· et nō potius ferramēta
propter artis ſtudium p̄parātur· que ſic̄
vtilia ſunt pitis· ita ſuperflua his qui ar
tis ipius neſciunt diſciplinam. Et ſicut
his qui ad efficiendum opus ſuū eoru;
miniſterio fulciuntur· plurimū proſunt·
ita illis qui cuius rei gratia iſtituta ſint
ignorantes· ſola eorum poſſeſſione con/
tenti ſunt· penitus prodeſſe nō poſſunt·
quia vtilitat; eorum ſumma; in retenta
tione eorum tantum nō in operis conſū
matione conſtituunt. Illud ergo eſt op·
timū principaliter propter quod fiunt
illa que media ſunt· ipſum vero precipu
um bonum· non ob aliam cauſam· ſ; p/
pter ſuam tantum agitur bonitatē.

## Quomodo a ceteris bonis pri cipale diſcernatur bonum. Cap̄. xvi.

Quod q̇dē a ceťis q̄ media eē p̄dixi
m⁹· his ſecernit' modis· ſi p ſe bonū
ſit· et ñ p aliud aliquid· ſi propť ſe
neceſſarium ſit· et non propter aliud· ſi ī
mutabiliter ſemperq; ſit bonum· ac ppe·
tuo ſuam retinens qualitatem· nunq̃ in
partem poſſit tranſire contrariam· ſi ad·
emptio vel ceſſatio eius non poſſit ſum
mā ñ inferre perniciem· ſi id quod illi cō
trariu; eſt· ſimiliter principale ſit malū·
nec in partem bonam poſſit aliquando
tranſire. Que diffinitōnes q̇b⁹ pricipa
liū bonoꝝ nat'a diſcernit' aſcribi ieiunijſ
omino ñ pñt. Neq; enī ex ſemetipis bo/
na· aut ꝓpť ſe neceſſaria ſunt· q̄ propter
acquirendam cordis et corporis purita
tem ſalubriter exercentur· vt aculeis car
nis obtuſis· mēs purificata ſuo cōciliet'
auctori· nec immutabiliter ſpq; ſunt bo·
na· quia plerumq; eorum intermiſſione
non ledimur· immo etiam in pernicīē in
terdum anime importunius celebrata ꝓ
tuntur. Sed nec principale malum ē id
quod illi videtur aduerſum· id eſt· ciboꝝ
naturaliter iocunda perceptio· que niſi
intemperantia atq; luxuria· vel alia que
dam vicia ſubſequantur· mala non po/
teſt definiri· quia non q̄d intrat in os cō
inquinat hominem· ſed que procedūt de
ore hec coinquinant hominem. Princi·
pali itaq; derogat bono· nec perfecte aut
ſine peccato illud exequitur· quiſquis
hoc nō propter idipſum ſed propter ali
ud aliquid facit. Oīa enim huius gra
tia facienda ſunt· ipſum vero propter ſe
ſolu; eſt expetendū.

## De ratione et vtilitate ieiunij. Cap̄. xvij.

Talem igitur definitione; ſup ie
iunij qualitate iugiter retinen/
tes· ita illud totis viribus ani·
mi appetamus· vt tamen tunc demu; id
nobis congruum nouerimus· ſi in eo tē/
porum ratio· ſi qualitas· ſi menſura ſue·
tur· nec ita vt in ipō ſpei noſtre terminū
defigamus· ſed vt per ipſum ad purita·
tem cordis et apoſtolicam charitatē per
uenire poſſimus. Igitur ex hoc ipō ieiu·
nio vbi non ſolum ſpecialia prefixa ſunt
tempora· quibus vel exerceri debeat vel
pretermitti· ſed etia; qualitas moduſq;
propoſitus eſt· non principale bonum· ſ;
medium quiddam eſſe manifeſtum eſt.
Ceterū hec que precepti auctoritate· vel
mandantur vt bona· vel interdicunt' vt
noxia· nunq̃ ita exceptiōi temporum ſb
iacent· vt interdum· aut que vetita ſunt
fieri debeant· aut que imperata ſunt pre
termitti. Nec enim vllus iuſticie· patien
tie ſobrietati· pudicicie· charitati· ſtatu·
tus eſt modus· nec rurſum iniuſticie· im·
patientie furori· impudicicie· inuidie at;
ſuperbie libertas aliquando permiſſa ē·

## Non ſemper congruum eſſe ie iunium. Cap̄. xviij.

Quāobrē his de ieiunij qualita
te premiſſis· ſubdenda adhuc
ſanctarum ſcripturarum vide
tur auctoritas· p quā appbet' manifeſti⁹
ieiunium perpetuum cuſtodiri nec debē
re nec poſſe. In euangelio ieiunantibus
phariſeis vna cum diſcipulis Johānis
baptiſte· cum apoſtoli vtpote amici ⁊ cō

nine celeſtis illius ſponſi·nec duꝫ ieiuni
orum obſeruantiam cuſtodiret· diſcipu
li iohannis qui ſummam iuſticie ſe ieiu
nijs poſſidere credebant·quippe illius ſe
ctatores qui eximius penitentie predica
tor·ita cunctis populis formā ſuo prebe
bat exemplo·vt non ſolum varia eſcarū
genera·ꝗ hūanis vſibꝰ ſuggerūt abnu
eret·verūetiā cōmunem panis ipiꝰ eſuꝫ
penitꝰ ignoraret· dn̄o coꝗrunt dicētes.
Quare nos ⁊ phariſei ieiunamꝰ frequē
ter·diſcipuli autē tui nō ieiunant: Qui
bus reſpondens dominus euident oſten
dit·non omni tempore congruum eſſe ie
iunium·nec neceſſarium alicui cum vel
feſtiuitas temporum vel interueniēs cha
ritatis occaſio.indulgentiam refectiōis
admittit·nunquid poſſunt inquiens filij
ſponſi lugere·ꝗdiu cum illis ē ſpōſus:
venient aūt dies cū auferetur ab eis ſpō
ſus ⁊ tunc ieiunabunt. Que verba licet
ante reſurrectioneꝫ dixerit corpis ſui·ta
men proprie quinquageſime tempꝰ oſtē
dunt·in quo poſt reſurrectionē quadra
ginta dies domino cum diſcipulis epu
lante·ieiunare illos quotidiane eius pre
ſentie gaudium non ſinebat.

## Interrogatio cur totis quinq̄ginta diebus ieiunium relaxetur. Cap. xix.

Ermanus. Quare igitur to
ta quinquageſima abſtinentie
rigorem prandijs relaxamꝰ· cū
vtiqꝫ chriſtus quadraginta tantum di
ebus poſt reſurrectionem cum diſcipul
fuerit commoratus:

## Reſponſio. Cap. xx.

Heonas. Non incōgrua in
t terrogatio veſtra rationem inte
gerrime veritat meretur agno
ſcere. Poſt aſcenſionem ſaluatoris no
ſtri que quadrageſimo reſurrectiōis eiꝰ
acta eſt die·apoſtoli reuerſi de monte oli
ueti·in quo ſe ad patrem pergens prebu
it intuendum·ſicut etiam actuū apoſto
lorum lectio conteſtatur·ingreſſi hiero
ſolimam·decem diebus aduentum ſpiri
tus ſancti expectaſſe referūtur·quibus ex
pletis quinquageſima eum die cū gau
dio ſuſceperunt·et ita eſt per hec feſtiuita
tis huius numerus euidenter impletus.
Quem in veteri quoqꝫ teſtamento legi
mus figuraliter adumbratum·in quo cō
ſummatis hebdomadibus ſeptē·primi
tiarum panis per ſacerdotes domino iu
bebatur offerri· qui veraciſſime per apo
ſtolorum predicationem·qua in illo die
concionati leguntur ad populum·obla
tus domino comprobatur·verus ſcilicet
primitiarum panis·qui noue doctrine i
ſtitutione prolatus·quinqꝫ milibus vi
rorū eſce ſue munere ſatiat·primitiuū
de iudeis chriſtianorum populum dn̄o
conſecrauit. Et idcirco hi quoqꝫ decem
dies cum ſuperioribus quadragita pa
ri ſolennitate ſunt ac leticia celebrandi·
Cuius feſtiuitatis traditio·per apoſtoli
cos viros ad nos vſqꝫ tranſmiſſa eodē
tenore ſeruanda eſt. Ideo namqꝫ in ipis
diebus nec genua in oratiōe curuātur·
quia inflexio genuū velut penitentie ac
luctus indicium eſt. Unde etiaꝫ per om
nia eandem in illis ſolemnitatem quam
die dominica cuſtodimus· in qua maio
res noſtri·nec ieiunium agendum·nec ge
nu eſſe flectendum·ob reuerentiaꝫ reſur
rectionis dn̄ice tradiderunt.

## Interrogatio vtrū abſtinentia ieiunij relaxata nō obſit corporis caſtitati. Cap. xxi.

Ermanus. Poteſt ne hec ca
ro inſolitis blandimentis tam
longe feſtiuitatis illecta·nō ali
quid ſentuoſum de illo quāuis abſciſo
viciorum fomite germinare·aut mēs pre
ſumptis vltra conſuetudineꝫ dapibus
onerata·nō erga famulatū corpori rigo
rem dn̄ationis ſue inflectere·preſerti cū
in nobis viridior eras·cito ad rebellionē
ſubdita poſſit membra compellere· ſi vel
eſcas ſolitas abundantius vel certe inſo
litas licentius preſumamus:

## Reſponſio de ſeruādo continētie temperamento. Cap. xxij



Heonas. Si vniūſa ꝗ geri
t mus·rōnabili mētis appēdamꝰ
examie·et ꝺ puritate cordis no
ſtri n̄ alioꝝ iudiciū ſ̄ noſtrā ſꝑ ꝯſciaꝫ cō
ſulamus· certū ē iſtā refectiōis intcape
dinē iuſte diſtrictiōi obeſſe n̄ poſſe·ſi mo
do vt dictū ē equā idulgētie cōtinētieqꝫ
menſuram pari lance ꝑpendēs·vtranqꝫ
ſimiliter nimietatem mens incorrupta
caſtiget·et vtrum ſpiritum noſtrum deli
tiarum deprimat pondus.an vero alte
ram hoc eſt corporis partem·maior abſti
nentie inclinet auſteritas·vera diſcretiōe
diſtinguat·illam vel cōprimens vel ſble
uans portionē·quā vel extolli ſenſerit vl
grauari. Nihil enī dn̄s noſter ad cultuꝫ
atqꝫ honorem ſuū abſqꝫ iudicij modera
tione vult fieri·quia honor regis iudiciū
diligit. Et idcirco ſapientiſſimus Salo
mon vt in neutram partem vergente iu
dicio declinemus·admonet dicens Ho
nora deū de tuis iuſtis laboribus·⁊ deli
ba ei de fructibus iuſticie tue. Etenī reſi
det in conſcientia noſtra incorruptus q̇
dam ac verus iudex·qui nōnūqꝫ ſuꝑ ſta
tu puritatis noſtre cunctis errantibꝰ ſo
lus ipē nō fallitur· Omni igitur cautiōe
atqꝫ ſollertia·iugis circumſpecti cordis
ſuetur intētio·ne quo modo iudicio no
ſtre diſcretiōis errāte·aut inconſiderate
continentie cupiditate ſuccenſi·aut deſi
derio nimie remiſſionis illecti·ſubſtanti
am virium noſtrarum inique trutine ex
aminatione libremus·ſed in altera qui
dem lance anime puritatem·in altera vi
res corporis collocantes· ita vero conſci
entie iudicio vtraqꝫ pendamus·vt i neu
tram partem vnius rei affectu ꝑponde
rante peruerſi·vl ad immodicā diſtricti
onem·vel ad nimiaꝫ remiſſionem· equa
litatis libram propenſius inclinemus·⁊
illud nobis vel pro remiſſionis vel pro
diſtrictionis nimietate dicatur. Nonne
ſi recte offeras·nō autem recte diuidas
peccaſti: Illas etenim ieiuniorum victi
mas· quas nobis violenta viſcerum cō
uulſione inconſiderate extorquentes·do
mino recte offerre nos credimus·ille qui
diligit miſericordiam et iudiciū execrat
dicens. Ego dominus diligēs iudiciū·
et odio habens rapinam in holocauſtū.
Illos etiam qui oblationum·id eſt·offi
ciorum atqꝫ actuū ſuorum precipua ad
fotum carnis atqꝫ vſus ꝓprios preſumē
tes·reliquias eorū domino ac minimā
deferunt portioneꝫ·velut operarios frau
dulentos ſermo diuinus ita cōdemnat·
Maledictꝰ qui facit opus domini frau
dulenter. Non ergo immerito eum qui
ſe ita iniquo fallit examine· icrepat dn̄s
dicens· Ueruntamē vani filij hominū·
mēdaces filij hominū in ſtateris · vt deci
piant. Et idcirco beatus Apoſtolus vt
diſcretionis moderamina retinentes·in
neutram partem illecti nimietate verga
mus.ammonet dicens Rationabile ob
ſequium veſtrū. Quā reꝫ etiā legiſlator
ſimiliter interdicit·ita precipiēs. State
ra iuſta ·⁊ equa ſint pondera·iuſtus mo
dius·equusqꝫ ſextarius· Salomone q̊ꝫ
parem ſuper hoc ſn̄iam proferente·pōdꝰ
magnum ⁊ puſillum·et menſure dupli
ces·immūda ſunt apud dominum vtra
qꝫ·et qui facit ea in adinuentionibus ſu
is cōpedietur. Proinde non ſolum illo
quo diximus·ſed etiā ſ̄ modo ſtudendū
eſt nobis· vt nec iniqua pondera in cordi
bus noſtris·nec in horreis cōſcientie no
ſtre menſuras duplices habeamus·id ē·
ne ea ipi que diſtrictionis regulam mol
liunt·remiſſiore indulgentia preſumen
tes·eos q̇bꝰ vbū dn̄i ꝑdicamꝰ·diſtrictio
ribꝰ preceptis ⁊ ꝗuioribꝰ qꝫ ipſi perferre
poſſimus ponderibus obruamus. Qd̄
cum facimus·quid niſi duplici pondere
atqꝫ menſura preceptorum domini mer
cem frugemqꝫ vel appendimus vel meti
mur: Si enim aliter ea nobis· aliter no
ſtris fratribꝰ diſpenſemꝰ·recte increpam̄
a domino·eo ꝙ ſtateras doloſas ac men
ſuras duplices habeamus·ſm̄ illam ſen
tentiam Salomonis q̄ dr̄. Abhomina
tio ē dn̄o pōdꝰ duplex·⁊ ſtatera doloſa·
n̄ eſt bonū i ꝯſpectu eiꝰ. Hoc etiā modo

reatū dolosi ponderis duplicisqꝫ mēsu
re euidenter incurrimus· si districtiora
quedam que priuatim per nostras cellu
las exercere consueuimus· humane lau
dis cupiditate coram fratribus ostente
mus· abstinentiores scilicet ⁊ sanctiores
apparere affectantes humano cōspectui
q̄ꝫ diuino. Qui morbus precipue non
modo vitandus· verumetiam abhomi
nandus est nobis. Sed interim a questi
one proposita paulo lōgius euagati· ad
eandem a qua discessimus reuertamur.

## De refectionis tempore atqꝫ mē sura. Cap. xxiij.

Gitur predictorum dierū ita
i est custodienda solennitas· vt
corporis atqꝫ anime cultui pro
sit magis remissio indulta q̄ꝫ noceat· q̄a
nec illi⁹ festiuitatis gaudiū aculeos car
nis obtundere· nec immitis ille aduersa
rius dierum nouit reuerentia mitigari.
Ut ergo ⁊ diebus festiuis statuta cōsue
tudinis solennitas ꝯseruet· et saluberri
mus parsimonie modus minime trāscē
datur· sufficit vt indulgentiam remissio
nis eo vsqꝫ progredi patiamur· vt cibus
qui hora diei nona fuerat capiēdus· pau
lo citius id est· sexta hora pro festiuitate
temporis capiatur· ea ratione dumtaxat
vt escarum solitus modus vel qualitas
nō mutetur· ne puritas corporis· vel inte
gritas mentis· abstinentia quadragesi
me diligentius acquisita· quinquagesi
me remissione depereat· nihilqꝫ nobis ꝓ
sit acq̄sisse ieiunijs qđ mox amittere co
gat incauta saturitas· presertim cū etiā
hostis nostri nō ignota versutia· tūc pre
cipue munitionem nostre puritatis īpu
gnet· cum eius custodiam senserit solen
nitatis celebritate laxatam. Quāobrem
vigilantissime prouidendum est· ne vn
q̄ꝫ mentis nostre vigor· blandis seducti
onibus eneruetur· ne vt supra iam dictū
est· castimonie puritatē quadragesime
labore quesitam· quinquagesime requie
ac securitate ꝑdamus· Et idcirco nulla
penitus in ciborum qualitate vel modo
admittatur adiectio· sed ab escis quarū
continentia dieb⁹ ieiunij ꝓ integritate
pudicicie vtebamur· etiā diebus celeber
rimis similiter temperemus· ne leticia fe
stiuitatis perniciosissimā nobis carnali
um incentiuorum suscitans pugnā· ver
tatur in luctum· illamqꝫ nobis excellenti
orem que gaudio incorruptiōis exultat
festiuitatem mentis eripiat· et incipiam⁹
post breuē carnalis leticie vanitatē amis
sam cordis pudiciciam longo penitētie
merore deflere. Studendū quinimo ē·
vt nō frustra ad nos illa prophetice ad
hortationis cōmonitio dirigatur· Cele
bra iuda festiuitates tuas· ⁊ redde vota
tua. Si enī continentie iugitatem inter
iecta dierum solennitas nō mutarit· spi
ritalibus ferijs iugiter perfruemur· ⁊ ita
nobis a seruili operatione cessantibus·
erit mensis ex mense· et sabbatum ex sab
bato.

## Interrogatio de diuersa obseruatione quadragesime. Cap. xxiiij.

Ermanus. Quid cause est
vt sex hebdomadibus quadra
gesima celebretur· licet in quis
dam prouincijs religionis forsitan pro
pensior cura· adiecisse hebdomadaꝫ etiā
septimā videatur· cum neuter numerus
die dominico sabbatoqꝫ subtracto· qua
draginta dierum impleat summā. Sex
enim et triginta dies in ipsis hebdomadi
bus tantūmodo concluduntur.

## Responsio eo q̄ ad āni decimas quadragesime ieiunium referatur. Cap. xxv.

Heonas. Licet quorundaꝫ
t pia simplicitas hui⁹ rei ampu
tet questionem· tamen quia etiā
illa que alius interrogatiōe indigna du
xisset scrupulosius ꝑscrutantes integrā
obs̄uātie nr̄e ac misterij r̄ōnē desidera
tis agnoscere· euidētissimā hui⁹ etiā rei
ꝑcipite rōem· vt manifestius approbetis



nihil irrationabile nr̄os tradidisse ma
iores. Lege mosayca vniu̇so p̄plo genera
lis ē ꝓmulgata p̄ceptio· decimas tuas ⁊
primitias offeres dn̄o deo tuo. Itaqꝫ q̄
substantiarū nostrarū oīmqꝫ fructuum
decimas offerre precipimur· multoma
gis necesse est vt ipius quoqꝫ cōuersati
onis nostre et humani vsus operūqꝫ no
strorū decimas offeramus· que profecto
in supputatione quadragesime euident̄
implentur. Omniū enī dierum numer⁹
quibus reuolutus in orbē annus inclu
ditur· triginta sex semis dierū numero
decimatur. In septē vero hebdomadib⁹
si dies dn̄ici et sabbata subtrahantur·
quinqꝫ ⁊ triginta supersunt dies ieiu
nijs deputati· S adiecta illa vigiliarū die
qua vsqꝫ in gallorū cantū illucescente do
minica ieiuniū sabbati protelatur. non
solum sex ⁊ triginta dierū numerus adi
pletur· verūetiā ꝓ decimis quinqꝫ dierū
qui residui videbantur· si illud qđ super
est adiectū noctis spaciū cōputet· pleni
tudini totius summe omnino nō deerit

## Quomodo etiaꝫ primitias nostras domino debeamus offerre. Cap. xxvi.

Uid vero de primicijs dicam·
q quas ab omib⁹ q̄ christo fidelit̄
famulāt̄ quotidie certū est exhi
beri. Nam cum experrecti a somno· et q̄
si rediuiua post soporē alacritate surgen
tes· priusq̄ꝫ motū sensus vlli⁹ corde cō
cipiāt· vel memoriā aut curā rei familia
ris admittāt· cogitationū suarū ort⁹ atqꝫ
principia· diuinis consecrant holocau
stis· quid nisi ꝑmicias vere suorū fructu
um· per summū sacerdotē iesum christū·
pro vsu vite huius ⁊ imagine quotidia
ne resurrectionis exoluūt. Quiqꝫ etiam
a somno excitati· hostiā iubilationis sue
deo similiter offerētes· primo lingue sue
motu ipm̄ inuocant· ipius nomē laudes
qꝫ cōcelebrāt· atqꝫ ad canendos ei hym
nos· prima labiorū claustra referantes. i
molant deo sui oris officia. Cui etiā pa
ri deferūt modo ꝑma manuū suarum
gressiumqꝫ libamina· cum e cubilib⁹ cō
surgētes in orōe consistūt· ⁊ p̄usqꝫ in ꝓ
prijs causis mēbrorū suorū fungātur offi
cio· nihil sibi de ministerio eorū ante de
cerpūt· sed ad ipius honorē promouent
gressum· atqꝫ in eius laudatiōe defigūt·
et ita cunctorū motuū suorum primitias
protensione manuū· incuruatione genu
um· et totius corporis prostratione per
soluūt. Illud enī qđ decantatur in psal
mo alias implere non possumus. Preue
ni in maturitate ⁊ clamaui· et preuenerūt
oculi mei ad te diluculo vt meditarer elo
q̄a tua· et mane oratio mea preueniet te·
nisi vt post quietē somni in hanc lucē vt
supra diximus· velut e tenebris ⁊ imagi
naria morte reuocati. d vniu̇sis officijs
mentis ⁊ corporis nihil omino in nostris
presumere necessitatib⁹ audeam⁹. Nul
lus namqꝫ est alius quem aut ꝓpheta p̄
uenerit matutinus· aut nos preuenire si
militer debeamus· nisi aut nosmetipos·
id est· occupationes nostras ⁊ affectus·
curasqꝫ mortales sine quibus esse n̄ pos
sumus· aut suggestiones subtilissimas ī
imici quas nobis adhuc quiescentibus
ac sopore demersis· per fantasias inani
um somniorum inferre conatur· quibus
nos mox euigilaturos occupet ⁊ innol
uat· vt primitiarum nostrarum opima
deflorans primus ipse decerpat. Quaꝫ
obrem omni nobis cautione curandum
est· si tamen vim predicti versiculi opere
volumus adimplere· vt ita primos ma
tutinarum cogitationū ortus sollers vi
gilantia tueatur· ne quid ex eis festina p̄
sumptio liuentis attaminet inimici· no
strasqꝫ primitias tamq̄ꝫ viles iam atqꝫ
communes a domino faciat reprobari.
Qui si preuentus a nobis peruigili mē
tis circumspectione nō fuerit· anticipati
onis nequissimā consuetudinem nō de
ponēs· quotidie nos fraudib⁹ suis p̄ueni
re n̄ desinet. Et idcirco si placitas ⁊ acce
ptabiles deo p̄mitias ex fructib⁹ nr̄e m̄tꝫ
optam⁹ offerre n̄ mediocrē sollicitudinē

debemus impendere·vt omnes noſtri cor
poꝛis ſenſus·matutinis pꝛecipue hoꝛis tan
qꝫ ſacroſancta dñi holocauſta in omni
bus illibata atqꝫ intacta ſeruemus. Qḋ
deuotionis genus multi etiam ſeculari
um ſumma cautione cuſtodiunt·qui an
te lucem vel diluculo conſurgentes·neq̄
qꝫ familiaribus ac neceſſarijs mūdi hu
ius actibus implicātur·pꝛiuſqꝫ cuncto
rum actuū ſuoꝛum operationūqꝫ pꝛimi
tias·ad eccleſiam cōcurrētes diuino ſtu
deant conſecrare conſpectui.

## Cur diuerſo dierum numero q̄dragesima a pleriſqꝫ obſeruetur. Cap̄.xxvij.

p Ꝓro quod dicitiſ·diuerſo mo
re·id eſt·ſex vel ſeptē hebdoma
dibus per nōnullas ꝓuincias
quadrageſimā celebꝛari·vna quēadmo
dum diximus ratio idemqꝫ ieiunioꝛum
modus diuerſa hebdomadarū obſerua
tione cōcluditur. Hi enī ſibi ſex hebdo
madarū obſeruantiā pꝛefixerūt· qui pu
tant die quoqꝫ ſabbati ieiunandū. Sex
ergo hebdomadas ieiunia perſoluunt·
qui eoſdē ſex ⁊ triginta dies per ſabba
ta ſexies reuoluta cōſummant.

## Quare vocetur q̄dragesima cū triginta et ſex tantummodo diebus ieiunetur. Cap̄.xxviij.

v Na ergo quemadmodum dixi
mus ratio·idemqꝫ eſt ieiunioꝝ
modus·licet in hebdomadarū
numero diſcrepare videatur·Sed pro
fecto cum rationē huius rei hūana obli
teraſſet incuria.tempus hoc quo anni
uerſarie vt dictū eſt decime deo trigīta
ſex ſemis ieiunijs offerūtur·quadrageſi
me nomen accepit·qḋ foꝛtaſſe vel ꝓpter
hoc viſū ſit h̄ vocabulo debere cenſeri·
ꝙ moyſes vel helyas vel ipſe dñs noſter
ieſus chꝛiſtus quadraginta diebus ieiu
naſſe traduntur. Ad cuius numeri ſacra
mentū illi quoqꝫ quadraginta anni q̇
bus iſrael eſt in ſolitudine cōmoꝛatus·⁊
quadraginta ſimiliter māſiones quibꝰ
eam myſtice pertranſiſſe deſcribit̕ nō in
cogrue coaptantur. Et foꝛtaſſe ipſa deci
matio recte quaſi ab vſu telonei q̄dra
geſime nomē accepit. Ita enī illa publi
ca vulgo vocatur exactio·ex qua tāta lu
cri poꝛtio regis cōmodis deputatur·q̄n
tum ⁊ a nobis a rege omniū ſeculoꝝ pꝛo
vſu vite noſtre legitimū quadrageſime
vectigal exigit̕. Sane licet h̄ ad ꝓpoſitā
nō ꝑtineat queſtionē·tn̄ qꝛ ſe obtulit nar
rationis occaſio·nec h̄ quidē pꝛetereun
dū puto ꝙ frequētiſſime ſenioꝛes noſtri
idcirco illis diebus maxime impugnari
omne monachoꝛum genus antiqua ini
mice gentis conſuetudine teſtabantur·
et ad tranſmigrandum de ſuis ſedibus
acrius perurgeri·eo ꝙ ſm illam ſimilitu
dinem qua tūc egyptij filios iſrael vio
lentis afflictionibus oppꝛimebant·nunc
quoqꝫ verum iſrael·id eſt·monachoꝛum
plebē intellectuales egyptij duris ac lu
tulētis opibꝰ icuruare conēt̕·ne ꝑ amicā
dō q̇etē t̄rā egyptiā deſerētes·ad heremū
ꝟtutū ſalubriter tranſeamus·ita vt adu̇
ſum nos pharao infremēs dicat. Ocioſi
ſunt·et idcirco vociferātur dicentes· ea
mus ⁊ ſacrificemus dño deo noſtro. Op
pꝛimātur laboꝛibus ⁊ ſolliciti ſint in opi
bus ſuis·et nō ſint ſolliciti in verbis va
nis. Nā vtiqꝫ vanitas impioꝝ ſanctū
dñi ſacrificium qḋ nō niſi in heremo li
beri coꝛdis offertur·ſummā eſſe aſtruit
vanitatem·abhominatio eſt enī peccato
ri religio.

## Ꝙ perfecti ſupergradiātur legem q̄dragesime. Cap̄.xxix.

h Ac igit̕ quadrageſime lege qui
iuſtus atqꝫ perfectus eſt· non te
netur·nec exigui huiꝰ canonis
ſubiectione contentus eſt·quē pꝛofecto
illis qui per totum anni ſpaciū delicijs
vel negocijs ſecularibus implicantur ec
cleſiarū pꝛincipes ſtatuerūt·vt vel hac
legali quodāmodo neceſſitate cōſtricti
bis ſaltē diebus vacare dño cogerent̕·
ac dierum vite ſue quos totos quaſi fru
ctus quoſdam fuerant voꝛaturi vel de
cimas domino dedicarēt. Ceterum iuſti



quibus lex nō eſt poſita· quiqꝫ ſpirituali
bus officijs non exiguam illam·id eſt·de
cimā partē·ſed totū vite ſue tempus im
pendunt·quia liberi ſunt a decimarū le
galiū functione·idcirco ſi eos ſuꝑueniēs
honeſta ⁊ ſancta neceſſitas coartarit·au
dent ſtationē ieiunij abſqꝫ vlla diſcepta
tione laxare. Non enī ab eis decimarū
exiguitas mutilatur·qui omīa ſua dño
ſecum pariter obtulerunt. Quod pꝛofe
cto abſqꝫ ſummo fraudis reatu facere il
le nō poterit·qui nihil volūtarie offerēs
deo·inexcuſabiliter ſoluere decimas ſu
as legis neceſſitate cōpellitur. Quapꝛo
pter liquido cōpꝛobatur perfectū eē nō
poſſe famulum legis·qui vel illa q̄ pꝛohi
bentur cauet·vel illa que pꝛecipiūtur exe
quitur·ſed illos vere eſſe perfectos q̇ etiā
his que a lege conceſſa ſunt nō vtuntur·
Et hac ratione cum de moſayca lege di
cat̕·nihil enī ad perfectū duxit lex· non
nullos ſanctoꝛum in veteri teſtamento ꝑ
fectos legimus extitiſſe·q̇a tranſcenden
tes legis imperium ſub euangelica perfe
ctione vixerunt·ſcientes ꝙ iuſtis non eſt
lex poſita ſed iniuſtis ⁊ nō ſubditis·ipijs
et peccatoribꝰ·ſceleratis ⁊ contaminatis

## De cauſa et iītio quadrageſime Cap.xxx.

ſ Ciendum igitur ſane hanc ob
ſeruantiam quadrageſime·qꝫ
diu eccleſie illius pꝛimitiue per
fectio inuiolata permanſit·penitus non
fuiſſe. Non enim pꝛecepti huius neceſſi
tate nec quaſi legali ſanctione cōſtricti·
artiſſimis ieiunioꝛum terminis claude
bantur·qui per totum anni ſpaciū equa
li ieiunio concludebātur. Verū cū ab il
la apoſtolica deuotione deſciſcēs quoti
die credentium multitudo ſuis opibus
incubaret·ne eas vſui cunctoꝝ fideliū
ſm apoſtoloꝛum inſtituta diuideret· ſed
pꝛiuatī impendijs ſuis conſulens nō ſer
uare tantū·ſ; etiā augere ꝯtenderet· ana
nie ⁊ ſaphire exemplum nō contenta ſe
ctari·id tūc vniuerſis ſacerdotibus pla
cuit·vt homines curis ſecularibus illiga
tos·et pene vt ita dixerim continentie vl̕
cōpunctionis ignaros·ad opus ſanctū
canonica ieiunioꝝ indictiōe reuocarēt·
et velut legaliū decimarū neceſſitate cō
pellerent·q̄ vtiqꝫ infirmis ꝓdeſſe poſſet·
et perfectis pꝛeiudicare non poſſet·qui
ſub gratia euangelij conſtituti volunta
ria legem deuotione tranſcendūt·vt ad
illam apoſtolice ſententie beatitudinem
poſſint peruenire. Peccatū enī in vobis
nō dñabitur·nō enī eſtis ſub lege: ſ; ſub
gratia. Vere enī dñationē in illo nō pōt
exercere pctm̄·q̇ dñatur affectibꝰ pctōꝝ.

## Interrogatio quēadmodū intelligi debeat ꝙ ait apoſtolus peccatum in nobis non dñabitur· Cap̄.xxxi.

Ermanus. Quia nō pōt fal
lax hec apoſtoli eſſe ſentētia·q̄
ſecuritatem nō ſolū monachis
ſed etiā omnibus chꝛiſtianis generaliter
repꝛomittit·nimiū nobis videtur obſcu
ra. Cum enim cunctos qui euāgelio cre
dunt a iugo et dñatione peccati liberos
atqꝫ alienos eſſe pꝛonūciet·quomodo pe
ne in omībus baptizatis vincit dñatio
peccatoꝝ·ſm ſententiā domini qua ait·
Omnis qui facit peccatum ſeruus ē pec
cati.

## Reſpōſio de differentia gratie et legalium pꝛeceptoꝛum. Cap̄.xxxij.

t Heonas. Queſtionē nobis
rurſus immodicam inquiſitio
vr̄a cōmonuit·cuius vim licet ſci
am ab inexpertis nec tradi poſſe nec per
cipi·tamē īquātū potero verbis abſolue
re ⁊ bꝛeuiter expedire temptabo·ſi modo
intellectus veſter ea que dicemus etiam
operibus ſubſequatur. Quecunqꝫ enī
nō per doctrinā ſed per experientiā co
gnoſcuntur·ſicut tradi ab inexperto ne
queūt·ita nec mente cōcipi vel teneri·ni
ſi ab eo qui ſimili ſtudio fuerit atqꝫ inſti
tutione fundatus. Et idcirco neceſſariū
reoꝛ·vt pꝛimū diligentius inquiramus·
qḋ nam ſit ꝓpoſitū vel voluntas leg̃·vl̕

que gratie diſciplina atqꝫ ꝑfectio· vt cõ
ſequēter ex his· ſiue dñationē pctī· ſiue
expulſionē eius poſſim⁹ agnoſcere· Ita-
qꝫ lex ꝑncipaliter iubet expeti copulā nu
ptiarū dicēs. Beatus qui habet ſemē in
ſyon· et domeſticos in hieruſalem· et ma
ledicta ſterilis q̄ nō peperit. Econtrario
gratia ad incorruptionis perpetue puri
tatē· ⁊ caſtimoniā nos hrē ꝟginitatis in
uitat. Beate inq̇ens ſteriles q̄ nō genue
runt ⁊ vbera que nō lactauerunt· et qui
nō oderit patrē et matrē ⁊ vxorē: nō pōt
meus eſſe diſcipulus· et illud apoſtoli· re
liquū eſt vt ⁊ q̇ habēt vxores tamq̄ nō
habētes ſint. Lex dicit· decimas tuas ⁊
ꝑmicias nō tardab offerre· grã āt dic· ſi
vis perfectus eſſe: vade ⁊ vende oīa que
habes ⁊ da paupib⁹. Lex talionū cōnici
orū ⁊ iniuriarū nō prohibet vltionez di-
cens. oculuz ꝓ oculo· dentē ꝓ dente· grã
cōgēminatione iniuriarū vel cedis que
fuerint irrogate noſtrā patientiā vult ꝓ
bari· et ad duplicis diſpendij tolerantiā
paratos eſſe nos precipit· q̇ te ꝑcuſſerit ī-
quiēs in dexterā maxillam prebe ei ⁊ alte
ram· et illi q̇ vult tecum iudicio cōtende-
re· et tunicā tuaz tollere· dimitte ei ⁊ pal-
lium. Illa inimicos odio habēdos· hec
ita diligendos eſſe decernit· vt ꝓ ipis do
ſemper cenſeat ſupplicandum.

## De eo q̄ leuiora ſint euangelij precepta q̄z legis. Cap. xxxiij

r Um igitur quis hoc euangeli-
ce ꝑfectionis culmē aſcenderit·
iſte profecto ſupra omnē legem
tantarū virtutū meritis ſublimatus· et
vniuerſa q̄ per moyſen precepta ſunt q̄ſi
parua deſpiciens· tantuz ſub gratia ſal-
uatoris ſe eſſe cognoſcit· cuius adiutorio
ſe ad illū ſublimiſſimū ſtatū intelligit ꝑ-
ueniſſe. Non ergo dñatur in eo peccatū·
quia charitas q̄ diffuſa eſt in cordibus
nr̄is· ꝑ ſpiritū ſanctū qui datus eſt nob
oēm alteri⁹ cuiuſqꝫ rei excludit affectū·
nec poteſt aut vetita cōcupiſcere aut im-
perata cōtemnere· cuius totū ſtudiū· to-
tūqꝫ deſideriū diuino amori ſemper in-
tentū· vſqꝫ adeo viliū rerū oblectatione
nō capitur· vt etiā his q̄ cōceſſa ſunt nō
vtatur. In lege aūt in qua cōiugiorū iu
ra ſuant· q̄uis cohibita luxurie euaga-
tio vni tantū femine mancipetur· tamen
neq̄q̄ poſſunt carnalis ꝯcupiſcētie acu-
lei nō vigere· et difficile ē vt ignis cui eti-
am ſtudioſe pabula ſuggerūtur· ita pre-
fixis terminis includatur· vt non etiā ex
tra euagatus amburat quicq̇d attigerit
Cui etiā ſi ſua illa ita ſꝑ occurrat obie-
ctio· vt exeſtuare extrinſecus nō ſinatur·
tamē etiā dū cohibet incendit· q̇a volu-
ptas ipā culpabilis ē· ⁊ ad velociſſimos
adulterioꝝ raptat exceſſus conſuetudo
cōcubitus. Ceterū quos gratia ſaluato
ris ſancto incorruptionis amore flāma-
uerit· ita oēs carnalium deſideriorū ſpi-
nas dñice charitatis igne cōſumūt· vt nc
tepens fauilla vicioꝝ refrigeriū integri-
tatis imminuat. Legis ergo famuli a li-
citoꝝ vſu ad illicita prolabūtur· grē par
ticipes dū licita cōtemnūt illicita nō no-
uerunt. Sicut aūt viuit in cōiugij amo-
re peccatū· ita etiā in eo qui decimas ſu-
as ⁊ primicias tantū eſt reddere conten-
tus· neceſſe ē enī eū dum tardat aut ne
gligit aut in qualitate earum· aut in q̄n
titate· aut in q̇tidiana diſtributōe pecca
re. Qui enī iubetur ea que ſua ſunt infa
tigabiliter indigentibus miniſtrare· q̄zli
bet ea ſumma fide ac deuotione diſpen
ſet· tamē difficile eſt vt nō laqueos pctō
rum frequenter incurrat. In illis vero q̇
conſiliū dñi nō ſpreuerūt· ſed omnē ſub
ſtātiā ſuā paupib⁹ ꝓrogātes· ſūpta ſua
cruce largitorē celeſtl grē ſbſequūt· pctm̄
nō pōt dñari. Nō enī eū diſpenſantē ſa
cratas iam chriſto opes et quaſi alienaſ
pia diſtributione pecunias· infidelis ſer
uandi victus cura mordebit· nec elemo
ſyne hylaritatem abijcit meſta cūctatio·
quia quod ſemel totū obtulit deo· id iaz
alienum ſine proprie neceſſitatꝭ recorda
tione aut anguſti victus timore diſꝑgit·
qui certus eſt cū ad deſideratam perue
nerit nuditatē· multomagis a deo ſe q̄z



volucrem celi eſſe paſcendum. Econtra
rio is qui ſubſtantiam retinens mūdia-
lem· aut decimas fructuū ſuoruz atqꝫ ꝑ-
mitias· aut partem pecuniarum conſtri-
ctus legis antique ſanctione diſtribuit·
licet peccatorum ſuorum ignem maxime
elemoſine rore reſtinguat· impoſſibile ta
men eſt· quantauis opes ſuas magna-
nimitate diſpenſet· vt ſe ad plenū eruat
a dñatione peccati· niſi forte per gratiaz
ſaluatoris· cum re etiam ipm̄ affectuz de
poſuerit pōſſidendi. Pari modo nō pō
teſt nō cruento peccati imperio famula-
ri· quicumqꝫ oculum pro oculo· dentem
pro dente· ex precepto legis eruere· aut ī-
imicuz ſuum odio mauult habere· quia
neceſſe eſt eum dum talionis viciſſitudi
ne vlciſci ſuam optat iniuriam· dum cō
tra inimicos odij amaritudinē ſuat· fu
roris atqꝫ ire perturbatione ſemper accē
di. Quicunqꝫ vero ſub euāgelice gratie
illuminatione verſatur· ac malum nō re
ſiſtendo ſuperans· ſed ferendo dexteram
percutienti maxillam· etiam alteram pre
bere voluntarius nō moratur· et volen-
ti aduerſum ſe de tunica litigium cōmo-
uere remittit et pallium· quiqꝫ diligit in
imicos ſuos· et orat pro calumniātibus
ſibi· h̄ peccati ꝛpulit iugū ac vīcula diru
pit. Non enim viuit ſub lege· que nō in-
terimit ſeminaria peccatorum· vnde nō
immerito de ipā beatus apoſtol⁹· repro
batio inquit fit precedentis mandati ꝓ-
pter infirmitatē eius et inutilitatē· nihil
enī ad perfectum adduxit lex· et domin⁹
per prophetam· et dedi inquit eis prece-
pta non bona· et iuſtificationes in q̇bus
nō viuent in eis· ſed viuit ſub gratia· q̄
non ramos tantum nequitie amputat·
ſed ipās penitus radices noxie volunta-
tis euellit.

## Queādmoduz quis probetur eſſe ſub gratia. Cap. xxxiiij.

q Uiſquis ergo perfectionez euā
gelice ſtuduerit tenere doctrine·
hic ſub gratia conſtitutus pec-
cati dñatione non premitur. Hoc eſt· n·
eſſe ſub gratia· que a gratia mandantur
implere. Quicunqꝫ vero perfectōis euā
gelice plenitudini ſubiectus eſſe nolue-
rit· non ignoret ſe q̄uis baptizatus ſibi
videatur ac monachus nō eſſe ſub gra
tia· ſed legis adhuc vinculis prepeditu z
peccati pondere pregrauari. Propoſitū
namqꝫ eſt eius qui omnes a quibus re-
ceptus fuerit gratia adoptōnis aſſumit·
non deſtruere ſed ſuperedificare· nec eua
cuare ſed adimplere moſaycas ſanctio-
nes. Quod nōnulli penitus ignorātes·
et conſiliorum atqꝫ exhortationū chriſti
magnificentiam negligentes· ita p̄ſum-
ptiua libertatis ſecuritate ſoluuntur· vt
nō ſolum chriſti precepta tanq̄ ardua n̄
attingant· verumetiam ipā illa que illis
incipientibus paruuliſqꝫ moſayca lege
mandata ſunt· velut antiquata contem
nant· illud quod apoſtolus execratur no
xia libertate dicentes· Peccabim⁹· quia
non ſumus ſub lege ſed ſb gratia: Qui
ergo nec ſub gratia ē. quia nequaq̄ ad
dominice doctrine culmen aſcendit· nec
ſub lege· quia etiam ipā illa paruula le-
gis mādata nō ſuſcepit· hic duplici pec
catorum oppreſſus imperio ob hoc ſoluz
gratiam chriſti percepiſſe ſe credit vt per
noxiam libertatem ab eo fieret alienus· ī
illud incidens qđ apoſtolus petrus ne ī
curram⁹ enūciat. Quaſi liberi inq̇t agi-
te· et non quaſi velamen habentes mali-
cie libertatem Beatus quoqꝫ apoſtolus
paulus· vos enim inq̇t in libertatem vo
cati eſtis fratres· id ē· vt abſoluti ſitꝭ a do
minatione peccati· tantum ne libertatez
in occaſionem detis carnis· id eſt· fruſtra
tionem legalium mandatorum credatis
eſſe licentiam viciorum. Hec vero liber-
tas· quia nuſq̄ niſi ibi ſit tantuz vbi do
minus cōmoratur· paulus apoſtol⁹ do-
cet. Dn̄s inquiens ſpiritus eſt· vbi autē
ſpiritus domini· ibi libertas. Quapro-
pter neſcio vtrū hunc beati apoſtoli ſen-
ſum ſicut hi qui experti ſunt ſapiunt. ex
primere atqꝫ elucidare potuerim· vnum
ſcio apertiſſime illum etiam ſine expoſiti-

tione cuiuſqꝫ omnibus reſerari· q̇ pra‑cticen·id eſt·actualem perfecte tenuerint diſciplinam. Non enim laborabunt vt quod iam operando didicerunt. intelli‑gant diſputando.

**Interrogatio cur interdum ꝓpenſius ieiunātes carnalibus incentiuis acrius vrgeamur. Cap̄. xxxv.**

Ermanus. Obſcuriſſimam queſtionem et multis etiam vt putamus incognitam apertiſſime reuelaſti. Unde vt h̄ quoqꝫ profectui nr̄o adijcias deꝓcam̄·vt cur int̄dū etiā propenſius ieiunantib⁹ nobis·et exhauſtis atqꝫ defectis· vehementiores pugne corporis excitent̄ dilig̃t̄ ediſſeras Nā plerūqꝫ etiā experrecti e ſomno·cū deprehēderimus nos corporalis veneni contagium pertuliſſe·ita deijcimur cōſcientia·vt ne ad ip̄am quidem orationē conſurgere ſiducialiter audeamus·

**Reſpōſio ꝙ hec queſtio future collatiōi debeat reſeruari. Cap̄. xxxvi.**

Theonas. Studium quidē
f veſtrum·quo perfectionis viā
nō tranſitorie ſed plene atqꝫ ꝑfecte deſideratis attingere·infatigabilit̄ huic diſputationi nos prouocat inherere·nec enī de exteriore caſtimonia· et circumciſione manifeſta·ſꝫ d̄ illa que in occulto eſt diligenter inquiritis·ſcientes in hac viſibili carnis continentia·perfectionis plenitudinem nō ineſſe·que haberi vl̄ ꝑ neceſſitatē vl̄ ꝑ hypocriſim etiā ab infidelibus poteſt·ſed in illa cordis voluntaria ⁊ inuiſibili puritate. Quā cū beatus apoſtolus ita predicet. non enim qui in manifeſto iudeus·neqꝫ que ī manifeſto in carne eſt circumciſio·ſed qui in occulto iudeus·et circumciſio cordis in ſpiritu·nō litera·cuius laus nō ex hominib⁹ ſꝫ ex deo eſt. q̇ ſol⁹ ſcꝫ cordiū ſecreta rimatur·tamen quia ſatiſfieri deſiderio veſtro ad plenum nō poteſt·breue enim quod ſupereſt ſpacium noctis·ad indagandam hanc obſcuriſſimā nō ſufficit queſtionem·congruum reor vt interim differat̄. Senſim eī hec ⁊ corde ab om̄i cogitationum ſtrepitu penitus abſoluto vt a nobis proferri·ita veſtris debent mentibus intimari·que ſicut propter cōſciētie purificationē oportet inquiri·ita niſi ab eo qui donū integritatis expert⁹ eſt tradi aſſignariqꝫ nō poſſunt. Nō enī queritur quid inaniū argumenta verborum·ſed interna conſcientie fides ⁊ maior vis veritatꝭ inculcet· Et idcirco de emūdationis huius ſciētia atqꝫ doctrina·nec proferri aliquid niſi ab experto·nec trāſfundi quicqꝫ poteſt· niſi in cupidiſſimū valdeqꝫ ſollicitū virtutꝭ ip̄i⁹ amatorem· qui nō eam vacuis nudiſqꝫ ſermonib⁹ ſciſcitando·ſed totis animi viribus annitendo oꝑtet attingere· ſcilicet non ſtudio loquacitatis infructuoſe· ſed deſiderio puritatis interne.

**Explicit collatio prīa abbatis theone de remiſſione quinquageſime. Incipiunt capitula collatiōis ſecūde abbatis theone de nocturnis illuſionibus.**

**Cap̄. i.**

De iterato ad abbatem theonā reditu noſtro eiuſqꝫ exhortatione.

ij Cōmemoratio interrogationis noſtre cur maiorē abſtinentiā maior interdum carnis impugnatio ſubſequatur.

iij Qꝫ triplici ratione ꝓueniat genitalis fluxus egeſtio.

iiij Interrogatio an ad ſacroſanctā cōmunionē accedere liceat nocturna illuſione pollutum.

v Reſponſio quando reatū cōtrahat hec paſſio dormienti

vi Qꝫ nōnūqꝫ etiā inimici factione hec contingat illuſio.

vij Qꝫ nūqꝫ dignum ſe cōmunione dominica quiſpiam debeat iudicare.

viij Obiectio eo ꝙ omnes dominica



coīone priuandi ſint ſi nullus eſt abſqꝫ peccato.

ix Reſponſio eo ꝙ multi ſancti eſſe poſſint· nemo abſqꝫ peccato niſi chriſtus.

x Qꝫ ſolus fili⁹ dei abſqꝫ vllo peccati vulnere vicerit tēptatorē.

xi Qꝫ ī ſimilitudine carnis peccati ſolus venerit chriſtus.

xij Qꝫ iuſti ⁊ ſancti oēs nō fuerīt in ſimilitudine ſꝫ in veritate pctī.

xiij Qꝫ nō ſint tam grauia pctā ſanctoꝝ vt eis auferāt meritū ſanctitatis.

xiiij Quō intelligendū ſit illud apl̄i Nō enī qd̄ volo bonū facio.

xv Obiectio eo ꝙ ex pctōꝝ potius ꝑſona hoc apoſtolus dixiſſe credendus ſit.

xvi Dilatio ꝓpoſite queſtionis.

**Explicīūt capitula. Incipit collatio ſecunda abbatis Theone de nocturnis illuſionibus. Cap̄. i.**

Poſt dies ferme ſeptem·
p quinqꝫgeſime ſolennitate tranſacta·cū ip̄o noctis initio·id eſt· poſt ſynaxim veſpertinam ꝓmiſſe diſputationis expectatione ſuſpenſi·ſancti theone cellulam fuiſſemus ingreſſi·alacer ſenex hilari vultu ac blando nos prior ſmōe cōpellās. mirabar inquit ardentiſſimū ſtudiū veſtrū bis ſeptem diebus ab ſolutionē propoſite queſtionis potuiſſe differre· et debitori ſuo precipue nō roganti·dilationem tāti tp̄is preſtitiſſe. Juſtiſſimū proinde eſt vt quia vltro mihi benignitas veſtra tam largas cōceſſit inducias·ego quoqꝫ morā in debiti redditione nō faciam. Grata nanqꝫ eſt huius fenoris occupatio·que maiora dum ſoluitur argumenta cōquirit·et nō ſolum percipientē ditat·verūetiam nihil imminuit largiēti· Duplices ſiquidem cōgregat queſt⁹· rerum ſpiritalium diſpenſator. Lucrū enim non ſolum in illius qui audit profectu·verumetiam in ſua diſputatiōe cōſequitur·non minus ſemetip̄m ad deſiderium perfectionis accendens· dum inſtruit auditorem. Quāobrem veſter ardor meus profectus ē·veſtra ſollicitudo mea compunctio eſt. Nam vtiqꝫ et ipſe nunc mente torperem·nihilqꝫ in meo corde de his que expetitis pertractarē·niſi me veſter feruor atqꝫ expectatio ad rerum ſpiritalium recordationem ſuſcitaret quodāmodo dormitantem. Et idcirco proferatur in medium queſtio ſi videtur·cuius pridem pro anguſtia tempor̄ abſolutionem procraſtinare maluim⁹.

**Cōmemoratio interrogatōnis noſtre cur maiorem abſtinētiā maior interdum carnis impugnatio ſubſequatur. Cap̄. ij.**

Hoc autem ni fallor inquiſitio
h veſtra complexa eſt·cur interdū remiſſius ieiunātes·lenioribus carnis huius aculeis titillemur·et nōnūqꝫ diſtrictius abſtinentes·afflicto exhauſtoqꝫ corpore· incentiuis acriorib⁹ vrgeamur·ita vt quemadmodum patefecit veſtra confeſſio· experrecti·reperiamus nos humorum naturalium egeſtione reſperſos.

**Qꝫ triplici ratiōe proueniat genitalis fluxus egeſtio. Cap̄. iij.**

Huius ergo infeſtationis tripli‑
h cem cauſam noſtri ꝓdidere maiores· quemodū temporis cōſtituti intempeſtiuis irrumpat exceſſib⁹· Aut enī ſuperflua eſcarū nimietate congeritur·aut per incuriā mentis elabitur· aut inimici illudentis inſidijs prouocatur. Primū igitur caſtrimargie·id ē voracitatis vel gule vicium·hanc redūdātiam obſceni humoris extrudit. Nam ⁊ cum diſtrictioris abſtinētie tempore ſtatū polluit puritatis·non de p̄nti vt putatis inedia·ſꝫ de nimietate preterite ſa‑

tunitatis effunditur. Quod eniꝫ per voracitatis ingluuiem concretum fuerat ī medullis· neceſſe eſt vt per pruritum aut certe per ignorantiam· q̄uis magno ieiunio tabefacti corporis egeratur. Quāobrem non ſolum lautioribus epul' abſtinendum· ſed etiam a vilioribus cibis equali eſt continentia temperandum· immo ipſius etiā panis ⁊ aquę ſatietas ē cauenda· vt poſſit diu in nobis acq̄ſita corporis puritas ꝑmanere· atqꝫ imitari q̄dammodo intemeratā ſpūs caſtitateꝫ· licet nos neceſſe ſit confiteri· interduꝫ etiā abſqꝫ vlla mentis induſtria· vel per temperiē corporū· vel per etatis maturitateꝫ· quoſdam rarius ſordidari· vel certe fluxus iſtius egeſtione nō pollui. Sed alterius meriti eſt· qui pacem inerti felicitate conſequitur· alterius qui triumphū glorioſis virtutibus promeretur. Huiꝰ ei potentia viciorū omnium debellatrix digna miraculo eſt· illum quē facultas boni in ſua tuetur ignauia· cenſenduꝫ magis dixeri ſecuritatē hr̄e q̄ laudē. Secūda impuri illius profluuij cā eſt· ſi menſ ſpiritalibus ſtudijs atqꝫ exercitijs vacuata· nec diſciplinis interioris hominis īſtituta· quendam ſibi ſegniciei ſitum per cōſuetudinem continui torporis obduxerit· aut cum ſordidarum cogitationuꝫ inimicicias nō cauens· ita illam cordis ſublimiſſimā puritatem ſegniter concupiſcit· vt omnē perfectōnis ⁊ caſtimonie ſummā in ſola credat exterioris hominiſ caſtigatione conſiſtere· Cuiꝰ erroris atꝫ ſecordie vicio conſequenter eueniet· vt nō ſoluꝫ multimoda cogitationū peruagatio· inuerecunde atqꝫ procaciter ſecretū mentis irrūpat· ſed etiam priſtinarū omnium paſſionum intra eam ſemina perſeuerēt. Quę q̄diu in eius abditis delitescunt· q̄uis rigido corpus ieiunio caſtigetur· tamen nihilominus dormientē illecebroſis fantaſmatibus inquietant. Qua re fit vt ante legittimi temporis curſum· non iam ex nature neceſſitate· ſed nec adhuc ex fraude nequitie ſpiritalis· obſceni eliciātur humores· qui nō tam inanitate carnis q̄ mentis circūſpectione atqꝫ virtute ſi penitus inhiberi nequeunt· ſaltem ad illā egeſtionis ſimplicē qualitatem auxiliante gratia dei perducuntur. Ideoqꝫ in primis diſcurſus ſūt ſenſuum coercendi· ne mens iſtis exceſſibus aſſuefacta· ad fediora incitamēta luxurie ſomniās pertrahatur. Tertia cauſa eſt· cum per ordinatam quidem atqꝫ ſollicitam continentie diſciplinam· contritione cordis et corporis perpetuaꝫ caſtimonie puritateꝫ optamus acquirere· ſed nos vtilitati carnis ac ſpiritus egregie conſulentes· fraudulentiſſimi hoſtis ita impugnat inuidia· vt dum deijcere fiduciam conſciētie noſtre· noſqꝫ velut reatu aliquo humiliare conatur· illis precipue diebus quibus maiore integritatꝭ merito deſideramus diuino placere conſpectui· abſqꝫ vllo quidem carnis pruritu· mentis ve conſenſu· nec per illuſionē fantaſmatis alicuius· ſed tamen ſimplici fluxus illius egeſtione nos polluit· vt a ſacroſancta nos cōmuniōe deterreat· licet in quoſdam incipientium et quorū corpora necdum longa ieiuniorum caſtigatione tenuata ſunt· ob hoc diabolica factione hec euenire credatur illuſio· vt cum eos intenſioribꝫ ieiunijs ſtudere cognouerit· omnes eorum conatus hac arte ſubuertat· vt dum ſe nō ſolū nihil ad puritatem corporis diſtrictiore ieiunio profeciſſe· verumetiam grauius ſentiūt fuiſſe pulſatos· magiſtram incorruptionis ac puritatis alitriceꝫ abſtinentie diſtrictionem tanq̄ emulam perhorreſcāt. Quapropter noſſe debemus nō idcirco nos tantum ab vnoquoqꝫ vicio debere purgari· quia ſuis perturbatiōibus noſtrum occupet ſenſum· ſed quia contentum non ſit ſolum abſqꝫ aliorum cōſortio dominari. ſed intromiſſo omniuꝫ viciorum diriore collegio· ſubditaꝫ ſibi mēteꝫ multiplicata captiuitate populetur. Et idcirco caſtrimargia vincēda eſt· nō propter ſe tantū· ne ſcilicet onerosa nos



voracitate corrumpat· nec propter hoc ſolum ne carnalis ꝯcupiſcētie nos igne ſuccendat· ſed ne etiam iracundie vel furoris atqꝫ triſticie· ceterarumqꝫ omniuꝫ paſſionum faciat eſſe mancipia· Nā cū nob' eſca ac potus vel minus vl' neglētius vel tardius miniſtratur· ſi gule dominatione deprimimur· conſequens eſt· vt etiam iracundie ſtimulis incitemur. Et rurſus voluptuoſis ſaporibꝫ demulceri abſqꝫ philargyrie peſte nō poſſumus· per cuius ſuperfluos apparatꝰ magnis luxuria gaudet īpendijs. Philargirya vo cenodoxia atqꝫ ſuperbia et omniū multitudo viciorum indiuidua ſocietate iūguntur· atqꝫ ita vnumquodqꝫ vicium ſi vigere in nobis vel ſolum ceperit· etiā ceteris ſuggerit incrementa.

## Interrogatio an ad ſacroſāctā cōmunionē accedere liceat nocturna illuſione pollutum. Cap. iiij.

Ermanus. Diſpenſatione dei credimus hanc queſtioneꝫ in medium fuiſſe prolatam· vt illud q̄d verecūdia interrogādi fiduciā cohibente· nunq̄ potuimus edoceri· nūc opportunitate collationis cauſeqꝫ ipſius ordine prouocati· ſciſcitari fiducialiter audeamus. Si igitur eo tempore quo accedi oportet ad ſacroſancta myſteria ſenſerimus nos ſomni illuſione pollutos· ꝑſumenda eſt an vitanda illa ſalutaris eſce ſacroſancta perceptio?

## Reſponſio quando reatum cōtrahat hec paſſio dormienti. Cap. v.

Theonas. Omni quidem induſtria quantū in nobis eſt ſtudere debemus· vt immaculatā caſtimonie puritatem illo vel maxime tēpore teneamus· quo venerandis aſſiſtere optamus altaribus· et vigilantiſſima circumſpectione precauenduꝫ eſt· ne carnis integritas precedente tempore cuſtodita· ī ea precipue in qua nos ad cōmunionem ſalutaris conuiuij preparamus nocte fraudetur. Verum ſi hoſtis ille nequiſſimus vt nobis celeſtis remedij ſubtrahat medicinam· cuſtodiaꝫ ſopite mētis illuſerit· ita dumtaxat vt nullo reprehenſibili interueniente pruritu· nullo cōtaminetur oblectationis aſſenſu· ſꝫ egeſtionem aut naturali neceſſitate profuſaꝫ· aut certe impugnatiōe diaboli abſqꝫ ſenſu voluptatis elicitam· ad impedimētū noſtre ſanctificationis obtenderit· poſſumus et debemus ad gratiā ſalutaris cibi confidēter accedere. Sin vero noſtro vicio hec fuerit egeſta concretio· cōuenientes conſcientiam noſtraꝫ illud apoſtolicum formidemus. Qui māducauerit paneꝫ et biberit caliceꝫ domini indigne· reus erit corporis et ſanguinis domini. Probet autem ſeipſm homo· et ſic de pane illo edat et de calice bibat· Qui eī mānducat ⁊ bibit indigne· iudicium ſibi mānducat et bibit· non diſcernens corpꝰ domini· id eſt· nequaq̄ illum celeſtem cibū a cōmunium eſcarum vilitate ſecernēs· nec talem eſſe diiudicans quem non niſi pura liceat mente vel carne preſumere. Deniqꝫ infert. Ideo inter vos multi infirmi ⁊ imbecilles· ⁊ dormiunt multi· ſpiritales ſcilicet infirmitates ac mortes ex hac ſpecialiter dicens preſumptione generari· Multi enim qui euꝫ illicita vſurpatione preſumunt infirmantur fide· et imbecilli ſunt mente· paſſionum ſcꝫ languoribus inuoluti· et dormiunt ſomno peccati· ab hoc ſopore letali nequaq̄ ſalutari ſollicitudine reſurgentes. Deinde ſequitur. Quod ſi noſmetipſos diiudicaremus· nō vtiqꝫ iudicaremur. hoc eſt· ſi noſmetipſos perceptione ſacramentorū quotienſcunqꝫ peccati vulnere preuenimur· iudicaremus indignos· impēderemus vtiqꝫ ſtudium· vt per penitudinis emendationeꝫ ad ea digne poſſemus accedere· et nō tanq̄ indigni ſeueriſſimis infirmitatū flagriſ caſtigaremur a dn̄o·

vt vel ſic compuncti ad remedia noſtro
rum vulnerum recurramus· ne digni p̄
ſentis ſeculi breuiſſima correptione non
habiti· in futuro ſimul cum huius mun
di peccatoribus condemnemur. Quod
etiam in leuitico euidenti denunciatiōe
precipitur. Omnis mundus manduca
bit carnes· et anima quecunq̄ comede
rit de carnibus ſacrificij ſalutaris quod
eſt domini· in qua eſt immundicia peri
bit coram domino. In deuteronomio q̄z
a ſpiritalibus caſtris immundus ſimili
ter miſtice ſegregatur. Si fuerit inquit ī
ter vos homo qui nocturno pollut⁹ ſit
ſomnio· egredietur extra caſtra et non re
uertetur priuſq̄ ad veſperam abluatur
aqua· et poſt ſolis occaſum regredietur
in caſtra.

## Qd nonnunq̄ etiam inimici factione hec contingat illuſio. Cap̄. vi.

Erum vt manifeſtius appro
betur· quod etiam inimici fa
ctione nōnunq̄ h̄ eliciat̄ im
puritas· nouimus fratrem·
qui cum caſtimoniam cordis et corporis
ſumma circumſpectione atq̄ humilita
te promeritam iugiter poſſideret· ac ne
quaq̄ nocturnis ludificationibus tem
ptaretur· quotiens tamen ſe ad percipiē
dam cōmunionē dominicā preparaſſet·
īmundo fluxu dormiēs fedabatur· Qui
cum multo ſe tempore a ſacroſanctis mi
ſterijs trepidus abſtineret· tandem hāc
ad ſeniores detulit queſtionem· remediū
impugnationis ac doloris ſui medicabi
li eorum conſilio conſecuturum ſe eſſe cō
fidens. Sed cum primam cauſam mor
bi huius ſpiritalium medicorum doctri
na diſcuteret· que ſolet ex abundanti ci
borum preſumptione deſcendere· eamq̄
memorato fratri deprehenderent non in
eſſe· atq̄ hanc illuſionem nequaq̄ vicio
ſaturitatis conſtaret emergere· eo q̄ nec
fratris nota diſtrictione ſolennium die
rum quibus illa pollutio contingebat
ſpecialis exceptio· hoc illos pateret̄ opi
nari· ad ſcdam huius valitudinis cau
ſam ilico tranſtulerunt inquiſitionis in
daginem· diſcutientes ne anime forſitan
culpa· caro exhauſta ieiunio· impuris il
luſionibus vrgeretur· quibus etiā diſtri
ctiſſimi viri· cum paululum elati de ſui
corporis fuerit puritate· per ſuperbie vi
cium polluuntur· quod ſcilicet donū pre
cipuum dei· id eſt· corporis caſtitatē· hu
manis ſe viribus obtinuiſſe crediderit
Interrogatus igitur vtrum induſtriam
ſuā ita capacem huius crederet eſſe vir
tutis· vt ope diuini non egeret auxilij· ſū
ma hunc impium ſenſum execratiōe de
teſtans· cum ſe humiliter aſtruxiſſet· ne
ceteris quidem diebus corporis purita
tem retinere potuiſſe· niſi diuina in om̄i
bus gratia fuiſſet adiutus· illi confeſtim
ad cauſam tertiam recurrentes: occultas
diabolice factōnis inſidias peruiderūt·
probanteſq̄ nec anime culpam eſſe nec
carnis· ſacroſanctis eū epulis debere mi
ſceri confidentiſſime cenſuerunt· ne ſcili
cet ſi in hac obſtinatione duraſſet· verſu
tis maligni hoſtis laqueis obligat⁹· ſan
ctificatōnis et corporis chriſti particeps
eſſe nō poſſet· et per hāc fraudem medici
na remedij ſalutaris imperpetuum frau
daretur. Quo facto ita omnis diaboli
ce factionis ſcena detecta eſt· vt mox vir
tute dn̄ice corporis protegente· illa prete
rite illuſionis conſuetudo ceſſaret· in q̄
inimici dolus euidenter apparuit· ⁊ expo
ſita eſt pariter ac probata ſententia ſeni
orum· que plerūq̄ hunc impuriſſimum
fluxum nec· carnis nec anime vicio· ſ̄ ad
uerſarij factioſa docuit ludificatione p
pelli. Ut ergo fallax imaginatio ſomni
orum· illectrix egeſtionis impure. vel imp
petuum· vel certe vt ſm humiliorem ſine
communem dixerim ſtatum certis men
ſibus ignoretur· poſt illam fidem qua de
dei ſpecialiter gratia puritatis donū iu
giter ſperare nos cōuenit· eſce potuſq̄ ē
nimietas caſtiganda. Horum nanq̄ re



dundantia iſtiuſmodi humores ꝓpenſi
us gigni neceſſe eſt· qui quoniā concreti
nō poſſunt non egeri atq̄ ab ipſius na
ture lege ꝓpelli· ſub occaſione cuiuſcū q̄
pruritus atq̄ illuſionis emergūt· Eſca
rum vero ſatietate ſbtracta· conſequēs
eſt illas quoq̄ immūdas egeſtiones tar
dius generari· ⁊ ita fit vt quemadmodū
fluxus earum· ita etiā illuſio dormientes
vel rarius vel ſubtilius inquietet· q̄a nō
ſolū egeſtio ex imaginatione· ſ̄ imagina
tio ex egeſtiōis nimietate deſcēdit. Qua
propter ſi volumus ab illuſionū iſtarum
illecebris liberari· omni virtute nobis eſt
enitendum· primū vt fornicatiōis paſſi
one deuicta· iuxta apoſtolum: beatū non
regnet peccatum in noſtro mortali corpo
re· ad obediendum concupiſcentijs eius
Scdo vt ipō quoq̄ illecebroſo corporl
motu ſedato penitus ac ſopito nequaq̄
exhibeamus membra noſtra arma iniq
tatis peccato· Tertio vt interiore quoq̄
homine noſtro· ab illa libidinis titillati
one omnimodis ac medullitus mortifi
cato· exhibeamus nos deo tanq̄ ex mor
tuis viuentes· et ita per hunc profectum
peruenientes ad perpetuam quietem cor
poris noſtri· exhibeamus etiam membra
nr̄a nō iā arma libidini ſ̄ iuſticie dō In
q̄ nob caſtimonie puritate fūdatꝭ· pecca
tum in nobis iam nō dominabitur· Nō
enī ſumus ſub lege· que dum licita nu
ptiarum iura cōmendat· etiam illum cu
ius miniſterio opus illicite fornicationiſ
expleť· ī noſtris medullis nutrit ac ref
uat ardorem· ſed ſub gratia· que dū in
corruptionem virginitatis inſinuat· eti
am iſtū innoxium ac ſimplicē corporꝭ mo
tum· et ipſius quoq̄ liciti coitus interi
mit voluptatem· atq̄ ita cunctis impu
riſſime colluuiōis humoribus arefactꝭ·
egregij ac laudabiles eunuchi qui per
Yſaiam predicantur effecti· merebimur
illam que promittitur eis beatitudinem
poſſidere. Hec enī ait dn̄s eunuchis· q̇
cuſtodierint ſabbata mea ⁊ elegerit que
volui· et tenuerint fedus meū· dabo eis
in domo mea ⁊ in muris meis locū· ⁊ no
mē melius a filijs ⁊ filiabus· nomē ſem
piternum dabo eis qd non peribit· Qui
ſunt iſti filij ⁊ filie· quibus intantum iſti
preferuntur eunuchi· vt etiam locum ac
nomem melius accepturi eſſe dicātur· ni
ſi illi ſancti qui ſub veteri teſtamento in
coniugiorum copula permanentes· per
obſeruantiam mandatorum in adopti
onem filiorum dei non immerito perue
nerunt: Qd etiam nomē eſt illud quod
eis velut precipuum quiddā vice remu
nerationis ſumme promittitur. niſi hoc
quod chriſti vocabulo dicūtur eſſe cen
ſendi: De quo nomine et alibi idem pro
pheta· et ſuos ſuos inq̇t vocabit nomīe
alio· in quo q̇ benedictus eſt ſuper terrā·
benediceť in deo· amē· et q̇ iurat in terra:
iurabit in deo· amē· Et iterū. Et vocabi
tur inq̇t tibi nomē nouū qd os dn̄i noīa
uit. Quiq̄ pro hac cordis ⁊ corpis pu
ritate· etiā illa p̄cipua ac ſingulari beati
tudine pfruent̄· vt illud canticū iugit̄ ca
nāt· qd nemo alius ſanctoꝝ canere pōt·
niſi iſti ſoli qui ſequūtur agnū quocūq̄
vadit. Uirgines enī ſunt· et cum mulieri
bus ſe nō coinquinauerūt. Proinde ſi
ad hanc ſublimiſſimā virginū gloriam
volumus puenire· omni virtute incorru
ptionē mentis ac ſpiritus excolam⁹· ne
in illarū inſipientiū ꝟginū nūero colla
barū· q̇bus idcirco nō ſit reputata vir
ginitas· q2 a cōmixtiōe carnali īmunes
ſeſe tm̄modo ſuauerīt· et ob h̄ ꝟgines q̇
dē ſ̄ fatue nūcupātur· q2 deficiēte ī vaſ
eoꝝ oleo puritatꝭ intne· claritas ac ſplen
dor corpalis virginitatꝭ extiguit̄· iteriorꝭ
ei fotu ac pabulo puritatꝭ· ſbminiſtrari
necē eſt etiam exteriori hoī caſtitatē· eāq̄
iugiter ad perſeuerantiā incorruptionis
perpetue aīari. Et ideo fatue ille ꝟgines
glorioſum ſponſi thalamum cum illis
prudentibꝫ nō merentur intrare· que in
tegrum ſpiritū ſuū ⁊ aīam ⁊ corpus ſine
querela in diē dn̄i noſtri ieſu chriſti con

ſeruauerunt. Illi namq̧ ſunt veri atq̧
incorrupti virgines chriſti· illi admirabi
les atq̧ egregij reputantur eunuchi· nō
qui metuūt· ſed quibus nō libet fornica-
ri· nec qui impudicicie reprimūt frena· ſʒ
qui ipām quoq̧ minimā mentis titilla-
tionem et tenuiſſima libidinis incitamē-
ta vicerunt· et eo vſq̧ extenuauerūt illuʒ
carnis vt ita nixerim ſenſum· vt nō ſolū
ex cōmotione eius nulla oblectatione· ſꝫ
ne exigua quidem titillatione tangant᷑.

## Q nunq̄ȝ dignū ſe cōmunione dominica quiſpiam debeat iu- dicare Cap̄. vij.

t Anta aūt cor noſtrū humilita-
tis debem⁹ vallare cuſtodia· vt
hanc definitionē perpetua ſen
ſuū ſtabilitate teneamus· nequaq̄ȝ nos
poſſe ad tantū purificationis merituʒ ꝑ
uenire· vt licet hec q̄ ſupra dixi per dei g̃-
tiā oīa fecerimus· indignos tamen nos
cōmunione ſacri corporis eſſe credamus
Primū quia celeſtis illius manne tāta
maieſtas eſt· vt nemo hac lutea carne cir
cūdatus pro ſuo merito eius edulium ⁊
nō ex gratuita dn̄i largitate ꝑcipiat. De
inde qꝛ nullus ita circūſpectus in huius
mundi poteſt eſſe conflictu· vt eum ſaltī
rara vel leuia peccatorū tela nō feriāt· qꝛ
impoſſibile eſt vt nō aut ignorantia aut
negligentia· aut vanitate· aut obreptio-
ne· aut cogitatione· aut neceſſitate· aut
obliuione peccetur. Nam et ſi ad tam p̄-
celſum quis virtutum culmen aſcende-
rit· vt apoſtolicū illd̄ ñ iactant᷑ exclamet·
mihi autē ꝓ minimo eſt vt a vobis di-
iudicer· aut ab humano die· ſed neq̧ me
ipſum iudico· nihil enī mihi ꝯſcius ſuʒ·
ſciat ſe tñ abſq̧ pctō eſſe nō poſſe. Neq̧
enī fruſtra idem doctor adiūxit· ſꝫ nō in h̄
iuſtificatus ſum· id eſt· nō ſi ego iuſtū me
eſſe credidero· verā confeſtiʒ iuſticie glo
riā poſſidebo· vel qꝛ me conſcīa mea nul-
lius peccati reprehenſione cōpungit. id-
circo nullius ſordis cōtagione fuſcatus

ſum· multa enī meā conſcientiā latēt· q̄
cū ſint mihi incognita vel obſcura· deo
nota atʒ manifeſta ſūt. Ideoq̧ ſbijciēs·
qui aūt me inq̄t iudicat dn̄s eſt· id eſt ab
illo ſolo quē ſecreta cordiū nō latent· ve
rū iudicij in me proferet᷑ examen.

## Obiectio eo q̄ oēs dn̄ica com- munione priuādi ſint ſi nullus eſt abſq̧ peccato Cap̄. viij.

Ermanus. Supradictū eſt
nō niſi ſanctos celeſtiū ſacram̄
torꝫ eſſe debere participes· nunc
adijcitur impoſſibile eſſe hoī· vt immūis
penitus ſit a delicto· Si null⁹ ergo liber
a noxa nullus eſt ſanctus· et ꝯſequēs eſt
vt homo cui ſanctitas deeſt· myſteriorū
chriſti particeps eſſe nō poſſit· regnū eti
am celorꝫ ſperare nō debeat· qd̄ ſolis ſan
ctis dn̄s pollicetur.

## Reſponſio eo q̄ multi ſancti eē poſſint nemo abſq̧ peccato ni- ſi chriſtus. Cap̄. ix.

Heonas. Multos quidē eſſe
ſanctos ac iuſtos negare ñ poſ-
ſumus· ſed inter ſanctū ⁊ imma
culatū multa diſtātia eſt. Aliud eſt enim
eſſe quēpiā ſanctū· id ē· diuino cultui cō
ſecratum· hoc enim nomen non ſolum
hoīb· ſꝫ etiaʒ locis ⁊ vaſculis tēpli atq̧
lebetib· atteſtante ſcriptura cōmune eſt.
Aliud eſt aūt eſſe abſq̧ peccato· qd̄ vni⁹
dn̄i noſtri ieſu chriſti ſingulariter cōue
nit maieſtati· de q̄ etiā apoſtolus velut p̄
cipuum q̄d ac ſpeciale ꝓnūciat dicens.
Qui pctm̄ nō fecit. Satis enī vilē atq̧ ī
dignā eius preconijs laudē q̄ſi incorpa
le ac diuinū ei aliq̄d aſſignauit· ſi etiam
nos illibatā ab oīni pctō poſſumus trāſ
igere vitā. Rurſus apl̄s ad hebreos· nō
enī habemus inquit pontificem qui non
poſſit cōpati infirmitatibus noſtriſ· tem
ptatum aūt per oīa ꝓ ſilitudine abſq̧
pctō. Si igit᷑ etiā terrene hūilitatis nr̄e
cū illo excelſo diuinoq̧ pontifice hec pt
eſſe cōmunio· vt etiā nos abſq̧ vlla pcti



offenſione temptemur· cur apoſtolus h̄
ī illo velut vnicū ac ſingulare ſuſpiciēs·
eius meritū ab hominib tanta diuiſiōe
diſcreuit: Hac ergo ſola ab omnibus
nob exceptione diſtinguitur· quia nos ñ
abſq̧ peccato· illuʒ ſine peccato conſtat
fuiſſe temptatum. Quis eteni hominuʒ
q̄uis fortis atʒ bellator ſit· hoſtilibus ta
mē telis plerumq̧ nō pateat: Quis ve
lut impenetrabili carne circundatus tā
tis preliorum periculis ſine periculo mi
ſceatur: Ille aūt ſolus ſpecioſus forma
pre filijs hominum· conditionem mortis
humane cum vniuerſa carnis fragilita-
te ſuſcipiens· nullius vnq̄ȝ eſt ſordis ma
culatus attactu.

## Q ſolus filius dei abſq̧ vllo peccati vulnere vicerit tempta- torem. Cap̄. x.

t Emptatus eſt enim ſm̄ ſilitudi
nem noſtram caſtrimargie pri-
mū vicio· vt ei callidus ille ſer-
pens eo ordine quo adā ante ſeduxerat
eſurienti eſce deſiderio conaret᷑ illudere·
ſi filius īquiēs dei es· dic vt lapides iſti
panes fiant. Sed nullū recipiens ex hac
temptatione peccatum· cum ei facultas
indubitata ſuppeteret· reſpuit cibuʒ quē
ei deceptionis artifex ingerebat: dicens.
Non in ſolo pane viuit homo· ſed in oī
verbo quod procedit de ore dei. Tēpta-
tus ē etiā cenodoxia ſm̄ ſimilitudinē no
ſtram· cum ei dictū eſt· ſi filius dei es mit
te te deorſum· ſed ſubdola diaboli ſugge
ſtione captus nō eſt· et vaniſſimuʒ ſedu-
ctorē etiā ſcripturarū obiectiōe ꝯfutās·
non temptabis inquit dn̄m deum tuuʒ·
Temptatus eſt etiā tumore ſuperbie ſm̄
ſimilitudinē noſtrā· cū ei a diabolo pro-
mitterētur omnia regna mūdi et gloria
eorꝫ· ſed irriſa atq̧ obiurgata eſt nequi-
tia temptatoris. Reſpondit eī ei. Uade
ſathanas· Scriptū eſt ei. Dn̄m deū tuū
adorab· ⁊ illi ſoli ſuies. His āt teſtimo
nijs edocemur· vt fraudulentis ſuggeſti
onibus inimici· nos quoq̧ ſimiliter me-
moria ſcripturarū debeamus obſiſtere·

Rurſum temptatus eſt ſupbia ſm̄ ſimi-
litudinē noſtrā· cū idem inſidiarū arti-
fex· regnū qd̄ ab ipō oblatum ante reſpu
erat· per homineſ ei moliretur ingerere· ſꝫ
abſq̧ peccato inſidias temptatoris irri
ſit. Cum enī cognouiſſet ieſus q̄ ventu-
ri eſſent vt raperent eū· et facerent euʒ re
gem· fugit iterū in mōtē ipē ſolus· Tem
ptatus eſt ſm̄ ſimilitudinem noſtrā· cuʒ
verberatus flagris· cuʒ palmis ceſus. cū
ſputorū horrore reſperſus eſt· cū ad extre
mū pertulit crucis exquiſita ſupplicia· ſʒ
nullis vnq̄ȝ nō dicam contumelijs· verꝫ
ne ſupplicijs quidē ad tumorem vel leuiſ
ſime indignationis impulſus eſt· qui ⁊ ī
patibulo conſtitutus miſericorditer pro
clamauit. Pater ignoſce eis· nō eniʒ ſci
unt quid faciunt.

## Q ī ſimilitudine carnis pecca ti ſolus venerit chriſtus. Cap̄. xi.

q Uemadmodū vo et illud acci
piet᷑ q̄ eū apl̄us in ſilitudīe car
nis pcti veniſſe cōmemorat· ſi
etiā nos nulla pctī labe pollutaʒ hr̄e poſ
ſumus carnē: Nā ⁊ h̄ de illo q̄ ſolus eſt
abſq̧ pctō tāq̄ȝ ſingulare memoratur·
miſit deus filiū ſuū in ſilitudine carnis
pctī· qꝛ verā atq̧ integrā ſuſcipiēs ſbaʒ
carnis hūane· nō ipm̄ pctm̄ in ea ſꝫ ſimi
litudinē pctī ſuſcepiſſe credend⁹ eſt. Si
militudo enī nō ad carnis veritateʒ· ſm̄
prauū quorūdaʒ hereticorꝫ ſenſum· ſꝫ ad
pctī eſt imaginē referēda. Erat eī in ipō
vera quidē caro ſꝫ abſq̧ pctō· ſilis ſiq̄deʒ
peccatrici. Illud ſiq̄dem ad hūane ſbe ꝑ
tinet veritatē· h̄ vero ad vicia refert᷑ et mo
res. Habebat ſilitudinē carnis pctī· cū
velut hō ignarus ac ꝓ cibo ſollicitus per
cōtaret᷑· quot panes habetis: ſꝫ ſicut pec-
cato neq̄q̧ caro illius· ita nec aīa igran-
tie ſubiacebat. Deniq̧ ſtatiʒ euāgeliſta
ſbiūgit. Hoc aūt dicebat ieſus tēptans
eū· ipē enī ſciebat q̄d eſſet factur⁹. Habe
bat carnē ſilem peccatrici· cū velut ſitiēs
a ſamaritana muliere poſceret potum·
ſed non erat peccati forde polluta· quia

cõtrario mulier ꝓuocata ē petere aquã
viuam·quę illam nunq̃ꝫ ſitire permitte/
ret·ſed fieret in ea fons aque ſalientis in
vitam eternam. Habebat carnis iſtius
veritatem cum dormiret in naui·ſꝫ ne pa
riter nauigātes pctī ſimilitudine fallerē
tur·ſurgens increpauit ventos et mare·
et facta eſt tranquillitas magna. Com/
muni cũ omnibus ſoꝛte peccato ſubdit⁹
videbatur·cum diceret̃ de ipſo. hic hõ
ſi eſſet propheta·ſciret vtiq̃ꝫ quę ⁊ qua/
lis eſt mulier quę tangit eum·quia pecca
trix eſt·ſed peccati non habuit veritatē·
quia blaſſemam cogitationem arguens
phariſei·ſtatiꝫ mulieris peccata dimiſit
Peccatricem cuꝫ ceteris gerere putaba
tur carnem·cuꝫ velut homo in moꝛtꝭ diſ·
crimine conſtitutus·et imminentiuꝫ ſup
pliciorum terroꝛe perculſus oꝛaret. pa/
ter ſi poſſibile eſt· tranſeat a me calix iſte·
et triſtis eſt anima mea vſq̃ꝫ ad moꝛtem·
ſed peccati contagium neſciebat illa tri/
ſticia·quia vite auctoꝛ moꝛtem foꝛmida
re nõ poterat. Ait enī. Nemo tollit a me
animam meam·ſed ego pono eam a me
ipõ· poteſtateꝫ habeo ponendi eam·⁊ po
teſtatem habeo iterum ſumendi eã.

## Q iuſti et ſancti omnes non fu erint in ſimilitudine ſed in veri tate peccati. Cap. xij.

(i) N hoc ergo ille homo qui nat⁹
ex virgine eſt·magna cunctis q̃
ex vtriuſq̃ꝫ ſexus cõ mixtione ꝓ
ducimur· diſtantia ſegregatur· q cum
omnes non ſimilitudinem ſed veritateꝫ
peccati in carne geſtemus·ille non verita
tem ſed ſimilitudineꝫ peccati in vere car
nis aſſūptione ſuſcepit. Deniq̃ꝫ licet ſcri
ptum de eo in Yſaia propheta phariſei
apertiſſime meminiſſent ·qui peccatum
non fecit·nec inuētus eſt dolus in oꝛe ei⁹·
tamen ita ſimilitudine carnis peccati fal
lebantur vt dicerent. ecce homo voꝛax ⁊
potatoꝛ vini·publicanoꝛum ⁊ peccatoꝝ
amicus·et ad illum qui illuminatus fue
rat cecum. da gloꝛiam deo·nos enim ſci/
mus quia hic homo peccatoꝛ eſt·⁊ ad py
latum·niſi eſſet hic homo peccatoꝛ·non
eũ tradidiſſemus tibi. Huius ergo rei q̄
illi tantum ſingularis ac propꝛia eſt·eq̄·
litatem ſibi blaſſemie ſuperbię crimine
vendicabit. quiſquis ſe eē ſine pecccato
auſus fuerit pꝛofiteri. Conſequens eniꝫ
eſt vt ſimilitudinem carnis peccati ⁊ nõ
veritatem peccati habere ſe dicat.

## Q non ſint tam grauia peccata ſanctoꝛum vt eis auferant meri tum ſanctitatis. Cap. xiij.

(c) Eteruꝫ iuſtos et ſanctos viros
non eſſe immunes a culpa·ma·
nifeſte ſcriptura pꝛonunciat di
cens. Septies in die cadit iuſtus ⁊ r̃ſur·
git. Quid enim aliud eſt cadere q̃ꝫ pecca
re: Et tamen cum dicatur ſepties cade/
re·nihilominus pꝛonunciatur iuſtus·nᶜ
iuſticie eius pꝛeiudicat lapſus fragilita/
tis humane·quia multum intereſt inter
ſancti ⁊ peccatoꝛis hominis lapſuꝫ. Ali
ud eſt enim admittere moꝛtale peccatuꝫ·
et aliud eſt cogitatione quę peccato non
caret pꝛeueniri·vel ignoꝛantie aut obli/
uionis erroꝛe·aut facilitate ocioſi ſermo·
nis offendere· aut ad punctum in fidei
theoꝛia aliquid heſitare·aut ſubtili qua·
dam cenodoxie titillatione pulſari·aut
neceſſitate nature aliquantiſper a ſum·
ma ꝑfectione recedere. Hec eī ſunt ſeptē
lapſuū genera·in quibus ſanctus lꝫ nõ·
nunq̃ꝫ cadat·tñ iuſt⁹ eſſe nõ deſinit·quę
q̃ꝫuis leuia eſſe videantur ac parua· ta·
men faciunt eũ ſine peccato eſſe nõ poſſe.
Habet enim pꝛo quibus quotidianaꝫ
gerens penitudinem et veniaꝫ veraciter
debeat poſtulare· et pꝛo ſuis indeſinēter
oꝛare peccatis·dicēs: Dimitte noƀ debi
ta noſtra. Et vt euidentiſſimis ꝓbemus
exēplis et erraſſe nonnullos ſanctoꝛum·
et tamen a ſua non diſceſſiſſe iuſticia·cer
te ille beatiſſimus et apoſtoloꝛum exími⁹
Petrus·quid aliud credendus eſt fuiſſe
q̃ꝫ ſanctus· pꝛeſertim id tempoꝛis quo
ei a domino dicebatur Beatus es ſymõ



bariona·qꝛ caro ⁊ ſanguis nõ reuelauit
tibi·ſed pater meus qui in celis eſt· et ti/
bi dabo claues regni celoꝛum ·et quod/
cũq̃ꝫ ligaueris ſuper terrã erit ligatũ et
in celis·et quodcunq̃ꝫ ſolueris ſup terrã
erit ſolutum ⁊ in celis. Quid hac dñica
laude ꝑclarius: quid hac poteſtate ac be
atitudine poteſt eſſe ſublimius: et tamen
poſt paululũ·cum ignoꝛãs miſteriũ paſ
ſionis·tante vtilitati humani generꝭ in/
ſcius obuiaret dicēs. abſit a te domine·
ñ erit tibi h̃·meret̃ audire Uade p⁹ me
ſathanas·ſcãdalũ es m̃·qꝛ ñ ſapis ea q̄
dei ſunt: ſed ea q̄ hominũ. Nũquid nã
cum his eum verbis ipã equitas incre/
paret·aut nequaq̃ꝫ cecidiſſe·aut in ſan/
ctitate atq̃ꝫ iuſticia nõ permanſiſſe credē
dus eſt: Qui illo etiã tempoꝛe nunquid
ruinã manifeſte negandus ē pertuliſſe·
quo īminente perſecutoꝛũ metu·ter dñꝫ
negare cõpulſus eſt: Sed confeſtim pe·
nitudine ſƀſequēte·amariſſimis lacbry/
mis maculam tanti criminis abluēdo·
ſanctitatis atq̃ꝫ iuſticie meritũ non ami
ſit. De ipõ igitur ac de eius ſilib ſanctꝭ
illud etiam quod a dauid canitur·debe·
mus accipe· A dño greſſus hominis di/
rigēt̃ ⁊ viã ei⁹ volet nimis. Cũ ceciderit
nõ collidetur. qꝛ dñs ſupponit manũ ſu·
am. Cuius eī greſſus a dño dirigũtur.
quid aliud poteſt eſſe q̃ꝫ iuſtus: Et tñ de
hoc ipõ dicitur·cum ceciderit nõ collide
tur. Quid eſt cũ ceciderit·niſi cũ lapſuꝫ
peccati alicuius incurrerit: Nõ collide·
tur inquit·id eſt·nequaq̃ꝫ diu oppꝛimet̃
incurſione peccati·ſed licet ad pñs vide·
atur eliſus·tamen diuino quod implo/
rat erectus auxilio · celeri reſurrectione
ſtabilitatem iuſticie nõ amittit·vel etiaꝫ
ſi ad pꝛeſens ꝑ fragilitateꝫ carnis aliq̇d
admiſerit·ſuppoſitione manus dñice re·
parabit̃. Nec enī ſanctus eſſe deſinit p⁹
ruinã·qui cum ſe fiducia operũ ſuoꝛum
iuſtificari nõ poſſe cognoſcat·et a tantis
peccatoꝛum nexibus credat ſola domini
gratia liberandum· cum apoſtolo ꝓcla
mare non deſinit. Infelix ego homo· q̇s
me liberabit de coꝛpoꝛe moꝛtꝭ hui⁹: Gra
tia dei ·per ieſum chriſtum dñm nr̃m

## Quomodo intelligendum ſit il lud apoſtoli nõ enī qꝺ volo bo nũ facio. Cap. xiiij.

(n) Am cum apoſtolus paulus
ineſtimabilem abyſſum pu/
ritatis· reſiſtentibus cogita
tionuꝫ eſtibus penetrari ab
homine non poſſe cognoſcēs· diu velut
per pꝛofunda iactatus·ante dixiſſet·non
enim quod volo bonum facio·ſed quod
odi malum hoc ago·et rurſum . ſi autem
quod nolo hoc facio ·iam non ego ope·
roꝛ illud·ſed quod habitat in me pecca/
tũ·et cõdelectoꝛ legi dei ſm interioꝛeꝫ ho
minem·video autem aliam legem in mē·
bꝛis meis repugnantem legi mētis meę·
et captiuum me ducentem in legem pec/
cati quę eſt in membꝛis meis ·omi vl̃ ſua
vel nature ipĩus fragilitate perſpecta· tã
immenſe altitudinis vaſtitate perterrit⁹
ad tutiſſimum poꝛtum diuini confugit
auxilij·et q̃ſi de nauigij ſui oneribꝫ moꝛ/
talitatis oppꝛeſſus ·naturali infirmitate
deſperans·ab eo cui impoſſibile nihil ē.
naufragioꝛum depoſcit remedia·cum q̊
dam miſerabili vociferans eiulatu. In·
felix ego homo ·quis me liberabit de coꝛ
poꝛe moꝛtis huius: Statimq̃ꝫ abſoluti/
onem quã deſperauit ꝺ imbecillitate na
ture· de dei benignitate pꝛeſumpſit·confi
denter adiungens · gratia dei per ieſum
chriſtum dominum noſtrum.

## Obiectio eo q ex peccatoꝛum potius perſona hoc Apoſto/ lus dixiſſe credendus ſit. Cap. xv

(g) Ermanus. Multi hoc apo
ſtolicũ ita intelligi debere diffi
niunt·vt hoc eum non ex ſua:
ſed ex peccatoꝛum perſona dixiſſe confir
ment·eoꝛum ſcilicet qui volentes ſemet/
ipſos a coꝛpoꝛalibus illecebꝛis ac volu/
ptatibꝫ abſtinere·obſtricti vitijs ꝑſtinis
⁊ oblectatõe carnaliũ paſſionũ captiua
ti·ſemetipõſ cobibere ñ pñt·dũ iolita cõ

ſuetudine viciorū· velut immiti quadaꝫ
tyrannidis dn̄atione depreſſi· ad liberta
tē pudicicie reſpirare nō poſſunt. Quō
enī btō apoſtolo qui ēad ſummū perfecti
onis totius culmē certū eſt perueniſſe· il-
lud poterit cōuenire qd̄ dicit· nō enī qd̄
volo bonuꝫ facio· ſed qd̄ odi malum hoc
ago· illud etiā qd̄ ſubiūgit· ſi aūt qd̄ no-
lo hoc ago· iam nō ego operor illud· ſed
qd̄ habitat in me pctm̄· necnō etiaꝫ hoc
condelector enī legi dei ſm̄ interioreꝫ ho
minē. video aūt aliam legem in mēbris
meis· repugnantē legi mentis mee· et ca-
ptiuū me ducentē in legem peccati· q̄ eſt
in mēbris meis? In quo igitur hec perſo
ne apoſtolice poſſūt coaptari? Quid .n.
eſt boni qd̄ ille non potuerit implere? Et
econtrario· quid illud eſt mali qd̄ nolēs
et odiēs· tamen cogente natura inuitus
admiſerit? Ad quā vero peccati legē ele-
ctionis vas in quo chriſtus dominus lo
q̄bat᷑· potuit captiuus adduci? Qui cū
omnem inobedientiam· et omnem extol
lentem ſe aduerſus deum altitudineꝫ ca
ptiuaſſet· de ſemetipō cum fiducia ꝓcla
mabat. Bonū agonem certaui· curſum
conſūmaui· fidem ſeruaui· d̄ cetero repo
ſita eſt m̄ corona iuſticie· quā reddet mi-
hi dominus in illa die iuſtus index.

**Dilatio propoſite queſtionis. Cap̄. xvi.**

i Neonas. Intranteꝫ me tu-
tiſſimū ſilentij portum· rurſus
ad immenſum profundiſſime
queſtionis pelagus reuocare conamini·
ſed oportunitatē fide ſtationis amplexi·
hic interim curſu tamen longe collatio
nis emenſo· taciturnitatis anchoram ia-
ciemus vt craſtina die· ſi tamē nulla vis
tempeſtatis obſtiterit· flatu proſperi ſpi
ritus explorato· diſputationis vela pan
damus.

**Explicit collatio abbatis theo ne ſecunda de nocturnis illuſionibus. Incipiūt capitula collatiōis tertie abbatis theōe d̄ velle bonū et agere malū. Cap̄. i.**

d Iſputatio abbatis theone d̄ eo
ꝙ apl̄s dicit· nō enī qd̄ volo fa
cio bonum.
ij De eo ꝙ dicit aplm̄ multa bona
conſūmaſſe.
iij Quid ſit illud bonū qd̄ apl̄s ſemet
ipſū ꝑficere nō poſſe teſtatur.
iiij Bonitatē humanā atq̄ iuſticiā
nō eſſe bonā ſi diuine bonitati
ac iuſticię conferatur.
v Neminē ſummo illi bono inten
tū eſſe iugiter poſſe.
vi Qȝ lippis ſil̄es ſint hi q̇ ſe credūt
eſſe ſine peccato.
vij Qȝ hi q̇ ꝓnūciāt hoīem poſſe eſſe
ſine peccato duplici in hoc agā
tur errore.
viij Qȝ paucoꝝ ſit itelligere pctā.
ix Qua cautione memoriā dei mo
nachus debeat cuſtodire.
x Qȝ hi q̇ ad ꝑfectionē tendūt ī ve-
ritate hūilientur et dei gr̄a ſem
per ſe ſentiāt indigere.
xi Expoſitio illius ſnīę. Condele-
ctor enī lege dei ſm̄ iterioreꝫ ho
minem ꝛc.
xij Itē illius. Scim⁹ aūt qm̄ lex ſpi
ritalis eſt· et reliqua.
xiij Itē expoſitio illi⁹. Scio aūt ꝙ nō
habitat in me; hoc eſt· in carne
mea bonū.
xiiij Obiectio ꝙ neq̄ infideliū ꝑſonis
cōueniat neq̄ ſctōꝝ. Nō enim
qd̄ volo bonū facio ꝛc.
xv Rn̄ſio ad obiectionē ꝓpoſitā.
xvi Quid ſit corpus peccati.
xvij Qȝ ſancti oēs veraciter immūdos
ſe ꝛ pctōres eſſe confeſſi ſunt.
xviij Etiā iuſtos ꝛ ſctōs ſine pctō n̄ eē
xix Qȝ in ipā q̇ꝫ orōis hora pctm̄ de-
clinari vix poſſit.
xx A q̇bꝫ ſit pcti euacuatio ꝛ virtu
tū diſcenda perfectio.
xxi Qȝ licet agnoſcamus nos ſine
pctō nō eſſe· nō debeam⁹ tamē
nos a dn̄ica cōione ſuſpendere

**Expliciūt capitula.**



**Incipit collatio tertia abbatis theone de eo ꝙ dicit apoſtolus nō enī qd̄ volo bonū facio ſꝫ qd̄ nolo malum hoc ago. Cap̄. i.**

r Euerſa
igitur luce cū ad
perſcrutandam
abyſſuꝫ apoſto-
lice queſtiōis· ſū
ma a noƀ ſenex
cōpelleretur in-
ſtantia· ita effatus ē. Teſtimonia q̇bus
probare conamini· apoſtolum paulum
nō ex ſua ſed ex peccatorum dixiſſe perſo
na· nō enī qd̄ volo bonū facio· ſ; qd̄ odi
malū hoc ago· vel illud· ſi auteꝫ qd̄ nolo
hoc facio· iam non ego operor illud· ſed
quod habitat in me peccatuꝫ· vel quod
ſequitur· condelector enī legi dei ſm̄ in-
teriorem hominē· video aūt aliam legem
in membris meis repugnantem legi mē-
tis mee· et captiuuꝫ me ducentem in lege
peccati q̄ eſt in membris meis· ecōtrario
euidenter oſtendunt peccatoruꝫ perſone
hec nō poſſe omnimodis cōuenire· ſ; ad
ſolos q̄ dicta ſunt attinere perfectos· et
eoꝝ tantū qui apoſtolorū merita ſubſe-
quūtur cōgruere ſanctitati. Ceterū quo
pacto ꝑſone peccatorū h̄ poterit cōueni
re· qd̄ dicit· nō enī qd̄ volo bonuꝫ facio·
ſed qd̄ odi malum hoc ago. Sed nec il-
lud quidem· ſi aūt qd̄ nolo hoc facio· iaꝫ
n̄ ego operor illd̄· ſ; qd̄ habitat ī me pec
catum? Quis enī delinquentiuꝫ nolēs ſe
adulterijs fornicationibusq̄ contami-
net? Quis inuitus proximo tendat inſi-
dias? Quis ineuitabili neceſſitate coga-
tur· vt falſo teſtīonio homineꝫ opprimat·
furto ve decipiat· aut alterius ſpolia con
cupiſcat· vl̄ proximi ſanguineꝫ fundat?
Quinimo vt ſcriptuꝫ eſt· hūanū genus
diligēter intentū eſt ad neq̇tiā a iuuētu-
te ſua. Intm̄ enī oēs vicioruꝫ amore fla-
grātes deſiderāt implere q̄ cupiunt· vt
etiā peruigili cura oꝑtunitatē cōmitten
di ſceleris aucupentur· ac de ignominia
ſua ꝛ criminū cumulo gloriantes· ſcd̄m
ſnīam obiurgātis apoſtoli laudem ſibi
quandā de ꝯfuſione conquirāt. Quos
etiā hieremias ꝓpheta nō ſolū nō nolen-
tes· nec cū req̇e corꝑis flagicioꝝ eius cri
mina ꝑpetrare· verūetiā intantū eos aſſe
rit laborioſis conatibꝫ vt ad effectū coꝝ
perueniāt deſudare· vt a letali ſcelerum
appetitu nec obſiſtentibus arduis diffi-
cultatibus reuocentur· dicens· vt iniquę
agerent laborauerunt. Illud quoq̄ q̇s
dixerit pctōribꝫ couennire· itaq̄ ego ipē
mente ſuio legi dei· carne aūt legi pecca-
ti· quos nec mēte nec carne deo ſuire ma-
nifeſtū eſt. aut queādmodū hi peccēt cor-
pore· mēte ſeruiāt deo· cū vicioꝝ fomitē
caro ex corde ꝯcipiat· ꝛ ipē auctor vtriuſ
q̄ nature· fontē atq̄ originē peccatoruꝫ
ex eo ꝓnūciet emanare. de corde in q̇ens
ꝓcedūt cogitatiōes male. adulteria· for
nicatiōes· furta ꝛ cetera hmōi? Quāob
rē euidēter oſtēdit᷑ ſ; nullomō d̄ pctōrū
intelligi poſſe ꝑſonis· q̇ nō ſolū non ode-
rūt· ſ; etiaꝫ diligūt mala· et intm̄ deo nec
mente nec carne deſuiunt· vt ante delin
quāt mente q̄ corꝑe· et priuſq̄ carnis ex
pleāt voluptatē· ꝑueniātur mētis cogi
tationūq̄ peccato.

**De eo ꝙ dicit multa bona apoſtolum conſūmaſſe Cap̄. ij.**

ſ Upereſt igit᷑ vt virtutū ſenſus
ex ītimo dicētꝫ metiamꝛ affectu·
et q̇d beat⁹ apl̄s dixerit bonū·
quid ve cōparatione eius pronunciaue-
rit malum· nō nuda ſignificatione vbo-
rum· ſed eodem quo ille diſcutiamus in
tuitu· intellectū quoq̄ eius ſm̄ dignita
tem pronunciantꝫ ac meritum perſcrute-
mur. Tunc enī ſententias deo inſpiran
te ꝓlatas· ſcd̄m ꝓpoſitū ac voluntatē ei⁹
cōprehendere poterimus· cū eoꝝ a q̇bus
ꝓmulgate ſunt ſtatū ac meritū ꝑpenden
tes. non verbo ſed expimētis parē indue
rimūs affectuꝫ· pro cuius qualitate ſine
dubio vel concipiuntur vniuerſi ſenſus

vel ſnīe pꝛoferuntur Quā obrē quid ſit
pꝛincipaliter bonū· quod apoſtolus nō
potuerit perficere cū vellet· diligentius i
dagemus. Multa enim nouimus bona
que beatū apoſtolū omnesqꝫ illius me
riti viros et habuiſſe per naturā· ⁊ acq
ſiſſe per gratiā negare nō poſſumus Eſt
enī bona caſtitas· laudabilis continētia·
miranda pꝛudentia· larga humanitas·
circūſpecta ſobꝛietas· modeſta temperā
tia· pia miſericoꝛdia· ſancta iuſticia· que
omnia in apoſtolo paulo eiusqꝫ conſoꝛ
tibus· ita plena atqꝫ perfecta fuiſſe· du
bium nō eſt· vt virtutū potius qꝫ ꝟboꝝ
magiſterio ab eis religio doceretur· qui
qꝫ iugi eccleſiarū omniuꝫ cura· ac perui
gili ſollicitudine ſꝑ exuſti ſunt. Quantū
hoc miſericoꝛdie bonū· quāta perfectio ē
pꝛo ſcandalizantibus vri· cum infirmā
tibus infirmari. Cum ergo tantis apl's
abundauerit bonis· quod illud ſit bonū
cuiuſ perfectione caruerit nō poterimus
agnoſcere· niſi in illum quo ipe locutus
eſt pꝛofecerimus affectuꝫ. Omnes itaqꝫ
quas eum diximus habuiſſe ꝟtutes· qꝫ
uis velut gēme ſplendidiſſime atqꝫ pꝛeci
oſe ſint· tamen ſi pꝛeclaro illi atqꝫ pꝛeci
puo margarito· quod ille euangelicꝰ ne
gociatoꝛ inquirens· vniuerſis que poſſi
det vēditis cōparare deſiderat cōferan
tur· ita eoꝝ meritū reuileſcit atqꝫ cōtem
nitur· vt eis ſine cunctatiōe diſtractis vni
us tantū boni poſſeſſio locupletet bono
rū innumerabiliū venditoꝛē.

## Qđ ſit vere bonū qꝫ apoſtolus ſemetipum perficere non poſſe teſtatur. Cap. iij.

Uid ḡ eſt vnū qđ illis tantꝭ tā
b
qꝫ innumeris bonis tā incōpa
rabiliter pꝛeponatur· vt ſpꝛetis
abiectiſqꝫ omnibus ſolum debeat poſſi
deri: Nimirū illa pars optima· cuiꝰ ma
gnificentiā ac perpetuitatem cuꝫ relicto
ſuſceptionis atqꝫ humanitatis officio·
maria pꝛeelegiſſet· ita pꝛedicatur a dn̄o·
Martha martha ſollicita es ⁊ turbaris
circa multa· paucis vero opus eſt aut eti
am vno. Maria bonā parteꝫ elegit que
nō auferetur ab ea. Una ergo ⁊ ſola eſt
theoꝛia· id eſt· contemplatio dei· cui meri
to oīa iuſtificationū merita· vniuerſa
virtutū ſtudia poſtponūtur. et illa qͦdeꝫ
omnia que in apoſtolo paulo fuiſſe ꝑ
diximus· nō ſolum bona ⁊ vtilia· verum
etiā magna atqꝫ pꝛeclara ſunt. Sed ſic
verbigratia ſtanni metallum qđ alicuiꝰ
vtilitatis et gratie putabatur· fit argenti
contemplatione viliſſimū· et rurſum au
ri comparatione meritū euaneſcit argē
ti· aurū quoqꝫ ipm gēmarū collatiōe cō
temnitur· et ꝯparū nihilominus quāuis
inſigniū multitudo gēmarū vnius mar
garite candoꝛe ſuperatur· ita illa omnia
merita ſanctitatis· quāuis nō ſolum in
pꝛeſenti bona et vtilia ſint· verūetiaꝫ do
nū eternitatis acquirant· tamen ſi diui
ne cōtemplationis meritis conferantur·
vilia atqꝫ vt ita dixerim vendibilia cen
ſebuntur. Et vt hanc eandem cōparati
onem etiā ſcripturarū confirmet aucto
ritas· nōne de vniuerſis que a deo crea
ta ſunt generaliter ſcriptura pꝛonūciat
dicens· et ecce oīa ꝗ fecit deus erāt bōa
valde. Et iterū. Uniuerſa que fecit deuſ
bona in tempoꝛe ſuo: Hec igitur ꝗ ī pꝛe
ſenti nō ſolum bona ſimpliciter· verūeti
am cū additamento valde bona ꝓnunci
antur· ſunt enī reuera in hoc mundo cō
moꝛātibus nobis· aut ad vſum vite aut
ad coꝛpoꝛis medicinaꝫ· aut ad aliquam
cauſam ignote nobis vtilitatis accōmo
da· vel certe in eo etiā valde bona· quod
faciūt nos inuiſibilia dei a creatura mū
di per ea que facta ſunt ītellecta conſpi
cere· ſempiternā quoqꝫ virtuteꝫ eius· ac
diuinitatē· ex tanta tanqꝫ oꝛdinata mo
litione fabꝛice mundialis et oīm que in
ea ſunt ſubſiſtentia contemplari. hec tā
omnia nec boni nomē tenebūt· ſi futuro
illi ſeculo compent· vbi bonoꝝ nulla im
mutatio· nulla eſt vere beatitudinis foꝛ
midanda coꝛruptio. Cuius mūdi ita be
atitudo deſcribitur. Erit lux lune ſicꝫ lux
ſolis· et lux ſolis ſeptempliciter ſicut lux



ſeptē dierū. Magna igiť hec ⁊ pꝛeclara ī
tuitu atqꝫ mirifica· ſi futurꝭ ex fide repro
miſſionibꝰ ꝯferātur· ꝯtinuo vanitas ap
parebūt· dicēte dauid. Oēs ſicut veſtim
tū veteraſcēt· et ſicut opertoꝛiū mutabis
eos et mutabūtur· tu aūt idē ipe es ⁊ āni
tui nō deficiēt. Ergo qꝛ nihil eſt ꝑ ſemet
ipm ſtabile· nihil īmutabile· nihil bonuꝫ
niſi deitas ſola· oēs vero creature vt bea
titudinē eternitatꝭ vel īmutabilitatꝭ ob
tineāt· nō hoc per ſuā naturā· ſꝫ ꝑ creato
ris ſui participationē ⁊ gratiā ꝯſequen
tur· tenere meritū bonitatis creatoꝛi ſuo
collate nō poſſunt.

## Bonitatem humanā atqꝫ iuſticiam nō eſſe bonā ſi diuine bonitati ac iuſticie conferatur. Cap. iiij.

Uod ſi etiā manifeſtioꝛibꝰ ad
q
huc teſtimonijs huius ſentētie
rationē voluerimꝰ aſtruere· nō
ne multa ꝓnūciari bona in euangelio le
gimus· et arboꝛē bonā ⁊ theſaurū bonū·
et bonū hoīem ⁊ bonū ſuū· qꝛ nō pt inqͭt
arboꝛ bona malos fructꝰ facere· ⁊ bonuſ
hō de bono theſauro coꝛdis ſui ꝓfert bo
na· et euge ſerue bone ⁊ fidelis. Et vtiqꝫ
hoꝫ oēs cū ſm ſe bonos eē nō dubiū ſit·
ſi reſpiciamus ad bonitatē dei· nullꝰ coꝝ
ꝓnūciabiť bonus· dicēte dn̄o· nemo bo
nus niſi ſolꝰ deus· Cuiꝰ intuitu etiā ipi
apl'i· ꝗ electionis merito bonitatē generꝭ
hūani multis excelſerāt modiſ· mali eſſe
dicūtur· dn̄o ita ad eos loquēte Si ergo
vos cū ſitis mali noſtis bona data dare
filijs veſtris· qꝫtomagis pr̄ vr̄ ꝗ in celꝭ eſt
dabit bona petentibus ſe: Deniqꝫ ſicut
bonitas nr̄a ſupne bonitatꝭ intuitu ī ma
liciā ꝟtiť· ita etiā iuſticia nr̄a diuine col
lata iuſticie pāno mēſtruate ſiſis deputa
tur· dicēte yſaia ꝓpheta· ſicꝫ pānꝰ mēſtru
ate vniuerſe iuſticie nr̄e. Et vt aliqͥd ad
huc euidētius inferamus· legꝭ qͦꝫ ipſius
ꝑcepta vitalia ꝗ dicūtur oꝛdinata ꝑ an
gelos in manu mediatoꝛꝭ· et de qua ideꝫ
apl's· itaqꝫ lex inqͭt ſancta· ⁊ mādatū ſan
ctū et iuſtū ⁊ bonū· ſi perfectōi euāgelice
conferātur· minime bona diuino ꝓnūciātur
oꝛaculo. Ait eī. Et dedi eis ꝑcepta n̄ bo
na· ⁊ iuſticias in qͥbꝰ nō viuēt in eis. Apo
ſtolus qͦꝫ ita noui lumine teſtamēti gloꝛi
am legis affirmat obtūdi. vt eā euāgeli
ci cōꝑatione fulgoꝛis nec gloꝛificatā eſſe
ꝓnūciet dicēs. Nā nec gloꝛioſuꝫ ē id qđ
gloꝛificatū eſt· ꝓpter excellentem gloꝛiaꝫ
Quā cōꝑationē etiā in ꝑte ꝯtraria. id ē·
in peccatoꝝ meritis cōpēſandis ſcriptu
ra ꝯſeruat· vt eos ꝗ multo minus pecca
uerūt· ipioꝝ collatiōe iuſtificet dicēs Iu
ſtificata ē ſodoma ex te. Et iterū. Quid
eī peccauit ſoꝛoꝛ tua ſodoma: Et iuſtifi
cauit aīaꝫ ſuā auerſatrix iſrael· cōꝑatio
ne pꝛeuaricatricis iude. Ita igiť ⁊ vniū
ſaꝝ merita ꝟtutū ꝗ ſuperius cōphendi
cū ꝑ ſe bona atqꝫ ꝑcioſa ſint· tamē theo
retice claritatis cōꝑatiōe fuſcanť. Mul
tū etenī ſanctos qꝫuis bonoꝝ opm· terre
nis tn̄ ſtudijs occupatos· a cōtemplatio
ne ſūmi illiꝰ boni retrahūt ac retardāt.

## Neminē ſummo illi bono intētum eſſe iugiter poſſe. Cap. v.

Am qͥs eripiēs inopē de manu
n
foꝛtioꝝ eius· ⁊ egenū ⁊ pauꝑeꝫ
a diripiētibꝰ eū· qͥs cōterēs mo
las iniqͦꝝ· et de medio dentiuꝫ eoꝝ rapi
nas extoꝛquēs· in ipo interceſſiōis opere
diuine maieſtatꝭ gloꝛiā qͥeta mēte ſuſpici
at: Quis alimoniā pauꝑibꝰ āminiſtrāſ
aut aduenientiuꝫ turbas beniuola hūa
nitate ſuſcipiēs· in eo tꝑis pūcto qͦ ꝓ ne
ceſſitatibꝰ fratrū ſollicita mēte diſtendiť·
immenſitatē ſupne beatitudinis ſpecule
tur· et cū pn̄tis vite angoꝛibꝰ curiſqꝫ cō
cutiť· futuri ſeculi ſtatū eleuato a terenis
cōtagijs coꝛde ꝓſpiciat: Unde btūs da
uid· ſolū hoc bonū hoī eſſe definiēs· dō iu
giter inherere deſiderat dicēs. Mihi aūt
adherere deo bonū eſt· ponere in dn̄o deo
ſpem meā. Qđ etiā eccleſiaſtes a nemīe
iuſtoꝝ ſine qͥrela ꝑfici poſſe ꝓnūciat· qͥa
n̄ eſt hō iuſtus ait in t̄ra ꝗ faciat bonuꝫ ⁊
nō peccet. Quis enī vnqꝫ qꝫuis ꝑcipuꝰ
oīm iuſtoꝝ atqꝫ ſctōꝝ huius coꝛpoꝛꝭ vī
culis colligatus· ſummū hoc bonum ita

poſſidere potuiſſe credēdꝰ eſt· vt nunq̄ꝫ a
dīna ꝯtēplatiōe diſcedēs· ne paruo q̄dē
tp̄e ab eo q̇ ſolꝰ bonꝰ eſt terrenis cogita/
tiōib; puteť abſtractꝰ· q̇ nūq̄ꝫ vllā cibi·
vllā indumēti· aliarū ve carnaliū rerum
geſſerit curā· nūq̄ꝫ de fratꝝ ſuſceptione·
de loci cōmutatiōe· ꝟ cellule ſtructōe ſol
licitꝰ· aut opē aliquā hūani concupierit
adiumēti· aut inopie ſterilitate vexatus.
illā ſnīam dn̄ice increpatiōis incurrerit·
ne ſolliciti ſitis aīe vr̄e q̇d mādu cetis· ne
q̄ꝫ corp̄i vr̄o q̇d induamini: Deniq̄ꝫ ip/
ſum illū apl̄m paulū q̇ oīm ſanctoꝝ la/
borē· paſſionū innūeroſitate tranſcende
rat· neq̄ q̄ꝫ hoc implere potuiſſe cōfidenť
aſtruimus· ip̄o in actib; aplōꝝ diſcipu/
lis atteſtāte. ip̄i ſcitis qm̄ ad ea que mi
hi opꝰ erāt et his q̇ mecū ſūt· miſtrauerīt
manꝰ iſte· vl̄ cū theſſalonicēſib; ſcribēs·
in labore et fatigatiōe nocte ⁊ die opera/
tū ſe fuiſſe teſtať. Quib; laborib; lꝫ mag̅
eidē meritorū ſtipēdia parētur· tm̄ mens
eius q̄ꝫuis ſctā atq̄ꝫ ſb̄limis· nō poterat
nō ab illa celeſti theoria· intētione terreni
op̄is aliquādo diuelli. Deniq̄ꝫ cū ſe tan
tis actualib; ditari fructibus cerneret· et
ecōtrario theorie bonū corde pēſaret· ac
velut in vna lance tātoꝝ laboꝝ ꝓfectuꝫ·
ī altˀa delectationē dīne ꝯtēplatōis appē
deret· diu examīe pectorꝭ ſui q̇dammō
caſtigato· dū illū hinc laborū ſtipēdia ī/
menſa delectant· illinc deſideriū vnitatꝭ
et inſep̄abilis chriſti ſocietatis· etiaꝫ ad
reſolutionē carnis inuitat· anxius tandē
ꝓclamat ⁊ dicit. Quid eligā ignoro· co
artor āt e duob;· deſideriū habēs diſſol
ui ⁊ cū chriſto eſſe· multo ei meliꝰ· ꝑmane
re aūt in carne neccāium magꝭ ꝓpť vos.

## Quod lippis ſimiles ſunt hi qui ſe credunt eſſe ſine peccato.

Cap̄. vi.

Uꝫ igiť multꝭ modis hōī huiꝰ
excellētiā· cūctꝭ etiā p̄dicatiōis
ſue fructib; ꝓtuliſſet· tn̄ charita
tis ſine q̄ nēo dn̄m ꝓmereť cōtēplatonc
ſb̄mittiť· ac ꝓpter illos q̇b; adhuc lac ve
lut nutricula· vberib; euāgelicis immulge
bat· diuulſionē a chriſto ſibi q̇dē noxiaꝫ
ſ ceteris neceſſariā nō recuſat. Eteni ad
electionē huiꝰ potiſſimū rei· illa nimia pi
etatꝭ v̄tute cōpelliť· qua ꝓ ſalute fratruꝫ
ſuorū ſi eſſet poſſibile etiam vltimū ana
thematꝭ malū optaſſet incurrere. Opta/
rē eni inq̇t ip̄e ego anathema eſſe a chri/
ſto ꝓ fratrib; meis· q̇ ſūt cognati mei ſm̄
carnē· q̇ ſunt iſrahelite· ſ eſt· vellē ego nō
ſolū tp̄alib;· verū etiā ꝑpetuis addici pe/
nis· dūmodo oēſ ſi fieri poſſit hoīes chri
ſti ꝯſortio fruerētur. Certus eteni ſū vti
liorē chriſto et m̄ oīm ſalutē eſſe q̄ꝫ meā.

## Ubi qui ꝓnūciāt hoīem poſſe eē ſine pctō duplici in hoc agatur errore.

Cap̄. vij.

Dnū ergo hoc ſummū· id ē· dei
cōſpectu frui· et chriſto iugiter
inherere· vt ꝑfecte aplus poſſit
adipiſci· diſſolui optat a cor/
p̄ore q̇ꝺ caducū ⁊ multis fragilitatis ſue
neceſſitatib; īpeditū nō p̄t a chriſti ꝯſor/
tio nō auelli. Impoſſibile ē eni etiā mēti
q̄ tā crebris curis diſtēdiť· tā moleſtꝭ· tā
varijs angorib; p̄pediť· dino frui ſp̄ in/
tuitu. Qꝺ eni tā pertinax ſanctoꝝ ſtudi
um· qꝺ tā arduū p̄t eſſe ꝓpoſitū· cui non
aliqn̄ ille v̄ſutꝰ īſidiator illudat: Quis
ita ſolitudinis ſecreta ſectatꝰ eſt· vniūſo
rūq̄ꝫ mortaliū ꝯſortia declinauit· vt nū/
q̄ꝫ cogitationib; ſup̄fluis labereť· intui/
tu rerū vel occupatiōib; actuū terrenoꝝ
ab illa q̄ vere ſola et bona eſt dei cōtēpla
tiōe deciderit: Quis tm̄ ſp̄ūſ vnq̄ꝫ potu
it retinere feruorē· vt nō interdū lubricis
cogitatiōib; ab ip̄a quoq̄ꝫ oratiōis intē
tione trāſlatus· repēte de celeſtib; ad ter
rena corruerit: Quis noſtruꝫ vt cetera ꝑ
uagationū tp̄a pretermittā· nō illo etiaꝫ
momēto q̇ deo ſupplicās ad ſb̄limia eri
git mentē· quodā ſtupore collapſus· etiā
per id vel inuitꝰ offendat· ꝑ qꝺ ſperabat
veniā delictoꝝ: Quis inquā tā exercita
tus ac vigilās eſt· vt dū pſalmū deo caīt
nūq̄ꝫ a ſcripture ſenſu eiꝰ animꝰ abduca
tur: Quis tā familiaris deo tāq̄ꝫ cōiun
ctus· q̇ aplicū illud imperium· quo ſine



ītermiſſiōe orare nos p̄cipit· vel vno die
ſe gaudeat executū: Que lꝫ oīa nōnullꝭ
q̇ ſunt craſſioribus vicijs inuoluti· leuia
atq̄ꝫ a pctō pene aliena videātur· ſcienti
b; tn̄ ꝑfectiōis bonū· etiā minimarū reꝝ
mł̄titudo grauiſſima eſt· Uelut ſi in ali/
quā magnā domū multꝭ inſtrumētꝭ· va/
ſculis· ſarcinis· īpeditā· vnū integra vi
ſuū acie perſpicacē· alterū cui oculorū lu
mē obtuderit lippitudo· pariter ponamꝰ
ingreſſos· nōne cū ille cui ad vidēda oīa
hebes erit obtutꝰ· nihil illic aliud eſſe eſti
met niſi armaria· lectos· ſcāna· preſepia·
et q̇cq̇d nō tā oculis ſpeculātis q̄ꝫ mani/
b; palpātis occurrerit· ecōtra hic q̇ cla/
riſſimo luminū vigore etiā occulta rima
tus eſt· multa illic minutiſſima et q̄ vix
poſſint etiā numero cōprehēdi ineſſe pro
nūciet· q̄ ſi aliquando in vnū cumulum
cōgregētur· paucoꝝ que ille palpauerat
magnitudinē nūeroſitate cōpenſēt· aut
etiā fortaſſe trāſcendant. Ita igiť ſancti
atq̄ꝫ vt ita dicā videtes· quib; ſumnū ꝑ/
fectiōis eſt ſtudiū· etiam illa q̄ velut tene
broſus animi nr̄i nō intueť aſpectus· in
ſemetip̄is ſagaciter deprehēdunt· acerri
meq̄ꝫ cōdemnāt· vſq̄ꝫ adeo vt q̇ ſicut no
ſtre videť incurie· ne tenuis q̇dē pcti ne/
uo candorē ꝯſciē fuſcauerūt· multis ſibi
maculis videātur aſpergi· ſi nō dicā va
ne cogitatiōis īprobitas in atria mētis
irrepſerit· ſ vel pſalmi qui dicendus eſt
recordatio orationis tp̄e intentionē ſup/
plicātis auerterit. Si eni inq̇unt cū ſub
limi hoī nō dicā ꝓ vita ac ſalute noſtra
ſ etiā ꝓ alicuiꝰ lucri ꝯmodo ſupplicamꝰ·
totā in eū et mētis ⁊ corp̄is aciē defigen/
tes· de nutu eius trepida expectatiōe pen
demus· nō mediocriter formidantes· ne
qꝺ forte ineptū aut īcōgruū v̄bū miam
audientis auertat· tum deinde ſi nobis
in foro aut iudicum ſeculariū tribuna/
libus conſtitutis· aſſiſtente etiā aduerſa
rio in media ꝓſecutiōe atq̄ꝫ ꝯflictu· tuſ
ſis· ſcreatus· riſus· oſcitatio· ſomnꝰ· obre
pſerit· quāta in ꝑniciē noſtrā vigilātiſſi/
mus inimicus ſeueritateꝫ iudicis cōmo/
uebit inuidia· q̄ꝫtomagꝭ cū illi occultorū
oīm cognitori ꝓ īminēti ꝑpetue mortꝭ pe
riculo ſupplicamus· preſertim cuꝫ ediuſo
callidus ſeductor pariter ⁊ criminator aſſi
ſtat· intēta atq̄ꝫ ſollicita orone iudicantꝭ
pietas implorāda eſt. nec iniuſte nō ſo/
lū nō leui pctō ſ etiā grauiſſimo crimie
impietatis aſtrīgiť· q̇ precē dn̄o fundēs·
ſubito a ꝯſpectu eius q̄ſi ab oculis n̄ vi/
dentis nec audiētis· cogitatiōis impro/
be vanitatē ſecutus abſceſſerit. Illi autē
q̇ oculos cordis ſui ꝯtegunt craſſo vela
mine viciorū· ac ſm̄ ſniam ſaluatoris vi
dētes nō vidēt· ⁊ audiētes nō audiūt ne/
q̄ꝫ intelligūt· vix ī receſſib; pectorꝭ ſui eti
am illa q̄ magna ſunt ⁊ capitalia crimi/
na cōtēplanť· nullas aūt cogitationū ſb̄
reptiones· ſ neq̄ꝫ illos in ſe lubricos oc/
cultoſq̄ꝫ pruritus q̇ mentē tenui atq̄ꝫ ſb̄
tili ſuggeſtione cōpugūt· nec captiuita/
tes aīe ſue poſſunt purgatis obtutib; in
tueri· ſ inuerecūdis ſp̄ cogitationibus
euagātes· nec dolere norūt cuꝫ ab illa cō
tēplatione q̄ ſingularis eſt diſtrahūtur·
nec habēt qꝺ ſe doleāt amiſiſſe· q̇ppe qui
mentē ſuā ingruētibus vt libitū eſt cogi/
tationibus expādentes· nihil habent ꝓ
poſitū qꝺ p̄ncipaliter teneāt· vel qꝺ omi
modis ꝯcupiſcāt· Nec ſane nos aliꝺ in
hūc errorē p̄cipitat· niſi q2 anamarthiti·
id eſt īpeccantie ip̄ius v̄tutē penitꝰ igno
rātes· eſtimamus nullā oīno culpa ex
iſtis ocioſis ac lubricis cogitationum ex
curſibus nos poſſe ꝯtrahere· ſ hebetudīe
ſtupefacti ⁊ velut oculoꝝ cecitate ꝑcuſſi·
nihil in noƀ niſi crimina capitalia ꝯtem
plamur· eaq̄ꝫ tantūmodo credimus eui/
tanda· q̄ legū q̄ꝫ ſeculariū ſeueritate dā/
nantur· q̇bus ſi nos īmunes vel paulu/
lum ſenſerimus· nihil nobis ineſſe pecca
ti ꝑtinus arbitramꝰ. Proinde ab illo vi
dentiū nūero ſegregati· q2 minutias mł̄/
tarū ſordiū q̄ intra nos aggeſte ſunt nō
videmus· neq̄ q̄ꝫ ſalubri cōpunctōe mor
demur· ſi ſenſum noſtrū interpellauerit
egritudo triſticie· nec dolemus vane glo
rie ſubtili ſuggeſtiōe pulſati· nec de emiſ
ſa tardius vel tepidius orone deflemꝰ·

nec reputamus ad culpā cur pſallētibꝫ
vl' orātibꝫ nob̄ aliq̇d aliđ q̄ȝ ip̄a orō vl'
pſalm⁹ occurrerit· n̄ illđ horrē⁹ q̄ᵽ mlta
q̄ vl loq̇ vel agere corā hoīb' pudet non
erubeſcim⁹ vel ad horā corde cōcipe qđ
dīno patere nouim⁹ cōſpectui· nec pollu
tionē turpiū ſomnioꝝ larga fletuū ab-
lutiōe purgamus· nec lugemus qđ in ip
ſa elemoſine pietate· cū vel fratrū neceſſi-
tatibꝫ ſubuenim⁹· vl' alimoniaȝ paupibꝫ
miſtram⁹· ſerenitatē nr̄e hilaritatꝭ obnu-
bit auara cūctatio· nec feriri nos vllo cre
dim⁹ detrimēto· cū derelicta mēoria dei·
ea q̄ ſunt tp̄alia atq̄ȝ corporea cogitam⁹·
ita vt nob̄ ſalomōis illud apter̄ eloq̇uȝ·
feriūt me ſꝫ nō dolui· et deluſerūt me· ego
aūt neſciui.

## Q' paucorū ſit intelligere pctā. Cap. viij.

c Cōtra hi q̇ ſummā toti⁹ volu
ptatꝭ ⁊ gaudiȷ̄ ⁊ btitudīs ſue· ī
diuinarū ac ſpiritaliū reꝝ tan-
tū ꝯtēplatiōe ꝯſtituūt· cū ab ea inuiti vl'
paululū violētis cogitatiōibꝫ abſtrahū-
tur· velut quoddā in ſe ſacrilegiȷ̄ gen' p̄
ſenti penitudīs puniūt vltione· ac viliſſi
mā creaturā ad quā ſit detorꝫ mētis itu
it⁹ creatori ſuo ſe ptuliſſe lugētes· pene
dixeri īpietatꝭ ſibi crimē aſcribūt· et licet
ad ꝯſpiciēdā dīne glorie claritatē· ocl'os
cordis ſui ſūma alacritate cōuertant· tn̄
etiā breuiſſimas carnaliū cogitationum
tenebras nō ferētes· q̇cq̇d ab illo vero lu-
mine mētis aſpectū retrahit execrantur.
Deniq̄ȝ cū hūc btūs apl's iohes affectū
cūctis vellet infundere· filioli inq̇t nolite
diligere mūdū· neq̄ȝ ea q̄ in mūdo ſunt.
ſi q̇s diligit mūdū non eſt charitas dei
in ip̄o· q̄z oē qđ ī mūdo eſt· ꝯcupia carnis
⁊ ꝯcupia oculoꝝ ⁊ ſupbia vite ē· ⁊ ambi
tio ſecl'i q̄ nō eſt ex p̄re· ſꝫ ex mūdo ē· ⁊ mū
dus perit ⁊ ꝯcupia ei⁹· q̇ aūt facit volū-
tatē dei manet in eternū. Faſtidiūt ḡ ſctī
vniūſa ī q̇bꝫ mūdus iſte verſat' ſꝫ īpoſſi
bile eſt vt nō ad ea vel breui cogitatōnū
rapiant' exceſſu· nulluſq̄ȝ etiā nūc hoīm
excepto dn̄o ⁊ ſaluatore nr̄o· naturalē p-
uagationeȝ mentis· ita defixus ſp̄ in dei
ꝯtēplatiōe ꝯtinuit· vt nūq̄ȝ ab ea raptuſ
mūdane cuiuſq̄ȝ rei delectatiōe peccarꝫ·
dicēte ſcript'a. Sidera ip̄a nō ſunt mun
da in ꝯſpectu eius. Et iterū. Si in ſctīs
ſuis nō ꝯfidit· et in angelis ſuis repperit
prauitatē· ſiue vt emdatioꝝ trāſlatio hꝫ·
ecce int' ſctōs ei⁹ nēo īmutabilis· ⁊ celi n̄
ſunt mūdi in conſpectu eius.

## Qua cautiōe mēoriā dei monachus debeat cuſtodire. Cap. ix.

r Ecte igit' ſanctos q̇ mēoriā dei
ſtabiliter retinētes· q̇i p extētas
in ſublime lineas ſuſpēſo ferun
tur inceſſu· ſcenobatis quoſ vulgo funā
bulos vocāt dixeri cōpandos· q̇ ſūmaȝ
ſue ſalutis ac vite in anguſtiſſimo funi-
culi illi⁹ tramite collocātes· atrociſſimā
ſe mortē ptin⁹ incurſuros eſſe nō ambi-
gūt· ſi vel exigua pes eoꝝ titubatiōe de-
uiauerit· aut modū illi⁹ ſalutarꝭ directi-
onis exceſſerit. Qui dū arte mirifica ae-
rios greſſus p inania moliūtur· ſi illā an
guſtiorē veſtigio ſemitā· nō cauta atꝫ ſol
licita moderatiōe ſuauerit· terra q̄ omi-
bus velut naturalis eſt baſis· et ſolidiſſi
mū cūctꝭ ac tutiſſimū firmamentū· fit ill'
pn̄s ac manifeſta pnicies· nō q̄z illius na
tura mutet' ſꝫ q̄z illi ad eā p̄cipiti carnis
pōdere dilabāt'. Ita etiā indefeſſa illa
dei bonitas· īmutabiliſq̄ȝ ſbā· neminē le
dit· ſꝫ nos declinādo a ſūmis atꝫ ad ima
tēdēdo, nobiſip̄is ꝯſciſcimus mortē· im
mo ip̄a declinatio mors efficit' declināti
Ve ei inq̇t eis q̄m receſſerūt a me· vaſta-
būtur q̄m p̄uaricati ſunt in me· Et iteꝝ.
Ve eis cū receſſero ab eis. Arguet nāq̄ȝ
te malicia tua· ⁊ auſio tua īcrepabit te·
Scito ⁊ vide q̄z malū ⁊ amarū ē reliq̇ſſe
te dn̄m deū tuū. Funiculis nāq̄ȝ ſuoruȝ
pctōꝝ vnuſq̇ſq̄ȝ cōſtringit'. Ad q̊s ſatꝭ
cōpetēter a dn̄o increpatio iſta dirigit'.
Ecce inq̇t oēs vos accēditis ignē· accin
cti flāmis· ambulate in lumīe ignis vr̄i.
et in flāmis q̄s ſuccēdiſtꝭ. Et iterū. Qui
incēdit inq̇t maliciā peribit ab ea.

## Q' hi qui ad perfectōnē tendūt in veritate humiliētur et dei gratia ſemper ſe ſentiant indigere. Cap. x.



c Um ergo ſemetip̄os q̇tidie ſen
tiāt ſancti terrene cogitationis
pōdere p̄grauatos. ab illa men
tis ſblimitate decidere· et inuitos immo
vero etiā neſciētes in legem pctī mortiſq̄ȝ
traduci· atq̄ȝ vt cetera p̄termittā· ill' ſal-
tē q̄ ſupi⁹ cōprehēdi bonis q̇dē ac iuſtis
ſꝫ tn̄ t'renis a ꝯſpectu dei opibꝫ auocari·
habēt pfecto p quibꝫ ad deū iugit' inge-
miſcāt· habēt p q̇bꝫ ī veritate hūiliati atꝫ
cōpuncti· nō verbis tm̄modo ſꝫ affectu ſe
metip̄os pnūciēt pctōres· ⁊ veniā p oi-
bꝫ q̄ q̇tidie ſupati fragilitate carnis īcur
runt a gratia domini iugit' poſtulan-
tes· veras pnīe lachrymas indeſinēter ef
fundāt· q̇ppe q̇ videāt iſdē ip̄is ſe p q̇bꝫ
ꝯtīuo dolore vexati ſūt ⁊ iā vſq̄ȝ ad deū
iugit' ingemiſcūt eſtibꝫ inuolutos· etiam
ip̄as ſupplicatiōes ſuas offerre ſe ſine co
gitationū anxietate nō poſſe. Expti igit'
ſe hūanis viribꝫ deſideratū finē obſiſten
te carnis ſarcina nō poſſe ꝯtingere· neq̄ȝ
illi p̄cipuo ſūmoq̄ȝ bono ſꝫm cordis ſui
deſideriū poſſe ꝯiūgi· ſꝫ ab ei⁹ intuitu ca
ptiuos ad mūdana traduci· ad gratiaȝ
dei q̇ īpios iuſtificat ꝯuolātes cuȝ apl'o
pteſtantur. Infelix ego hō q̇s me libera
bit de corpe mortꝭ hui⁹: Gr̄a dei· p ieſuȝ
chriſtū dn̄m noſtrū. Sentiūt ei ſe bonū
iſtud qđ volūt nō poſſe pficere· ſꝫ illđ qđ
nolūt qđq̄ȝ oderūt malū· id eſt cogitati-
onū motus ⁊ curā corporaliū rerū ſemp
incidere.

## Expoſitio illius ſententie. Condelector eni legi dei ſꝫm interiorē hoiem ⁊c. Cap. xi.

e Cōdelectātur q̇dē legi dei ſꝫm
interiorē hoīem q̇ viſibilia vni-
uerſa trāſcēdētes· conātur deo
ſoli ſp̄ vniri· ſꝫ vident aliā legē in mēbriſ
ſuis· id ē in nat'a hūane ꝯditiōis inſitaȝ
q̄ repugnat legi mētꝭ eoꝝ· ⁊ ptrahit ſēſū
violēta lege pctī· cōpellēs ſcȝ eos relicto
illo p̄ncipali bono t'rene cogitatōi ſbmit
ti. Que q̄ȝuis nccīa atq̄ȝ corpi vtil' vi-
deat' cū diſpēſatiōi religioſe cuiuſpiaȝ
nccītatꝭ īpēdit'· cōpatiōe tn̄ illi⁹ boni qđ
ſctōꝝ oīm oblectat intuituȝ· mala vtiq̄ȝ
ab eis ac fugiēda decernit'· q̇ p eā q̄q̊ nō
vel ad modicū tp̄s ab illi⁹ perfecte beati
tudinis gaudio retrahūtur. Vere enim
lex pctī ē quā hūano generi p̄uaricatio
ſui īduxit auctorꝭ· p illi⁹ noxā in queȝ la
ta eſt eq̇ſſimi iudicis illa ſnīa· maledicta
t'ra in opibꝫ tuis· ſpinas ⁊ tribulos ger-
minabit tibi· ⁊ in ſudore vultus tui edes
panē tuū. Hec inquā eſt lex mēbrꝭ oīm ī
ſerta mortaliū· q̄ repugnat legi mētꝭ nr̄e
eāq̄ȝ a diuino arcet intuitu· et p quā ma
ledicta t'ra in opibꝫ nr̄is· poſt agnitionē
boni ⁊ mali cogitationū ſpinas cepit ac
tribulos germinare· q̄rū aculeis· id ē vi-
ciȷ̄s carnis nō obtuſis· ſpūs ſemia p̄focā
tur· ne illū panē nr̄m q̇ de celo deſcendit
q̇q̄ȝ ꝯfortat cor hoīs· edere abſq̄ȝ vult⁹
nr̄i ſudore poſſimus.

## Item illius. Scimus aūt q̄m lex ſpiritalis eſt et reliqua. Cap. xij

o Omne eni hūanū gen⁹ huic ge-
neraliter legi ſine vlla exceptiōe
ſubiȷ̄cit'. Null⁹ eni eſt q̄ȝuis ſan
ctus qui ſupradictum panem non cum
ſudore vultus ſui· et ſollicita cordis in-
tentione percipiat. Ceterum communi
iſto pāe multi vt videmus diuites ſine
vllo vultus ſui ſudore veſcūtur. Quaȝ
etiā legē btūs apl's ſpiritalē aſſerit dicēs
Scim⁹ aūt q̄z lex ſpirital' eſt. ego autem
carnalis ſuȝ venūdat⁹ ſub pctō. Spiri
talis eniȝ eſt lex q̄ iubet nob̄ vt in ſudore
vultus noſtri comedam⁹ illū panē verū
q̇ de celo deſcēdit· ſꝫ nos carnales fec̄ ve
nūdatio illa pctī· Qđ ergo iſtud cuiuſ-
ue pctm̄ ē: Sine dubio ade· cui⁹ p̄uari
catiōe ⁊ vt ita dicā negociatiōe dānoſa
fraudulētoq̄ȝ cōmertio vēditi ſum⁹ Om
nē eni plem ſuā ſꝑpētis pſuaſiōe ſedu-
ct⁹· illiciti cibi pceptiōe diſtractā· iugo p
petue ſuitutis addixit. Hic nanq̄ȝ mos
ſolet inter vendentē emētēq̄ȝ ſuari· vt is
q̇ ſe alieno cupit dn̄o mācipare· aliq̇d
precȷ̄ p iactura pprie libertatis et addi-
ctione ppetue ſuitutis a ſuo conſequat'
emptore. Qđ etiā int' adā atq̄ȝ ſꝑpentem
manifeſtiſſime videmus īpletū· Ille em̄

a ſerpente precium libertatis ſue eſu inter
dicte arboris capiens· a naturali liberta
te diſceſſit·illicqꝫ maluit ſemetipſm perpe
tua vendere ſeruitute·a quo vetiti pomi
letale precium fuerat aſſecutus·qua dei
ceps conditione conſtrictus·nō immeri
to omnē poſteritatis ſue progeniē perpe
tuo eidem cuius effectus eſt ſeruus ſbdi
dit famulatu. Quid enī aliud ſuile con
iugiū poteſt pcreare qꝫ ſeruos: Quid er
go: Nunquid emptor iſte verſutus ⁊ cal
lidus·dn̄o vero atqꝫ legitimo ius dn̄a
tionis eripuit: Non ita ē Neqꝫ enī ſic il
le omne peculiū dei·vnius fraudis dolo
ſitate peruaſit·vt potentiaꝫ dominij ſui
verus dn̄ator amitteret·qui ipſm quoqꝫ
emptorē cꝫuis refugam atqꝫ rebellem·ta
mē iugo deprimit ſuitutis·ſed qꝛ q̄ om
nibus rationabilibus creaturis arbitrij
libertatē creator indulſerat·eos qui ſe cō
tra fas edacis concupiſcentie tranſgreſ
ſione vendiderāt·inuitos ad ingenitam
libertatē reuocare non debuit. Abhorret
ſiquideꝫ ab illo iuſticie ⁊ pietatis aucto
re·quicquid bonitati equitaticqꝫ contra
riū eſt. Malum enī fuerat ſi conceſſe lib
tatis beneficiū reuocaſſet·iniuſtū ſi libe
rum hominē potentia ſua opprimēs atꝫ
captiuans·libertatis accepte priuilegiū
exequi nō ſiuiſſet· cuius ſalutem in futu
ra tunc ſecula reſeruauit· vt recto ordīe
compleretur ſtatuti temporis plenitudo
Oportebat eniꝫ eius ſobolē tamdiu ſub
hac vite ꝯditione durare·quouſqꝫ eādē
originalibꝫ vincul' liberatā ·ī ātiquū liber
tatis ſtatum·prioris dn̄i gratia p̄cio ſui
ſanguinis reformaret· quā pietatis in
ſtinctu potuit etiā tunc ſaluare ſed nolu
it·quia eum decreti ſui irrūpere ſanctio
nem equitas nō ſinebat. Uis noſſe cau
ſam venditionis tue: Audi ipſum redē
ptorem tuū per eſaiam prophetam aper
tiſſime proclamanteꝫ. Quis eſt iſte liber
rpudij matr' veſtre quo dimiſi eā: Aut
quis eſt creditor meus cui vendidi vos:
Ecce em̄ in iniq̄tatibꝫ veſtris vēditi eſt'·
et in ſceleribus veſtris dimiſi matreꝫ ve
ſtram. Uis etiā euidenter agnoſcere cur
te iugo ſeruitutis addictum redimere po
tentie ſue virtute noluerit: Audi q̄d ad
ſuperiora quibus eiſdem famulis cauſā
voluntarie venditionis exprobrat· adie
cerit. Nunquid abbreuiata ⁊ paruula
facta eſt manus mea· vt non poſſim re
dimere·aut nō eſt in me virtus ad liberā
dum: Sed quid huic potentiſſime miſe
ricordie eius ſemper obſtiterit·idem pro
pheta demōſtrans. ecce inquit nō eſt ab
breuiata manꝰ dn̄i vt ſaluare nequeat·
neqꝫ aggrauata eſt auris eius vt non ex
audiat·ſed iniquitates veſtre diuiſerūt
īter vos ⁊ deū vr̄m·⁊ peccata vr̄a abſcō
derūt faciē eius a vobis ne exaudiret.

## Item expoſitio illius. Scio aūt qꝫ nō habitat in me hoc eſt ī carne mea bonum. Cap. xiij.

q
Uia ergo carnales nos fecit· et
ſpinis ac tribulis condemna
uit illa dei prīa maledictio· noſ
qꝫ ita iniquo pater noſter venūdauit cō
mertio· vt bonū qd̄ volumus agere neq̄
amus·duꝫ diuulſi a memoria ſūmi dei·
ea q̄ hūane fragilitatis ſunt cogitare cō
pellimur·dū puritatis amore flagrātes·
incentiuis naturalibus que penitꝰ igno
rare velimus etiam inuiti plerumqꝫ cō
pungimur·ſcimus quia non habitat in
carne noſtra bonum·id eſt·huius quam
diximus theorie atqꝫ puritatis perpetua
iugiſqꝫ tranquillitas. Sed factum eſt
iſtud peſſimū ac lugubre diuortium ·vt
cum mēte legi dei ſeruire velimus ·nūqꝫ
ſcꝫ volentes a claritate diuina dimoue
re conſpectū·tamen carnalibus tenebris
circumfuſi quadā lege peccati ab eo qd̄
bonū eē nouimus cogamur auelli·ſcꝫ ad
curas cogitatiōeſqꝫ terrenas·ab illa mē
tis celſitudine decidentes·ad q̄s nos lex
peccati·id eſt·illa ſententia dei nō imme
rito condemnauit·quā primus delictor
excepit·et inde eſt qd̄ beatus aplus· cuꝫ
apertiſſime fateatur ineuitabili ſe vl' om
nes ſanctos pctī hꝰ neceſſitate conſtrin
gi·tamen neminē eorum ob hoc eſſe dam
nandum audenter enūciat dicens. Ni
hil ergo nūc damnationis eſt his q̄ ſunt



in chriſto ieſu. Lex enim ſpiritus vite in
chriſto ieſu liberauit me a lege peccati et
mort'·id ē quotidiana gratia chriſti om
nes ſanctos ſuos ab hac lege pctī et mor
tis in quā iugiter vel nolentes cogūtur ī
currere·cum remiſſionem debitorum ſu
orum a domino precātur abſoluit. Ui
detis ergo non ex perſona peccatorum ·ſꝫ
ex illorū qui vere ſancti atqꝫ perfecti ſūt·
hanc beatum apoſtolum prompſiſſe ſen
tentiā·nō enī qd̄ volo bonum hoc facio·
ſed quod odi malū hoc ago· et video ali
am legem in membris meis repugnantē
legi mentis mee·et captiuum me ducen
tē in lege peccati·que eſt ī membris meis.

## Obiectio qꝫ neqꝫ infideliuꝫ perſonis cōueniat neqꝫ ſanctoruꝫ· non enī qd̄ volo facio bonum. Cap. xiiij.

Erinanus. Neqꝫ eoruꝫ qui
capitalibus criminibus impli
cantur·neqꝫ apoſtoli vel illorū
qui ad eius profecere menſuram·hoc di
cimus cōgruere poſſe perſonis· ſꝫ de his
proprie hoc intelligi debere cenſemus· q̄
poſt dei gratiam agnitionemqꝫ veritat'
a carnalibꝰ ſe vicijs abſtinere cupiētes·
antiqua adhuc conſuetudine velut na
turali lege in membris ſuis violētiſſime
dn̄ante·ad inolitā paſſionū concupiſcē
tiam pertrahūtur. Uſus enim ac frequē
tia delinquendi·velut lex efficitur natu
ralis·que membris hūane infirmitatis ī
ſerta·affectus anime nec dum plenis vir
tutum ſtudijs erudite· ſed adhuc rudis
ac tenere vt ita dixerim caſtitatis · capti
uos rapit ad vicia·ac morti eos antiqua
lege ſubijciens·iugo peccati dominātis
addicit·nō ſinens eos bonum quod dili
gunt puritatis adipiſci·ſed potius ma
lum quod execrantur exercere cōpellēs.

## Reſponſio ad obiectionē ppoſitam. Cap. xv.

Theonas. Non parum vr̄a
proficit opinio. Siquidem eti
am vos ipi aſtruere iam cepiſt'
in illorum perſona qui omnino peccato
res ſunt·hoc penitus ſtare non poſſe·illis
autem qui ſe a vicijs carnalibus abſtine
re contendunt proprie cōuenire. Quos
qm̄ a peccatorum iam numero ſegrega
ſtis·conſequens eſt vt etiam fideliū atqꝫ
ſanctorū paulatiꝫ cetibus inferatꝫ. Que
enī genera peccatoruꝫ iſtos dicitis poſſe
cōmittere·quibus ſi fuerint poſt gratiaꝫ
baptiſmatis inuoluti·ruſum per quoti
dianā chriſti gratiam liberentur: Aut
de quo mortis corpore apoſtolus dixiſſe
credendus eſt. quis me liberabit de cor
pore mortis huius·gratia dei per ieſum
chriſtum dn̄m noſtrū: Nōne manifeſtū
eſt ſicut vos quoqꝫ ipōs veritas compel
lit confiteri·nō de illis capitalium crimi
nū mēbris·per que ſtipendiū eterne mor
tis acquiritur·id eſt·homicidij·fornicati
onis·adulteriorꝫ·ebrietatis·furtorꝫ atqꝫ
rapinarum·ſed de illo predicto cui gra
tia chriſti quotidiana ſuccurrit corpore
memorari: Quiſquis enī poſt baptiſmū
⁊ ſcientiam dei·ī illud mortis corpus in
currerit·ſciat ſe nō q̄tidiana grā dei·id ē
facili remiſſione·quā momētis ſingulis
exoratus dn̄s noſter erroribus noſtr' do
nare ꝯſueuit·ſed aut diuturna afflictiōe
penitudinis ac penali dolore purgādū·
aut certe p his in futuro eterni ignis ſup
plicijs addicendū·ita eodem aplo pnū
ciante. Nolite falli·neqꝫ fornicarij· neqꝫ
idolis ſeruiētes·neqꝫ adulteri· neqꝫ mol
les·neqꝫ maſculorꝫ cōcubitores· neqꝫ fu
res·neqꝫ auari·neqꝫ ebrioſi ·neqꝫ male
dici·neqꝫ rapaces regnū dei poſſidebūt·
Aut q̄ eſt iſta lex militās in mēbris nr̄is
que repugnat legi mentis noſtre·cumqꝫ
nos reſiſtentes·atqꝫ captiuos in legē pec
cati ac mortis abduxerit·eiqꝫ nos fecerit
carne ſeruire·nihilominus mēte legi dei
ſeruire permittat: Nec enī hic puto legē
peccati flagicia deſignare·aut hoc de ſu
pradictis intelligi poſſe criminibus·que
ſi quis facit legi dei mente non ſeruit· a
qua neceſſe eſt eū animo aū diſcedere· qꝫ

aliquid eorum carne cõmittat. Quid eſt
enim ſeruire legi peccati· niſi ea q̄ a pctō
imꝑantur implere: Quod ergo peccati
genus eſt· quo cum ſe tanta ſanctitas at-
qꝫ perfectio ſentiat captiuari· gratia ta-
men chriſti non ambigat liberandū dicens. Infelix ego homo· quis me libera
bit de corpore mortis huius: Gratia dei
per ieſum chriſtum dominum noſtrum.
Quā inquam legem membris noſtris ī
eſſe firmabitis· quę abſtrahens nos a le-
ge dei· et captiuans nos legi peccati· infe
lices nos potius faciat qꝫ nocentes· vt n̄
eternis ſupplicijs addicamur· ſed quaſi
de interrupto beatitudinis gaudio ſu-
ſpiremus· et auxiliatorem qui nos ad id
retrahat inquirentes cum apoſtolo pro
clamemus. Infelix ego homo· quis me
liberabit de corpore mortis huius: Ad-
duci nāqꝫ captiuū ī legē peccati· q̇d ē ali
ud· qꝫ in effectu peccati atqꝫ opere perma
nere: Aut quod aliud principale dabi-
tur bonum· quod ſancti explere non poſ
ſint· niſi id ad cuius comparationē vt
ſupradiximus vniuerſa nec bona ſunt:
Et quidem nouimus multa eſſe in hoc
mundo bona· precipueqꝫ pudiciciā· cō
tinentiam· ſobrietatem· humilitatem· iu
ſticiam· miſericordiam· temperantiam·
pietatem· ſed hec omnia et ſummo illi bo
no paria eſſe non poſſunt· et perfici non
dicam ab apoſtolis· ſed etiam a medio-
cribus poſſunt· ⁊ a quibus impleta non
fuerint· aut eterno ſupplicio puniuntur·
aut grandi vt ſupradictū eſt labore pe
nitentie· vel quotidiana chriſti gratia li-
berantur. Supereſt igitur. vt hanc apo
ſtoli ſententiam ſoli ſanctorum perſone
recte fateamur aptari· qui in hanc quā
prediximus incurrentes quotidie pecca-
ti non criminum legem· de ſtatu ſalutis
ſue certi non precipitantur in facinus· ſꝫ
vt dictū eſt de contemplatione diuina
ad miſeriam cogitationū deuoluti cor
poralium· vere illius beatitudinis bono
plerumqꝫ fraudantur. Si enī ſe in hāc
membrorum ſuorum legē quotidianis
ſentirent ſceleribus illigari· non vtiqꝫ d̄
felicitatis amiſſione· ſꝫ de innocentie cau
ar entur· nec diceret apoſtolus paulus·
infelix ego homo· ſed impurus aut ſce-
leſtus ego homo· nec de corpore mortis
huius· hoc eſt de conditione mortali· ſꝫ
a flagicijs atqꝫ criminibus carnis hui⁹
vellet abſolui. Sꝫ qꝛ ſe pro ꝯditione fra
gilitatis humane ſenſerat captiuatum·
id ē· abductū ad ſollicitudines curaſqꝫ
carnales· que lex peccati et mortis opera
tur· ingemiſcens ſuper hac quā inuitus
incurrerat lege peccati· confeſtiꝫ recurrit
ad chriſtū· et preſentiſſima grę eius redē
ptione ſaluatur. Quicquid ergo lex illa
peccati· que ſpinas ac tribulos cogitatio
num curarumqꝫ mortaliū naturaliter
gignit· etiā ī apoſtolici pectoris terra ſol-
licitudinis germinarit· iſta lex gratie mox
auellit. Lex enim inquit ſpiritus vite in
chriſto ieſu· liberauit me a lege peccati ⁊
mortis.

## Quid ſit corpus peccati. Cap. xvi.

b

Hoc ergo ineuitabile corpus eſt
mortis· in quod perfecti quiqꝫ
qui guſtauerunt qꝫ ſuauis ē do
minus quotidie reuoluti· ſentiunt cū ꝓ
pheta qꝫ malum ſibi ⁊ amarū ſit diſce
dere a domino deo ſuo· hoc eſt corpus
mortis quod a cęleſti eos intuitu retra-
hens ad terrena deducit· quod pſallen-
tes eos atqꝫ in oratione proſtratos· vel
humanas effigies vel ſermones vl' nego
cia vel actus facit ſuperfluos retractare·
hoc eſt corpus mortis quod emulantes
angelicam ſanctitatem· et volētes domi-
no iugiter inherere· perfectionem tamē
huius boni· quia mortis corpus obſiſtit·
inuenire non poſſunt· ſed faciunt malū
quod nolunt· id eſt· traducuntur mente
etiam ad illa quę ad profectum virtutū
perfectionemqꝫ non pertinent. Deniqꝫ
vt hoc de ſanctis atqꝫ perfectis ſibiqꝫ ſi-



milibus· ſe dixiſſe beatus apoſtolus eui
dēter exprimeret· digito quodammodo
ſemetipſum tactuqꝫ deſignans· ꝯtinuo
infert. Itaqꝫ egoipſe· id eſt· qui hec pro-
nuncio· mee nō alterius conſcientie late
bras pando. Hoc ſane elocutōnis gene
re familiariter vti apoſtol⁹ ſolet· ſi quan
do vult ſe ſpecialiter deſignare· ſicut ibi·
egoipſe paulus obſecro vos per man-
ſuetudinem et modeſtiam chriſti· et rur-
ſum· niſi ꝙ egoipſe n̄ grauaui vos· et ite
rū· ſꝫ eſto· egoipſe nō grauaui vos· et ali
bi· egoipſe paulus dico vobis ſi circum-
cidamini chriſtus vobiſ nihil proderit·
et ad romanos· optabam enim egoipſe
anathema eſſe a chriſto pro fratrib9 me-
is. Poteſt autem non abſurde etiam ſic
accipi· vt expreſſius emphaſi pnunciet·
itaqꝫ egoipſe· id eſt· quē noſtis eſſe apoſto-
lum chriſti· quem tota ſuſpicientia vene
ramini· quē creditis ſummū atqꝫ ꝑfectū
eſſe· et in quo loquitur chriſtus· cum mē-
te ſeruiam legi dei· carne tamen legi pec-
cati ſuire me fateor· hoc ē diſtentione cō-
ditionis humane interdum de celeſtib9
ad terrena deuoluor· et ad curas humili
um rerum mentis mee altitudo prolabi-
tur· per quam peccati legē ita momentis
ſingulis me ſentio captiuari· vt quāuis
immobili circa legem dei deſiderio perſe
uerem· nullo tamen modo vim hui⁹ ca-
ptiuitatis euadere me poſſe ſentiam· niſi
confugero ſemper ad gratiam ſaluatoris

## Q sancti omnes veraciter īmū-dos ſe et peccatores eſſe confeſſi ſunt. Cap. xvij.

e

Et idcirco quotidiānis ſuſpirijs
ſancti omnes pro hac ſubſtātie
ſue fragilitate compuncti· dum
cogitationum varietates· et conſcientie
ſue latebras ac penetralia perſcrutant'·
ſuppliciter clamāt. Non intres in iudici
um cū ſeruo tuo· quia nō iuſtificabit' in
conſpectu tuo oīs viuēs. Et illd̄. Quis
gloriabitur caſtū ſe habere cor· aut quis
fiduciā habebit ſe mūdū eſſe a peccato:
Et iterū. Nō eſt iuſtus hō in terra q̇ fa-
ciat bonū ⁊ nō peccet. Et ita infirmā ho-
minū imꝑfectāqꝫ iuſticiā· ac miſcdia dī
ſꝑ indigentē indignā eſſe ſentiūt· vt vn⁹
ex his cuiuſ iniq̇tates ⁊ pctā deus miſſo
de altari ignito verbi ſui carbone purga
uit· poſt illā mirificā ꝯtēplatōnē dei· poſt
intuitū ſublimium ſeraphin· et reuelati
onē ſacramētoꝝ celeſtiū dicat. Ue mihi
qꝛ vir pollutus labijs ego ſum· et in me-
dio populi polluta labia habēt' ego ha-
bito. Qui ſicut arbitror labiorū ſuorū
immūdiciam nec tūc q̇dem fortaſſe ſen-
ſiſſet· niſi vera perfectione ⁊ integra pu-
ritate cōtemplationē dei meruiſſet agno
ſcere· cui⁹ intuitu pollutionē ſuā ſibi an̄
incognitam repente cognouit. Cum enī
ait· ve mihi quia vir pollutus labijs ego
ſum· de ſuorum hoc eum labiorū non de
populi pollutione confeſſum id quod ſe
quit' manifeſtat· et in medio populi pol-
luta labia habētis ego habito. Sed etiā
cum orās pctōꝝ quaſi vniuerſaliū īmū
diciā confitet'· nō iniquoꝝ tantū ſed eti-
am iuſtoꝝ plebem generali ſupplicatiōe
complectitur dicens. Ecce tu iratus es
et peccauimus· ī ipſis fuimus ſemper ⁊
ſaluabimur· facti ſumus vt immūdi om
nes nos· tanqꝫ pannus menſtruate vni-
uerſe iuſticie noſtre. Rogo quid euiden-
tius hac poteſt eſſe ſentētia· qua nō vnā
tantum· ſed vniuerſas iuſticias noſtras
propheta complexus· et circumſpiciens
omnia que vel immūda vel horrida iudi
cantur· quia nihil in hominū conuerſa-
tiōe ſordidius neqꝫ impurius potuit re
perire· pāno mēſtruate eas comparare
maluit:

## Etiā iuſtos et ſanctos ſine pec-cato nō eſſe. Cap. xviij

f

Fruſtra ergo manifeſtiſſime veritati
ſpinoſe obiectiōis acumē oppo
nit'· ſicut pauloante dixiſtis· ſi
nemo ſine pctō· nullus eſt ſanct⁹· et ſi ne-
mo ſanctus· nullus ergo ſaluabit'. Hoc
enim prophete teſtimonio· poteſt no-
dus huius queſtionis abſolui. Ecce in
quit tu iratus es et nos peccauimus·

id eſt cum elationem noſtri coꝛdis vel negligentias auerſatꝰ· tuo nos auxilio denudaſti· confeſtim nos voꝛago abſoꝛbuit peccatoꝛũ· velut ſi quis ſplẽdidiſſimo ſolis diceret elemento. Ecce tu occubuiſti· et nos ilico tenebꝛoſa contexit obſcuritas. Et tamen cũ hic ſanctus peccaſſe ſe dicat· et nõ ſolũ peccaſſe· ẜ etiã in ipis ſꝑ permanſiſſe peccatis· nõ deſperat penitus de ſalute· ẜ ſubijcit· in ipſis fuimus ſemper et ſaluabimur. Hanc ego ſententiam· ecce tu iratus es et peccauimus· illi apoſtolice cõparabo· Infelix ego homo quis me liberabit de coꝛpoꝛe moꝛtis huiꝰ Rurſuʒ id quod pꝛopheta ſubiungit· in ipſis fuimus ſemper et ſaluabimur· conſequentibus apoſtoli congruit verbis. Gratia dei per ieſum chriſtum dñm noſtrum. Similiter etiam illud eiuſdem ꝓphete· ve mihi quia vir pollutus labijs ego ſum· et in medio populi polluta labia habentis ego habito· videtur ſupꝛa dictos ſapere ſermones· Infelix ego homo quis me liberabit de coꝛpoꝛe moꝛtis huiꝰ· Itẽqꝫ qđ ſequitur ĩ pꝛopheta. Et ecce volauit ad me vnus de ſeraphin· et in manu eius carbunculus ſiue calculꝰ· quẽ foꝛcipe tulerat de altari· et tetigit os meum et dixit· ecce hoc tetigi labia tua· ⁊ auferetur iniquitas tua· et peccatum tuum mundabitur· tale eſt vt pauli videatur oꝛe pꝛolatum qui ait· Gratia dei per ieſum chriſtum dominũ noſtrũ. Videtꝭ ergo quemadmodum omnes ſancti nõ tam ex perſona populi qꝫ ex ſua· et peccatoꝛes ſe veraciter fateantur· et tamen nequaquam de ſua ſalute deſperent· ſed iuſtificationis plenitudinem quam pꝛo conditione fragilitatis humane conſeq̃ ſe poſſe diffidunt· de gratia domini ⁊ miſeratione pꝛeſumunt.

## Q in ipſa quoqꝫ oꝛationis hoꝛa peccatuʒ declinari vix poſſit. Cap. xix.

Eminem vero in hac vita quã
n nis ſanctum· immuneʒ eſſe a de
bitis peccatoꝛum· etiam magiſterium nos edocet ſaluatoꝛis· qui diſcipulis ſuis ꝑfecte oꝛõis foꝛmulã tradẽs· inter reliqua illic ſublimia ſacratiſſimaqꝫ mandata· que non niſi ſanctis perfectiſqꝫ ſunt tradita· et malis et infidelibus conuenire non poſſunt· hoc iuſſit interſeri· et dimitte nobis debita noſtra· ſicut et nos dimittimus debitoꝛibus noſtris. Si ergo vera hec et a ſanctis pꝛofertur oꝛatio· ſicut indubitanter credere nos opoꝛtet· quis tam contumax et pꝛeſumptoꝛ tamqꝫ ſuperbia diabolici furoris elatus poterit inueniri· qui ſine peccato ſe eſſe pꝛonuncians· non ſolum maioꝛem ſe apoſtolis credat· verumetiaʒ ipm̃ quaſi ignoꝛantie aut vanitatis arguat ſaluatoꝛem· vt ſcilicet aut neſcierit eẽ poſſe aliquos ĩmunes a debitis· aut fruſtra docuerit eos quos ſcierit oꝛatiõis iſtius remedio nõ egere: Sed cum regis ſui p̃cepta ſeruantes· omnes omnino ſancti quotidie dicãt. dimitte nobis debita noſtra· ſi verum dicunt· vere nemo eſt ĩmunis a culpa· ſi autem fallunt eque veruʒ eſt eos mẽdacij ñ carere pctõ. Unde etiã ille ſapientiſſimus eccleſiaſtes vniuerſos actus ⁊ humana ſtudia mẽte percurrẽs· ſine vlla exceptione pꝛonũciat· quia nõ eſt iuſtus homo in terra qui faciat bonuʒ et nõ peccet· id eſt· nemo in hac terra tam ſanctus· tam diligens· tam intentus· vel potuit vnqꝫ vel poterit inueniri· qui đo illi ac ſingulari bono ita iugiter valeat inherere· vt nõ quotidie ab eo diſtractũ ſe ſentiat deliquiſſe. Qui tamen cuʒ pꝛonũcietur immunis a noxa eſſe nõ poſſe· iuſtus eſſe nihilominus nõ negatur.

## A quibus ſit peccati euacuatio et virtutum diſcenda perfectio. Cap. xx.

Uiſquis itaqꝫ anamarthẽton
q id eſt· impeccantiam nature a
ſcribit humane· non inanibus
verbis· ſed conſcientie ſue teſtimonio nobiſcum ac pꝛobatione confligat· et tunc demũ ſe abſqꝫ pctõ eſſe ꝓnunciet· cum ſe ab hoc ſummo bono ſenſerit nõ auulſũ· ĩmo vero quiſqꝫ ꝯſiderãs cõſciaʒ ſuã· vt nõ dicã amplius vnã ſaltẽ ſynaxim ſine vlla verbi vel facti vel cogitationis interpellatiõe ſe depꝛehẽderit celebraſſe· abſqꝫ pctõ ſe eſſe ꝓnũciet. Pꝛoinde q̊a his omĩb ocioſis ac ſuꝑfluis reb· volucrẽ hũane mẽtis excurſuʒ fatemur carere nõ poſſe· ꝑ hoc vtiqꝫ cõſequẽter ſine peccato nos nõ eſſe veraciter cõfitem̃. Naʒ qꝫtauis circũſpectione vnuſquiſqꝫ coꝛ ſuũ ſuare ꝯtẽdat· nunqꝫ id ſm̃ deſiderium ſpũs ſui· repugnãte carnis cõditiõe cuſtodiet. Quãto enim magis ꝓfecerit mẽs hũana· et ad ſinceriorẽ ꝯtẽplatiõis ꝑuenerit puritatẽ· tanto ſe immũdioꝛem quaſi ꝑ ſpeculuʒ ſue puritatis inſpiciet· qꝛ neceſſe eſt dũ animus ad ſublimioꝛeʒ ſe extẽdit intuitũ· et maioꝛa quã nouit ꝓſpiciẽs cõcupiſcit· illa in q̊b eſt vt inferioꝛa ſꝑ ac vilioꝛa deſpiciat.

## Q licet agnoſcamus nos ſine peccato no eſſe nõ debeamus tamen nos a dñica cõmunione ſuſpendere. Cap. xxi.

Ura ſiq̊deʒ deuotat ſincerioꝛ
p obtutus· paritqꝫ ſibi maioꝛẽ re
pꝛehenſionis doloꝛẽ irrepꝛehen
ſibilis vita· et multiplicat gemitus atqꝫ ſuſpiria emẽdatio moꝝ· et emulatio attẽta ꝟtutũ· Nemo enĩ illo in q̊ pꝛofecerit gꝰ du põt eſſe ꝯtẽtus· et qꝫtũ q̊s fuerit mẽte purgatioꝛ· tãto ſe ſoꝛdidioꝛẽ vidẽs magꝭ hũilitatis qꝫ elatiõis inuenit cauſas· qꝫtoqꝫ ꝑnicius ad ſublimioꝛa cõſcenderit· tanto ãplius pꝛeuidet ſibi ſuꝑeſſe q̊ tendat. Deniqꝫ ille aploꝝ eximius quẽ diligebat ieſus· recũbẽs ſupꝛa pectus eius· hãc q̃ſi ex dñico ꝓtulit coꝛde ſententiaʒ. Si dixerimus· qꝛ pctm̃ non habemꝰ· ipſi nos ſeducimus· et veritas in nob nõ eſt. Itaqꝫ ſi dicẽtes nos nõ hr̃e pctm̃· veritatẽ id eſt chriſtũ nõ habemus in nobis· quid aliud ꝓficimus niſi vt nos hac ipſa pꝛofeſſione ex peccatoꝛibus ſceleratos atqꝫ impios appꝛobemus: Poſtremo ſi coꝛdi eſt veriꝰ exploꝛare· vtrũ poſſibile ſit hũane ſubſtãtie anamarthẽton· id eſt· impeccãtiã poſſidere· a q̊b hoc manifeſtius diſcere poterimꝰ· qꝫ ab his q̊ carnẽ ſuaʒ crucifixerũt cũ vicijs ⁊ ꝯcupiſcẽtijs· et q̊b đe crucifixus eſt mũdus: Qui cũ de coꝛdib ſuis nõ ſolũ radicitus vicia vniuerſa cõuulſerit· verũ etiã pctõꝝ memoꝛiaʒ ac cogitatiões conẽtur excludere· nihilominus tñ q̊tidie fideliter ꝓfitentꝰ· ne vna q̊deʒ hoꝛa ſine macula ſe eſſe poſſe peccati. Nec tñ ex eo debemus nos a dñica cõmunione ſuſpẽdere· qꝛ nos agnoſcimus pctõꝛes· ẜ ad eã magis ac magis eſt ꝓpt̃ aĩe medicinã et purificationeʒ ſpiritus auide feſtinãdum· verũtamẽ ea hũilitate mẽtis ac fide· vt indignos nos ꝑceptiõe tante gratie iudicantes· remedia potius noſtris vulnerib expetamus. Alioquin nec anniuerſaria q̊dẽ digne eſt pꝛeſumẽda cõmunio· vt q̊dã faciunt q̊ in monaſterijs cõſiſtentes· ita ſacramẽtoꝛũ celeſtium dignitatẽ ⁊ ſanctificationẽ ac meritũ metiũtur· vt eſtimẽt ea nõ niſi ſctõs atqꝫ ĩmaculatos debere pꝛeſumere· et nõ potius ſanctos mũdoſqꝫ nos ſua participatione perficiant. Qui pꝛofecto maioꝛem arrogãtie pꝛeſumptionẽ· quã declinare ſibi videntur incurrũt· qꝛ vel tũc cuʒ ea ꝑcipiũt dignos ſe eius perceptiõe diiudicãt. Multo enĩ iuſtius eſt· vt cum hac coꝛdis hũilitate q̊ credimus ⁊ fatem̃ illa ſacroſancta miſteria nũqꝫ ꝓ merito nos poſſe ꝯtingere ſingulis ea dñicꝭ ob remediũ noſtrarũ egritudinũ pꝛeſumamus· qꝫ vt vana ꝑſuaſione coꝛdis elati vel poſt annũ dignos eoꝝ ꝑticipio nos eſſe credamus. Quapꝛopter vt hec intelligere ⁊ fructuoſe tenere poſſimus· miſericoꝛdiã dñi vt nos ad ꝑficienda hec adiuuet attẽtius imploꝛemus· q̃ neqꝫ ita vt cetere hũane artes p̃cedẽte quadã ratione ꝟboꝝ· ẜ actu potius ⁊ experiẽtia p̃eunte diſcũtur· queqꝫ rurſum· niſi tã collationib ſpiritaliũ viroꝝ frequẽter examinata fuerint ⁊ polita· qꝫ documentis et q̊tidiana experiẽtia ſollicite ventilata· aut obſoleſcũt incuria· aut ocioſa obliuione depereunt.

Explicit abbatis theone collatio tertia.

**Incipiunt capitula collatiõis abbatis abraham de mortifica tione. Cap̃.i.**

Quomodo abbati abrabe ꝑdi derimus cogitationū noſtrarū archana.
ij Quõ nr̃os ſenex patefecerit erro/ res.
iij De qualitate locorū q̃ ab anacho retis expeti debeãt.
iiij Que a ſolitarijs opationū gene/ ra debeãt eligi.
v Cur euagatiõe corpis grauet̃ ma/ gis q̃ꝫ releuet̃ cordis anxietas.
vi Ad quã cõpatõnẽ monach⁹ cogi tatiões ſuas debeat cuſtodire.
vij Interrogatio cur obeſſe nob̃ pa/ rentū vicinia putaret̃ q̃ in egy/ pto cõſiſtentib⁹ nõ obeſſet.
viij Rñſio quõ nõ oĩb⁹ ꝯueniãt oĩa.
ix Ubi poſſint parentū viciniã ñ timere q̃ abbatis appollo morti ficationẽ potuerint emulari.
x Interrogatio an obſit monacho ſi a parẽtib⁹ ſibi neceſſaria ſug gerãtur.
xi Rñſio q̃d ſanct⁹ Antoni⁹ ſuper hoc ꝓnũciauerit.
xij De vtilitate opatiõis ⁊ ocij detri mento.
xiij Fabula de tonſoris mercede cõ/ poſita ad illuſiones diaboli co gnoſcendas.
xiiij Interrogatio vnde nobis taliũ cogitationū error irrepſerit.
xv Rñſio de tripartito anime motu
xvi Rationabilẽ aĩe noſtre partẽ fu/ iſſe corruptam.
xvij Cur infirmior ps aĩe diabolicis tẽ/ ptationib⁹ p̃ma ſuccũbat.
xviij Interrogatio an vtili deſiderio maior̃ ſilentij ĩtra herẽm ad pa triam.
xix Reſponſio de illuſiõe diabolica q̃ vaſtior̃ ſolitudinis requiem repromittat.
xx Que vtil̃ ſit remiſſio ĩ adnẽtu fratꝝ
xxi Quõ euãgeliſta iohẽs vtilitatẽ remiſſiõis oſtẽdiſſe dicatur.
xxij Interrogatio q̃liter intelligendū ſit q̃d in euãgelio dr̃ Jugũ me/ um ſuaue eſt ⁊ on⁹ meū leue
xxiij Rñſio cũ expoſitiõe ſniẽ.
xxiiij Cur amarū iugũ ⁊ graue onus dñi ſentiatur.
xxv Quid vtilitatis conferat tempta tionum incurſio.
xxvi Queadmodū perfecte abrenũci/ antibus cẽtuplũ in hoc mundo repromittatur.

**Expliciũt capitula. Incipit Abbatis abrahaꝫ collatio de mor/ tificatiõe. Cap̃.i.**

[Q]uarta atꝫ viceſima iſta collatio ab/ bat̃ abrahã chriſto fauẽ te ꝑcudit̃ oĩm ſenioꝝ tra ditiões atꝫ ĩſtituta ꝯcludẽs q̃ vr̃is oro/ nib⁹ ꝯſũmata illoꝝ vigĩtiq̃tuor ſenioꝝ q̃ in ſctã apocalipſi coronas ſuas agno offerre dicũt̃ nũero myſtice ꝯgruẽte cun ctarū ꝓmiſſionū nr̃aꝝ debit̃ nos credi/ m⁹ liberãdos. Si q̃ ꝑide glĩa hi vigiti/ q̃ttuor ſenes nr̃i ob ĩſtitutionis ſue meri tũ fuerit coronati illi q̃ ꝓ ſalute mũdi ĩ/ molat⁹ eſt agno ſbiect̃ ſũt capitib⁹ obla turi. Ipe eĩ ⁊ ill̃ tã eximiū ſenſū ⁊ nobis qualemcũq̃ꝫ ſermonem quo tanta pro funditas ꝑmeretur ꝓpter honorem noĩs ſui donare dig̃⁹ ẽ. Et nccẽ ẽ vt ad aucto rẽ honoꝝ oĩm mũer̃ ſui merita referant̃ cui hipõ debet̃ ãpl̃i⁹ q̃ magl̃ ſoluit̃. Igi tur ad hũc abrahã cogitationū nr̃aruꝫ ĩpugnationẽ anxia ꝯfeſſiõe detulimus q̃ ad repetendã ꝓuinciaꝫ nr̃am atq̃ꝫ ad reuiſendos parẽtes q̃tidianis aĩe eſtib⁹ vrgebamur. Hinc eteñ nobis maxima deſiderioꝝ naſcebat̃ occaſio q̃d tanta religione atq̃ꝫ pietate parẽtes noſtros p̃ ditos recordabamur vt eis neq̃q̃ꝫ no/ ſtrũ ꝓpoſitũ p̃ponerem⁹ h̃ iugit̃ mente voluẽtes q̃ꝫ ꝑfectũ magis ex illoꝝ eſſem⁹ aſſiduitate capturi nulla q̃ꝫ nos corpora liũ rerũ ſollicitudine nullis ꝓſpiciẽdi vi ctus diſtentionib⁹ occupãdos illis affa/



tim oẽm cũ gaudio p̃bitionẽ nr̃e nccita/ tis explentib⁹. Inſup etiaꝫ ſpe inanium gaudioꝝ animũ paſcebamus credẽtes fructũ nos maximũ ꝑcepturos de ꝯuerſi one mltoꝝ q̃ velut nr̃o eſſent ad viã ſa/ lutis exẽplo ac monitis dirigẽdi. tũ p̃te/ rea ipoꝝ locoꝝ ſitus in q̃b⁹ erat maiori bus noſtris auita poſſeſſio ipaq̃ꝫ ameni tas regionũ iocũda ante oculos pigeba tur q̃ꝫ grate ⁊ ꝯgrue ſolitudinis ſpacijs tenderet̃ ita vt nõ ſolũ delectare mona/ chũ poſſint ſecreta ſiluarũ h̃ etiã maxia victus p̃bere cõpẽdia. Que oĩa p̃dicto ſeni cũ ſcd̃m fidem ꝯſcie nr̃e ſimpliciter pãderemus nec iã impugnationũ vim tolerare nos poſſe niſi nob̃ ꝑ illi⁹ medici nã dei gratia ſubueniſſet ꝓfuſis lachry mis teſtaremur tacit⁹ ille diu q̃ꝫ cũctat⁹ atꝫ ad extremũ g̃uiter igemiſcẽs ita ait.

**Quõ noſtros ſenex patefecerit errores. Cap̃.ij.**

[N]ec dñ vos deſiderijs renũciaſ/ ſe mũdanis nec mortificaſſe cõ/ cupiſcẽtias p̃ſtinas cogitatio/ nũ vr̃arũ prodit infirmitas. Nam ſicut deſidiã cordis vr̃i deſideriorũ vr̃oꝝ ꝑ/ uagatio ꝓteſtat̃ hãc ꝑegrinatiõeꝫ ac pa rentũ abſentiã quã mente poti⁹ ſuſcipe debuiſtis carne tm̃modo ſuſtinet̃. Se/ pulta eñ hec oĩa ac d̃ cordib⁹ vr̃is euul ſa penit⁹ iam fuiſſent ſi vel rõem ipi⁹ ab renũciatiõis vel p̃ncipalẽ ſolitudis cau ſam in q̃ cõſiſtim⁹ cepiſſetis. Jõq̃ꝫ vos illa ocij egritudine ſentio laborare q̃ in ꝓuerbijs ita notat̃. In deſiderijs eſt oĩs ocioſus. Et iterũ. D̃ſideria occidunt pi/ grũ Nã et nobis poterãt hec q̃ cõmemo raſtis carnaliũ cõmodoꝝ nõ deeẽ cõpẽ/ dia ſi credidiſſemus ea nr̃o cõuenire ꝓ/ poſito aut talẽ ex illis amenitatuꝫ volu ptatib⁹ fructũ nob̃ iudicaſſem⁹ poſſe cõ ferri q̃lis iſte ẽ q̃ de hoc locoꝝ ſqualore ⁊ corpis ꝯtritiõe ꝯq̃rit̃. Nec ſum⁹ ita pa/ rẽtũ ſolatio deſtituti vt deſint q̃ de ſuis ſubſtãtijs ſuſtentare nos gaudeant niſi nob̃ illa ſnĩa ſaluatoris occurrẽs q̃cq̃d ad fotũ h⁹ ptinꝫ carnis excluderꝫ q̃ dr̃ q̃ nõ reliq̃rit ſiue oderit patrẽ ⁊ matrẽ ⁊ fi/ lios ⁊ fratres nõ p̃t me⁹ eẽ diſcipul⁹. Et ſi parẽtũ q̃ꝫ eſſem⁹ p̃ſidio deſtituti certe vel potẽtũ mũdi iſti⁹ obſeq̃a deeſſe ñ poſ ſent q̃ ꝓmptiſſima largitate nccitatib⁹ nr̃is cũ omi g̃tiarũ actiõe ſubminiſtrare gauderẽt q̃ꝝ mũificẽtia ſuſtẽtati paran di vict⁹ ſollicitudĩe careremus niſi nos vehemẽt̃ illa ꝓphetica maledictõ deterre ret nã maledict⁹ inq̃t hõ q̃ ponit ſpeꝫ ſu am in hoĩe et nolite ꝯfidere in p̃ncipib⁹. Potuim⁹ etiã cellulas ſaltẽ nr̃as ſuper nili fluminis alueũ collocãteſ aquã hr̃e ꝓ forib⁹ ne eã a q̃ttuor milib⁹ paſſuum nr̃is cogerem̃ deferre ceruicib⁹ niſi nos ad tolerãtiã labor̃ iſti⁹ indefeſſos btũs apl̃s reddẽs h̃ iugit̃ aĩaret eloq̃o Unuſ q̃ſq̃ꝫ inq̃ens ꝓpriã mercedẽ accipiet ẞm ſuũ laborẽ. Nec ignorã⁹ eẽ ñnll̃a ĩ regio nib⁹ nr̃iſ amena ſecreta ĩ q̃b⁹ pomoꝝ co pia et hortoꝝ grã vl̃ vbertas nccitatẽ vi ct⁹ noſtri mĩmo labore corpis expedirẽt niſi inpingẽdam nob̃ illam exꝓbrationẽ q̃ ad illũ ĩ euãg̃ directa ẽ diuitẽ verere m̃ q̃ recepiſti ꝯſolationẽ tuam ĩ vita tua. Sꝫ deſpectis illis oĩb⁹ ⁊ cũ vniũſa mun di h⁹ voluptate ꝯtẽpt̃ hĩs tm̃ ſqualori b⁹ delectam̃ vniũſiſq̃ꝫ delitijs horrendã ſolitudinis iſti⁹ p̃ferim⁹ vaſtitateꝫ neq̃ꝫ huic arenarũ amaritudini q̃ꝫtaſuis vbe res glebe diuitias cõpam⁹ nõ tpalia hu ius corpis lucra h̃ eterna ſpũs emolum̃ ta ſectãtes. Parũ eſt enĩ renũciaſſe mo/ nachũ ſemel id ẽ in p̃mordio ꝯuerſiõis ſue ꝯtẽpſiſſe p̃ñtia niſi eis q̃tidie renũci/ are p̃ſtiterit. Uſq̃ꝫ in finẽ nãq̃ꝫ hui⁹ vite illud nob̃ dicẽdũ eſt cũ ꝓpheta et diẽ ho/ minis nõ deſideraui tu ſcis. Uñ ⁊ dñs ĩ euãgelio. Si q̃s vult inq̃t poſt me veni/ re abneget ſemetipm̃ et tollat crucẽ ſuaꝫ q̃tidie et ſequat̃ me.

**De qualitate locorũ q̃ ab anachoretis expeti debeãt. Cap.iij.**

[I]dcirco ei q̃ de iteriorꝫ hoĩs purita/ te puigilẽ ſollicitudinem gerit expetẽda ſunt loca que mentem eius nul la ad culture diſtentionem vbertatis ſue fecũditate ſollicitẽt nec de cellule fixa atq̃ꝫ ĩmobili ſtatiõe ꝓturbẽt atq̃ꝫ ad ali/

qđ ſubdiuale op⁹ ꝓdire cõpellãt· et ita
velut in aptũ effuſis cogitatiõib⁹· omnẽ
mentis directionẽ ac ſubtiliſſimũ certe il
lius deſtinatiõis intuitũ ꝑ diũſa diſper/
gat· q̃ a nemine ꝓrſus ꝙ̃uis ſollicito ac
vigilãti vel caueri poterit vel videri· niſi
q̃ aĩm ſuũ atq; corpus iugiter ĩtra pari
etũ ſepta ꝯcluſerit· vt ita q̇s velut piſca/
tor egregi⁹· victũ ſibi aplica arte ꝓſpici
ens· in trãquilliſſimi cordis ſui ꝓfũdo·
agmina cogitationũ natãtia intẽt⁹ atq;
ĩmobilis captet· et tanq̃ de ꝓminẽti ſco
pulo curioſe ꝓfũda ꝓſpectans· q̇s ad ſe
hamo trahere debeat ſalutari· q̇s ꝟo tã/
q̃ malos ac noxios piſces negligat ac re
futet. ſagaci diſcretiõe diiudicet

## Que a ſolitarijs oꝑationum genera debeat eligi. Cap. iiij.

i N hac ergo vnuſquiſq; cuſto
dia iugit̃ ꝑſeuerãs· efficacit̃ il
lđ ĩplebit· qđ ꝑ abacbuc ꝓphe
tã ſatꝭ euidẽter exp̃mit̃. Sup cuſtodiam
meã ſtabo· vt aſcẽdã ſuꝑ petrã ꝛ ſpecula
bor vt videã q̇d loq̃t̃ in me· et q̇d reſpon
deã ad argnẽtẽ me. Qđ q̃ti laboris ac
difficultatis ſit· experimẽtꝭ illoꝝ q̇ in illa
calami ſiue purfurionis heremo cõmo/
rãtur manifeſtiſſime cõprobat̃. Nã cũ
longiore ſolitudinis ĩteruallo ab vniũſ
vrbib⁹ ꝛ habitaculis hoĩm q̃ heremus
ſcythij diuidãtur· ſeptẽ ſiq̇dẽ vel octo
mãſionib⁹ vaſtiſſime ſolitudinis deſta
penetrãtes vix ad cellularũ ſuaꝝ ſecreta
ꝑueniũt· tñ q̇ illic agricl̃ture deditꝭ. clau
ſtris minime cohibẽtur· cũ ad hec ſquali
da in q̇b⁹ degim⁹· vel ad illa ſcythiotica
venerĩt loca. tãtis cogitationũ eſtib⁹· tã/
ta animi anxietate vexãtur· vt q̃ſi rudes
et q̇ ſolitudinis exercitia ne leuit̃ q̇dẽ ali
q̃n ꝯtigerĩt· cõmorationẽ celle ꝛ q̇etꝭ ſilẽ
tia tolerare nõ poſſint· atq; ex eis ſtati ex
cuſſi· tanq̃ expꝑtes ꝛ nouicij ꝑturbentur.
Nõ enĩ ſedare interiorꝭ hoĩs mot⁹ ꝛ co/
gitationũ ſuarũ tẽpeſtatib⁹ obuiare. in/
gi ſollicitudine ac ꝑſeuerãti intẽtiõe di/
dicerũt· q̇ ſub diualib⁹ q̊tidie oꝑib⁹ deſu
dantes· tota die ſub aerea inanitate· nõ
ſolũ corꝑe verũ etiã mẽte ꝑuolitãt· ꝛ cogi
tatões ſuas cũ mobilitate corꝑea paſſĩ
in aperta diffundũt. Et idcirco nec mul
tiuolã animi ſui ſentiũt vanitatẽ· nec ei⁹
lubricos poſſũt coercere diſcurſus· nec
ꝯtritionẽ ſpũs ferẽtes· intolerabilẽ ſibi
ipam ſilẽtij ſui eſtimãt iugitatẽ· ac labo/
rioſis ruris oꝑib⁹ ĩdefeſſi vincũtur ocio·
et quietis ſue diuturnitate laſſant̃.

## Qđ euagatiõe corꝑis grauetur magis q̃ releuetur cordis anxietas. Cap. v.

n Ec mirũ ſi in cella q̇s reſidens
q̃ſi intra artiſſimũ clauſtrũ co/
gitatõibus ꝯgregatꝭ· anxietatũ
multitudine ſuffocet̃· q̇ de carcerib⁹ ha/
bitaculi cũ hoĩe ꝓrũpẽtes· ꝯtinuo velut
eq̇ effrenes ĩ diũſa ꝑuolitãt. Sed cũ ad
p̃ns de ſuis velut ſtabulis euagẽtur· ca/
pit̃ ſtatĩ aliqđ vel breue vl̃ triſte ſolatiũ·
cũ ꝟo corꝑe ad cellã ꝓpriã remeãte· rur/
ſus q̃ſi ad ſedẽ ſuã cũcta cogitationũ ca
terua recurrerit. grauiores excitat ſtimu
los ipa inueterate licẽtie ꝯſuetudo. Hi
ergo q̇ nec dñ poſſũt vel norũt volunta/
tũ ſuarũ inſtigatiõib⁹ reluctari· cũ acci
dia pect⁹ inſolitũ vehemẽti⁹ ĩpugnãte· ĩ
tra cellã fuerĩt anxiati· ſi ꝓgrediẽdi ſepi⁹
libertatẽ ſibi remiſſa diſtrictiõis lege cõ/
ceſſerĩt· acriorẽ aduẽſuꝫ ſe peſtem ħ vt pu
tãt remedio ſuſcitabũt· ſicut gelidiſſime
aq̃ hauſtu vim intñarũ febriũ q̇dã reſtĩ
guere poſſe ſe credũt· cũ vtiq; accẽdi ex ħ
ignẽ illũ ꝯſtet poti⁹ q̃ ſedari· ſiq̇dẽ mo
mẽtaneã illã releuatõnẽ multo g̃uior cõ
ſequetur afflictio.

## Ad quã cõpatiõnẽ monachus cogitatiões ſuas debeat cuſtodire. Cap. vi.

q Uamobrẽ ita monachi oĩs in/
tentio in vnũ ſꝑ eſt defigẽda· cũ
ctarũq; cogitationũ ei⁹ ort⁹ ac
circũit⁹ in idipm· id eſt· ad memoriã dei
ſtrenue reuocãdi· velut ſi q̇s abſidis ca/
merã volẽs in ſblime cõcludere· ſbtiliſſi/
mi illi⁹ centri lineã iugiter circũducat·
ac ſm certiſſimã normã omnẽ rotundi/
tatis parilitatẽ· ꝛ ſtruct̃e colligat diſci/
plinã. Qui vero eã abſq; vllius medie/
tatis examine ꝯſummare q̃uis ſumma



artis aut ingenij preſumptiõe tẽptaue/
rit· impoſſibile eſt· vt eq̃litatẽ circũit⁹ illi/
us ſine errore cuſtodiat· aut q̃tũ vere ro
tũditatis pulchritudini errãdo ſubtra/
xerit ſolo dep̃hendat aſpectu· niſi ad illũ
indicẽ ꝟitatis ſꝑ recurrẽs· atq; ei⁹ arbi/
trio ĩteriorẽ oꝑis ſui ambitũ exterioreq;
caſtigãs· tã excelſe altitudinẽ mol̃ vni⁹
pũcti lege ꝯcludat. Ita etiã mẽs nr̃a niſi
ſolã dñi charitatẽ· velut centrũ ĩmobili/
ter fixũ· ꝑ vniũſa oꝑm molitionũq; nr̃a/
rũ momẽta circũagẽs· ꝓbabili vt ita di/
xerĩ circino charitatis oĩm cogitationũ
vel aptauerit vel repulerit q̃litatẽ· neq̃q̃
ſtructurã illã edificij ſpiritalis· cui⁹ pau
lus eſt archtect⁹· ꝓbabili arte moliet̃· nᶜ
pulchritudinẽ dom⁹ illi⁹ poſſidebit· quã
btũs dauid ĩ corde ſuo cupiẽs exhibere·
dñe inq̇t dilexi decorẽ domus tue ꝛ locũ
habitatiõis gl̃ie tue· ħ indecorã in corde
ſuo atq; indignã ſpiritui ſctõ domũ. cõ
tinuoq; lapſurã imprudẽter attollit· nõ
glorificandus hñi cohabitatoris hoſpi/
tio· ħ ruina ꝯſtructiõis ſue lugubrit̃ op/
p̄mendus.

## Interrogatio cur obeſſe nobis parẽtũ vicinia putaretur q̃ ĩ egipto cõſiſtẽtibus nõ obeſſet. Cap. vij.

Ermanus. Satis vtili ac ne
ceſſario p̃cipit̃ inſtituto ħ oꝑe/
rũ genus qđ intra cellã exerceri
põt. Etẽĩ nõ ſolũ exẽplo beatitudinis ve
ſtre aplicarũ ꝟtutũ imitatiõe fũdate· ve
rũ etiã experiẽtie nr̃e teſtimonio cõmodi/
tas hui⁹ rei nob ſepe cõꝑta eſt. Sꝫ parẽ
tũ vicinia quã nᶜ vos minimũ reſpuiſtꝭ·
cur tantoꝑe a nobis debeat vitari nõ ſa/
tis claret. Cũ enĩ vos in oĩni ꝑfectionis
via irrep̃henſibiliter incedẽtes· nõ ſolum
ĩ ꝓprijs r̃ſidere regiõib⁹· ħ nᶜ lõge a vicul̃
ſuis quoſdã receſſiſſe cernamus· cur id
qđ vob noxiũ nõ eſt· nob putet̃ aduẽſuꝫ:

## Reſpõſio quõ nõ omnibus cõueniant omnia. Cap. viij.

a Brahã. Nõnũq̃ mala ex
bonis reb⁹ ſumi videmus exem
pla. Nam ſi eadem quis agere non eo/
dẽ affectu atq; ꝓpoſito· aut diſſimili vir
tute p̃ſũpſerit· ꝑfecto exinde laqueũ dece
ptiõis ꝛ mortis incurrit· vñ alijs eterne
vite fruct⁹ acq̇rit̃. Qđ ille q̊ manufor/
tis puer· bellicoſiſſimo illi giganti in cer
tamine cõꝑatus· haud dubie ptuliſſꝫ· ſi
virilib⁹ atq; fortiſſimis ſaulis armis fu/
iſſet indut⁹· ꝛ q̇b⁹ etas robuſtior· innũe/
rabiles cat̃uas hoſtium ꝓſtrauiſſet. hec
indubitatã p̄meuo puero potuerũt infer
re perniciẽ· niſi prudẽti diſcretiõe ꝯgrua
adoleſcẽtie ſue armoꝝ genera delegiſſꝫ·
et aduerſus hoſtẽ teterrimũ· nõ lorica et
clypeo q̇b⁹ ceteros videbat ĩſtructos· ſꝫ
ill̃ q̇b⁹ ipe dimicare poterat tel̃ fuiſſet ar/
mat⁹. Quãobrẽ m̃ſurã viriũ ſuaꝝ ꝯueĩt
vnũquẽq; nr̃m diligẽtius añ pẽſare· atq;
ad ei⁹ modulũ arripe quã libuerit diſ/
ciplinã· q̇ ꝙ̃uis oẽs vtiles ſint· tñ ap/
te cũcti cũcte eẽ ñ pñt. Nõ enĩ q̇ bõa eſt
anachoreſis· vniũſis eã ꝯgruã cõproba
m⁹. A m̃ltis eĩ ñ ſolũ ĩfructuoſa· ħ ẽt pni
cioſa ſẽtit̃. Nec q̇ inſtitutõnẽ cenobiorũ
vel curã fratrũ ſctãm atq; laudabilẽ me/
rito ꝓfitemur· idcirco ab vniũſis eã ex/
petendã eſſe cenſem⁹. Itaq; xenodocij
vberrim⁹ fructus eſt· ħ ab oĩb⁹ experti ſine
patiẽ nõ p̃t detrimẽto. Proinde p̄mũ re
gionis vr̃e· atq; hui⁹ int̃ ſe penſanda ſũt
ĩſtituta. deinde vires hoĩm ingi vl̃ virtu
tũ vel vicioꝝ aſſiduitate collecte· diũſa ĩ
uicẽ lance trutinãde. Fieri etenĩ p̃t vt qđ
alteri⁹ gentꝭ hoĩ arduũ atq; ĩpoſſibile ẽ·
ħ alijs inſita ꝯſuetudo qđammõ ꝟterit
in natũam· ſic natiões q̇dã ingẽti plaga
rũ diũſitate diſiũcte· magnã vim frigorꝭ
vel ardorẽ ſol̃ abſq; vllo corꝑis ꝑferũt te
gumẽto· q̇ vtiq; alij illã celi inclemẽtiã
nõ expꝑti· q̃tinis roborꝭ fuerint ſuſtẽta/
re ñ pñt. Ita etiã voſ q̇ ſũmo aĩ ꝛ corꝑis
niſu· in hac regiõe dũtaxat· q̃ſi naturã
patrie veſtre· in multis impugnare cona
mini· diligenter expendite· vtrum in illis
torpedinis vt fama ẽ regionib⁹· et velut
frigore nimie ĩfidelitatꝭ obſtrictis· hanc
vt ita dixerĩ nuditatẽ ſuſtẽtare poſſitis.

Noſtris enī iſtā ꝓpoſiti fortitudinē3 na
turaliter quodāmō īdidit ſancte conū
ſationis antiq̄tas·quoꝝ ſi cōſtātie atqꝫ
virtuti pares eſſe vos cernitis·viciniam
parentū fratrūqꝫ vroꝝ ſiliter fugere nō
debetis.

## Ubi poſſint parētū viciniā nō timere q̄ abbatis apollo mortificationē potuerint emulari. Cap.ix.

Et vero ad certū diſtrictiōis ex
amē vrarū viriū q̄ntitatē meti
ri cōgrua eſtimatiōe poſſitis·cu
iuſdā vobis ſenis· id eſt· abbatis apol
lo factū breuiter indicabo·vt ſi vos inti
mū veſtri cordis examē hui⁹ ꝓpoſito at3
virtuti haud inferiores eē cenſuerit·abſ
qꝫ iactura ꝑfectus vri ꝓfeſſioniſqꝫ peri
culo·patrie inhabitationē ac parentū vi
ciniā preſumatis·certi ꝙ diſtrictōnē hu
militatiſ hui⁹·quā vob in hac ꝓuincia
nō ſolū voluntas ſ etiā neceſſitas ꝑegri
nationis extorquet·ꝓpinq̄tatis affectus
aut locoꝝ oblectatio nō poſſit euincere.
Ad hūc igitur quē p̄diximus ſenē3·cum
germanus ſuus intēpeſta nocte veniſſet·
implorās vt de monaſterio ſuo pauliſꝑ
egreſſus·ad euellendū bouē3·quem ceno
plauſtri eminus inherere flebiliter quere
bat·ci eſſ3 auxilio·q2 eū ſolus neq̄qꝫ poſ
ſet eruere·abbas apollo pertinaciter ob
ſecrāti·cur ait iuniorē fratrē noſtrū·quē
p̄teriēs ꝓpiorē q̄ꝫ me habueras nō roga
ſti. Cunqꝫ ille eū mortē olim ſepulti fra
tris oblitū·et ex nimia ꝯtinētie ac ſolitu
dinis iugitate velut īpotē mētꝭ exiſtimās
reſpōdiſſet·queādmodū poteram de ſe
pulchro eū qui ante ānos q̇ndecī obijt
īuocare· abbas apollo·ignoras ꝗ ait me
q̊3 añ ānos vigītī huic mūdo fuiſſe defū
ctū·nullaqꝫ iā poſſe de huius celle ſepul
chro·ꝗ ad p̄ntis vite ꝑtineāt ſtatu3·tibi
cōferre ſolatia·quē intm̄ chriſt⁹ ab inten
tiōe mortificatiōis arrepte·vel modicu3
ad extrahendū bouē tuū nō patiť relaxa
ri·vt ne breuiſſimi q̇dē momēti induciaſ
ꝓ patris indulſerit ſepultura· ꝗ multo
vtiqꝫ celerius·honeſti⁹·religioſi⁹ fuerat
exhibenda. Rimamini itaqꝫ nūc archa
na pectoris vrī prudēterqꝫ conijcite· an
talē etiā vos iuxta parētes vros diſtricti
onē mentis iugiť retentare poſſitis. Cun
qꝫ vos in hac animi mortificatiōe conſi
miles eidē ſenſeritis·tū demū ſcitote pa
rentū fratrūqꝫ viciniā·vob quoqꝫ ſiliť
noxiā nō futurā · vt ſc3 eis q̄uis ī proxi
mo ꝯſtitutis·velut mortuos vos eſſe cre
datis·ita vt nec illos vris foueri ſolatijſ
nec vos illoꝝ ſinatis obſeq̇ijs relaxari.

## Interrogatio an obſit mōacho ſi a parentibus ſibi neceſſaria ſuggerātur. Cap.x.

Ermanus. Super hoc plane
iam nullu3 ambiguitati locu3
vlteri⁹ reliq̇ſti· Certi etenim ſu
mus tā p̄ntis huius habitus vilitatē q̄ꝫ
quotidiana hec nudipedalia in illoꝝ vi
cinia nullatenus exercere nos poſſe· ſed
ne labore q̇dem illic ſili ea que ſūt ad vi
ctū neceſſaria ꝓuiſuros· ſic ſ etiā ipſam
q̊tidie aquā ceruicib nris ex trib milib
exhibere cōpellimur ·nec nra enī nec illo
rū verecūdia·hec nos corā illis agere om
nino patieť. Sane quid ꝓpoſito nro ob
erit·ſi illis ſubminiſtrantib vniūſa· nos
ſollicitudine parādi victus penitus ab
ſoluti·lectioni tm̄ et oratiōi opam dederi
mus·vt iſto q̊ nūc diſtrahimur labore ſb
lato·ſpiritalib tm̄ ſtudijs intētius excu
bemus.

## Reſponſio quid ſanctus antonius ſuper hoc ꝓnūciauerit. Cap.xi.

Braham. Non meā contra
a hoc vobis·ſ btī antonij ſentēti
am ꝓferā·q̄ ille ita cuiuſdā fra
tris·hoc q̊ dicitis tepore torpētis ſegnici
em cōfutauit·vt etiā nodū vre ꝓpoſitōis
abſcideret. Nam cū ad predictū virū q̇
dam vt dixi veniens·anachoreticā diſci
plinā minime diceret admirandā· maio
ris ꝓnūciās eſſe ꝟtutis·ſi ea q̄ perfectio
nis ſunt inter hoīes quiſpiam q̄ꝫ in here
mo poſitus exerceret·btūs antonius vbi
nam ipe conſiſteret ꝑcontatur Cunqꝫ il
le ſe iuxta parētes ſuos habitare dixiſſ3·
et eoꝝ prebitiōe ab omī cura et ſollicitu
dine diurni oꝑis abſoluto·lectioni tan
tū et orationi·abſqꝫ vlla diſtentione ſpi
ritus indeſinēter gloriareť inſiſtere·rur
ſum beatus Antoni⁹. Dic inq̇t fili· vtrū
in eoꝝ damnis vel aduerſis caſib cōtri
ſteris·pariqꝫ etiā modo ſuꝑ eoꝝ ꝓſperi
tate cōgaudeas: Ille vtriuſqꝫ rei ſe par
ticipē eſſe cōfeſſus eſt. Cui ſenex. Noue
ris te inq̇t etiā in futuro ſeculo eorū ſor
te cenſendum·cū q̇bus in hac vita in lu
cri detrimēti ve conſortio·vľ gaudio vľ
merore cōcuteris. Nec hac ꝯtentus ſen
tētia btūs antonius· maiorē inſuꝑ cam
pū diſputationis ingreſſus eſt· hec inq̇
ens ꝯuerſatio atqꝫ hic tepidiſſimus ſta
tus·nō ſ ſolo q̊ dixi te feriūt detrimento·
licet id nūc ipe nō ſentias· dicēs q̊dam
modo ſm illam ꝓuerbioꝝ parabolā· fe
riūt me ſ nō dolui·et deluſerunt me· ego
aūt neſciui·vel illud q̊d dr̄ in ꝓpheta· et
comederūt alieni robur eius·et ipe neſci
uit·q̊d ſc3 dieb ſingulis mentē tuā pro
caſuū varietate mutātes indeſinēter ad
terrena demergūt· verū etiam q̊d fructu
manuū tuarū·et iuſta laboris ꝓprij mer
cede defraudant·nō ꝑmittētes te horum
prebitiōe ſuffultū·ſm beati apľi regulā·
quotidianu3 tibi victu3 tuis manibus
preparare·quē ille vltima epheſiorū ec
cleſie ꝓncipib p̄cepta ꝓmulgās· ſe etiā
ſctis euāgelice p̄dicationis ſtudijs occu
patū·n̄ ſolū ſibi·verūetiā his q̇ erāt erga
miniſteriū ſuū neceſſarijs obſequijs pre
pediti·prebuiſſe ſe memorat dicēs. Ipſi
ſcitis quoniam ea ꝗ mihi opus erant·
et his q mecū ſunt ·miniſtrauerūt man⁹
iſte. Q̊d tm̄ vt ſe feciſſe ꝓ forma nre vtili
tatis oſtenderet·alibi ait. Non ocioſi fu
imus inter vos·neqꝫ gratis panē ab aliq̄
māducanimus·ſ in labore et fatigatiōe
nocte et die operātes·ne quē veſtrū ḡua
remus· non quia non habuerimus po
teſtatē·ſ vt noſmetipos formā daremus
vobis ad imitādu3 nos.

## De vtilitate operationis et ocij detrimēto. Cap.xij.

Et ideo cū etiā nobis parentu3
e preſidia nō deeſſent·tamē hanc
cūctis opib pretulimus nudi
tatē·et quotidiana corporis alimēta no
ſtris maluimus ſudorib p̄pare q̄ꝫ ſecu
ra parentū prebitiōe fulciri· laborioſiſſi
me huic penurie·illā quā p̄dicas ocioſā
ſcripturarum meditationē·at3 infructu
oſā lectionis inſtantiā poſtponētes·quā
ꝓculdubio libentiſſime ſectaremur· ſi ſ
eſſe vtilius vel exemplis ſuis apoſtolica
tradidiſſet auctoritas·vel inſtituta ſenio
ru3 ſalubriter prefiniſſent. Noueris aūt
te etiā ex hoc nō leuius q̄ꝫ illo quo ſupra
diximus affici detrimento· quia cum ſis
ſani corporis ac robuſti·ſtipe ſuſtētaris
aliena·que iuſte ſolis eſt debilibus attri
buta. Nam vtiqꝫ omne hominu3 genus
abſqꝫ illo tantum genere monachorum·
q̊d ſm preceptum apoſtoli quotidianis
manuū ſuarū laboribus viuit· agapen
aliene operationis expectat. Unde non
ſolum eos qui ſemetipſos. vel parentu3
facultatibus·vel famuloꝝ laborib·vel
fundorum ſuorum fructibus ſuſtenrari
gloriantur·ſed ipos etiā reges mūdi hu
ius · agape certū eſt ſuſtētari. Hoc deni
qꝫ maiorum noſtrorū diffinitio habet·q̇
quicquid ad neceſſitate3 quotidiani vi
ctus inſumitur·q̊d ope manuū nrarū
effectū partūqꝫ nō fuerit ad agapē refer
ri debere ſanxerūt· ſm apľm qui ocioſis
penitus interdicens opem largitatis ali
ene·qui inquit nō operatur nec mandu
cet. His beat⁹ Antonius aduerſus quē
dam viſus ꝟbis · etiā nos magiſterij ſui
informauit exemplo·vt parentū pernici
oſiſſima blandimenta·et omniū qui vi
ctus neceſſaria ſubminiſtrant agapē·in
ſuꝑ etiā oēm habitatiōis gratiā deuite
mus· ſqualenteſqꝫ naturali amaritudi
ne arenas·et peruſtas ſalſa inundatiōe
regiones·nulliqꝫ ob idipſum hominum
iuri dn̄oqꝫ ſubiectas·cunctis mūdi hu
ius opibus preponamus·vt non ſolum

frequentias hominū obtentu innie ſoli-
tudinis declinemus· ſ etiā nequaq̄ nos
ad qualiſcūq̄ culture diſtentionē vberi
ſoli natura ſollicitet· per quā mens ab il
la principali obſeruatione cordis diſtra
cta· ſpiritalibus ſtudijs redderet effeta.

## Fabula de tōſoris mercede cō-poſita ad illuſiones diaboli cognoſcendas. Cap. xiij.

n Am qd alios quoq̄ ſaluare vos
poſſe confiditis· et ſpe maioris lu
cri ad reuiſendam patriā feſti-
natis· audite etiā ſuper hoc quādam ab
batis macharij fabulā· iocūdiſſime atq̄
aptiſſime figuratā. quā et ille cuidā ſimi
lib⁹ deſiderijs eſtuāti· medicinā oportu
niſſime narrationis ingeſſit. Erat inq̄t i
ciuitate quadam peritiſſimus tonſor· q̄
denarijs ternis vnūquemq̄ detōdens·
tenuē vilemq̄ mercedem ſui operis acq̄
rendo· ex hac eadem quātitate neceſſaria
victus quotidie comparabat· centūq̄ de-
narios expleta omni corporis cura· mar-
ſupio ſuo dieb⁹ ſingulis inferebat. Sed
cū indeſinēter hūc conderet queſtū· au
diuit in quadā longe poſita ciuitate· ſin
gulorū ſolidorum ſingulos homines tō
ſori prebere mercedem. Quo ille comper
to· quo diu ero inquit hac mendicitate cō-
tentus· vt trium denariorū ſtipem cū la-
bore conquiram· cum poſſim illo pergens i
genti ſolidorū queſtu diuitias cōgrega-
re. Itaq̄ ſumēs artis ſue ptinus inſtru-
menta· expenſis in ſumptu omib⁹ q̄ hic
multo tpe collecta ſeruarat· ad vrbem il
lam queſtuoſiſſimā cū ſummo labore per
uenit. Ubi cum ea qua ingreſſus eſt die
ſm id qd cōpererat ab vnoquoq̄ merce
dem ſui opis recepiſſet ad veſperā ſe vi
dens grandem ſolidorū numerum con-
quiſiſſe ad macellum letus intēdit eſcas
refectiōi ſue neceſſarias coēptur⁹. Quas
cum cepiſſet magno ſolidorū precio cō
parare· expenſis in pexiguo victu vniu-
ſis quos acquiſierat ſolidis· ne vni⁹ qui
dem denarij intulit lucrum. Cumq̄ ita
ſingulis dieb⁹ acquiſitionē ſuā vidiſſet
inſumi· vt nō ſolum nihil redigere ſ vix
ipam quotidiane ſubſtantie neceſſitatē
poſſet explere· apd ſemetipm recogitās·
reuertar inquit ad ciuitatē meā· illumq̄
repetā tenuiſſimū queſtum· ex quo mihi
expleta omni corporis cura· qd ad ſuſtē
tationē ſenectutis accreſceret· quotidia-
na exuberantia conferebatur. Qd quā-
uis paruū videretur et tenue· nō medio-
crē tamē ſummā iugi pariebat augmen
to. Queſtuoſior quippe mihi fuit ille nū
morū q̄ iſte ſolidorum imaginarius que-
ſtus· ex q̄ nō ſolum nihil exuberat qd re
condam· ſ etiam vix ipa quotidiani vi-
ctus neceſſitas ſuſtinetur. Et idcirco re-
ctius nobis ē hūc ſolitudinis huius te-
nuiſſimū fructum indirupta iugitate ſe
ctari· quē nulle ſeculares cure· nulle mū-
dane diſtētiones· nulla cenodoxie ac va
nitatis arrodat elatio· nulle ſollicitudi-
nes diurne neceſſitatis iminuāt. Meli⁹
eſt enim modicum iuſto ſuper diuitias
peccatorum multas· q̄ affectare lucra
illa maiora· que etiā ſi parata fuerit que
ſtuoſiſſima conuerſione multorum· neceſſi
tate tamen mūdane conuerſatiōis· et q̄ti
dianis diſtentionū diminutionib⁹ abſu
mentur. Melior namq̄ eſt ſm ſniam ſa-
lomonis. pugillus vnus cum reqe· q̄
duo pugilli cum labore et preſumptione
ſpiritus. Quibus illuſionibus atq̄ diſ
pendijs omnes admodum infirmos ne
ceſſe eſt implicari· qui cum etiā de ſua ſa
lute ſint dubij· ipſiq̄ adhuc magiſterio
atq̄ inſtitutione egeant aliena· ad con-
uertendos alios et regendos· diabolicis
illuſionibus inſtigātur· quiq̄ etiā ſi po-
tuerint lucri aliquid ex quorundam cō-
uerſione cōquirere· ipatientia ſua atq̄
inconditis moribus quicquid acquiſie-
rint profligabunt. Illud namq̄ eis qd
Aggeus propheta deſcribit eueniet. Et
qui mercedes congregat· miſit eas in ſac
culum pertuſum. Vere enim lucra ſua
in pertuſum ſacculum condit· qui quic-
quid per aliorū conuerſionē videt acq̄-
rere· intēperantia cordis ſui et q̄tidiana



animi diſtentiōe diſpergit. Itaq̄ fiet vt
dum vberiora lucra per aliorum credūt i
ſtitutionem parare ſe poſſe· etiā ſua cor-
rectione priuentur. Sunt enī qui ſe diui
tes ferunt nihil habentes· et ſunt qui ſe
humiliant in multis diuitijs· et melior ē
vir in ignobilitate ſeruiens ſibi· q̄ q̄ di-
gnitatē ſibi acq̄rit et indiget pane.

## Interrogatio vnde nobis tali-um cogitationū error irrepſerit Cap. xiiij.

Ermanus. Satis congrue
nobis his compationib⁹ diſpu
tatio tua illuſionū noſtrarum
manifeſtauit errores. quorū cauſas et cu
rationes ſimiliter optamus agnoſcere·
et vnde acciderit nobis iſta deceptio pa
riter cupimus edoceri. Nulli etenī dubi
um eſt neminē admoduz poſſe remedia
malis valitudinibus adhibere· niſi eum
q̄ ipas morborū origines añ predixerit

## Reſponſio de tripartito anime motu. Cap. xv.

Braham. Omniū viciorum
vn⁹ fons atq̄ pricipiū ē. ſcd̄m
qualitatem vero partis illius
et vt ita dixerim membri qd in aīa fuerit
viciatū· diuerſa vocabula paſſionū cor
ruptionūq̄ ſortitur. Qd nōnunq̄ etiā
morborum corporalium probatur exēplo·
quorum cum vna ſit cauſa· in diuerſa ta
men egritudinum genera pro qualitate
membrorum que fuerint occupata diſtin-
guitur. Etenī cum arcem corporis· id eſt
caput vis noxij hūoris obſederit· cepha
largie procreat paſſionem· cum vero au
res oculos ve peruaſerit· in othagicum
ſiue ophtalmicū vertitur morbū· cunq̄
ſe ad articulos quoſq̄ et ad manuū ſū-
ma trāſfuderit· articularis atq̄ chiragri-
ca dicitur valitudo· cū autem ad peduz
ima defluxerit· podagra mutato nomīe
nuncupatur· totq̄ vocabulis vna atq̄
eadem noxij humoris origo diſtinguit·
quot mēbrorum ceperit portiones. Eodē
modo de viſibilibus ad inuiſibilia tran
ſeuntes· aīe noſtre partibus atq̄ vt ita
dixerim mēbris vim cuiuſq̄ vicij ineſſe
credamus. Quā cū ſapientiſſimi quiq̄
tripartite diffiniāt eſſe virtutis· neceſſe ē
vt aut logicon· id eſt ratiōabile· aut thy
micon· id ē iraſcibile· aut epithymeticon
id eſt· cōcupiſcibile· eius aliquo corrum-
patur incurſu. Cum ergo aliquē ex his
affectibus vis noxie obſederit paſſiōis·
pro illius corruptione etiā vicio nomen
imponitur. Nam ſi rationabilez ei⁹ par
tem viciorum peſtis infecerit· cenodoxie·
elationis· inuidie· ſuperbie· preſumptio
nis· contentionis· hereſeos vicia procrea
bit. Si iraſcibilem vulnerauerit ſenſuz·
furorem· impatientiam· triſticiam· acci-
diam· puſillanimitatē· crudelitatē partu
riet. Si concupiſcibilē vulnerauerit por
tionē· caſtrimargiam· fornicationē· phi-
largyriam· auariciam et deſideria noxia
terrenaq̄ generabit.

## Rationabilem anime noſtre p-tem fuiſſe corruptā. Cap. xvi.

e Idcirco ſi fontē vicij huius et
originem vultis agnoſcere· ra-
tionabilem mentis veſtre atq̄
anime portionē noueritis eſſe corruptā·
ex qua vel preſumptionum vel cenodo-
xie ſolent vicia pullulare. Proinde hoc
primū anime vobis vt ita dixerim mem
brum recte diſcretionis iudicio et humi-
litatis virtute curandū eſt· q̄ viciato dū
nō ſolum ad perfectionis iaz perueniſſe
faſtigia· ſed etiaz docere alios poſſe vos
creditis· et ad eruditionem ceterorū ſuffi
cientes atq̄ idoneos iudicatis per elati-
onem cenodoxie quā patefecit veſtra cō
feſſio· peruagationuz vanitate raptami
ni· quas amputare deinceps abſq̄ diffi
cultate poteritis· ſi vere diſcretionis vt di
xi humilitate fundati· q̄ laborioſū q̄q̄
difficile ſit vnicuiq̄ noſtruz ſaluare ani
mā ſuam mentis veſtre contritione diſ-
catis· et intimo cordis affectu· nō modo
longe vos ab illa docēdi preſumptione
ſubmotos· verum etiā adhuc egere do-
ctoris agnoſcatis auxilio.

Q̄ infirmior pars anime diabo

licis temptationibus pꝛīa ſuc-
cumbat. Cap̄.xvij.

a Dhibete ergo huic membro vl'
parti anime vr̄e· quã ſpecialit'
diximus vulneratã· vere humi
litatis medelam· que q̃m ceteris aīe ꝟtu-
tibus in vobis· quantū apparet· infirmi-
or eſt· neceſſe eſt vt diabolice infeſtatiōi
prima ſuccūbat· Quēadmodū eñ ignē
tibus q̇buſdaȝ iniurijs· q̄ vl' ex accidēti
laboꝛe· vel de aeris coꝛruptione gignun
tur· fieri etiã in coꝛpoꝛibus hũanis ſolet·
vt illa que fuerint infirmioꝛa· caſibꝫ iſtis
pꝛima conſentiãt atq; ſuccūbant. cunq;
peculiarius in eis moꝛbus inſederit· reli
quas quoq; partes coꝛpoꝛis eadem pe-
ſte ta befaciat· ita ⁊ animã vniuſcuiuſq;
noſtrū flante quodãmodo peſtilēti hali
tu vicioꝛū· illa maxime paſſione neceſſe
eſt attemptari· in qua teneriou atq; infir
mioꝛ eius poꝛtio· validis inimici nō tam
foꝛtiter reſiſtit impulſibus· et ex illis peri
culum captiuitatis incurrere· in quibus
faciliorem pꝛoditioni aditum reſerat in
cauta cuſtodia. Sic namq; balaam po-
pulum dei poſſe decipi· certa ratione col-
legit· dans conſilium vt ex illa parte q̄ i-
firmari nouerat filios iſrael· pnicioſi eis
laquei tenderētur· nō dubitans eos ob-
lata copia feminarū· foꝛnicatiōis ruina
pꝛotinus collapſuros· quia concupiſci-
biles anime eoꝛum partes ſciebat eſſe coꝛ
ruptas. Ita ergo vnūquemq; noſtrum
nequitie ſpiritales verſuta malignitate
pertemptant· illis pꝛecipue affectibꝰ aīe
inſidioſos laqueos pꝛeſtruentes· q̇bus
eam ſenſerint egrotare· vt verbi gratia
cum viderint rationabiles anime noſtre
partes eſſe viciatas· illo nos oꝛdine deci
pere moliãtur· quo achab regem ab illis
ſyris deceptum ſcriptura cõmemoꝛat· q̇
dixerūt. Scimus q̃m reges iſrael miſeri-
coꝛdes ſunt· ponamꝰ itaq; ſaccos ĩ lūbis
nr̄is· et funicl'os ĩ capitibꝫ nr̄is· ⁊ egredia
mur ad regē iſrael et dicemꝰ. Seruꝰ tuꝰ
benadab dic̄· viuificet' aīa mea· Quibꝫ
ille ñ vera pietate ſed vana miſc'die lau
de· ſi adhuc inq̇t viuit frater meꝰ eſt. Et
hoc exemplo etiam nos rationabilis illiꝰ
partis erroꝛe deceptos· īde incurrere of
fenſam dei faciãt· vnde ꝯſecuturos mer
cedem ac recepturos nos pietatis p̄mia
credebamus· ſimiliq; nobis etiam incre
patione dicatur. Quia dimiſiſti virum
dignum moꝛte de manu tua· erit anima
tua pꝛo anima eius· ⁊ populus tuus pꝛo
populo eius. Siue cū immundus ſpiri-
tus dicit. Egrediar et ero ſpiritus men-
dax in oꝛe omniū ꝓphetarū eius· per rati
onabilem pꝛoculdubio affectum quē le
talibus aptum noꝛat inſidijs laqueum
deceptionis ac moꝛtis intēdens. Sic eti
am herodem per iraſcibilem anime poꝛ-
tioneȝ· ad illam tantoꝛum inſontiū necē
callidiſſimus hoſtis impegit· eo ꝙ iſtam
ꝓpenſius in eo noꝛat eſſe viciatam. Qd
etiã de dn̄o noſtro idem ſpiritus opina-
tus· cum his eum tribus anime affectibꝫ
temptaſſet· in quibus omne hominuȝ ge
nus nouerat captiuari· nihil tamen tam
verſutis pꝛofecit inſidijs. Nam concu-
piſcibilem mentis eius aggreſſus eſt par
tem dicens. dic vt lapides iſti panes fi-
ant· iraſcibilem cū euȝ ad expetendū pꝛe
ſentis ſeculi poteſtatem et regna mundi
huius inſtigare conatus ē· rationabilē
cuȝ ait· ſi filius dei es· mitte te deoꝛſum.
In quibus idcirco nihil eius pꝛofecit il
luſio· quia nihil ſcd̄m coniecturã ſuam·
quã falſa opinatione conceperat· reppe
rit in eo eſſe viciatum. Unde etiaȝ nulla
pars anime eius· inimici inſidijs attem-
ptata conſenſit. Ecce enī inquit veīt pꝛi-
ceps mundi huius· et in me inueniet ni-
hil.

Interrogatio an vtili deſiderio
maioris ſilētij retraheremur ad
patriam. Cap̄.xviij.

Ermanus. Inter cetera illu
ſionum erroꝛumq; noſtroꝛū ge
nera· que nos ad deſideriū pa
trie nr̄e· ſicut beatitudo tua ſollerti men
tis perſpexit intuitu· vana ſpiritaliū cõ
modoꝝ pollicitatione flãmauerãt· etiã



hec vel maxima exiſtit cauſa· ꝙ interduȝ
a fratribꝫ frequētati· iugi ſecreto ac diu-
turno ſilentio· ſm̄ deſideriū noſtrum ne
quaq; poſſumus inherere. Per qd̄ ne-
ceſſe eſt curſum atq; menſurã quotidia-
ne continentie quã per caſtigationeȝ coꝛ
poꝛis indiruptam perpetuo cupimus re
tentare· nõnullis fratribus ſuperuenien
tibus intercidi. Quod ſine dubio nulla
tenus in noſtra pꝛouincia credimus euē
turum· in qua aut nullum aut certe rariſ
ſimū pꝛofeſſionis huius virum inuenire
poſſibile eſt.

Reſponſio de illuſione diaboli
ca ꝙ vaſtioꝛis ſolitudinis req̇-
em repꝛomittat. Cap̄.xix.

Brahã. Irrationabilis atq;
inconſiderate diſtrictiōis· īmo
potiꝰ ſummi tepoꝛ' indiciū eſt·
nequaq; ab hominibꝫ frequentari. Qui
enī in hac quã arripuit via nimiuȝ tar-
dis paſſibꝫ graditur· ac ſm̄ anterioꝛem
hominem cõuerſatur· equum eſt vt ad
eum nō dicam ſanctoꝝ· ſꝫ ne hominuȝ q̇
dem vllus adueniat. Uos aūt ſi vera at-
q; perfecta dn̄i noſtri dilectiōe flagrat'·
et deum q̇ vtiq; charitas eſt pleno ſpūs
feruoꝛe ſectamini· ad quelibet loca inac-
ceſſibilia fugerit'· neceſſe eſt ea ab homini
bus freqnētari· q̄toq; vos ꝓpioꝛes deo
amoꝛis diuini ardoꝛ effecerit· tanto ad
vos maioꝛ ſanctoꝛum fratrum confluet
multitudo. Non enim poteſt ſm̄ ſenten
tiaȝ dn̄i· ciuitas abſcondi ſupꝛa montē
poſita· quia diligentes me inquit domi-
nus gloꝛificabo· et qui me contemnunt
erīt ignobiles. Uerūtn̄ noſſe debetis hãc
eē ſbtiliſſimã diaboli calliditatē· hãc oc
cultiſſimã foueã· in quã miſerabiles ⁊ i-
cautos q̇ſq; p̄cipitat· vt duȝ eis maioꝛa
ꝓmittit· nec̄ia q̇tidiãi fructꝰ emolum̄ta
ſubripiat· abſtruoſioꝛes ſcȝ et vaſtiores
ſolitudines expeti debere pſuadēs· eaſq;
velut miris amenitatibus cõſitas in eo-
rum coꝛde pingens· ignota etiã quedam
et que penitus nō ſunt loca velut cogni-
ta ac pꝛeparata· noſtreq; poteſtati iã de-
dita· et abſq; vlla difficultate poſſiden-
da confingit. Homines quoq; regiōis
illius tractabiles· ⁊ ad viam ſalutis ſeq̄-
ces eſſe mentitur· vt dum illic vberioꝛes
fructus anime pollicetur· pꝛeſentia lu-
cra fraudulenter auertat. Nam cū vnuſ
quiſq; hac vana ſpe a ſenioꝛū ſalutari
contubernio ſeparatus· atq; omnibꝫ q̄
ſibimet fruſtra in ſuo coꝛde depixerat fu
erit deſtitutꝰ· velut de pꝛofundiſſimo ſo-
poꝛe conſurgens· nihil ex his que ſomni-
auerat expergefactus inueniet. Itaq; eū
diabolus maioꝛibus vite huius neceſſi-
tatibus et inextricabilibus laqueis irre
titum ne reſpirare quidem ad hec que ſi
bi ipſe pꝛomiſerat aliquando permittet·
eumq; nō iam illis quas ante vitauerat
raris ac ſpiritalibus fratrū viſitatiōibꝫ·
ſed quotidianis ſecularium incurſioni-
bus obligatuȝ. ne ad mediocrem q̇dem
anachoreſeos quietē ac diſciplinã vnq̄
redire patietur.

Q̄ vtilis ſit remiſſio in aduētu
fratrū. Cap̄.xx.

i Lla quoq; remiſſionis atq; hu
manitatis intercapedo gratiſſi
ma· q̄ nõnunq; pꝛo aduētu fra
trū interuenire conſueuit· licet moleſta
nobis ac fugienda videatur· tamē q; ſit
vtilis ac ſalubris tã coꝛpi q; ſpiritui no
ſtro paucis patiēter attendite· Sepe ac-
cidit nō dicam nouicijs ⁊ infirmis· ſꝫ eti-
am experientiſſimis atq; perfectis· vt ni-
ſi mentis eoꝛū directio atq; cenſura· qui
buſdam mollita fuerit viciſſitudinū la-
xamentis· aut in tepoꝛē ſpiritus· aut cer-
te in pernicioſam coꝛpoꝛis valitudinem
collabatur. Et idcirco a pꝛudētibꝫ atqȝ
perfectis· cū interceſſerit etiaȝ fratrū cre-
bꝛa viſitatio nō ſolum toleranda patien
ter· ſꝫ etiã gratãter eſt amplectēda· pꝛimuȝ
ꝙ ꝓuocat nos auidiꝰ ſp ſolitudinis de-
ſiderare ſecreta· nam qd̄ammodo curſū
nr̄m dū interpolare credit'· infatigabilē
iugemq; conſeruat· q̇ ſi nullo interdum
obice tardaretur· vſq; ad fineȝ ꝯtēdere
indefeſſa pertinacitate nō poſſet· deinde

qꝺ neceſſitatem reficiendi coꝛpuſculi cū
fructu hūanitatis indulget·maioꝛa no-
bis conferet lucra·cū iocundiſſimo coꝛ-
poꝛis laxamēto.qꝫ illa ſunt que per abſti
nentie fatigationem fuerant acquirēda.
Super qua re aptiſſimā comparationē
antiqua narratione vulgatā breuiter in
dicabo.

## Quō euangeliſta iohānes vtilitatē remiſſionis oſtēdiſſe dicatur. Cap.xxi.

f

Ertur beatiſſimus euangeliſta
Johānes cū perdicem manibꝫ
molliter demulceret·quendam
ad ſe habitu venatoꝛio venientē ſubito
conſpexiſſe. Qui miratus qꝫ vir tante
opinionis ac fame ad tam parua ⁊ hūi-
lia ſe oblectamenta ſubmitteret.tu ne es
inquit ille Johānes·cuius fama īſignis
atqꝫ celeberrima·me quoqꝫ ſummo deſi-
derio tue agnitiōis illexit: Cur ergo ob-
lectamētis tam vilibus occuparis: Cui
btūs Johānes. Quid eſt qꝺ manu tua
geſtas: At ille. Arcus inqt. Et cur ait nō
eum tenſum vbiqꝫ ſꝑ circumfers: Cui
ille reſpondit. Non opoꝛtet·ne iugi cur-
uamine rigoꝛis foꝛtitudo laxata molle-
ſcat atqꝫ depereat·et cum opoꝛtuerit vt
foꝛtioꝛa in aliquā ferā ſpicula dirigantꝰ·
rigoꝛe per nimietatē continue intenſiōis
amiſſo·violentioꝛ ictus nō poſſit emitti·
Nec noſtri inquit btūs iohannes animi
te offendat o iuuenis tam parua hꝫ bre-
uiſqꝫ laxatio·que niſi remiſſione quadā
rigoꝛē intentionis ſue interdum releuet
ac relaxet·irremiſſo vigoꝛe lēteſcēs· virtu-
ti ſpiritus cum neceſſitas poſcit obſecū-
dare nō poterit.

## Interrogatio qualiter ītelligēdum ſit qꝺ in euangelio dicitur Jugū meū ſuaue ⁊ onus meum leue eſt. Cap.xxij.

Erinanus. Quoniā nobis
illuſionuꝫ cunctarum remedia
contuliſti·et diabolice quibus
quatiebamur inſidie·per doctrinā tuaꝫ
dn̄o donante detecte ſunt·hoc quoqꝫ no
bis ſimiliter pꝛecamur ediſſeri·quod in
euangelio dicitur. Jugum meuꝫ ſuaue
et onus meum leue eſt. Satis eī pꝛophe-
tice illi ſententie videtur aduerſum·qua
dicitur. Pꝛopter vērba labioꝛū tuoꝛū·
ego cuſtodiui vias duras. Quippe cum
etiā apoſtolus dicat·omnes qui volunt
pie viuere in chꝛiſto· perſecutionē patiē
tur. Quicquid autē durum et perſecuti
onibus eſt refertum· nec leue poteſt eſſe
nec ſuaue.

## Reſponſio cum expoſitione ſententie. Cap.xxiij.

Braham. Veriſſimā domi-
ni ac ſaluatoꝛis noſtri eſſe ſen-
tentiaꝫ experientie ipſius facili
pꝛobabimus documēto· ſi perfectionis
viam legitime·et ſꝫm voluntateꝫ chꝛiſti
fuerimus aggreſſi·et moꝛtificātes oīa
deſideria noſtra ac voluntates noxias
abſcidentes·nō ſolum nihil reſidere no
bis de mūdi huius ſubſtātia ſinerimꝰ·
per quā vtiqꝫ cum libitū fuerit vaſtādi
nos ac dilacerandi poteſtateꝫ inimicus
inueniet·ſed etiam noſtri ipſius non eſſe
nos dominos ſenſerimus·illꝺ apoſtoli-
cum in veritate complentes. Viuo autē
iā nō ego viuit vero in me chꝛiſtꝰ Quid
enim graue poterit eſſe·quid duruꝫ ei·q̇
iugum chꝛiſti tota mente ſuſcepit· q̇ ve-
ra humilitate fundatus ſemperqꝫ ad do
mini reſpiciens paſſiones· in omnibus
que ſibi fuerint irrogate letatur iniurijs
dicens: pꝛopter qꝺ complaceo mihi in
infirmitatibus·in contumelijs·in neceſſi
tatibus·in perſecutionibus·in anguſtijs
pꝛo chꝛiſto·cuꝫ enī infirmoꝛ tunc foꝛtioꝛ
ſum et potens: Quo in quaꝫ familiaris
rei cruciabitur damno,qui perfecta nu-
ditate glorioſus· voluntarie pꝛo chꝛiſto
offerens vniuerſas huius mundi reſpu
it facultates·omneſqꝫ eius concupiſcen
tias generalitꝰ arbitratur vt ſtercoꝛa· vt
chꝛiſtum lucrifaciat·euangelici illius pꝛe-
cepti meditatione continua·cunctoꝛum
diſpendioꝛum eſtus deſpiciens ⁊ exclu-
dens·quid enim pꝛodeſt homini ſi vniu
ſum mundum lucretur·anime vero ſue
detrimentum patiatꝰ: aut quā dabit ho-
mo cōmutationem pꝛo anima ſua: Su
per cuius rei pꝛiuatione triſtabitur·qui
omnia que ab alijs auferri poſſunt ſua
nō eſſe cognoſcit·illud inuicta virtute ꝓ
clamans. nihil intulimus in hunc mun-
duꝫ·haud dubiu quia nec auferre quid
poſſumus: Cuius autem inopie ne-
ceſſitate eius ſuperabitur foꝛtitudo·qui
peram in via·es in zona·veſteꝫ in tēpora
habere nō nouit·ſꝫ cum apoſtolo gloꝛia-
tur in ieiunijs multis·in fame et ſiti·ī fri-
goꝛe ⁊ nuditate: Quis laboꝛ·qꝺ ve tam
arduū ſenioꝛis pꝛeceptum·tranquillita-
tē pectoꝛis eius poterit perturbare·q̇ nul
lam habens pꝛopriam voluntatē omni
bus que ſibi fuerint impata· nō ſolū pa
tienter ſed etiam gratanter occurrit· no-
ſtriqꝫ ſaluatoꝛis exemplo non querit ſu-
am·ſed patris facere voluntatem·dicēs
et ipſe ad patrem ſuum. veruntamē non
ſicut ego volo ſed ſicut tu: Quibus eti-
am iniurijs·qua perſecutione terrebitur·
immo qꝺ ei nō etiam iocundū poteſt eſſe
ſupplicium·q̇ in omnibus plagis cū apo
ſtolis ſemper exultans·optat vt dignus
habeatur pꝛo nomine chꝛiſti ꝯtumeliaꝫ
pati:

## Cur amarū iugū et graue onus domini ſentiatur. Cap.xxiiij.

v

T aūt nobis contrario iugum
chꝛiſti nō leue nec ſuaue videa-
tur·cōtumacie noſtre eſt iuſtꝰ
aſcribendum·q̇ diffidētia atqꝫ incredu-
litate deiecti·cōtra illius imperiuꝫ īmo
conſiliuꝫ·q̇ ait. ſi vis perfectus eſſe va-
de vende ſiue dimitte oīa tua·⁊ veni ſe
quere me. inepta peruiſitate pugnamus·
terrenarū ſcꝫ facultatū materijs retētis·
quarum cum nexibus animū noſtrū di-
abolus teneat illigatū·quid ſupereſt ni-
ſi vt cum voluerit nos a ſpiritalibꝫ gau-
dijs ſeparare·earundē imminutiōe ac ꝑtta
tiōe meſtificet·id verſutis fraudibꝫ elabo
rans·vt cū iugi illius ſuauitas ⁊ oneris
leuitas·icioſe concupiſcentie pꝛauita
te nobis fuerit aggrauata·ipius faculta
tis atqꝫ ſubſtantie. quā nobis ꝓ requie
ac ſolatio reſeruamus· viculis irretitos·
ſecularium curarū flagris ſemper excru
ciet·ex nobiſmetipis quo dilacerem̄ ſcul
pēs. Funiculis namqꝫ peccatoꝛum ſuoꝝ
vnuſquiſqꝫ conſtringitur· audiēs ꝑ pꝛo
phetam· Ecce omnes vos accendētes ig
nem. accincti flāmis·ambulate in lumīe
ignis veſtri·⁊ in flāmis quas ſuccendiſtꝭ
Per hec ſiquidem vt ſalomon teſtis eſt·
vnuſquiſqꝫ per que peccauarit ⁊ punie
tur. Ipſe eī nobis toꝛmento ſunt·quibꝫ
vtimur voluptates·⁊ oblectamenta hu
ius carnis atqꝫ delicie carnificuꝫ vice in
ſuum retoꝛquētur auctoꝛē·quia neceſſe
eſt eū qui facultatibꝫ pꝛiſtinis opibuſqꝫ
ſuffultus eſt·nec integrā humilitatē coꝛ-
dis nec moꝛtificationē plenā noxiarū ſu
ſcipere voluntatum. His autem virtu-
tum patrocinātibus inſtrumentis·oēs
vite pꝛeſentis anguſtie·et cuncta que ini
micus poteſt inferre diſpendia·non mo-
do patientiſſime·verumetiā iocūdiſſime
ſuſtinentur· quibus rurſum exulantibꝫ
elatio tam pernicioſa ſuccreſcit· vt etiaꝫ
leuiſſima contumelia moꝛtiferis impati
entie ictibus vulneremur·dicaturqꝫ no
bis per Hieremiaꝫ pꝛophetam. Et nūc
q̇d tibi vis in via egipti· vt bibas aquā
turbidam: Et nunc quid vis tibi cum
via aſſirioꝝ· vt bibas aquā flumīs: Ar
guet te malicia tua·et auſio tua increpa
bit te. Scito et vide qꝛ malum et ama-
rum eſt reliquiſſe te dominum deum tu-
um·et non eſſe timoꝛem mei apud te di-
cit dominus. Quod ergo iugi dominici
mirifica ſuauitas amara videtur ⁊ ſen-
titur·quid eſt niſi quia eam auerſionis
noſtre amaritudo coꝛrumpit: Quod di
uini oneris tā iocūda leuitas īgraueſcit·
q̇d ē niſi q̇a eum a q̊ ſuſtinebam̄ ꝯtūaci
pꝛeſumptiōe cōtēnimꝰ. q̇ppe cū euidentꝰ

idipm̄ ſcriptura teſtetur dicens. Nam ſi
ambularent ſemitas rectas· inueniſſent
vtiqꝫ ſemitas iuſticie leues: Nos inquā
nō eſſe manifeſtū ē· q̇ ſemitas dn̄i rectas
ac leues· prauis duriſqꝫ deſideriorū ex/
aſperamus cautibꝫ· q̇ viam regiam apo
ſtolicā ac ꝓpheticis ſilicibus cōmunitā·
ſanctorūqꝫ oīm atqꝫ ip̄ius dn̄i veſtigijs
cōplanatā· amentiſſime deſerentes· de/
uia queqꝫ ac dumoſa ſectamur· ⁊ preſen
tiū oblectaminū illecebris obcecati· ꝑ ob
ſcuros impeditoſqꝫ viciorꝫ ſentibꝫ cal/
les· laceratis cruribus · et dirupta illa
nuptiali veſte reptamus· non modo a/
cutiſſimis vepriū aculeis ꝯfigendi· ſꝫ eti/
am virulentorum ſerpentuꝫ vel ſcorpio
num illic latitantiū ictibus vulnerandi
Tribuli eni et laquei in vijs prauis· qui
aūt timet dn̄m abſtinebit ab eis. De tali
bus ⁊ alibi dn̄s ꝑ ꝓphetā · oblit⁹ eſt mei
inquit populus meus· fruſtra libātes et
impingentes in vijs ſuis· in ſemitis ſecu
li· vt ambularent per eas in itinere non
trito· Uie eī ſm̄ ſententiā ſalomonis ni
hil operantiū ſtrate ſunt ſpinis· fortium
vero trite ſunt· et ita ab itinere regio de/
uiantes· ad illam metropolim ciuitateꝫ·
vbi noſter curſus indeclinabiliter ſemꝑ
debet eſſe directus· nō poterūt peruenire
Qđ etiā eccleſiaſtes ſignificāter expreſ/
ſit. labor inquiens ſtultoruꝫ affliget eos
qui nō cognouerūt ire ī ciuitatē· illā ſcꝫ
hieruſalē celeſtem q̄ eſt mater oīm nr̄m.

## Quid vtilitatis conferat tem/ ptationum incurſio. Cap. xxv.

Quiſquis autē in veritate huic
mundo renūciās· ſuꝑ ſe tulerit
iugum chriſti· et didicerit ab eo
quotidianis iniuriaruꝫ exercitijs erudi
tus· quia mitis eſt ⁊ humilis corde· in cū
ctis temptationibus manebit ſꝑ immo/
bilis· oīa qꝫ illi cooperabūtur in bonū·
Uerba eni dei ſm̄ abdiam ꝓphetam bo
na ſūt cū eo q̇ recte ꝗdit. Et iterū. Quia
recte vie dn̄i ⁊ iuſti icedūt ī eis· ꝑuarica/
tores xᵒ corruēt ī eis. Maiora igit̄ nob
ꝑ colluctationē tēptationū laudis cōtu/
lit premia · benigna erga nos gratia ſal/
uatoris q̄ꝫ ſi omnē a nobis neceſſitatem
certaminis abſtuliſſet. Eteni ſublimioꝛ
preſtantioriſqꝫ virtutis eſt perſecutioni
bus erūniſqꝫ vallatū· manere ſꝑ immo/
bilē· et aduerſum ſe ſeuientibꝫ cūctis· cer
tū de preſidio dei atqꝫ intrepidum ꝑdu
rare· humaniſqꝫ incurſibꝫ velut armis ī
uicte virtutis accinctū· glorioſiſſime de
impatientia triumphare · et acq̇rere qđ
ammodo de infirmitate virtutē· qꝛ xᵘtus
in infirmitate perficit̄. Ecce eni dedi te ī/
q̇t dn̄s in columnā ferreā· et in murum
ereū ſuper omnē terrā· regibꝫ iuda· ꝑnci/
pibus ⁊ ſacerdotibus eius· et oīni popu
lo terre· et bellabunt aduerſum te· ⁊ nō ꝑ
ualebunt· quia ego tecū ſum vt eruaꝫ te
dicit dn̄s. Ergo ħm verā dn̄i traditōeꝫ·
via regia ſuauis ac leuis eſt· licet dura ⁊
aſpera ſentiat̄. Pie eni ac fideliter ſerui
entes cum tulerint iugū dn̄i ſuper ſe· et
didicerint ab eo q̇a mitis ē et humil̄ cor
de· iam qđammodo terrenarū paſſionū
deponētes ſarcinā· nō laboreꝫ ſed requi
em aīabꝫ ſuis dn̄o preſtante reperient· ſi/
cut per hieremiā ꝓphetam ip̄e teſtatus ē
dicens. ſtate ſuꝑ vias ⁊ videte · ⁊ inter/
rogate de ſemitis antiquis· q̄ ſit via bo/
na ⁊ ambulate in ea· et inuenietis refrige
riuꝫ animabus veſtris. fient namqꝫ eis
continuo praua in directuꝫ· ⁊ aſpera in
vias planas· et guſtantes videbunt· q̇ni
am ſuauis eſt dominus· audiētesqꝫ chri
ſtum in euangelio proclamantem . ve/
nite ad me omnes qui laboratis et one/
rati eſtis· et ego reficiā vos· depoſitis pō
deribus viciorum· ea que ſequuntur in/
telligent· quia iuguꝫ meum ſuaue eſt· et
on⁹ meum leue. Habet ergo refrigeriuꝫ
via domini ſi ſm̄ legem ipſius teneatur·
Sꝫ nos ſumus qui dolores nobis atqꝫ
tormenta · turbulētis diſtentionibus ꝓ
curamus· dum malum⁹ vias ſeculi hu/
ius prauas atqꝫ peruerſas · etiam cum
ſummo diſcrimine ac difficl̄tate ſectari
Cū xᵒ h̄ modo ꝗue nob ac duruꝫ iugū
dn̄i fecerimus· blaſfemio iam ſpū· vel de



ipſius iugi vel de chriſti q̇ illud īponit
duricia atqꝫ aſperitate cauſamur· ſm̄ il
lud. Inſipientia viri corrumpit vias
eius. Deum autem cauſatur corde ſuo·
Et ſm̄ aggeū ꝓphetā. cum dixerim⁹· qꝛ
via dn̄i nō dirigit· cōgrue reſpondetur
nobis a domino. Nunquid via mea
nō dirigit: Nonne magis vie vr̄e ſunt
praue: Et reuera ſi cōꝑare volueris ſplē
dentē virginitatis florē· et ſuaue olentē
caſtimonie puritatē· tetris ac fetidis libi
dinum volutabris· quietem ſecurita/
temqꝫ monachorū· periculis ⁊ erumnis
quibꝫ mūdi huius homines implicant̄·
pauꝑtatis noſtre req̇em· edacibꝫ diuitiū
triſticijs ac peruigilibus curis · quibus
nō abſqꝫ ſummo vite periculo diebꝫ ac
noctibꝫ cōſumūt· ſuauiſſimū iugū chri
ſti onuſqꝫ leuiſſimū facillīe cōprobabis

## Queādmodum perfecte abre/ nūciātibus centuplum in hoc mūdo reꝓmittatur. Cap. xxvi.

Proinde etiā illa retributio pre
miorū· qua ꝑfecte renunciātibꝫ
in hac vita centuplum dn̄s re/
promiſit dicens. et oīs q̇ reliquerit do/
mū vel fratres aut ſorores aut patrē aut
matrē aut vxorem aut filios aut agros
ꝓpter nomē meū· centuplū accipiet ī pre/
ſenti· et vitā eternā poſſidebit· recte atqꝫ
veriſſime eodem ſenſu abſqꝫ vlla fidei ꝑ
turbatione ſuſcipit̄. Multi eni occaſio/
nē huius ſentētie nacti craſſo intellectu·
hec in illo mille annorꝫ t̄pe carnalit̄ ſan/
ctis reſtituenda confirmāt· cū vtiqꝫ illđ
ſeculū qđ poſt reſurrectionē futurum di/
cūt· pn̄s intelligi nō poſſe fateātur. Mul
to ergo credibilius mīſtoqꝫ manifeſtius
eſt eū q̇ aliq̇d ſeculariū vel affectuū vel
honorū chriſto ſuadēte ꝯtempſerit· a fra
tribus atqꝫ conſortibꝫ ꝓpoſiti ſui qui ei
ſpiritali glutino colligātur· cētuplo gra/
tiorē etiaꝫ in hac vita recipere charitatē.
Hāc ſiquidē quā īter parētes ac filios
atqꝫ germanos· coniuges vel ꝓpiquos·
ſiue ſocietas copule ſeu ꝯſanguinitatꝫ ne
ceſſitudo cōiungit· ſatis breuē eſſe ꝯſtat
ac fragilē. Deniqꝫ etiā bōi ac pij cū ado
leuerint filij· a parentū domibꝫ nōnūqꝫ
ac ſubſtantijs excludunt̄· cōmunio q̊qꝫ
conſortij cōiugalis interdum etiā hone/
ſta cauſa interueniente diuellitur· fratꝝ
dirimit charitatem contentioſa diuiſio
Monachi ſoli perpetue ꝯiūctionis reti/
nēt vnitatē· atqꝫ indiſcrete poſſidēt vni/
uerſa· qui oīa ſua eſſe que fratꝝ· oīa
fratrum credunt eſſe que ſua ſunt. Si er
go iſtis diebus quibus carnalis copula
latur affectio· dilectōis noſtre gratia cō
ferat̄· profecto centuplo hec dulcior atqꝫ
ſublimior eſt. Recipiet̄ ſane etiā de con/
tinētia coniugali maior centuplo ſuaui/
tas· ab illa q̄ eis inuicem ꝑ commixtionē
ſexuū prebebatur. Pro leticia quoqꝫ il/
la quā in vnius agri ac domus poſſeſſio
ne quis habuit· centuplo maiore diuiti/
arum gaudio perfruetur· qui in adopti/
onē tranſiens filiorū dei· vniuerſa q̄ eter
ni ſunt patris vt propria poſſidebit· ⁊ af
fectu atqꝫ virtute ad imitationē veri illi
us filij proclamabit. omnia q̄ habet pa
ter mea ſunt· nec iam cū vlla penali diſtē
tiōis ac ſollicitudinis cura· ſed ſecurus
ac letus velut ī proprijs vbiqꝫ ſuccedit·
audiēs quotidie ſibimet ab apoſtolo ꝓ
dicari· omnia eni veſtra ſunt· ſiue mūd⁹·
ſiue preſentia· ſiue futura· ⁊ a ſalomone·
fidelis viri totus mundus diuitiarum
eſt. Habes ergo iſtam centupli retribu/
tioneꝫ· in magnitudine meriti· et ī diſcre
tione tam incomparabilis qualitatis ex
preſſam. Neqꝫ enim ſi pro eris aut ferri·
aut vilioris cuiuſqꝫ metalli certo ponde
re· tantundem ponderis· ſed auri quiſpi
am reddidiſſet· non etiā amplius q̄ꝫ cen
tuplum reſtituiſſe videretur· ita cuꝫ pro
contemptu voluptatum atqꝫ affectuuꝫ
terrenorum. ſpiritale gaudium et precio
ſiſſime charitatis iocunditas repenſat̄·
etiam ſi ip̄e ſit numerus· centuplo tamē
hec maior atqꝫ preclarior eſt. Et vt hoc
euidentius crebra repetitione reddatur·
vxorē antea in paſſiōe fragilis deſiderij
poſſidebā· hanc eandem in honore ſanc

tificatõis et pᵃ chriſti dilectiõe poſſideo
Una eſt mulier·ſed cẽtuplum creuit me/
ritũ charitatis. Si aũt z p ire z furoris
perturbatõe·in gẽ animi lenitatẽ·p ſolli
citudinis ac diſtentõis angore ſecurita
tis q̃etẽ·p infructuoſa ſeculi huius pe
nalicꝫ triſticia·ſalutaris triſticie fructũ·
p vanitate leticie tpalis·gaudij ſpiritalꝰ
appenderis vbertatẽ·retributioneꝫ in ho
rum affectuũ cõmutatione cẽtuplã pui
debis·Et ſi vniuſcuiuſcꝫ vicij breui ac
lubrice voluptati contrariarũ virtutuꝫ
merita cõferãtur·centuplũ eſſe meliora
multiplicata iocũditas approbabit. Cẽ
tenarius eni numerus de ſiniſtra trãſfer
tur in dexterã·et licet eandem in ſupputa
tione digitorũ figurã tenere videatur·ni
miũ tamẽ quantitatꝫ magnitudine ſupꝰ
creſcit. Fiet eni vt qui hedi formã gerere
videbamꝰ i leua. ouis meritũ trãſlati cõ
ſequamur ad dexterã. Nũc ad quãtita
teꝫ earũ rerũ quas p cõtemptu mũdiali
um cõmodorũ nobis in hoc ſeculo chri/
ſtus reſtituit trãſeamꝰ. precipue ſm euã
gelium marci ita dicentis. Nemo eſt qui
reliq̃t domũ aut fratres·aut ſorores·aut
matrẽ·aut filios·aut agros ppꝰ me z ppꝰ
euãgeliũ·q̃ ñ accipiet centies tantũ nũc
in tpe hoc domos·fratres z ſorores·z ma
tres z filios z agros cũ perſecutionibus
et in ſeculo futuro vitã eternã. Cẽtuplã
namcꝫ fratrũ parentũ recipiet quãti/
tatẽ·quiſquis patris vnius vel matris
ſeu filij p chriſti noĩe charitate cõtẽpta·
in omniũ q̃ chriſto deſeruiũt dilectionẽ
ſinceriſſimã tranſit·p vno ſcꝫ tot inueni
ens patres fratrescꝫ ferventiore ac pre
ſtantiore ſibi affectiõe deuinctos. Mul/
tiplicata etiã domorꝫ atcꝫ agrorꝫ poſſeſ
ſione ditabitꝰ·quiſq̃s vna domo p chri/
ſti dilectione reiecta·innumera monaſte
riorũ habitacula tãq̃ ppria poſſidebit·
in quacuncꝫ orbis pte velut in ſue domꝰ
iure ſuccedẽs. Quomodo eni nõ centu/
plũ·z ſi dñi noſtri ſñie ſupaddi aliq̃d
fas eſt·pluſq̃ centuplum recipit·q̃ dece
vel viginti ſuorꝫ miniſteria infida z co/
acticia derelinq̃ns·tot ingenuorꝫ ac no
biliũ ſpontaneo fulcitꝰ obſeq̃o: Qđ ita
eſſe etiã vris experimẽtis probare potu/
iſtꝰ·q̃ ſingulis patribꝫ matribuscꝫ ac do
mibus derelictis·q̃libet mũdi partẽ ſue
ritis ingreſſi·patres matres fratrescꝫ in
numeros·domos q̃cꝫ z agros ſeruoscꝫ
fideliſſimos·abſcꝫ vllo ſollicitudinis la
bore cõquiritis·qui vos vt pprios dños
ſummis ſuſcipiũt amplectuntur fouent
venerãtur officijs. Sed hoc in q̃ ſancti
miniſterio merito ac fiducialiꝰ pfruẽtur·
qui prius in ſuiutẽ fraternitatis ſemet/
ipſos ſuacꝫ oĩa voluñtaria deuotione ſb/
diderint. Recipiẽt eni ſm ſñiam domini
libere·id qđ ipi alijs depẽderũt Quiſq̃s
aũt ſb humilitate ſincera pſortibꝫ ſuis an/
te non detulerit·quõ deferri ſibi ab alijs
patiẽter admittit·cũ grauari ſe eorꝫ obſe
q̃js itelligat potꝰ q̃ foueri·q̃ accipe ma
uult fratꝫ q̃ deferre famulatũ: Hec tñ
oĩa ñ cũ remiſſa ſecuritate nꝰ cũ inerti ob
lectatione pcipiet·ſ ſm vbũ dñi cũ pſe
cutionibus·id eſt·cum preſſuris ſeculi
huius·ac ſummis angoribꝫ paſſionũ·q̃
ſicut ille ſapientiſſimus ꝑteſtatur·q̃ ſua
uis z ſine dolore eſt·in egeſtate erit. Re/
gnũ eteni celorꝫ nõ deſides·nõ remiſſi·ñ
delicati·nõ teneri·ſ violenti diripiunt.
Qui ḡ hi violenti ſunt: Nempe illi qui
nõ alijs ſ voluñtatibus ſuis pclaraꝫ infe
rũt violentiã·q̃ direptiõe laudabili omi
ſe pñtiũ rerũ voluptate fraudantes·vo
ce dñica egregij direptores pnunciantꝰ·
et per huiuſcemodi rapinã regnũ celorũ
violenter inuadunt. Regnũ eni celorum
ſm ſententiaꝫ domini vim patitur. et vi
olenti diripiunt illud. Iſti profecto ſunt
laudabiles violenti·qui vim faciunt per
ditioni ſue. Homo eni vt ſcriptum eſt i
doloribus laborat ſibi·et vim facit perdi
tioni ſue. Perditio noſtra eſt oblectatio
vite pſentis·z vt expreſſius dicam·execu
tio deſideriorum voluntatumcꝫ noſtra/
rũ·quas ſi quis ab aĩa ſua ſubtraxerit
ac mortificauerit·gl'ioſaꝫ pfecto z vtileꝫ
pditiõi ſue vim facꝰ·abnegãs dumtaxat
ei iocundiſſimas voluntates·quas per
pphetam ſmo diuinus frequenter incu/
ſat dicẽs·Quia in diebꝫ ieiunij vři inue
nitur voluntas veſtra. Et iterũ. Si aũ/
teris a ſabbato pedem tuũ·facere volun
tatẽ tuã in die ſancto meo·et glorificaue
ris eum dũ nõ facis vias tuas·z nõ inue
nitur voluntas tua vt loquaris ſermo
nẽ. Cui etiã q̃ta beatitudo pmittatur·
confeſtim ppheta ſubiungit·tũc inquiẽs
delectaberis ſuper dñm·z ſuſtollam te
ſuper altitudinẽ terre·z cibabo te heredi
tate iacob patris tui·os eni dñi locutuꝫ
eſt. Et idcirco dñs noſter atcꝫ ſaluator
vt nobis amputandarũ voluntatũ nřa
rũ formã traderet. non veni inq̃t facere
voluntatẽ meaꝫ·ſ voluntatẽ eius q̃ mi/
ſit me. Et iterũ. Non ſicut ego volo ſed
ſicut tu. Quã virtutẽ illi ſpecialiter exer
cent·q̃ in cenobijs cõmorãtes·ſeniorꝫ re/
gũtur imperio·qui nihil omĩno arbitrio
ſuo agunt·ſed voluntas eorum ex vo/
luntate pẽdet abbatis. Poſtremo vt iã
diſputatõnis huius ſermo claudatꝰ·nõ/
ne obſecro etiã in hoc centuplã gratiam
euidentiſſime qui fideliter chriſto debu/
iunt conſequũtur·dũ p noĩe eius a ſum/
mis principibꝫ honorãtur·ac licet ipi hu
manã gloriã nõ req̃rant·venerabiles tñ
etiã in perſecutionũ anguſtijs iudicibus
cũctis ac poteſtatibꝫ ſiũt·quorũ vilitas
etiaꝫ mediocribus forſitan deſpicabilis
eſſe potuiſſet·vel pro obſcuritate nataliũ
vel p conditiõe ſuili·ſi in ſeculari cõuer
ſatiõe manſiſſent: Pro chriſti aũt mili/
tia nemo ſtatus calumniam commoue/
re·nemo obſcuritatem generis aude/
bit opponere·qui potius illis ipis viliſſi
me cõditionis opprobrijs quibꝫ ꝯfundi
et dehoneſtari ceteri ſolent chriſti famu/
li glorioſius nobilitãtur. Qđ euidentiꝰ
in abbate iohãne·q̃ i illa heremo q̃ lyco
oppido adiacet cõmoratꝰ·poſſumꝰ appro/
bare. Qui pro obſcuris maioribꝫ natus
ita p chriſti noĩe vniũſo pene humano
generi admirabilis factus eſt·vt euꝫ ipi
quocꝫ rerũ pñtiũ dñi·q̃ mũdi huius atꝫ
imperij gubernacula retinẽtes·etiã potẽ
tibus cũctis regibuscꝫ terrori ſunt·ve/
lut dñm venerẽtur·et oracula eius ď taꝫ
longinquis regionibꝫ expetẽtes·imperij
ſui apicem et ſtatum ſalutis·bellorumcꝫ
prouentus illius orationibus meritiscꝫ
cõmittant. Tali beatus abraham de il/
luſionis noſtre vel origine vel mede/
la diſputatiõe diſſeruit·atcꝫ oculis qđ
ammodo noſtris cogitationũ quas dia
bolus auctor ingeſſerat propalauit inſi
dias·noſcꝫ ad deſiderium vere mortifi
cationis accendit·quo etiã multos licet
incompto hec omnia ſermone digeſta
ſint credimus inflammãdos. Naꝫ licet
ſummorꝫ patrũ flagrantiſſimos ſenſus
tepida eloquij noſtri fauilla contexerit·
plurimorum tamen algorem·qui remotꝰ
verborum cineribus viuacitatem laten
tiuꝫ ſenſuum ſuſcitare voluerint·caleſa
ciendum putamus. Sed ad vos o ſan/
cti fratres·non vticꝫ hunc igneꝫ quẽ do
minus venit mittere in terram·et quẽ ni
mium ardere deſiderat. ita ſpiritu pſum
ptionis elatus emiſi·vt quaſi feruentiſſi
mũ propoſitum vřm caloris huius ad/
iectione ſuccendereꝫ·ſed vt vobis maior
apud filios eſſet auctoritas·ſi id qđ ipſi
nõ mortuo verborum ſono·ſed viuo do
cetis exemplo·etiam ſummorũ atcꝫ anti
quiſſimorum patrum precepta ꝯfirmẽt.
Supereſt vt me periculoſiſſima hacte
nus tempeſtate iactatum·nũc ad tutiſſi
mũ ſilentij portum ſpiritalis orationum
veſtrarũ aura comitetur.

**Explicit collatio abbatis Abrahã de mortificatiõe.**

**Expliciunt vigintiquattuor col lationes ſanctorum patruꝫ con ſcripte ab iohãne heremita qui z Caſſianus dicitur. Impreſſe Baſilee Anno domini. Mcccc. lxxxv.**

UNIVERSIDAD Y PROVA
BIBLIOTECA
DE ZARAGOZA